
2 400 40 Safta MADE IN SPAIN

Del Collegio della Comp.ª de Jesus de Granada
R. 8689

MARIANI SOCINI

SENIORIS SENENSIS,

AVREA, AC PENE DIVINA

COMMENTARIA

In nonnullos Libri Quarti Decretalium Titulos,
pagina versa indicatos:

Iamdiu à plerisque exoptata, ac nunc primùm in lucem edita.

OMNIBVS IN SCHOLIS ET IN FORO VERSANTIBVS
admodum proficua, ac perneceßaria.

CVM RERVM, AC VERBORVM NOTABILIVM
Summarijs, & Indice locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA

VENETIIS, M. D. XCIII.
APVD IVNTAS.

INDEX TITVLORVM, ET CAPITVLORVM.

De Sponſalibus. Rubrica. fol.1

1 *Cap. De Francia.* fol. 4
2 *Præterea. il primo.* 7
3 *Iuuenis.* 8
4 *Ad audientiam.* 10. & 33
5 *De illis.* 12
6 *De muliere.* 14
7 *Ex litteris. il primo.* 15
8 *Sponſam.* 17
9 *Ex parte.* 19
10 *Ex litteris. il ſecondo.* 25
11 *Non eſt vobis.* 30
12 *Præterea. il ſecondo.* 32
24 *Dilectus.* 45
25 *Tuæ.* 53
26 *Tua nos.* 83
27 *Cum in tua.* 104
28 *Conſultationi.* 122
29 *Gemma.* 124
30 *Is, qui fidem.* 144
31 *Si inter.* 158
vlt. Adoleſcens. 163

De Deſponſatione impuberum. Rubrica. fol. 181

1 *Cap. Tua fraternitas.* fol. 184
2 *Vbi non eſt.* 187
3 *Puberes.* 189
4 *Litteras.* 202
5 *Acceſſit.* 203
6 *Continebatur.* 205
7 *De illis. il primo.* 208
8 *A nobis.* 210
9 *De illis. il ſecondo.* 211
10 *Atteſtationes.* 212

De Clandeſtina deſponſatione. Rubrica. fol. 213

1 *Cap. 1.* 213
2 *Quod nobis.* 214
3 *Cum inhibitio.* 215

De Sponſa duorum. Rub. fol.228

1 *Cap. Duobus.* fol.229
2 *Acceptiſti.* 231
3 *Licet.* 235
4 *Tua fraternitas.* 236
5 *Tuas dudum.* 239

De conditionibus appoſitis. Rubr. fol. 243.

1 *Cap. Quicunque.* fol. 278
2 *Cum ſit.* 283
3 *De illis.* 290
4 *Verum.* 296
5 *Super eo.* 306

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM AC VERBORVM NOTABILIVM, IN MARIANI SOCINI SENIORIS Doctiſsima Commentaria SVPER QVARTO LIBRO DECRETALIVM, Serie alphabetica digeſtus.

A

ABLATIVI *abſoluti, an & quando inducant conditionem. in rubr. de condit. appoſit. nu.67.* fol.259
Abſentia, an impediat ſponſalia, vel matrimonium contrahendum. c. ad audientiam, de ſponſ. nu.46. 41
Acceſſorium non tenet, vbi non valet principale. c. Gemma, de ſponſ. nu.20. 127
Accuſans matrimonium, ſi deficiat in probationibus, an alias poſtea ad accuſandum admittatur. c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. nu.26. 220
Actio rerum amotarum, an detur inter coniuges. c. adoleſcens, de ſponſ. nu.73. 177
Actio popularis conſumatur primo agente. c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. nu.8. 217
Actiones omnes, actiuæ & paſſiuæ, tranſeunt à defuncto in heredem. c. tua, de ſponſ. nu.51. 64
Actiones pœnales non exercentur inter coniuges. c. adoleſcens, de ſponſ. nu.71. 177
Actum potius licitum quàm delinquere, quilibet præſumitur velle facere. c. tuæ, de ſponſ. nu.18. 57
Actum quis regulariter facere videtur ex cauſa, ex qua debet. c. de illis, de condit. appoſ. nu.8. 291
Actus actiuorum agunt in patiente diſpoſito. c. iuuenis, de ſponſal. num.3. 9
Actus ſpiritualis geſtus contra iuramentum tenet mero iure, licèt de periurio ſit imponẽda pœnitentia. c. de illis, de ſponſ. num.4. 13
Actus permiſſus præſumẽdus potius eſt, quam delictum. c. ad audientiam, de ſponſ. nu.16. 36
Actus requirens conſenſum præſumitur factus tempore, quo faciens erat ſanæ mentis. c. dilectus, de ſponſ. nu.31. 51
Actus de ſubſtantia illud dicitur, quo poſito valet actus, & quo remoto vitiatur. c. tua nos, de ſponſ. nu.8. 83
Actus ſuperueniens, declarans conſenſum, intelligitur declarare, ſecundum naturam verborum præcedentium. c. 1. de deſponſ. impub. nu.12. 187. & c. puberes, nu.42. 198
Actus conſideratur in matrimonio contrahendo, & non ſola viripotentia. c. de illis, de deſponſ. impub. nu.2. 208
Actus celebratus contra iuris prohibitionem, an ſit ipſo iure nullus. c. tua fraternitas, nu.4. 237
Actus vt retro extendatur, oportet quòd potuerit à principio intercedere. in rub. de condit. appoſit. nu.108. 266
Adoleſcens, quis dicatur, & quot modis. in rub. de deſponſat. impuberum, nume.8. & 9. 183
Adoptiuo, an competat querela inofficioſi. cap. ſuper eo. nume.60. de conditio. ap. 318
Aduerbia, an inducant conditionem, & ibi de pluribus aduerbijs. Quid de aduerbio, dum. in rubr. de conditio. ap. numero 37. 250
Aduerbia affirmandi, an inducant conditionem. ibid. num.32. Quid de aduerbijs temporis, num.33. Quid de aduerbio, quamdiu. 34.
Adulti appellatione quando que venit impubes. c.1. de deſponſ. impub. nu.2. 184
Adulti nomine interdum venit infans. ibi nu.4.
Affinitas non contrahitur ex conatu. cap. iuuenis, de ſponſalib. nume.9. 10
Affinitas vel conſanguinitas, vſque ad quem gradum impediant matrimonium. c. ſponſam, de ſponſ. nu.2. 17
Affinitas quomodo contrahatur, & matrimonium impediat. c. præterea, de ſponſ. nu.4. 32
Affinitas ſuperueniens propter contracta ſponſalia cum conſanguinea primæ vxoris, non tollit publicæ honeſtatis iuſtitiam per priora ſponſalia contractam. cap. ad audientiam, nume.25. 38
Affinitas quod contrahatur ex copula. c. is qui fidem, de ſponſ. num.64. 157
Affinitas contrahitur etiam per coitum illicitum, & per eam diſſoluuntur ſponſalia. cap. literas, de deſponſa. impub. numero 6. 203
Agi, an poſſit ad intereſſe contra illum per quem ſtetit quominus matrimonium ſequutum ſit, ſi nullæ arrhæ interuenerunt. c. Gemma, de ſponſ. nu.64. 138
Alexander occiſores Darij verbis duplicibus decepit, & ſuſpendi fecit. c. ex literis, de ſponſ. nu.10 16
Alimentorum in cauſa ſufficit quod quis nitatur ex ſolo tempore, cum curſu triennij, c. tua nos, de ſponſ. nu.63. 95
Allegans debet ita allegare, vt intelligatur. c. continebatur, de deſponſ. impub. nu.7. 205
Alleganti quantitatem, quæ non ineſt alicui à natura, incumbit onus probandi. c. dilectus, de ſponſ. nu.29. 50
Alteratio qualitatis rei, an impediat implementum conditionis. c. de illis, de condit. appoſ. nu.38. 294
Alternatiuæ ad implementum ſufficit alteram partem eſſe veram. c. cum in tua, de ſponſ. nu.24. 108
Animæ periculum concernentibus non mitior, ſed tutior pars eſt eligenda. c. iuuenis, de ſponſ. nu.4. 9

Animæ salus corpori præferenda. cap. ex literis, de sponsal. num.31. 29
Annus septimus completus requiritur ad sponsalia de futuro. c.literas,de despons.impub.nu.2. 203 *& tam in masculo, quàm in fœmina. in c.accessit,nu.4.* 204
Anuli datio, quando inducat matrimonium,c.tua nos, de spon sal.nume.47. 92
Anuli immissionis effectus,quomodo declaratur.ibid.nu.48.
Apertio claustrorum pudoris, an probet copulam.c.puberes, de despons.impub. nu.19. 194
Appositio temporis certi ætati honorati,quid operetur,in rub. de cond.appos.nu.61. 257
Approbatum semel,non potest reprobari: & semel approbatum reprobari potest.c.de illis.de despons.impub.nu.6. 209
Argui potest ab etymologia vocabuli, & quando.c.puberes, de despon.impub.nu.1.& 4. 190
Argumentum ab etymologia,an valeat,ibid.nu.3.
Argumentum à consequenti destructo,valet.c.tuæ. de sponsal. nume.6. 53
Argumentum de alimentis ad dotem,valet.ibid.nu.28. 60
Argumentum de pacto ad statutum negatiuè,non valet. ibid. nume.62. 67
Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale non semper procedit.c.tua nos.de sponsal.nu.40. 89
Argumentum à contrario sensu,an sit sumendum ad corrigendum expressas iuris regulas.c.cum in tua.nu.23. 108
Arrhæ,an possint interuenire matrimonio spirituali. ca.Gemma.de sponsi.nu.27. 129
Arrhę matrimoniales,in quibus rebus constitui possint;& quibus ex causis amittantur copiosè.ibid.nu.36.& 47. 131
Arrhæ matrimoniales, in qua quantitate constitui possint; & an possint constitui dispares.ibid.nu.39.& 40. 130
Arrhæ sponsalitiæ,qualiter petantur.ibid.nu.59. 137
Arrharum promissio super matrimonio carnali,an cadat, & inter quos.c.Gemma.de sponsi.nu.26. 128
Arrharum appositio in matrimonialibus,an & quãdo fieri debeat ad hoc,vt valeat.ibid.nu.28. 129
Arrharum à restitutione,quibus ex causis quis excusetur. ibi. nu.52.& 58. 136
Asserenti incumbit onus probandi. cap.1.de clandest.desponsi. nume.4. 213
Authenticum dicitur,quod scriptũ reperitur siue in columnis, siue in lapidibus.c.ad audientiam.de sponsi.nu.6. 11
Auus an teneatur maritare & dotare neptem ex filio: & quid de auo materno. c.tuæ.de sponsal.nu.93.& 94. 73

B

BANNITVM *capiens, quo casu præmium non consequatur.c.de illis.de condit.appos.nu.10.* 291
Baptismus est vera ianua ad sacramentum. c.ad audientiam. de sponsi.nu.38. 40
Bastardi solent esse magis odiosi nobilibus, quàm plebeis.c.super eo.de cond.appo.nu.52. 316
Benedictio sponsi & sponsæ omissio, an noceat matrimonio.c. tua nos.de sponsal.nu.75. 97
Benedictio nuptiarum,non potest impartiri tempore interdicti. ibid.num.77.
Benedictio sponsalium,an sit de solennitate,vel de substantia.c. consultationi.de sponsal.nu.1. 122
Beneficij per solam collationem acquiritur ius prouiso. c.accepisti.de sponsa duorum.nu.7. 233
Bigamus dicitur qui matrimonium contrahit cum vidua.cap. adolescens.de sponsi.nu.82. 178
Bona mariti,an sint obligata vxori pro alimentis. ibid.nume. 66.& 69. 176
Bona ecclesiæ,an, & quando in casu necessitatis alienari possint.capitu.verum.nume.6.de condit.app. 297
Bona alienari prohibita,an & quãdo alienari possint.ibi.nu.7.
Bonum facere non sufficit,nisi fiat bene. cap.cum inhibitio. de clandest.desponsi.nu.39. 223
Bonitatis signum est consulere sapientes.c.adolescens.de sponsal.num.47. 173

C

CALORI *iuuenili occurrendum est. c.Gemma,de sponsal.nu.78.* 142
Cap.1.de matr.cont.cõtra interd.eccle.declaratur.c.puberes, de despons.impub.nu.41. 198
Casus contingens in re soluta cedit creditori, non debitori.cap. tuæ.de sponsal.nu.125. 80
Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.c.super eo, de cond.appositi.nu.46. 315
Causa matrimonialis,an per viam arbitralem cognosci possit. c.ex parte,de sponsal.nu.12. 22
Causa matrimonialis, quomodo tractanda sit, quo ad successionem & prolis legitimationem.ibid.nu.23. 28
Causa pia & libertas, æquiparantur. in rub.de cond.appositi. nume.64. 257
Causis matrimonialibus tam in procedendo, quàm in decidendo,non leges,sed canones seruandi sunt. c.is, qui fidem. de sponsal.nu.4. 144
Cautela,quam debet adhibere puella, quæ consensit matrimonio ante pubertatem.c.continebatur.de despons.impub. numero 4. 205
Cautio Mutiana habet locum in vltimis voluntatibus.cap. de illis.de cond.appos.nu.36. 294
Cautio pro modo implendo,an locum habeat etiam in contractibus.c.verum.de cond.appo.nu.30.& 32. 301
Cautio Mutiana, in quibus requiratur, & qualiter puniatur impediens conditionem impleri, c.super eo. de cond.appos. nume.2. 306
Cautio Mutiana quid sit,& quare sic nominetur.ibid.nu.29. & nu.30.in quibus dispositionibus locum habeat.31.An locum habeat in legato facto vxori si perseuerauerit in matrimonio.32.An locum habeat in conditionibus affirmatiuis.33.An tam in hæreditatibus, quam in legatis.34. An in contractibus.35. An in dispositionibus modalibus.36. Cui præstari debeat.37.Sub qua forma præstari debeat.38 An sufficiat eam semel offerre.39. An remitti possit, & à quo.41. 312
Celebrans pẽdente suspicione à diuinis,an sit irregularis. c.non est vobis.de sponsal.nu.13. 32
Certus certiorari non debet.c.puberes. de despons.impub. numero 3. 190
Clandestinitas,an & quando vitiet matrimonium.c.quod nobis.de cland.desponsi.nu.5. 214
Clandestinitatis commissæ circa matrimonium, quis sit effectus.ibidem.nu.55. 226
Clandestinitatem probandi onus incumbit asserenti. c.cum inhibitio,eo.tit.nu.64. 228
Clericis prohibita est communicatio,seu cohabitatio mulierũ, in rubrica.de sponsal.nu.2. 1
Cognatio triplex, carnalis, spiritualis, & legalis, ibidem,numero 4. 2
Cognitio summaria, quando habeat locum ratione matrimonij, etiam quo ad separationem thori ob crimen adulterij.

rij.cap.ex parte.de sponsalibus,nume.21.& 22. 23
Cognitio generum necessariò præcedere debet cognitionem speciem.in rub.de despons.impub.nu.1. 181
Cognitio causæ matrimonialis inter laicos, & consequutiorum ad eam spectat ad ecclesiam.ca.accessit. eodem tit. numero 2. 203
Cognoscens vxorem propter sanitatem corporalem solam, peccat.c.adolescens.de sponsal.nu.23. 168
Cohabitatio sola,an sufficiat ad probandum matrimonium.c. consultationi.eod.titu.nu.10. 123
Coitus contra naturam est maius peccatum, quàm adulterium. c.adolescens,eod.titu.nu.24. 169
Collatio clandestina tenet,licèt non careat suspicione.cap.cum inhibitio.de clandest.despon.nu.56. 226
Commissa ad arbitrium alicuius,intelliguntur commissa, tanquam in discretum virum. cap.cum in tua, de sponsal. numero 10. 105
Compelli ad maritandum & dotandum, quis possit,& quando.c.tuæ.nu.7.de sponsi. 54
Compelli, an quis possit ad matrimonium contrahendum ex sponsalibus præcedentibus.ibid.nu.8.
Compromissum fieri, an possit de matrimonio spirituali, c.ex parte.de sponsi.nu.17. 22
Compromitti non potest de causa matrimoniali, nec in arbitrum,nec in arbitratorem.ibid.nu.16.
Compromitti,nec transigi potest super matrimonio.ca.adolescens,de sponsi.nu.85. 178
Conatus ad copulam, quo casu inducat publicam honestatem. c.ad audientiam.eod.tit.nu.5. 34
Concubinam habere an liceat de iure naturæ, propter vxoris sterilitatem.c.tua fraternitas,de sponsa duorum,nu.7. 237
Concubinatus patris, an impediat contrahi matrimonium inter eius filium,& ipsam concubinam.ca.ad audientiam, de sponsal.nu.58. 44
Condere qui possint leges, statuta, vel consuetudines inducere circa matrimonium,vel illius adiacentia.c.is, qui fidem, de sponsa.nu.3. 144
Conditio ex lege,ad petendam dotem competens,quanto tempore duret.c.tuæ.de sponsal.nu.49. 63
Conditiones non infamant infamia iuris. ca.vlt.de sponsal. numero 72. 177
Conditio de se turpis, reijcitur.cap.ex literis, de sponsal. numero 28. 28
Conditio casualis de futuro,non inducit dispositionem,nec quid in esse ponit.c.ad audientiam.eod.tit.nu.13. 35
Conditio,quæ faciliter potest impleri,dicitur potestatiua, vel habet effectum potestatiuæ ibid.nu.85. 262
Conditio mixta,quę sit.ibid.nu.87.
Conditio,quæ & qualis apponi possit, vel non, super sponsalib. vel matrimonijs.ibid.nu.95.& 98.cum quinque seqq. & nume.111. 263
Conditio adiecta mulieri,si nuberet arbitrio talis,reijcitur.ibi. nume.104. 265
Conditio si in primo coitu mihi placueris, reijcitur in matrimonijs.ibid.nu.117. 267
Conditio contra substantiam matrimonij nedum suspendens, sed etiam resoluens,matrimonium impedit.ibid.num.119. & 121. 268
Conditio vitians matrimonium,an locum habeat in matrimonio spirituali,sicut in carnali.ibid.nu.122.
Conditio impossibilis,an vitiet matrimonium.ibi.nu.131.269
Conditio publicæ vtilitati contraria in matrimonijs reijcitur. ibid.nu.139. 271
Conditio,dummodo non nubat nisi talibus,non expirat per primas nuptias.ibid.nu.141. 271
Conditio prohibitiua,ne nubat,cui magis conueniat,virgini,an viduæ.ibid.nu.147 272
Conditio, si monasterium ingrediatur, adiecta relicto virgini, non reijcitur, contrarium ex Bartolo. ibidem, num.148. & 149.
Conditio adiecta relicto vxori à marito moriente antequam eam cognoscat,si non nupserit reijcitur.ibid.nu.150.
Conditio donec nubat,cn reijciatur tanquam inducens viduitatem.ibid.nu.156. 273
Conditio, si à liberis nunquam discesserit, tenet. ibidem, numero 158. 274
Conditio adiecta legato, si vidua erit,vel nubat de consensu T. quòd si secus fecerit, relictum vadat ad aliquem pium locum,an reijciatur.ibid.nu.160.
Conditio impossibilis apposita à testatore vitiatur. ibid. nume. 164.& 166. 275
Conditio,an possit in sponsalibus apponi,& an vitiet vel vitietur.c.1.de cond.appos.nu.1. 229
Conditio potestatiua & casualis, quomodo differant. ca.super eo.nu.3.de cond.appo. 302
Conditio potestatiua,qualiter dicatur impleri, vel deficere. Et an,& quando habeatur pro defecta.ibid.nu.4.num.5.6.7. 8.9.10.11.vbi casus ponuntur.
Conditio dandi in pluribus terminis, quando dicatur impleri, vel deficere.ibid.nu.12.
Conditio,quomodo habeatur pro impleta si stat per eum,cui debet impleri. Et quid si impedimentum contingat per casum in personam eius cui debet conditio impleri.ibid.nume.13. 14.15. 308
Conditio, quibus casibus habeatur pro defecta in vltimis voluntatibus.ibid.nu.16.
Conditio,vt habeatur pro impleta,quid requiratur.ibidem,nume.23.nu.25. 310
Conditio casualis quandocunque deficiat, habetur pro defecta. ibid.num.22.
Conditio,si sine liberis decesserit,quas vires habeat, qualiter, & per quos modos videatur impleri, vel deficere. ibid.nu. 43.& nu.44. 315
Conditio apponi potest in quibuscunque dispositionibus, regulariter.in rub.de cond.appo.nu.1. 245
Conditio,quid sit,& quot modis accipiatur. ibid.nu.2. & nu. 3.4.5.6.Reprobatur definitio glo.nu.7.Bar.num.8.Host. nu.9.Bal.nu.10.Ab.nu.11.Authorque suam ponit, num. 12.quam declarat,nu.13.
Conditio,quæ potest intelligi de præterito,præsenti,vel futuro, in dubio intelligitur de futuro.ibid.nu.14. 247
Conditio,per quę verba fiat,& qualiter introducatur.ibidem, nume.15.
Conditio,an inducatur per verbum, an per pronomen.ibid.nu. 23.nume.24.per participium. nume.25.26. An per præpositiones.nu.27. 249
Conditio vbi apponitur ad prouidendum cõtra actum fictum, non sufficit actus fictus, sed requiritur verus. cap.de illis. nume.40. 295
Conditio, si cui implenda est,sufficit illũ esse capacem tempore existentis conditionis, licèt tempore testamenti, vel aditæ hæreditatis capax non fuerit.ibid.nu.41.
Conditio vna quandoque importat duas conditiones,& vtraque est adimplenda.ibid.nu.43.
Conditio vt purificetur debet esse imperfecta essentia, & non in fieri,vel in spe proxima purificationi.ibid.nu.46.
Conditio impleri debet,antequam dispositio sortiatur effectum. c.verum,eodem tit.num.9. 298

Index ad Mar. Socinum

Conditio honesta valet in sponsalibus, vel matrimonio, inhonesta reijcitur, & est pro non adiecta. c. 3. num. 3. de conditio. appos. 290
Conditio apposita in contractibus, quot casibus tollatur. ibid. numero 4.
Conditio potestatiua debet impleri ex proposito, scienter, & non fato. ibid. num. 7. 291
Conditio impleri debet in forma specifica, & ad vnguem, vt est concepta, cum declarationibus. ibidem, num. 11. & nume. 17.
Conditio dandi adiecta vni non potest pro parte impleri, etiam si ex postfacto de ipso perueniatur ad plures. ibidem, numero 13. 292
Conditio facti indiuidui, vel diuidui, adiecta pluribus, vel vni, an & quando sufficiat pro parte impleri. ibid. num. 14.
Conditio reddendarum rationum apposita pluribus, qui separatim gesserunt, debet per omnes impleri. ibid. num. 15.
Conditio dandi adiecta vni, est indiuidua. & ideo dando pro parte nihil agitur, nisi dato demum residuo. ibid. num. 16.
Conditio dandi ex vna causa non impletur, si detur ex alia, quàm causa conditionis implendæ. ibid. num. 20.
Conditio implenda de iure, debet de iure, & non de facto impleri. ibid. num. 22.
Conditio dandi à tertio non purificatur ex eo solo, quod ille sit locuples, & potens ad dandum, nisi actu dederit. ibidem, numero 27. 293
Conditio satisdandi, quomodo purificetur. ibid. num. 28.
Conditio iusiurandi, an reijciatur tanquam turpis. in rubr. de cond. appos. num. 165. 274
Conditio derisoria reijcitur. ibid. num. 167. 275
Conditio reijcitur, quatenus est impossibilis, non vltra. ibidem, numero 168.
Conditio impossibilis, an differat, vtrum adijciatur grauato, vel honorato. ibid. num. 170. 276
Conditio impossibilis, an aliquo modo honestè impleri possit. ibid. num. 171.
Conditio impossibilis licet reijciatur, vitietur, & non vitiet, tamen septem recipit limitationes. ibid. num. 172.
Conditio impossibilis in donatione causa mortis vitiatur, & non vitiat. Quid in contractibus inter viuos. ibidem, numero 174.
Conditio, quæ tacitè inest, an & quid operetur. ibid. num. 68. & 69. 259
Conditio tacita, nisi liberos habuero, subintelligitur in promissione de donando. ibid. num. 81. 261
Conditio tacita dicitur quatuor modis. ibid. num. 82.
Conditio, in cuius persona possit, vel debeat impleri. c. 2. nu. 7. de cond. appos. 284
Conditio, an debeat impleri in eo à quo, vt ab indigno hæreditas auferatur. ibid. num. 8. 285
Conditio dandi hæredi, an in venditore impleri possit. ibidem, numero 9.
Conditio dandi, per quem impleri debeat. ibid. num. 11. & numero 17.
Conditio implenda in persona legatarij, non potest impleri in persona hæredis. ibid. num. 14. 286
Conditio faciendi, per quem impleri debeat. ibid. num. 16.
Conditio dandi, non expressa certa persona, cui dandum sit, impleri debet in personam hæredis. ibid. num. 17.
Conditio dandi adiecta seruo iusso dare filio alterius hæredis instituti, potest impleri dando patri, non solum viuente filio, sed etiam eo mortuo. ibid. num. 18.
Conditio dandi pupillo, vel furioso, dicitur impleri, dando tutori, vel curatori. Quid si detur pupillo sine tutoris auctoritate. ibidem, numero 20. & numero 21.
Conditio dandi adulto, non impletur dando curatori. ibidem, numero 22.
Conditio dandi adiecta statu libero potest per ipsum impleri, & in cuius personam. c. 2. nu. 23. eo. ti. 287
Conditio dandi, qualiter impleatur, & adiecta pluribus à testatore, diuiditur ex testamento. ibid. num. 24.
Conditio casualis sufficit, quandocunque impleatur etiam viuente testatore. ibid. num. 29. 288
Conditio potestatiua implenda post mortem testatoris, debet impleri post aditam hæreditatem, & in personam hæredis, si aliud non est expressum. ibid. num. 30.
Conditio potest perpetuò impleri, donec supersit facultas implendi. Quid in contractibus, & quid in vltimis voluntatibus. ibid. num. 31. & num. 32
Conditio, certo tempore implenda, non potest impleri post. ibidem, num. 33.
Conditio, in quo loco impleri debeat. ibid. nume. 36. & numero 37. 289
Conditio habet effectum suspensiuum in contractibus, & certis actibus. c. 1. num. 5. de cond. appos. 279
Conditio quando suspendat actum, & quando effectum. ibid. num. 8. 280
Conditio tacita ita suspendit, sicut expressa. ibid. num. 9.
Conditio quæ pendens non suspendit, deficiens non extinguit. ibid. num. 12.
Conditio mixta, & à potestate alicuius descendens, quandoque à casu impletur. ibid. num. 14. 281
Conditio quædam consistit in faciendo, quædam in dando, & in vtraque quis teneatur ad implementum. ibid. numero 16. & numero 17.
Conditio potestatiua, quæ consistit in faciendo, per quem impleri possit. ibid. num. 19.
Conditio consistens in facto indiuiduo pluribus apposita, an per vnum impleri possit. ibid. num. 20. 282
Conditio pluribus adiecta, an & quando scindi possit. ibidem, numero 21.
Conditio adiecta vniuersitati potest per regentes illam impleri. ibid. num. 22.
Conditio, si sine liberis, non expirat per superexistentiam filij nati ex damnato coitu. ibid. num. 61. 318
Conditio, si sine liberis, in quibus locum habeat, & non. ibid. numero 77. 321
Conditio, qua quis grauatur restituere hæreditatem, si sine filijs decesserit, dicitur defecisse, si decesserit cum filijs, licèt non sint hæredes. ibid. num. 78.
Conditione resolutiua contractus statim tenet tanquam purus. c. verum, de cond. appos. num. 3. 296
Conditione apposita à testatore, si sine liberis decesserit, satis est superuixisse neptem etiam ex filia, & ampliatur. cap. si per eo, eodem tit. num. 66. & 67 318
Conditionem implere quis teneatur, vel possit. cap. 1. de cond. appos. num. 13. 280
Conditionem alternatiuam quis pro alio adimplere potest in criminalibus. ibid. num. 18.
Conditionem implere, an quis cogi possit. ibid. num. 26. 282
Conditionem implere, an sufficiat in persona minoris, qui aduersus hæreditatem aditam restitutus est. c. cum sit, de condit. appos. numero 10. 285
Conditionem semel esse impletam sufficit. cap. de illis, eodem titulo, numero 31. 294
Conditiones, quæ tacitè insunt, si exprimantur, non reddunt actum conditionalem. cap. ad audientiam, de sponsalibus, numero 8. 34

Condi-

Super IIII. Decretalium.

Conditiones, quæ non morentur obligationem. ibid. nu. 14. 35
Conditiones super quibus dispositionibus apponi valeant, & quales. in rub. de cond. appos. num. 94. 263
Conditiones impossibiles, quare vitient contractus, & non vltimas voluntates. & ponitur regula, & fallentiæ octo. ibid. num. 177. & 178. 277
Conditiones appositæ, quando & quo tempore impleri debeãt. c. cum sit, eod. tit. num. 27. 287
Conditiones, qualiter, in quantum & sub qua forma debeant impleri. c. de illis, de cond. appos. num. 6. 291
Conditiones debent formaliter impleri, & de facto, prout verba sonant, non inspecto, vtrum ex illo facto sequatur aliquis iuris effectus. ibid. num. 23. 293
Conditiones negatiuæ ad ipsarum implementum pro consecutione exigunt cautionem Mutianam. cap. super eo, eod. tit. num. 28. 312
Conditionis adiectio, an vitiet sententiam. in rubr. de conditio. appos. num. 181. 278
Conditionis diuisio multiplex. in rub. de conditio. appos. numero 78. 260
Conditionis effectus ante ipsam impletam, quis sit. c. 1. eodem tit. num. 2. 279
Conditionis implementum, an transeat ad hæredes. ibidem, numero 27. 283
Conditionis implementũ, quod quãdoque fit à lege, prodest implere debenti, etiam si contra voluntatem implere debentis fiat. cap. de illis, eod. tit. num. 9. 291
Conditionis implementum, quando prouenit facto tertij, an pro impleta habeatur, latè disseritur. cap. super eo, eod. tit. numero 17. 309
Conditionis mixtæ materia latè per plures casus tractatur. ibid. num. 18. 19. vsque ad 26. 310
Conditionis implementum vbi est successiuum, non impletur momento, si aliqua parte momenti stet per eum, in cuius persona debet impleri, nisi stet toto tempore successiuo. ibidem, numero 22.
Conditionis euentum recipere, an cogi possit ille, cui debet impleri conditio. c. cum sit, num. 26. eo. ti. 287
Conditionibus honestis, & inhonestis positis in matrimonio, reiectis inhonestis honestæ remanent. in rub. de cond. appos. numero 132. 269
Conditionibus alternatiuè, vel disiunctiuè conceptis affirmatiuè, sufficit alteram impleri. c. de illis, eo. ti. nu. 45. 304
Conditionum plures species per diuisiones enumerãtur. in rub. de cond. appos. num. 83. 261
Conditionum, quæ in futurum conferuntur, triplex natura refertur. c. cum sit, eod. tit. num. 28. 288
Confessio, an & quando possit pro parte acceptari, & quando non. c. tua nos, de spons. nu. 13. 84
Confessio coniugum, an sufficiat ad probandum, vel reprobandum matrimonium sine alio adminiculo. Et quid in foro pœnitentiali. c. cum in tua, eo. tit. nu. 41. 42. & 43. 113
Confessio pro matrimonio, quare valeat, & contra, quare non. ibidem, nu. 44.
Confessio casu quo non sufficit ad probandum matrimonium, an cum alio adminiculo sufficiat. ibid. num. 46. 114
Confessio coniugum etiam cum fama non valet contra matrimonium. ibid. num. 47.
Confessio in matrimonio spirituali, quid operetur. ibidem, numero 49. 115
Confessio sola, vel stipulatio arrharum, an sufficiat ad matrimonium. c. Gemma, de sponsal. num. 30. 129
Confessio vallata solẽni renunciatione emanata ab vtraque parte, an probet matrimonium. ibid. num. 33. 130
Confessio sola non sufficit, vbi vera nominatio requiritur. ibid. numero 35. 131
Confessioni alicuius non est credendum in præiudicium tertij. c. cum in tua, eod. tit. num. 45. 113
Confessioni pro matrimonio carnali contra spirituale statur, non econtra. ibid. num. 51. 115
Confitenti creditur in foro pœnitentiali, licèt alleget turpitudinem suam. c. tua nos, de spons. num. 7. 83
Coniectura mentis testatoris ex præcedentibus, & sequentibus colligi potest. c. super eo, de cond. app. nu. 51. 316
Coniuges tenentur sibi debitum adinuicem reddere. cap. adolescens, de sponsal. num. 8. 164
Coniuges scientes impedimentum consanguinitatis, non tenentur ad inuicem reddere debitum. ibid. num. 11. 165
Coniuges participare debent adinuicem casus fortuitos. ibid. numero 31. 170
Coniugi lapso in hæresim, alter debitum reddere non tenetur. ibid. num. 10. 165
Coniugum potest alter inuito altero transire ad religionem ante consummatum matrimonium. ibid. num. 9.
Coniux an teneatur reddere debitum tempore menstrui. c. fin. num. 16. de sponsal. 166
Coniux existens in infirmitate, an teneatur debitum reddere. ibid. num. 17.
Coniux, quando alteri debitum reddere non teneatur. ibidem, numero 18.
Coniux renuens ex iusta causa reddere debitum alteri, cogendus est ad illud reddendum. ibid. num. 28. 169
Coniugia clandestina reprobantur ab ecclesia: c. cum inhibitio, de clandest. despon. num. 2. 216
Coniugij bona tria sunt, fides, proles, sacramentum. cap. 1. de sponsa. num. 16. 6
Coniugium eius, qui clandestinè contrahens, fatetur se prius consanguineam vxoris cognouisse, an approbetur ab ecclesia. c. cum inhibitio, de clandest. despon. num. 59. 227
Coniugalis actus, an possit esse meritorius. cap. adolescens, de sponsa. num. 26. 169
Coniunctio, alioquin, quam vim habeat. in rub. de cond. appos. numero 52. 254
Coniunctio, siue, quam naturam habeat. ibid. num. 54.
Coniunctiones copulatiuæ, quid operentur. ibid. num. 55.
Coniunctiones, an inducant conditionem. ibid. num. 47 253
Consanguineorum consensus requisitus à statuto, dum minores nubere volunt, declaratur. c. is, qui fidem, de sponsal. nume. 38. 39. & 40. 152
Consensisse non præsumitur, qui mox contradicit. cap. consultationi, de sponsal. num. 5. 122
Consensus accommodatus contra iura, non debet haberi pro consensu. cap. ad audientiam, de sponsa. num. 16. 12
Consensus superueniens purgat metum, & violentiam præcedentem. c. de muliere, eod. tit. num. 5. 15
Consensus requiritur ad matrimonium contrahendum. c. literis, eod. tit. num. 7. 16
Consensus præstitus sub conditione, non dicitur consensus, nisi purificata conditione. cap. ad audientiam, eodem titulo, numero 12. 35
Consensus vbi requiritur, furiosus non dicitur consentire. c. dilectus, eod. tit. num. 13. 47
Consensus ad matrimonium, an requiratur, qui præsletur ab vtroque eodem tempore. ibid. num. 23. 49
Consensus patris, an in spiritualibus sit de necessitate requirendus. c. tuæ, eod. tit. num. 40. 62
Consensus, an ad substantiam matrimonij exigatur. c. tua nos, eod. tit. num. 15. 84

Consen-

Consensus præsumptus per iocum, vel ludum, non inducit matrimonium. ibidem, numero 19. 84
Consensus ad matrimonium contrahendum, an in arbitrium alterius committi possit. ibidem, numero 32. 88
Consensus ad matrimonium, qualiter præstari possit. ibidem, numero 34.
Consensus de futuro, quando transeat in matrimonium, & quando non. ibidem, numero 99. 102
Consensus in sponsalibus debet esse liber. c. Gemma, de spoasal. numero 4. 124
Consensus vbi non est, ibi non est matrimonium, nec sponsalia. cap. vbi non est, de despon. impub. numero 1. 187
Consensus mulieris requisitus ad matrimonium, debet esse liber, non meticulosus, nec violentus. c. continebatur, eod. tit. numero 16. 206
Consensus matrimonio à quo iure sit. c. accepisti illam, de sponsa duorum, numero 6. 232
Consequens qui vult, vult etiam necessarium antecedens ad illud. c. tua nos, de sponsal. num. 91. 100
Constitutio ciuitatis temporali iurisdictioni ecclesiæ subiectæ iuri canonico contraria, tanquam irrationabilis non valet. c. ex parte, num. 14. de sponsal. 22
Constitutio, per quam inferior infringit iurisdictionem superioris, est iniqua. ibidem, numero 15.
Constitutio exorbitans trahi non debet ad alium casum. c. puberes, de despon. impub. num. 38. 197
Constitutio pœnalis est restringenda. cap. cum inhibitio, de clandest. despon. numero 30. 222
Constitutio legatorum durat etiam finita legatione. ibidem, numero 37. 223
Constitutio declaratoria non extenditur ad præterita habentia contrariam consuetudinem. cap. tuas dudum, de spon. duorum, numero 16. 242
Constitutionis non publicatæ, an ignorantia prætendi possit, cap. cum inhibitio, de clandest. despon. numero 22. 220
Constitutionis transgressor, qua pœna puniatur. ibidem, numero 29. 221
Consuetudo venit appellatione legis. c. 1. de sponsa. num. 4. 4
Consuetudo habiles ad matrimonium, an inhabilitare possit, cap. ad audientiam, de sponsal. num. 57. 44
Consuetudo approbata per Papam quid possit in matrimonijs & quam vim habeat. cap. is qui, numero 46. 47. & 48. de sponsal. 153
Consuetudo, an valeat, quod secundum matrimonium consummatum præferatur primo per verba de præsenti, non consummato. ibidem, numero 47.
Consuetudo vnius loci non extendit vires ad alium, nisi reducatur ad ius commune per habentem potestatem. cap. cum inhibitio, de clandest. despon. numero 1. 216
Consuetudinis patriæ omissio non vitiat matrimonium, dummodo habeat sua substantialia, secundum canones, cap. 1. de sponsal. numero 7. 5
Consulentes, an teneantur allegare iura. cap. continebatur, de despons. impub. num. 10. 206
Contractu vltro citroq; obligatorio quis debet prius implere pro parte sua. c. verum, de cond. appos. num. 31. 301
Contractus dolo initus in spiritualibus tenet, per metum non. c. ad audientiam, de sponsal. numero 36. 40
Contractus nullus non impedit sequentem validum, c. literas, de despon. impub. numero 5. 203
Contractus fauore personæ quandoque claudicat, cap. de illis, de despon. impuberum, numero 3. 208
Contractus claudicare non debet, c. primo, de sponsa duorum, num. 5. 230
Contractus sicut consensu perficiuntur, ita dissensu distrahuntur, c. accepisti, eod. tit. numero 8. 233
Contractus omnes etiam per verba de præsenti facti sub conditione, non dicuntur perfecti, sed suspenduntur in euentum conditionis. in rub. de cond. appos. num. 112. 167
Contrahens matrimonium cū vna, si ei daret centum, & cum alia similiter, cum qua dicatur matrimontum contraxisse, in rub. de cond. appos. num. 110. 266
Contrahens licèt loquatur in tertia persona, non tamen vitiatur contractus, dummodo intelligat ex se, cap. tua nos, numero 3. de sponsal. 82
Contrahens in propria persona obligatur, licèt mutauerit sibi nomen per dolum, ibid. numero 4.
Contrahens viuente vxore cum secunda ignorante illum habere vxorem, mortua prima tenetur adhærere secundæ. cap. tuas dudum, de sponsa duorum, numero 7. 240
Contrahentes sponsalia, an & quando cogi possint ad matrimonium, cap. ex literis, de sponsal. numero 6. 25
Contraueniens constitutioni, an aliquo casu excusetur, c. cum inhibitio, de clandest. despon. numero 61. 227
Copula superueniens declarat sponsalia dubia, cap. ex literis, de sponsal. numero 13. 26
Copula carnalis plura operatur. cap. tua nos, de sponsalibus, numero 9. 83
Copula, an sit necessaria ad substantiam matrimonij. ibidem, numero 51. 92
Copula, quando faciat transire sponsalia in matrimonium. c. is qui fidem, de sponsal. numero 60. 156
Copula, quare probetur quo ad matrimonium. ibidem, numero 66. 158
Copula carnalis, an sit de substantia matrimonij. cap. si inter, de sponsal. numero 3. 159
Copula in matrimonio quid operetur, cap. licet, de sponsa duorum, numero 3. 235
Copula carnalis non est necessaria ad essentiam matrimonij, cap. tuas dudum, eod. tit. num. 2. 239
Copula carnalis in sponsalibus, quid operetur. in rub. de condit. appos. num. 115. 267
Copula interueniens etiam cum non proxima pubertati, maiore tamen septennio, consumat matrimonium. c. puberes, de despon. impub. numero 18. 193
Copula, nec nixus, si non interuenit, licèt adsit discretio, & proximitas ætatis, si non probetur aliter viripotentia, matrimonium contractum inter impuberes non tenet. cap. puberem, de despon. impub. numero 29. 195
Copula carnalis, quid operetur in matrimonijs, cap. continebatur, de despon. impub. numero 13. 206
Copulæ nixus solus sine proximitate ætatis, & absque nouo consensu, non inducit matrimonium, cap. puberes, de despon. impub. numero 27. 195
Cum quandoque est coniunctio, & quandoque aduerbium. in rub. de cond. appos. num. 49. 254
Curatus dimittit ecclesiam propter grauem infirmitatem, cap. adolescens, de sponsal. numero 103. 181

D

Damnatus soluere vnum par caponum, pro vt sui antecessores soluere consueuerunt, non dicitur conditionaliter, sed purè damnatus. in rub de cond. app. nu. 46. 253
Dans aliquid pro ingressu religionis, quando committat simoniam, cap. ex literis, num. 30. de sponsal. 29
Dare qui potest esse rei, fortius qualitatem adhibere potest, cap. quod nobis, num. 4. de clandest. despon. 214

Datio libertatis sub conditione reddendarū rationum non impedit, si per hæredem steterit, cap. de illis, numero 29. de condit. appos. 293
Datum ob turpem causam repeti non potest. in rub. de cond. appos. num. 13. 270
Datum vltra debitum potest per condictionem indebiti repeti, c. de illis, de cond. appos. num. 18. 292
Debitor qui iurauit soluere in termino, si non soluat, an & quando dicatur periurus, & non, cap. præterea, de sponsal. numero 4. 7
Debitor legans creditori, videtur legare animo compensandi, cap. tuæ, de sponsal. numero 109. 76
Debitor potest agere, ne vexetur occasione indebitæ obligationis, cap. Gemma, de sponsal. numero 9. 124
Debitum carnis attentatum debet haberi pro consummato, saltem quo ad Deum, cap. is, qui fidem, de sponsalibus, numero 62. 157
Debitum à coniugibus reddendum est omni tempore, & omni hora, salua tamen debita honestate, cap. adolescens, eod. tit. numero 15. 166
Debitum nobis sub conditione, non dicitur in bonis nostris, cap. quicunque, de cond. appos. numero 7. 280
Declarans non dicitur materialiter disponere, sed quid in præteritum sit, actum ostendit, cap. puberes, de despons. impub. numero 43. 198
Decreta concilij, sub cuius nomine edenda sint, c. 1. de sponsal. numero 8. 5
Defectus probationis, vel solemnitatis non inficit actum in veritate regulatum à substantia, dummodo partes consistentur, cap. tua nos, eod. tit. numero 5. 83
Defendere quilibet tenetur alium, etiam extraneum a morte, c. adolescens, de sponsal. num. 20. 167
Demens, seu amens, quis dicatur, cap. dilectus, de sponsalib. numero 7. 46
Denuncians falsò impedimentū matrimonij, an puniri debeat, c. cum inhibitio, num. 28. de clandest. despon. 220
Denunciatus ab officiali ex forma statuti, an debeat audiri volens probare contrarium, cap. continebatur, de desponsa. impub. numero 23. 208
Desponsatio iocosa non inducit impedimentum publicæ honestatis, cap. ad audientiam, de sponsal. num. 7. 34
Desponsatio, & matrimonium differens, & quomodo, cap. accessit, de despon. impub. numero 3. 204
Desponsata per verba de præsenti ante carnis copulam, non videtur vocanda vxor, sed sponsa, cap. accepisti, numero 1. de sponsa duorum. 231
Determinatio fieri debet à digniori, cap. 1. de sponsalibus, numero 18. 6
Dicenti aliquem idoneum ratione ætatis, incumbit probatio, cap. puberes, de despon. impub. num. 46. 199
Dictio, &, quandoque ponitur pro ideò, cap. 2. de sponsalibus, numero 1. 7
Dictio, nullus, licet sui natura sit vniuersalis negatiua, tamen distinguitur, & restringitur per alia iura, cap. sponsam, eodem tit. numero 1. 17
Dictio, maximè, quem significatum habeat, ibid. num. 3.
Dictio, donec, est temporalis. cap. non est nobis, eod. titu. numero 12. 32
Dictio, fortè, aliquando ponitur assertiuè. cap. tua nos, eod. tit. numero 2. 82
Dictio, nisi, quando sequitur negatiuam, facit positionem, ibidem, numero 92. 102
Dictio, interdum, denotat veritatem, & regulam in contrarium, c. puberes, de despon. impub. num. 31. 196
Dictio, vel circa, refertur ad tempus modicum, cap. continebatur, eod. tit. numero 14. 206
Dictio, infra, exponitur pro circa, cap. à nobis, eodem titu. numero 1. 211
Dictio, ex, denotat causam immediatam, cap. super eo, numero 69. de condit. appos. 319
Dictio, dummodo, an inducat conditionem. in rub. de cond. app. numero 38. Quid de dictione, Quando, 39. Postquam, 40. Vbi, 41. Quatenus, 42. Ne, 43. 250
Dictio, si, præcedente copula, &, accipitur pro, quamuis. ibid. numero 48.
Dictio, cum, quandoque est coniunctio, & quandoque aduerbium. ibidem, numero 49.
Dictio, nisi, an faciat conditionem. ibid. numero 50.
Dictio, alias, cuius naturæ sit. ibid. numero 53.
Dictio cum, principaliter denotat tempus, secundariò conditionem. ibidem, numero 60. 256
Dictio, ex nunc, denotat disponentis actum, non conditionis purificatę effectum. ibidem, numero 71. 260
Dictiones, si, & cum, in quibus differant. ibidem, numero 30. & numero 31.
Dictiones, tanquam, & sicut, sunt veritatis expressiuæ, cap. ex parte, de sponsal. num. 4. 20
Dictum vnius asserentis impedimentū, impedit matrimonium non iuratum, cap. præterea, eod. tit. num. 1. 32
Dies cæptus, an habeatur pro completo in matrimonijs. c. puberes, de despon. impub. numero 33. 196
Dies incertus adiectus substantiæ legati facit conditionem. in rub. de cond. appos. num. 58. 256
Dies certa non facit conditionem. ibidem. num. 74. 260
Diffamatio tertij, quomodo impediat matrimonium, cap. præterea, de sponsal. num. 2. 32
Dignitatis accidentalis contrario accidenti resoluitur, & ad suum statum naturalem reducitur, vel ad quantitatem noui accidentis, cap. fin. de sponsal. num. 96. 171
Discordia mutui obsequij inter cōiuges, præsupponit defectum rationis, & abundantiam possessionis, aut in altero, aut in vtroque. ibidem, numero 42. 172
Discordiam inter coniuges ponentes, reprehensibiles sunt. ibidem, numero 59. 175
Distinctiuæ naturæ quæ sit. in rubr. de sponsal. num. 15. 4
Dispensare contra Concilium nullus potest citra Papam, cap. is qui fidem, eod. tit. num. 26. 148
Dispensatio Apostolica super tollendo impedimento consanguinitatis ad matrimonium, qualis esse debeat. ibidem, numero 15. 146
Dispensatio obtenta super matrimonio lite pendente, quid operetur, cap. ad audientiam, de sponsal. num. 51. 42
Dispensationem impetrans in matrimonialibus, de quibus impedimentis debeat fasere mentionem. ibid. num. 27. 38
Dispensationem super matrimonio impetrans, de quo vinculo mentionem facere debeat, cap. sponsam, de sponsalibus, numero 4. 17
Disposita in simplicibus habent locum in mixtim contingentibus, quādo est vna, & eadem ratio. cap. Gemma, eod. tit. numero 29. 129
Dispositio indirecta contra regulas iuris, suis tantum terminis restringitur, cap. fin. eod. tit. num. 2. 163
Dispositio intelligi debet cum aliqua improprietate, si aliter saluari non potest pro euitanda absurditate, vel violatione aliorum iurium, c. 1. de clandest. despon. num. 5. 213
Dispositio, & cōditio differunt. in rub. de cond. app. nu. 16. 247
Dispositio modalis, qualiter, & per quæ verba dicatur fieri, vel induci modus, c. verum, de cond. app. num. 13. 298

Index ad Mar. Socinum

Dispositionibus,& actibus,quibus modus apponi possit,c.verum,num.23.eod.tit. 300
Diuortij sententia lata quamuis erronea, si alter coniugum episcopi authoritate ad secunda vota conuolat,an proles ex secundo matrimonio suscepta sit legitima, c.cum inhibitio, de clandest.despon.nu.49. 225
Diuortium & repudium,an & quo casu sit permissum.c.Gemma,de spons.num.24. 126
Diuortium petens, asserens cum alia contraxisse, si non probat, an uxore mortua possit illam in matrimonio habere. c.accepisti,de sponsa duo.nu.14. 234
Doctor consultus in genere,non tenetur respondere prosequendo omnis generis species.c.de muliere,de sponsal.nu.1. 14
Doctor cuiuscunque professionis repertus insufficiens potest reprobari.c.de illis,de despons.impub.nu.11. 210
Doctores vel scholares inuicem conferentes, an teneantur allegare titulos & leges in particulari. cap.continebatur, de despons.impub.nu.9. 206
Dolus commissus in matrimonio contrahendo, an impediat matrimonium.c.ad audientiam,de spons.nu.33. 39
Dolus dans causam contractui bonæfidei,ipsum annullat. ibidem,numero 34.
Dolus qui potest purgari per actionem de dolo, an partium cõuentione purgari possit. cap. Gemma, de sponsalibus, numero 66. 139
Dolus licèt impediat matrimonium carnale,non tamen impedit spirituale.c.fi.eo.ti.nu.102 181
Domino dare iussus non implet conditionem dando seruo.c.2. de condit.appos.nu.19. 286
Dominium duplex,secundum Aristotelem.c.fin. de spons. numero 51. 174
Donans rem ecclesiæ, potest apponere conditionem & modum et donationis resolutiuũ.c.verum,de cond.appos.nu.1. 295
Donatio prohibetur inter coniuges. in rub.de spons.nu.5. 3
Donatio propter nuptias non habet locum, nisi vbi est matrimonium.c.cum in tua,de sponsal.nu.35 111
Donatio propter nuptias,ad quid fuerit inducta, & quid operetur.c.Gemma,de spons.nu.44. 134
Donatio coniugi facta existente vero matrimonio,morte confirmatur.c.fi.de spons.nu.93. 180
Donatio causa mortis reuocari potest pro libito voluntatis. in rub.de condit.appos.nu.180 277
Donatio facta ecclesiæ reuocari non potest prætextu modi non adimpleti.c.verum,de cond.appos.nu.4. 197
Dormiens an possit contrahere matrimonium.cap.dilectus,de spons.num.19. 49
Dos filiæ exclusæ à statuto, quanta esse debeat.c.tuæ, de spons. num.56. 66
Dos data à patre filiæ,an augeatur auctis patris facultatibus. ibid.num.87. 72
Dos, an sit necessaria ad validitatem matrimonij, c.tua nos, de spons.num.52. 93
Dos probari potest per instrumenta & testes.ibid.num.53.
Dos & donatio propter nuptias,procedit à pari,ibi.n.58. 94
Dos, an ex patientia videatur constituta in bonis acceptis per maritum, & ibi de duplici patientia. ibid.num.60.
Dos licèt dicatur donatio,non tamen indiget insinuatione.ibid. num.68. 96
Dos an aliquo casu requirat insinuationem.ibid.num.69.
Dos dicitur esse ratione matrimonij.c.fi.de spons.nu.78. 178
Dotans mulierem, an videatur donare,vel animo compensandi facere.c.tuæ,de spons.nu.110. 77
Dotata dicitur illa, quæ est certa de dote sua.in rub.de spons. nume.10. 3

E

EBRIVS, *quis dicatur.c.dilectus, de spons.nu.10.* 47
Ebrius, an possit contrahere matrimonium .ibidem, numero 18. 48
Ecclesia imponit penitentiam laicis de illicito iuramento, c.ad audientiam.eo.ti.nu.12. 11
Ecclesia, an permittat minus malum,vt maius euitetur. c.de illis,eod.ti.nu.5. 13
Ecclesia non solum astringit ad matrimonium, sed vt maritali affectu vxor tractetur. cap.ex litteris, eodem titu. numero 10. 25
Ecclesia quomodo se impediat de peccato antequam committatur. ibid.num.17. 27
Ecclesia in foro contentioso non iudicat de occultis.cap.tuæ,de spons.num.4. 53
Ecclesia, an possit sustinere minus malum,vt maius vitetur. ibid.num.14. 55
Ecclesia prohibere debet peccata etiam committenda.ibid.numero 22. 58
Ecclesia in foro contentioso non iudicat de occultis, c.tua nos, de spons.nu.23 85
Ecclesia compellit per censuram ecclesiasticam religiosos ad suam redire religionem,non obstante sua assertione contraria.c.cum in tua.eò.ti.nu.50. 115
Edicta qualia proponantur ante contractum matrimonij.ibid. num.2. 104
Edicta pro matrimonijs contrahendis,vbi fieri debeant,c.cum inhibitio, de clandest.desp.nu.12.fol.218. & quid quando locus est interdictis, nu.13. & quod fieri debeant publicè, & quare,nu.14. Ad quæ pertineat illa proponere,nu.15. Et quis sit eius effectus.nu.18. 219
Educatio filiorum est de iure naturali,cap.tuæ,de sponsalibus, num.34. 60
Effectus immissionis anuli,quomodo declaretur.c.tua nos,eod. titu.num.48. 92
Electio facta pendente lite,quid operetur. c.ad audientiam,eo. titu.num.50. 42
Emptione facta sub conditione,non potest agi ante cõditionem impletam.c.1.de condit.appos.nu.6. 280
Episcopus non potest relinquere ecclesiam suam, cum qua matrimonium spirituale dicitur contraxisse.cap.fin.de sponsal. num.99. 181
Error an irritet matrimonium, cap.tua nos, de sponsalibus. num.16. 84
Error fortunæ & qualitatis,non excludit consensum in matrimonio.c.fi.eo.ti.num.98. 181
Aetas certa vbi requiritur respectu discretionis,illa præueniri non potest c.iuuenis,eo.ti.nu.7. 9
Aetas legitima requiritur ad contrahendum matrimonium,c. 2.de despon.impub.num.2. 187
Aetas legitima requiritur ad validitatem matrimonij,nisi malitia suppleat ætatem. c.3.eo.ti.nu.15. 192
Aetas ad matrimonium cõtrahendum probatur per annos. c. continebatur.eo.ti.nu.1. 205
Aetas cõstituta ad matrimonium potest præueniri per viripotentiam.ibid.num.12 206
Aetatis disparitas non impedit sponsalia. c.literas,de despon. impub.num.1. 203
Aetatis alicuius prope finem,quando quis esse dicatur. c.attestationes,de despon.impub.num.3. 212
Etimologia, quid sit. cap. puberes, de despon. impuberum, nume.2. 190

Super IIII. Decretalium.

Euentus frustra expectatur, cuius effectus nihil operaturus est,c. de illis,de despon.impub.nu.8. 209
Euentus nihil operaturus frustra expectatur,c.1. de clandest. despon.nu.2. 213
Exceptio conseruationis indemnitatis, non releuat patrem à petitione dotis à marito suæ filiæ intentata, c.tuæ,de sponsa. num.112. 77
Exceptio simulationis contra instrumentum matrimonij opponi potest,c.tua nos,eo.ti.nu.23. 85
Exclusus à successione ab intestato ex alia causa quàm criminis,non intelligitur propterea exclusus ex testamẽto, c.tuæ, de spons.nu.74. 69
Excommunicatio potest ferri pro futuris culpis, si est aliqua dubitatio de præsenti,c.ex litteris,nu.16.de spons. 27
Excommunicatio,suspensio & interdictũ, quomodo differunt, c.non est vobis,nu.14.eo.ti. 32
Excommunicatio,an pro culpis futuris ferri possit, c.tuæ. eod. titu.num.23. 58
Executor testamenti,an distribuere possit sub conditione, in rubrica,de condit.appos.nu.175. 276
Exempla non restringunt regulam,c.1.de spons.nu.1. 5
Exemplis non est indicandum,c.licet,nu.4.de spon.duo. 236
Exhæredatus habetur pro mortuo,c.super eo,nu.79. de condit.appos. 321
Expressio conditionis omnino extituræ,& cuius euentus sit certus,an & quando non faciat conditionem, in rub.de condi. appos.nu.66. 259
Extare non dicuntur quæ non apparent, cap.2.de clandest.despon.num.1. 214
Extensio fit aliquando in statutis,quando materia non est exorbitans,vel odiosa,c.tuæ,nu.82. 71
Extranei, an possint apponere pœnam pro sponsalib. seu matrimonio inter aliquos contrahendo, c.Gemma, nume.19. de sponsal. 127
Extraneus dans dotem mulieri, an illam donare videatur, c. tua nos,nu.65.eo.ti. 96

F

FACIENS *aliquid lege permittente, non meretur pœnam, c.de illis,nu.11.de spons.* 14
Facta antiqua quomodo probentur,c.ad audientiam, num.7. eod.tit. 11
Factum,seu attentatio magis attenditur quandoque.quàm iuris affectus non productus ad effectum, si deuentum est ad actum effecti.c.iuuenis,nu.5.eo.ti. 9
Factum quod est in obligatione videtur excusare à pœna conuentionali,c.Gemma,eo.ti.nu.54. 136
Fama super consanguinitate,quantum valeat,cap.cum in tua, nu.3.eo.ti. 104
Fama & scandalum æquiparantur.ibidem, nu.5.
Fama,an faciat probationem,& qualem.ibi.nu.49. 115
Fatuus quis dicatur,c.dilectus,de spons.nu.8. 46
Fœmina cur citius pubescat quàm masculus,in rubr. de despon. impub.nu.10. 183
Fictio est opposita veritati,c.is qui fidem,nu.54.de spon. 155
Fidei præstatio succedit loco pacti,c.præterea,nu.5.eo.ti. 7
Fideiussores pro dotibus,an & quibus casib. dari possint. cap. Gemma,num.67.eo.ti. 139
Fieri quod potest per vnum solum,dicitur fieri non posse.in rubrica, de condit.appos.nu.107. 266
Fieri sub modo,& fieri in vim modi,differunt,c.verum,num. 12.eod.ti. 298
Filia desponsata per verba de futuro,potest petere supplementum legitimæ, in rubr.de sponsal.numero 11. 3
Filia non debet de vrbanitate contrahere etiam sponsalia sine consensu patris,c.ex literis. eo.ti.nu.4. 25
Filia cui legata sunt mille si nupserit,& trecenta si fiat monialis,an possit monasterium ingredi & habere mille. ibidem, num.32. 29
Filia dotata à patre, an post eius mortem possit ab eius hæredib. dotem petere,c.tuæ,de sponsal.nu.42. 62
Filia quando ex forma statuti excludatur à successione existentibus fratribus vel agnatis,c.tuæ,nu.50. de spons. 64
Filia exclusa per statutum à legitima, non excluditur à iure petendi dotem.ibid.nu.55. 65
Filia quomodo excludatur à supplemento legitimæ petendo. ibid.nu.59. 66
Filia instituta in dote,an possit agere ad supplem.ibi.nu.63.
Filia dotata exclusa à statuto est redacta ad instar extranei. ibid.num.68. 68
Filia quoad legitimam omni iure habet fundatam intentionem suam. ibi.nu.69.
Filia instituta in re certa, filio vniuersaliter instituto, excluditur ab intestato.ibi.nu.75. 69
Filia quæ iurauit non succedere,non excluditur à petitione supplementi legitimæ. ibi.nu.77.
Filia dotata exclusa à statuto, non intelligitur exclusa à successione patris dicentis, filios meos hæredes instituo, sed intelligitur simul cum filijs instituta.ibi.nu.78.
Filia cui pater promisit dotem,si succedat æqualiter patri cum fratribus, an ab eis dotem promissam exigere possit. ibid. nume.89. 72
Filia non excluditur à petitione dotis maternæ, licet pater constituendo ei dotem dicat, pro omni eo quod dictæ filiæ debetur de bonis maternis,&c.ibid.nu.103. 75
Filia quo iure possit petere à patre redotationem. ibi.nu.124.
Filia nupta, an remaneat sub potestate patris, & quomodo,c. fi.de spons.nu.37. 171
Filia nupta,acquirit patri vsumfructum aduentitiorum. ibid. nume.38.
Filia nupta desinit esse de domo,& familia patris. ibi.39.
Filia maior 25.annis, quam pater maritare distulit, si vitam turpem elegerit,vel sine patris consensu nupserit,non est digna exhæredatione, cap.puberes, num.53. de despons.impuber. 200
Filia,cui relictum est legatum, si nubat digno, an nubens indigno priuetur illo. in rub.de conditio.appos.nu.159. 174
Filia naturalis, an succedat patri ab intestato, c.super eo, nu. 56.de condit.appos. 317
Filij nati ex matrimonio præsumpto censentur legitimi. c.is qui fidem,nu.58.de spons. 156
Filij nati ex secundo matrimonio, an sint legitimi,stante consuetudine quod secundum matrimonium carnali copula consummatum teneat,c.accepisti,nu.55.de spon.duo. 235
Filij plures si sint instituti sub conditione manumittendi seruum, & seruus sit apud vnum, ille implere tenetur, nec ab alijs reficitur,c.1.nu.23.de cond.appos. 282
Filij naturales tantum, an faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit,c.super eo,nu.50. 316
Filijs duobus extantibus vno ex matrimonio clandestino, altero ex matrimonio publicè contracto, vter dicatur legitimus, vel illegitimus,c.cum inhibitio,nume.51.de clandest. desponsf. 226
Filiorum appellatione, an veniant naturales in contractibus, c.super eo,nu.58.de cond.appo. 317
Filiorum appellatione, an veniant nepotes in substitutione facta de extraneo. ibi.nu.31. 320

Index ad Mar. Socinum

Filius natus ex matrimonio contracto per existentem in sacris, non facit deficere conditionem, si sine liberis decesserit. ibi.num.53. 317
Filius naturalis tantum non facit deficere conditionem, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. ibidem, numero 62. 318
Filius in spiritualibus potest agere contra patrem, cap.non est vobis, nu.2.de sponſ. 30
Filius, an teneatur dotare matrem eique egenæ alimenta præstare,c.tuæ,nu.97.eo.ti. 74
Filius quando præsumatur iussu patris hæreditatem adijsse, c. tua nos,nu.43.de sponſ. 90
Filius ratificare potest testamentum paternum expresse & tacitè,c. Gemma,nu.79.eo.ti. 143
Filius, quo casu possit sine venia agere contra patrem, c.fin. nu.54.& 55. 175
Filius nolens obedire patri in consentiendo matrimonio,an peccet,c.1.nu.9.de despon.impub. 185
Filius institutus sub conditione potestatiua, quæ non sit per eũ adimpleta ante mortem, non transmittit ad posteros per beneficium de ijs qui ante apertas tabulas, in rub.de condit. appoſ. nu.163. 274
Filius institutus sub conditione potestatiua si moriatur ante implementum,non transmittit,c.1.nu.3.eo.ti. 279
Filiationis & quasi matrimonij possessio,qualiter probetur,c. cum in tua,de sponſ.nu.55. 117
Finis attendendus est magis quam principium, c.1.num.20. eod.titu. 7
Forus animæ, & quasi forus, quomodo dicatur, cap.tua nos, num.12.eo.ti. 83
Francorum ritus improbatus circa modum cõtrahendi matrimonium,c.1.nu.2.eod.ti. 5
Frater, an teneatur dotare sororem, c. tuæ,nu.95.& 96. de sponſalib. 74
Frater dotans sororem de fundo communi, an postea veniens ad diuisionem cum ipsa, possit petere refectionem. ibidem, num.116. 78
Frater, an possit conuenivi pro dote promissa sorori à marito ipsius sororis, ipsa contractui non consentiente. ibidem, nume.118.
Fratres minores non sunt successibiles, nec ex testamento, nec ab intestato,c.super eo,nu.80.de cond.appoſ. 321
Fundus dari non potest pro arris matrimonij,c.Gemma,num. 37.de sponſal. 131
Fundus si sit donatus ecclesiæ, vt T. alimenta præstaret, & si non præstiterit, quod T. & hæredes eius possent aduocare fundum ab ea, si ecclesia semel cessauit in præstando, an fundus ab ea aduocari possit,cap.verum,nume.42. de conditio. appoſ. 303
Furor quid sit, & quis dicatur furiosus,cap.dilectus,nume.2. de sponſal. 45
Furor qualiter probetur.ibi.nu.26. 50
Furoris probatio cui incumbat.ibid.nu.28.
Furiosus, ebrius, & similes, an possint facere testamentum. ibid.num.11. 47
Furiosus & similes non tenentur ex delictis, in quibus dolus exigitur.ibi. nu.15. 48
Furiosus, an possit contrahere matrimonium. ibidem,nume. 16.& 17.
Furiosus habens dilucida intervalla,an matrimonium contrahere possit. ibi.nu.21.& 22. 49
Furiosus retinet dignitatem iam quæsitam. ibi.nu.25.

G

GERVNDIVM, *an faciat conditionem,in rubr.de cond. appoſ.nu.56.quid de supinis,nu.57.* 255
Gratia, an & quomodo conferat in matrimonij sacramento, c.ex literis,num.26.de sponſ. 28
Gratia infunditur in matrimonio sicut in cæteris sacramentis, contra vnam glossam & reprehenditur Vgutio, c.fin.nu. 77.eod.tit. 178
Grauamen omne reijcitur à legitima,c.fi.nu.81. de spon. 178
Grauatus in vno debet in alio releuari,c.Gẽma,n.46.e.ti. 135
Grauatus per fideicommissum, si decesserit sine filijs, si deportetur, an statim sit locus substituto, & an si habet liberos, ipsi faciant deficere conditionem, cap.super eo, num.81.de condit. appoſ. 321

H

HABITATIO *simultanea præcipitur inter coniuges, c. fin.nu.52.de sponſal.* 174
Hæres eius, qui non impleuit conditionem, an illam implere possit,c.1.nu.24.de cond.appoſ. 282
Hæresis,an impediat matrimoniũ,c.ad aud.nu.37.de spon. 40
Hominum indiuiduitas per matrimonium conseruatur, c.fin. nu.76. eo.ti. 177
Honestas publica, ex quibus oriatur in matrimonio, c.ad audientiam,nu.2.eo.ti. 11
Honestas semper consideratur in sponſalibus seu matrimonijs contrahendis.ibi.nu.13. 12
Honestas publica in matrimonijs, qualiter contrahatur, c.ad audientiam, nu.3.eo.ti. 33
Honestatis publicæ iustitia per quos contrahatur. ibi.nu.6.
Honestatis publicæ iustitia,an oriatur ex sponſalib. vel matrimonijs per parentes pro filijs contractis.ibi.nu.15. 35
Honestatis publicę iustitia, an oriatur ex sponſalib. ante legitimam ætatem contractis,ibi.nu.19.& 20. 36
Honestatis publicæ iustitia,quomodo consideretur in contractu matrimonij,c.inuenis,de sponſal.nu.6. 9
Honestatis publicæ iustitia inducitur ex sponſalib. de futuro, c.puberes,nu.8.de despon.impub. 191
Honorans vxorem,honorat maritum, & qui iniuriatur vxori, iniuriatur viro, c.fi.nu.31.de sponſ. 170
Honoratus non potest per modum in plus grauari à testatore, quàm fuerit honoratus,c.verum,nu.43.de cõd.appo. 303

I

IDONEITAS *superueniens non confirmat electionem, vel collationem inualidam,c.dilectus,nu.14.de sponſ.* 47
Ignorantia affectata quo ad pœnam æquiparatur scientiæ,c.cũ inhibitio,nu.5. de clandest.despon. 216
Ignorantia affectata,seu crassa,non excusat.ibi.nu.43. 224
Illatio non fit ex separatis, c.tuæ,nu.72.de sponſal. 69
Illegitimitatem obijciens,illam probare videtur,c.cum in tua, nu.66. eo.ti. 121
Impedimẽtum publicæ honestatis in matrimonio vnde dictum sit,c.ad audientiam,nu.1.eod.ti. 33
Impedimentum quale non dirimat matrimonium cõtractum. ibid. num.64. 44
Impedimẽtum publicæ honestatis oritur ex sponſalibus vt cum impubere cõtractis,c.continebatur,nu.11.de desp.imp. 206
Impedimenti iustitiæ publicæ honestatis effectus quis sit in matrimonijs,cap.ad audientiam,num.23.de sponſal. 37

Impensæ

Super IIII. Decretalium.

Impensæ vtiles, & necessariæ factæ in re dotali,dotẽ minuunt, cap.fin.num.91.eod.tit. 179
Imperia Papæ, & Imperatoris, quomodo distincta,cap.continebatur,num.8.de despon.impub. 206
Impotens ad generandum,quomodo quis cognoscatur,c.puberes,num.6.eod.tit. 191
Impubes doli capax iurans contrahere matrimonium, an ad contrahendum compelli possit. Quid in maiori, cap. tua, de sponſal.num.12.& 13. 55
Impubes,vel puer,quis dicatur. in rub.de desp.imp.nu.3. 182
Impubes maior septennio, qui contraxit sponſalia, vel matrimonium, an factus maior possit illa soluere, cap.attestationes,num.4.eod.tit. 212
Impubes factus maior, an possit altero inuito discedere à sponſalibus, cap.puberes,de despon.impub.nu.11.& 12. 192
Impubes nunquã intelligitur naturaliter potens,nisi per euidentiam probetur,licèt sit proximus pubertati.ibi.nu.30. 196
Impubes, pro quo pater contraxit sponſalia,non potest ante aduentum pubertatis contradicere. ibid.nu.51. 199
Impuberes maiores septemio contrahentes sponſalia, resilire non possunt ante pubertatem, cap.de illis, numero 1. de desponſat.impub. 208
Impuberes non habent naturalem consensum,cap.à nobis, numero 2.eod.tit. 211
Impuberes contrahentes sponſalia non possunt resilire ante pubertatem, nisi sint contracta metu,nec aliter ratificata sint, cap.3.numero 10.de despon.impub. 190
Impuberes ambo,vel vnus impubes,& alius pubes,an matrimonium contrahere possint, & si contraxerint, quem effectum habeat talis contractus.ibid.numero 14. 191
Impuberum viripotentia licet non sit clara, nec appareat, si tamen datur nixus copulæ cum proximitate ætatis, & iteratur consensus in ipsa ætatis proximitate,inducitur matrimonium,cap.3.num.26.de despon.impub. 195
Incertitudo irritat matrimonium,c.tua nos,nu.18.de sponſ. 84
Incertitudo, an vitiet sponſalia, seu matrimonium,cap.ad audientiam,numero 31.de sponſal. 39
Incontinentiæ causa sola, an impediat matrimonium. ibidem, numero 41. 40
Incontinentiæ signum est in filia nubente. in rub.de cond.appo. numero 146. 272
Infans quis dicatur, & vnde. in rubr. de desponſat.impub.numero 2. 182
Inferior non potest contra statutum synodi dispensare,cap.cum inhibitio,num.17.de clandest.despon. 219
Inferiores debent se conformare ecclesiæ Metropolitanæ circa sacramenta,cap.tuæ,de spon.duor.num.1. 239
Ingenium magnum nunquam fuit sine mixtura insaniæ, c.fin. numero 48.de sponſal. 173
Ingratitudo, ex qua filius potest exhæredari, tollit omne debitum etiam naturæ, quo pater filio tenebatur, capit.tuæ,eo. tit. num.47. 63
Insanus & insaniens, seu insipiens, quis dicatur, cap.dilectus, numero 9.de sponſal. 47
Institutus, vel substitutus sub cõditione,ne contrahat nisi cũ certis personis, si potest cum illis honestè contrahere, & contrahat cũ alijs,an priuetur.in rub.de cõd.app.nu.142.271
Instrumenta qualiter confici debeant super matrimonio de presenti. Et quid in hoc seruent Senenses,cap.tua nos,nu.107. eodem tit. 103
Instrumenta dotalia, quot modis dicantur,cap.cum in tua,numero 37.eod.tit. 111
Instrumentum, & scriptura, vtrum requiratur ad validitatem matrimonij,cap.tua,numero 49.de sponſal. 92
Instrumentum requiritur, vbi quis contrahit cum concubina & quare. ibid.numero 50.
Interdicto quæ non subijciantur, cap.non est vobis,numero 15. de sponſal. 32
Interdictum qualiter ferri possit.ibid.num.7. 31
Interdictum ecclesiæ quale impedimẽtum afferat matrimonio, cap.ad audientiam,num.28.de sponſal. 39
Interdictum ecclesiæ ex legitima causa factum, excusat coniuges à redditione debiti,c.adolescens,nu.13. eod.tit. 165
Interpretatio fieri debet in dubio, vt vitetur peccatum,c.ex literis,num.14.de sponſal. 26
Inuitari, an quis possit ad sponſalia, vel matrimoniũ spe præmij,ibid.numero 22. 27
Inuitari, an quis possit ad matrimonium spe indulgentiæ, vel præmij,cap.Gemma,numero 63.de sponſ. 157
Inuitus non dicitur,qui propter voluntariam promissionem vrgetur ad satisfaciendum,cap.tuæ,de spon.num.9. 50
Inuitus quis ad matrimonium astringi non potest,cap.tua fraternitas,num.1.de despon.impub. 184
Itinerantes,an in matrimonium inuicem consentire possint,capit.tua nos,de sponſal.num.24. 85
Iudæi matrimonium secundum eorum ritum contrahitur.ibid. numero 105. 102
Iudæis quomodo licitum sit repudiare primam vxorem,& superinducere secundam, c.tua fraternitas, de spon.duorum, numero 10. 238
Iudex quis sit super sponſalibus,& matrimonijs, & ad ea accessorijs,c.ex parte,num.7.de sponſ. 20
Iudex qualiter procedere debet in causis matrimonialibus.ibidem,numero 24. 22
Iudex potest ex officio se informare de consuetudine, c.cum in tua,de sponſal.num.31. 110
Iudex ecclesiasticus est cognitor in matrimonialibus, c.Gemma,de sponſal.numero 8. 124
Iudex à quo,pendente appellatione,potest interdicere matrimonium contrahentiũ,c.tua fraternitas,de spon.duo.nu.2.237
Iudices sequentes communem opinionem,si errauerint, non tenentur in iudicatu,c.ex literis,num.4.de sponſ. 15
Iurare ad sancta Dei Euangelia, & promittere sub periculo animæ,an differant,c.tuæ,eod.tit.num.11. 55
Iurans accipere vxorem vnam de filiabus, si postea cum vna concubuit,an cogi possit illã ducere,c.tuæ,nu.15.de spon.55
Iurans ducere vxorem vnam de omnibus mulieribus mundi, cognoscendo vnã,an videatur illam elegisse.ibi.nu.19. 57
Iurans ducere vxorem vnam ex decem sororibus seu attinentib.infra quartum gradum habito ab illis consensu,si vnam ex illis carnaliter cognoscit,an illa sit vxor. ibi.nu.20.
Iurans temerè peccat mortaliter,& cogi potest per ecclesiam ad agendam pœnitentiam,c.ad audientiã,nu.8.de spon. 11
Iuramento proprio contrauenire periculosum est, c.ex literis, num.8.de sponſ. 25
Iuramentum facit valere actum eo modo quo valere potest. ibi.num.11.
Iuramentum in foro animę & in foro iudiciali diuersam recipit interpretationem,c.ex literis,nu.12.eo.ti. 16
Iuramentum de non contrahendo,an impediat matrimonium, c.ad audientiam,nu.44.eo.ti. 41
Iuramentum in defectu probationis, an & quale admittatur, ad probandum sponſalia vel matrimonium,c.in tua,nu.60. vsque 63 de sponſ. 118
Iuramentum potest exigi à reo,vbi vertitur periculum animæ, cap.continebatur,num.21.de despon.impub. 207
Iuramentum quid operetur in sponſalibus, cap.de illis, nu.10. eodem titulo. 210

Iuramentum quando non sit exigendum à reo, cap. 2. nume. 2. de clandest. despon. 214
Iuramentum non est de substantia matrimonij, licèt fortius obliget contrahentes, cap. licet, num. 2. de spon. duo. 235
Iuramentum conditionale defecta conditione non obligat quem ad periurium, cap. de illis, num. 1. de cond. appos. 289
Iura ad ea, quæ rarò accidunt quo ad casus suos, quandoque adaptantur, cap. puberes, num. 5 5. de despon. impub. 201
Iura debent adaptari ad ea, quæ frequenter accidunt, cap. literas, num. 8. de despon. impub. 204
Ius ex facto oritur, cap. de muliere, num. 3. de sponsal. 14
Ius canonicum seruari debet in causis matrimonialibus tam in procedendo, quàm in decidendo, cap. ex parte, numero 19. eodem titulo. 23
Ius cogendi obligatus ad dotandum, an transeat ad hæredes, cap. tuæ, numero 48. eod. tit. 63
Ius vbi inducit aliquid ex aliquo facto, non dicitur satisfactum iuri, nisi illud factum sit perfectum, cap. adolescens, num. 3. eod. tit. 163
Ius accrescendi non habet locum, quando reijcitur conditio à iure reprobata. in rubrica, de conditio. appos. numero 169. 275
Iustitia publicæ honestatis, per quos contrahatur, cap. ad audientiam, num. 6. de sponsal. 34
Iussus dare domino non implet conditionem, dando seruo, cap. cum sit, num. 12. de condit. appos. 285
Iuuenis quis dicatur, cap. 3. num. 1. de sponsal. 8

L

Laici interuenientes matrimonijs clandestinis, an sint puniendi, cap. cum inhibitio, numero 40. de clandest. desponsf. 223
Laici transgredientes canones, per quem puniendi. ibidem, numero 54. 226
Laici, an statuere possint circa causas matrimoniales, cap. 2. numero 8 eod. tit. 214
Legata sub conditione nõ petuntur ante conditionis euentum, cap. 1. num. 4. de condit. appos. 279
Legato saltem in specie relicto, sunt tres acquisitiones, cap. ad audientiam, num. 10. de sponsal. 34
Legatum acquiritur à morte testatoris, etiam ignoranti, quo ad transmissionem in hæredem. ibid. num. 9.
Legatum, sub modo, non vitiatur, cap. ex literis, numero 29. de sponsal. 25
Legatum, institutio, vel substitutio, intelligitur esse conditionalis, licet non fiat mentio certæ ætatis, certi diei, vel incerti, si tamen solius mortis mentio fit. in rub. de condit. appos. numero 65. 258
Legatum ad pias causas sub conditione, si legatarius tale quid fecerit continuis decem annis, debetur licet interpollate fiat, cap. 3. num. 19. de condit. appos. 292
Legatum sub conditione, vt aliquid faciat, est modale, cap. verum, num. 19. de condit. appos. 299
Legatum purum recta via quo ad dominium, si res est testatoris, transit in legatarium. ibid. num. 41. 303
Legatum pro passagio terræ sanctæ, vt legatarius petere possit, quid facere debeat, c. verum, num. 36. eo. ti. 302
Legatum pro quo consequendo præstita est cautio Mutiana, debet restitui hæredi, cui cautio præstita est, si conditio deficeret, cap. super eo, num. 42. de cond. appos. 315
Legatum alicui, si intrauerit monasterium, an illi debeatur, si intrauit, deinde exiuit, c. de illis, nu. 34. de cond. app. 294
Legatarius, cui certum quid relictum est, si centum dederit alicui incapaci, debet saltem de facto illa centum offerre. ibid. numero 24. 293
Legatarius volens consequi legatum sub modo, an teneatur prius offerre cautionem, c. verum, num. 47. eo. ti. 304
Legati de latere, an possint ad matrimonia dispensare, c. is qui fidem, nu. 25. de sponsal. 148
Legatis quod tempus expectetur quantum ad capacitatem legatarij, vel hæredis instituti, c. 2. nu. 35. de cõd. appos. 289
Legitima debetur iure naturæ, licèt quantitas sit de iure ciuili, c. tuæ, nu. 44. de sponsa. 62
Legitima iure nouissimo Auth. quanta sit. ibid. nu. 84. 71
Legitima debet esse libera ab omni conditione, in rub. de cond. appos. nu. 162. 274
Legitimam, seu legitimæ supplementum petere, cui competat, c. tuæ, nume. 67. de sponsal. 68
Legitimatio in rescripto non trahitur retro ad tempus natiuitatis, c. super eo. nu. 65. de condit. appos. 318
Legitimatus excludit filiam exclusam à statuto propter filios masculos legitimos & naturales, ibid. num. 63. 318
Lepra, an impediat matrimonium, c. ad audientiam, nu. 52. de sponsal. 64
Lex debet esse communis & generalis, cap. 1. nume. 10. de sponsalib. 5
Lex quamuis dura sit, ab eius verbis non est recedendum, ca. ad audientiam, nu. 4. eo. ti. 11
Lex appetit patres debere seruare æqualitatem inter filios, c. tuæ, nu. 104. eo. tit. 75
Lex positiua quid possit circa legem diuina, c. is qui fidem, nu. 31. de sponsal. 149
L. 2. C. de indic. vidui. tol. perpenditur. in rub. de condit. appos. num. 138. 270
L. fi. C. de sponsal. declaratur, cap. Gemma, num. 34. & 45. de sponsal. 131
L. Titia, ff. de verb. oblig. declaratur. ibid. nu. 43. 134
L. 1. C. si rect. prouin. declaratur. ibi. nu. 61. 138
Leges non contradicentes canonibus possunt allegari in causa matrimonij, c. 2. nu. 3. de despon. impub. 187
Legum correctio vitanda est, vbi est diuersa ratio, c. Gemma, nu. 71. de spons. 140
Libelli qualiter concipiantur in causa matrimoniali, & quando mulier cum duobus contraxit per verba de præsenti, c. tuas, nu. 9. & 10. de sponsa duorum. 241
Libellus qualiter sit formandus circa coactionem ad matrimonium, c. tuæ, nu. 24. de sponsa. 58
Libertas ad matrimonium omni tempore requiritur, c. Gemma, nu. 7. de spons. 124
Libertas matrimonij non potest per statutum etiam ad tempus impediri, c. is, qui fidem, nu. 35. eo. ti. 151
Libertas, an dicatur res spiritualis, c. 2. nume. 3. de conditio. appos. 284
Libertati hominis, an conditio apponi possit, in rub. de condit. appos. num. 182. 278
Liberatio habetur pro solutione quo ad conditionem implendã, cap. de illis, num. 21. de condit. appos. 292
Ligatus apud ecclesiam multoties est absolutus apud Deum, & econtra, cap. cum inhibitio, numero 58. de clandestina desponsatio. 227
Linea masculina videtur esse linea agnationis, c. super eo, numero 74. de condit. appos. 320
Lite pendente super matrimonio non potest aliud contrahi, capit. tua fraternitas, num. 3. de spon. duo. 237
Litis pendentia super matrimonio, an impediat aliud matrimonium contrahi, c. ad audientiam, num. 47. de spons. 41
Litis pendentia, quid operetur. ibid. num. 48.

Lucro dotis attenditur domicilium viri, vbi contractũ est matrimonium, & non domicilium, vbi mortuus est, cap. 1. numero 12. de sponsal. 5
Lucrum dotis, an attendatur secundum consuetudinem patriæ vxoris, vel patriæ mariti. ibid. num. 11.
Lucrum dotis non habet locum in matrimonio putatiuo, c. fin. numero 92. eod. tit. 179

M

Maior septennio, impubes tamen, non debet admitti ad contractus sponsalium de futuro de honestate, c. 2. numero 5. de despon. impub. 188
Maior consentiens sponsalibus compellitur ad matrimonium contrahendum, cap. 3. num. 9. eod. tit. 191
Maior septennio, an post legitimã ætatem possit resilire à sponsalibus de futuro, cap. de illis, num. 5. eod. tit. 208
Manumissus promotus ad clericatum, potest reuocari in seruitatem, si non est seruatus modus appositus in manumissione, cap. 2. num. 5. de cond. appos. 284
Maritare filias, vel neptes, pertinet ad parentes, non ad tutores, cap. Gemma, num. 50. de sponsal. 135
Marito, quomodo consulatur contra vxorem sibi furantem, c. fin. num. 74. 177
Maritus tenetur alere vxorem. ibid. num. 33. 171
Maritus, an possit habere vxorem quasi seruam, vbi referuntur plures conclusiones magistri Alexandri de Bononia, ordinis Prædicatorum. ibid. num. 41. 172
Maritus acquirens ab vxore cum nimia instantia obseruantiam omnium minimarum rerum, indiscretus, & iniustus est. ibidem, numero 44. 173
Maritus etiam sapiens debet quandoque sequi consilium vxoris. ibid. numero 46.
Maritus tenetur prouidere vxori in necessarijs: Et eã etiam indotatam secundum statum suum alere. ibidem, num. 60. & 61. 175
Maritus, an teneatur alere vxorem extra domum. ibidem, numero 64. 176
Maritus non tenetur soluere condemnationem, aut debitum per vxorem contractum. ibid. num. 83. 178
Maritus, & vxor non habent potestatem sui corporis, cap. attestationes, num. 2. de clandest. despon. 212
Maritus si fecit pactum cum vxore, vt totam donationẽ propter nuptias lucraretur vxor extantibus liberis, & eis non extantibus tertiam partem; & contingat, quòd maritus decedat superstite vxore, & tribus liberis, & demum liberi moriantur, an reuertatur ad primam conditionem pro portione deficientium, cap. super eo, numero 73. de conditionib. appos. 320
Maritus legans vxori in tempus liberorum, censetur sensisse de illis, qui susciperentur ab ipso legante, non ab alio. ibid. numero 76.
Masculinum, quo casu concipiat fœmininum, cap. ex literis, numero 5. de sponsal. 25
Mater in iudicio auditur pro filia in causa sponsalium, cap. ex parte, num. 26. eod. tit. 24
Mater quæ teneatur lactare, & nutrire filium vsque ad triennium, cap. tuæ, numero 32. eod. tit. 60
Mater, an teneatur maritare, & dotare filiam. ibidem, numero 91. & 92. 73
Mater dans in dotem pro filia fundum communem sibi, & filiæ, an intelligatur partem suam donasse, an verò fiduciam patris administrasse. ibid. num. 117. 78
Matris testimonium, an sit sufficiens pro filia in sponsalibus de futuro, c. cum in tua, num. 18. eod. tit. 107
Matrimonia clericis prohibita sunt, in rubr. de sponsalib. numero 1. 1
Matrimonia clandestina contrahentes, an & qua pœna puniendi sint, cap. cum inhibitio, numero 38. de clandest. desponsatio. 223
Matrimonij ad esse, quæ sint necessaria, cap. tua nos, num. 10. de sponsal. 83
Matrimonij ad separationem, vbi agitur ratione frigiditatis, debet probari frigiditas per iustum iudicium, c. cum in tua, numero 67. eod. tit. 121
Matrimonij interdictio, cur ad quartum gradum fuerit restricta. cap. is, qui fidem, num. 11. eod. tit. 145
Matrimonij effectus plures referuntur, capit. fina. numero 6. & 59. 164
Matrimonij fauores, & effectus, multiplices sunt. ibidem, numero 84. & seqq. 178
Matrimonij sacramentum, quàm magnum sit. cap. 1. num. 4. de sponsa duorum. 230
Matrimonij carnalis, & spiritualis differentia, cap. licet, numero 8. eod. tit. 236
Matrimonij finis principalis est bonum prolis, cap. 1. de sponsalib. numero 19. 7
Matrimonijs inspicimus non solum quod liceat, sed & quod honestum sit, cap. ad audientiam, numero 2. de sponsalibus. 33
Matrimonio à contrahendo, quibus ex causis quis excusetur, cap. tuæ, numero 25. de sponsal. 58
Matrimonio fauendum est, quando partium probationes sunt hinc inde pares, cap. cum in tua, num. 64. eod. tit. 121
Matrimonio requiritur consensus expressus, nec sufficit tacitus, cap. 1. num. 3. de despon. impub. 184
Matrimonio primo valido existente, secundum tenet, cap. accepisti, num. 9. de sponsa duorum. 233
Matrimonio contracto de præsenti potest coniux alterum ad consummandum compellere, cap. super eo, nume. 1. de conditio. appos. 306
Matrimonium tam contractum, quàm contrahendum, quæ impediant. in rubr. de sponsal. num. 3. 2
Matrimonium contractum cum alienigena, quando valeat, capit. 1. eod. tit. num. 3. 5
Matrimonium quid sit. ibid. num. 13. 6
Matrimonium debet perpetuò stare, dum coniuges viuunt. ibid. numero 15.
Matrimonium, vnde & quare sic dicatur. ibid. num. 17.
Matrimonium impedire potest quilibet de populo, subsistente legitimo impedimento, c. ad audientiam, nu. 1. eod. tit. 10
Matrimonium de præsenti non contrahitur per verba de futuro, seu habentia tractum ad futurum, etiam si sint executiua, cap. de illis, num. 1. eod. tit. 12
Matrimonium per interpretem contrahere possunt, qui se inuicem non intelligunt, cap. ex literis, num. 2. eod. tit. 15
Matrimonium, & sponsalia, an sub verbis dubitatiuis contrahantur, ibid. num. 11. 16
Matrimonium vnde habuerit originem, à quo, vbi, & quando fuerit institutum, cap. sponsam, num. 6. & 7. eo. ti. 17
Matrimonium, quare, & ob quas causas fuerit institutum. ibidem, numero 11. 18
Matrimonium de præsenti, quando inducatur per verba præteriti imperfecti, cap. ex parte, num. 3. eod. tit. 19
Matrimonium de præsenti, & qua causa separetur, & quomodo. ibid. num. 5. & 6. 20
Matrimonium contrahi non debet sine licentia diœcesani. ibidem, numero 11.

Matrimonium contrahere, an quis teneatur, cap. ex literis, numero 19. de sponsal. 27
Matrimonium ad contrahendum non potest quis metu pœnæ induci. ibid. numero 24. 28
Matrimonium, qui casus impediant, & dirimant, cap. ad audientiam, num. 35. eod. tit. 39
Matrimonium, an cum excommunicato contrahi possit. ibid. numero 39. 40
Matrimonium est omnibus commune. ibid. num. 40.
Matrimonium à periuro contractum tenet, cum declaratione. ibidem, numero 45. 41
Matrimonium iure prohibente contractum, est nullum. ibidem, numero 59. 44
Matrimonium ab initio illicitè contractum, non firmatur ex tacito consensu. ibidem, num. 60.
Matrimonium confirmatur cessante causa impeditiua. ibidem, numero 61.
Matrimonium illegitimè contractum non potest præscriptione sequenti iustificari. ibidem, numero 62.
Matrimonium contrahere an is possit, cui bonis interdictum est, cap. dilectus, num. 20. de sponsal. 49
Matrimonium, an soluatur per superuenientiam furoris. ibidem, numero 24. 50
Matrimonium contractum ab eo, qui habet dilucida intervalla, an præsumatur contractum tempore sanæ mentis. ibid. numero 30.
Matrimonium substantiatur ex consensu legitimo, cap. tuæ, numero 2. de sponsal. 53
Matrimonium contrahere, qui iurauit, an possit pœnitere, & religionem intrare. ibidem, numero 10.
Matrimonium ad contrahendum præcedentibus sponsalibus iuratis, per quem iudicem quis cogi possit. ibid. nu. 21. 58
Matrimonium ex duabus causis fuit principaliter institutum, cap. tua nos, num. 6. eod. tit. 83
Matrimonium qualiter inter absentes contrahi possit. ibidem, numero 25. 85
Matrimonium, & testamentum, quomodo differant. ibidem, numero 33. 88
Matrimonium, an valeat sine verbis inter valentes loqui. ibidem, numero 36.
Matrimonium spirituale contrahitur consensu eligentium, & electi. ibidem, numero 37. 89
Matrimonium spirituale contrahitur etiam per scripturam. ibidem, numero 39.
Matrimonium, quibus verbis, & qualiter contrahatur. ibid. numero 85. 99
Matrimonium contrahitur ipso facto, sicut verbo. ibidem, numero 86.
Matrimonium, an inducatur, si vir, & mulier promittunt, quod ab eo tempore se habebunt pro coniugibus. ibidem, numero 87. 100
Matrimonium contractum inter duos impuberes, in quibus malitia non supplet ætatem, an valeat. ibid. num. 98. 101
Matrimonium illegitimè contractum non potest sequenti præscriptione iustificari, ibidem, num. 106. 103
Matrimonium impeditur ad solam famam deferentem impedimentum, cap. cum in tua, num. 8. eod. tit. 105
Matrimonium, an probetur per instrumenta, & qualia esse debeant, ibid. num. 34. & 36. 111
Matrimonium, an probetur per præsumptiones, & indicia, ibid. numero 52. 116
Matrimonium, an præsumatur ex traductione sponsi ad domũ sponsæ. ibid. numero 53.
Matrimonium, an probetur per cohabitationem viri, & mulieris, & carnis copulam, non præcedentibus sponsalibus de futuro. ibidem, numero 54.
Matrimonium, ex quibus probetur. ibid. num. 57. 118
Matrimonium de præsenti soluit sponsalia de futuro, cap. Gemma, num. 2. de sponsal. 124
Matrimonium debet probari per legitimas probationes, aliàs præsumitur stuprum, c. consultationi, num. 6. eo. tit. 122
Matrimonium metu cõtractum copula subsequenti probatur. ibid. numero 7.
Matrimonium, inter quos prohibitum erat lege diuina, quid in lege Mosaica, cap. is qui fidem, num. 7. & 8. 145
Matrimonium contractum contra constitutionem, vel prohibitionem Papæ, non tenet. ibid. num. 21. 147
Matrimonium est prohibitum inter raptorem, & raptum. ibidem, numero 36. 151
Matrimonium, an censeatur, si vir dicat mulieri, Ego contraham tecum matrimonium, si permiseris me tecum commisceri, & mulier permisit. ibid. num. 59. 156
Matrimonium inualidum non debet appellari matrimonium, cap. si inter, num. 2. de sponsal. 159
Matrimoniũ de præsenti, per quæ verba dicatur contractum, ibidem, numero 7.
Matrimonium, an soluatur per ingressum religionis, & professionem. ibid. num. 11. 160
Matrimonium est sacramentum, & declaratur, quid significet. cap. fin. numero 7. eod. tit. 164
Matrimonium contractum sub conditione impossibili tenet. ibidem, numero 86. 179
Matrimonium, multis calamitatibus opprimitur. ibid. nu. 89.
Matrimonium verum, & putatiuum, quibus casibus differant, ibid. numero 90.
Matrimonium putatiuum habet multos effectus veri matrimonij. ibid. numero 95. & seqq.
Matrimonium spirituale, vtrum & quando contrahatur, an ex ipso sit licitum arguere ad carnale, vel econtra: & in quibus differant. ibid. num. 96. 97. & 100.
Matrimonium carnale fortius est, quàm spirituale. ibidem, numero 101. 181
Matrimonium, an valeat, quando filius coactione paterna ducit eam, quam ducturus aliàs non erat, capit. 1. num. 8. de desponsat. impub. 185
Matrimonium per copulam consummari quando dicatur, c. 3. numero 16. eod. tit. 193
Matrimonium, quo casu contrahi possit ante pubertatem. ibidem, numero 20.
Matrimonium non dicitur consistere, quando puella minor septennio est cognita, cum declaratione. ibidem, numero 21. & 22. 194
Matrimonium contractum cum puella maiore septennio viri potente tenet. ibidem, numero 23.
Matrimonium contrahitur, vbi malitia supplet ætatem cum proximitate ætatis ad pubertatem, si nixus copulæ non interuenit, licèt detur impedimentum ætatis. ibid. nu. 28. 195
Matrimonium contractum inter impuberes proximos pubertati, tenet. ibid. num. 32. 196
Matrimonium contractum inter impuberes, vel minores, an teneat saltem vt sponsalia de futuro. ibid. num. 34.
Matrimonium inducitur, si contrahentes in minori ætate in eadem voluntate perduret vsque ad pubertatem, siue consensus sit expressus, siue tacitus. ibid. num. 37. 197
Matrimonium non præsumitur per cohabitationem, aut etiam copulam, si nulla præcesserunt sponsalia. ibid. nu. 39. 198
Matrimonium putatiuum, an habeat effectus veri, c. accessit, num. 8. de despon. impub. 204

Matrimonium inualidum ratione illegitimæ ætatis, valet vt sponsalia de futuro, cap. continebatur, numero 5. de despon. impub. 205
Matrimonium aliàs prohibitum, quo casu contractum teneat, ibidem, numero 5.
Matrimonium quando cõsumetur per copulam carnalem, ibidem, numero 15. 206
Matrimoniũ palam contractum præiudicat clandestino, etiam si habeat vnum testem, & famam, cap. 2. num. 6. de cland. despon. 214
Matrimonium quando dicatur clandestinum, & quot modis dicatur clandestinè contrahi, c. 3. num. 7. eod. tit. 215
Matrimonium clandestinè contrahentes, an post mortem accusari possint. ibidem, numero 21. & 48. 220
Matrimonium si fuerit contractum cum vna, & ea viuente cum alia in faciem ecclesiæ, an proles inde nata sit legitima, & quid agendum. ibidem, numero 50. 225
Matrimonium clandestinum, an præiudicet secundo in faciem ecclesiæ contracto. ibidem, numero 57. 226
Matrimonium clam contractum, an publicari, seu solemnizari possit, & qualibet, ibidem, numero 60. 227
Matrimonium si fuerit contractum prius cum puella non apta, post cum alia apta, an primum, vel secundum teneat. in rubr. de sponsa duorum, numero 3. 229
Matrimonium contractum contra legem, an teneat, cap. 1. numero 3. eod. tit. 230
Matrimonium cum duobus, vel duabus contrahens, quibus pœnis afficiatur, cap. accepisti, num. 2. de spon. duo. 231
Matrimonium secundum contrahi non potest pendente lite super primo, ibidem, numero 10. 234
Matrimonium contractum cum ea, quam putabat vxorem legitimam alterius, cum non esset, tenet. ibid. num. 16. 235
Matrimonium, quod fuit nullum, an ex consensu veteri confirmari possit, c. tuas, num. 3. de spon. duo. 241
Matrimonium conditionale habet vim sponsaliorum de futuro. in rub. de condit. appos. num. 96. 267
Matrimonium contractum sub conditione possibili, & honesta, purificata conditione ex primo consensu remanet matrimonium, nisi consensus probetur mutatus. ibid. num. 97.
Matrimonium contractum sub conditione, si Papa dispensauerit, an valeat. ibidem, numero 106. 265
Matrimonium contrahi potest sub conditione, sed plures recipit limitationes. ibid. nume. 118. 124. 125. 126. 129. 130. & 134. 268
Matrimonium contractum sub modo, statim est validum, licèt modus nondum sit adimpletus, cap. verum, numero 37. de condit. appos. 302
Materia vbi non subest, non potest dari materiatum, cap. tuæ, numero 66. de sponsal. 68
Mens verisimilis in vltimis voluntatibus est attendenda, ibid. numero 108. 76
Mente captus, quis dicatur, c. dilectus, num. 4. eo. ti. 46
Metus qui potest cadere in constãtem, annullat matrimonium ipso iure, c. consultationi. num. 9. eod. tit. 122
Minor, an seruetur illæsus à pœna dupli ipso iure, vel per vim restitutionis, cap. Gemma, num. 48. eod. tit. 135
Modi natura, qui sit, cap. verum, numero 20. de conditio. appositis. 199
Modi impleti, vel deficientis effectus, quid sit. ibidem, numero 36. 302
Modo non adimpleto à legatario, legatum reuocatur. ibidem, numero 38. 302
Modus appositus in donatione facta ecclesiæ in dubio non intelligitur finalis. ibidem, numero 2. 296
Modus quis sit, & in quo differat à conditione. ibid. numero 8. & 10. 297
Modus quotuplex sit, seu qualiter distinguatur, & accipiatur. ibidem, numero 11. 198
Modus an inducatur per nomina, an per præpositiones, an per dictionem, pro, an per aduerbium, ne, prout non, si non, an per dictionem, post quam. ibid. num. 14. vsque ad 18. 299
Modus, super quibus adimpleri possit. ibid. num. 21. 300
Modus, quibus actibus, & dispositionibus apponi possit, an super seruitutibus. ibid. num. 23. & 24.
Modus impediens libertatem, vel inducens seruitutem, non valet. ibid. numero 27.
Modus, seu conditio, quo viduitas totaliter inducitur, in virgine reijcitur. ibidem, numero 26.
Modus, qualiter dicatur impleri, deficere aut alterari. ibidem. numero 29.
Modus deficiens per casum, non facit deficere legatum. ibidem, numero 33. 301
Modus, intra quod tempus impleri debeat. ibid. num. 34.
Modus impossibilis de natura, vel de iure, adiectus in vltima voluntate reijcitur. ibid. num. 34. 303
Modus appositus rei relictæ, vel donatæ, qui respicit vtilitatem alterius, quàm legatarij, quomodo impediat ipsius rei alienationem. ibid. numero 45.
Modus, an sit de necessitate probandus. ibid. num. 48. 305
Modus potest dici conditio, latè, cap. 2 numero 2. de conditio. appos. 284
Monasterium, an possit inuitari spe lucri ad recipiendum aliquam in monialem, cap. ex literis, numero 27. de sponsalibus. 28
Monitio, an & quando præcedere debeat interdictum, c. non est vobis, num. 8. eod. tit. 31
Mora modici temporis non impedit, cap. 1. num. 11. de despon. impub. 186
Mora vltima nocere, quando dicatur, cap. super eo, num. 40. de condit. appos. 314
Mors omnia soluit, & liberat promittentem. cap. Gemma, numero 57. de sponsal. 137
Mulier, an & quando teneatur sequi virum vagantem, vel bannitum, cap. de illis, numero 6. 8. & 9. eod. tit. 13
Mulier adeo arcta, quod non possit concipere, est tanquam mortua, in casu redhibitionis, cap. sponsam, numero 13. eodem titulo. 19
Mulier ignobilis contrahens cum nobili, potest ei aliquid promittere pro recompensatione nobilitatis, cap. ex literis, numero 23. eod. tit. 28
Mulier nubendo nulla facta dotis, vel bonorum mentione, an omnia in dotem dedisse videatur, cap. tua nos, numero 56. & 57. eod. tit. 93
Mulier supergressa, abutens viro, peccat mortaliter, cap. fin. numero 25. eod. tit. 169
Mulier secundo nubens ignobili, amittit nobilitatem primi. ibidem, numero 35. 171
Mulier, si est proxima pubertati, & viripotens, sufficit eius consensus etiam sine copula, ad hoc, vt teneat matrimonium, capit. puberes, numero 17. de desponsatione impuberum. 193
Mulier à duobus petita, non constito de prioritate, cuius sit, cap. accepisti, num. 12. & 13. de spon. duorum. 234
Mulier contrahens matrimonium cum aliquo, si patri placuerit, an possit retractare, antequam veniat consensus patris. in rub. de cond. appos. num. 105. 265
Mulieres, quæ se dehonestauerunt, deterius nubunt, capit. ad audientiam, numero 66. de sponsal. 45

Mulieres Romanæ, quantumcunque nobiles, lactant filios suos, cap. tuæ, numero 33. eod. tit. 60
Mulieres duæ si petunt aliquem in virum, quæ præferatur, cap. cum in tua, numero 69. 121
Mulieri iniuria est non parere, capit. sponsam, numero 12. de sponsal. 19
Mulieri nō creditur contra matrimonium, nisi probet metum, cap. cum in tua, numero 68. 121
Mulieri si sint legata decem, quandiu nubit, an debeantur singulis annis, vel pro toto tempore, in rubr. de condit. appos. numero 35. 151
Mulierum maximus fauor est concipere, & concepta tueri, cap. fin. numero 88. de sponsalib. 178
Mutus, & surdus matrimonium contrahere possunt, cap. ex literis, numero 8. de sponsal. 16
Mutus, & surdus, an impediantur contrahere matrimonium, cap. ad audientiam, numero 29. & 30. eod. tit. 39
Mutus matrimonium contrahere quare possit, cap. tuę, numero 5. eodem tit. 53

N

NEGATIVA *iuris est probabilis per aperturam librorum, cap. 1. numero 1. de clandest. despon.* 213
Negatiua non coarctata loco, & tempore, est improbabilis, cap. consultationi, numero 2. de sponsal. 122
Negotiorum gestor faciens actum vtilem suo principali, non sua. sed principalis bona obligare censetur, c. tuæ, num. 115. de sponsal. 78
Neptis ex filia, an excludat pium locum substitutum, cap. super eo, num. 75. de condit. appos. 320
Nisus solus copulæ non habet effectum copulæ, nec includit potentiam coeundi, capit. attestationes, numero 1. de clandest. despon. 312
Nomina relatiua, an inducāt conditionem. quid de distributuis, quid de relatiuis referentibus substantiam, in rubr. de condit. appos. numero 20. 248
Nominibus appellatiuo, & proprio expressis à testatore, attenditur quod præcessit. cap. 2. num. 13. de cond. app. 235
Nuptiæ prohibitę maioribus ratione dignitatis non videntur minoribus prohibitæ, c. ad audientiam, numero 65. de sponsalibus. 45
Nutu, an & quando legari possit, cap. tua nos, numero 41. de sponsalibus. 90

O

OBLATI, *conuersi, & eremitæ, an matrimonium contrahere possint, cap. ad audientiam, numero 32. de sponsalibus.* 39
Oblatio non debet plus operari, quàm vera solutio, cap. 3. numero 35. de condit. appos. 294
Obligatio in matrimonialibus aliter consideratur in foro pœnitentiali, aliter in iudiciali, cap. tua, numero 20. de sponsalibus. 85
Obligatio nulla etiam naturalis, oritur ex contractu inito lege resistente, cap. ad audientiam, num. 14. eod. tit. 12
Obligatio hominis, & legalis, differunt, & quomodo, cap. tuæ, numero 123. de sponsal. 79
Obligatio omnis, vel dispositio, que habet in se dependentiam, est conditionalis, siue sit conditio expressa, siue tacita, in rubr. de condit. appos. nume. 70. 260
Obligatio de præsenti non potest contrahi super re de futuro. ibidem, numero 72.
Obligatio certa, an & quando non possit esse conditionalis, numero 73.
Obligatio secundaria, & pœnalis, vel fuit, vel est conditionalis, & ideo liquidanda, numero 75.
Obligatio, quæ non est transmissibilis, & pura, reputatur conditionalis, ibidem, numero 76.
Obligatio aliqua nasci non potest ex pacto à iure improbato, in rubr. de condit. appos. num. 109. 266
Obligatio sæpe nascitur extra id, quod agitur, cap. 3. num. 35. de despon. impub. 197
Obligatione in alternatiua electio est debitoris, cap. ex literis, numero 12. de sponsal. 26
Obligationes duæ inæquales vbi concurrunt, non est locus regulæ, qui prior, cap. si inter, numero 5. 159
Obligatus liberare aliquem per instrumentum publicum, quo casu satisfecisse non dicatur, cap. 3. numero 12. de condit. appos. 291
Obligatus dare statuliberum, quomodo adimplere dicatur, capit. 3. numero 37. de condit. appos. 294
Offerens possessionem pro dote ecclesiæ, si in traditione vult apponere modum, non potest, cap. verum, numero 22. de condit. appos. 300
Officiorum diuinorum appellatione, quæ veniant, capit. non est nouum, numero 9. eod. tit. 31
Opinio, quibus casibus præualeat veritati, vel econtra, cap. ad audientiam, num. 15. eod. tit. 12
Opinio doti fauens in dubio tenenda est, cap. Gemma, nu. 74. eodem titu. 143
Ordo iuris, an sit seruandus in causis matrimonialibus, cap. ex parte, numero 20. eodem titulo. 23

P

PACIS *causa promittitur, quod aliàs prohibetur, cap. 2. de despon. impub. numero 4.* 187
Pactio omnis, quantumcunque simplex, potest appellari fides, cap. 1. numero 2. de sponsa duorum. 230
Pactum non valet, quod quis debeat posse carcerari, in rubr. de condit. appos. numero 183. 278
Pactum contra fauorem dotis iam constitutæ non valet, c. tua, numero 66. de sponsa. 96
Pactum appositum in contractu matrimonij, quòd vir teneatur morari cum vxore, an valeat, cap. fin. de sponsal. numero 57. 175
Pactum doti adiectum post eius promissionem, non nocet, c. tuę, eodem titulo, numero 111. 77
Pactum de lucro dotis non tenet, vbi non tenet matrimonium, cap. ad audientiam, numero 63. eod. tit. 44
Papa potest tollere constitutionem prædecessoris, & eam declarare, cap. 3. num. 5. de sponsa duorum. 235
Papa, an possit dispensare, quod aliquis contrahat matrimonii ad tempus, c. 4. num. 13. de spon. duorum. 242
Papa dispensare, an possit, quod contrahatur matrimonium vsque quo filius masculus ex matrimonio illo nascatur, in rubr. de cond. appos. numero 120. 268
Papa quid possit in matrimonialibus, cap. is qui, numero 5. de sponsalibus. 144
Papa, an possit dispensare in primo gradu collateralium. ibid. numero 6. 145
Papa potest ex causa contra ius diuinum dispensare. ibidem, numero 9.
Papa, an possit dispensare, quod frater ducat in vxorem sororem, refertur sententia S. Thomæ, & Scoti, cum quinque propositionibus. ibidem, numero 10.

Papa quibus casibus dispensare non possit. ibidem, numero 12. 146
Papa solus videtur posse dispensare super gradibus prohibitis, ibidem, numero 14.
Papa non potest facere, quod monachus existens monachus habeat proprium, vel vxorem, ibidem, numero 16.
Papa, an possit dispensare contra votum continentiæ, vel permittere matrimonium contrahi, ibidem. numero 17.
Papa, an possit constituere impediendo matrimonium. Et an ad illud dirimendum, ibidem, numero 18. 19 & 20.
Papa iuri naturali præindicare non potest, ibid. num. 22.
Papa, an possit dispensare super matrimonio spirituali, ibidem, numero 23. 148
Papa potest potius dispensare contra votum cōtinentiæ etiam solemne, quàm contra matrimonium carnali copula consum matum, ibidem, numero 24.
Parentes & consanguinei, an & quando admittantur ad dissoluendum, vel impediendum matrimonium futurum, cap. cum in tua, numero 19. de sponsal. 107
Parentes pro filijs, & consanguinei pro consanguineis, an in matrimonijs admittantur, ibidem, numero 22.
Parentum appellatione qui veniant in matrimonialibus, cap. Gemma, de sponsal. numero 18. 126
Partem, aut quotam non est dare de non ente, cap. tuæ, numero 65. de sponsal. 68
Partium iura vbi sunt obscura, pro reo pronunciandum est, cap. accepisti, num. 11. de sponsa duorum. 234
Partitionis, & distinctionis effectus mirabiles, cap. ex literis, numero 6. de sponsal. 15
Pater, qui iurauit copulare filiam cum aliquo, an sit liber, si copula sequuta est de facto, cap. ad audientiam, numero 9. eodem titulo. 11
Pater, quare dicatur plus diligere filium, quàm seipsum, cap. sponsam, num. 8. eod. tit. 18
Pater, an & quando possit filiam suam alicui in vxorem promittere cum iuramento, cap. ex literis, num. 1. eo. tit. 25
Pater, an possit filium nondum adultum, cui vult maritare, cap. ad audientiam, numero 18. eod. tit. 36
Pater potest contrahere matrimonium pro filia, cap. dilectus, numero 1. eod tit. 45
Pater, an teneatur maritare, & dotare filiam, cap. tuæ, numero 26. & 27. eod. tit. 59
Pater, an filiam diuitem alimentare teneatur. Et quid de filia illegitima, ibidem, numero 30. & 31. 60
Pater, an teneatur ad dotandum filiam, quæ nupsit eo ignorante, vel inuito. Et quæ promisit dotem pro se maritanda, capit. tuæ, numero 35. 36. 37. & 38. de sponsal. 61
Pater morosus in maritanda filia, an teneatur dotare eam, quæ seipsam maritauit, & quando dicatur morosus, ibidem, numero 39.
Pater catholicus non tenetur dotare filiam hęreticam, ibidem, numero 45.
Pater inops non cogitur dotare filiam, ibidem, num. 46.
Pater non potest priuare filium legitima, etiam expressè prohibendo, ibidem, numero 79. 70
Pater, an cogatur se, & bona sua pro dote filij obligare, ibid. numero 90. 72
Pater de quibus bonis possit dotare filiam, ibidem, nume. 101. & 102.
Pater promittens pro dote filiæ fundum, qui erat ipsius filiæ, an intelligatur dotasse de proprio. ibidem, num. 105. 75
Pater post mortem aui dans in dotem filiæ id quod auus ipsi filiæ pro dote reliquerat, an de suo eam dotasse dicatur. ibidem, numero 106. 76
Pater si legat filiæ, & postea eam dotet, & moriatur, an filia legatum petere possit, ibidem, numero 107.
Pater soluens dotem pro filia iam nupta, quæ habebat bona aduentitia, de cuius bonis soluisse dicatur. ibidem, numero 113. 77
Pater, an teneatur dotare filiam maritatam. ibidem, numero 114.
Pater, vel similes obligati ad dotandum, an & quando iterum dotare teneantur. ibidem, numero 121. 78
Pater, an possit rem dotalem filię alienare. ibid. num. 122.
Pater maritando de nouo filiam, an & quando videatur eam cum eadem dote maritare, cap. tua, numero 59. de sponsalibus. 94
Pater non potest contrahere sponsalia nomine filij adulti, nisi ipse consentiat, eod. tit. num. 5. de despon. impub. 184
Pater cogens filium clandestinè contrahere, an solus puniatur, vel filius, vel vterque, cap. 3. numero 63. de clandest. desponsatio. 227
Patre & filio naufragio, ruina, vel simili casu pereuntibus, quis primus mortuus præsumatur. Et quis teneatur probare filium prædecessisse, cap. super eo, numero 47. & numero 48. 315
Patria propter excessum Principis ecclesiastico interdicto subijci potest, cap. non est vobis, num. 5. de sponsal. 31
Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, an possint dispensare super matrimonijs contrahendis, cap. is qui, numero 27. de sponsal. 149
Patientia, an & quando habeatur pro consensu, cap. tua, numero 61. de sponsal. 94
Peccator notorius debet per ecclesiam compelli ad pœnitentiam, cap. 1. numero 9. eod. tit. 5
Peccato mortali debetur pœnitentia septennij, capit. accepisti, numero 3. de sponsa duorum. 231
Peccatum mortale, seu veniale, an & quando committatur in reddendo debito coniugali, cap. fin. num. 21. & 22. de sponsalibus. 167
Peccatum consummatum generat mortem, cap. non est vobis, numero 16. eod. tit. 32
Pecunia, an in sponsalibus interuenire poterit, cap. Gemma, numero 62. de sponsal. 178
Pecunia, quæ interuenit in matrimonijs, nō datur pro precio sacramenti, sed pro oneribus matrimonij, in rub. de condit. app. numero 113. 267
Pecunia in matrimonio spirituali dari non debet, ibidem, numero 135. 270
Pecuniæ datio in matrimonio, est potius onus, quàm præmiū, cap. ex literis, numero 25. eod. tit. 28
Pœna pro matrimonio futuro, an possit apponi in sponsalibus, & quid in arrhis, & pignoribus, cap. Gemma, nu. 11. de sponsal. 125
Pœna, an possit apponi in matrimonio ab ipsis contrahentibus. Et quando matrimonij libertatem impediat, & non. ibidem, numero 12. & numero 13. cum tribus sequentib. Et an possit apponi à parentibus, & consanguineis contrahentium. & numero 17.
Pœna apposita ab vno ex contrahentibus matrimonium, & ab extraneo, an valeat. ibidem, numero 21. de sponsalibus. 127
Pœna, an possit apponi ad impediendum matrimonium. ibidem, numero 22.
Pœna adiecta dissolutioni matrimonij, an valeat. ibidem, numero 23.
Pœna vt debeatur, debet promitti per stipulatorem, ibidem, numero 5. 124

Index ad Mar. Socinum

Pœna canonis, an imponatur ipso iure, vel sit necessaria sententia, & an minui, vel augeri possit, c.3.nu.35.& 36.de cland. despon. 222

Pœnã debet esse conformis grauitati delicti, cap.3. numero 6. de clandest.despon. 217

Pœnæ appositio in matrimonio quare non teneat, & tamen tenet arrharum interpositio,c.Gemma,num.41. 130

Pœnæ appositio in quacunque quantitate est odiosa, meritò restringenda. ibidem, numero 42.

Pœnitentia nulli est deneganda, capit.non est vobis, numero 1. eodem titulo. 30

Pensionem quinque solidorum non soluens nõ potest excommunicari,nec ecclesia interdici. ibidem, numero 3.

Perfectio maior requiritur in viro erga vxorem,quàm in vxore erga virum,cap.fin.numero 45.de sponsal. 173

Personarum habilitas exigitur ad contrahenda sponsalia, & matrimonium,cap.tua,numero 14.de spons. 84

Pignora pro matrimonio contrahendo dari, an possint,c.Gemma,numero 60.de sponsal. 137

Platonis opinio improbatur, quòd mulieres debeãt esse communes, & saluatur,c.sponsam,num.9.& 10.de spons. 18

Plurale aliquando resoluitur in singulare,cap.1. numero 1.de sponsa duorum. 230

Pollutio extraordinaria, an inducat publicæ honestatis iustitiam,cap.ad audientiam,numero 4.de sponsal. 34

Potentia coeundi, quæ habet supplere defectum ætatis, quomodo cognoscatur,cap.de illis,numero 6. de desponsatio.impuberum. 212

Potentia coeundi potest præuenire tempus pubertatis. ibidem, numero 3. 211

Practica procedendi super notorio, cap.non est vobis, num.4. de sponsal. 30

Præcepta veteris testamenti, an obligent tempore gratiæ,cap. is qui,numero 13.eodem titulo. 146

Præcepto iniusto etiam Papæ non est obsequendum,cap.fin.numero 49.de sponsalibus. 174

Prælatus solus in adimplendo modum,an possit præiudicare ecclesiæ,cap.verum,numero 5.de condit.appos. 297

Prælatus in quærendis potest præiudicare ecclesiæ,non in quæstis,ibidem,numero 40. 303

Presbyter benedicens secundas nuptias,quas pœnas incurrat, cap.tua,numero 76.de sponsal. 97

Presbyteris non permittitur ignorare canones pœnitentiales, cap.3.numero 23.& numero 62. de clandestina desponsatione. 120

Præsens contractui matrimonij celebrati sine denunciationibus, & tacens, an postea volens opponere,admittatur,c.3. numero 19.de clandest.despon. 219

Præsumptio iuris, & de iure, in foro iudiciali operatur quantum veritas,cap.is qui,numero 1.de spons. 144

Præsumptio magna est ex nixu copulæ in matrimonialibus, cap.attestationes,numero 5.de clandest.despon. 213

Præsumptio, & fictio, quomodo differant,capit.is qui, numero 55.de spons. 155

Præsumptio tollitur ex contraria confessione eius pro quo erat, ibidem,numero 56. 551

Præsumptuosus dicitur,qui ex certa scientia facit contra canones,cap.3.numero 3.de clandest.despon. 216

Pretium dare, vt alicubi fiat ecclesia, vel monasterium, non est simonia,cap.2.numero 4.de cond.appos. 284

Princeps, vel alius non intendit iuri alterius derogare, cap.super eo.numero 64.de cond.appos. 318

Principes seculares an possint dispensare super matrimonijs cõtrahendis,cap.is,qui,numero 28.de spons. 149

Priuatio præsupponit habitum,capit.dilectus, numero 12. de sponsal. 47

Probare volens per instrumenta nouiter reperta, admittitur etiam post iuramentum deciforium, cap.continebatur, numero 24.de despon.impub. 208

Probatio contra fictionem, nec tacente,nec contradicente parte, nec per iuramentum, nec per confessionem admittitur, cap.is qui,numero 53.de sponsal. 155

Probatio,an,& qualis admittatur contra matrimonium præsumptum,ibidem,numero 57.

Probatio admittitur contra probationem famæ, capit.cum in tua,numero 7.de sponsal. 105

Probatio aliàs non integra admittitur, vbi est difficultas probandi. ibidem,numero 12.

Probatio qualis requiratur ad probãdum sponsalia contracta. ibidem,numero 28. 109

Probatio qualis esse debeat ad dissoluendum matrimonium iam contractum. ibidem, numero 29.

Probatio dubia non releuat probantem,nec exceptio dubia releuat excipientem, cap.iuuenis, numero 8. de sponsalibus, folio 10. Et cap.de muliere,numero 2.fol.14. Et siue actor sit, siue reus, cap.ex literis,numero 14.eo.tit. 17

Probationes minus legitimæ possunt partium conuentione valere, cap.is qui,numero 45.de sponsal. 153

Probationibus concurrentibus standum est apertiori, & clariori, cap.quod nobis, numero 7.de cland.despon. 214

Probationum facultates non est angustanda, cap.tua, numero 44.de sponsal. 91

Profectitia filij acquiruntur patri, excepta dote filiæ, cap.tua, numero 67.de sponsal. 96

Professio in religione, an teneat cum reseruatione bonorum, in rub.de cond.appos.num.123. 268

Prohibitionis vbi est eadem ratio, idem ius esse debet, cap.3. numero 11.de clandest.despon. 217

Prohibitum ad tempus, an & quando post tempus permissum sit,cap.non est vobis,numero 11.de spons. 31

Proles suscepta ex matrimonio habente impedimenta, an sit illegitima, vel legitima, & quid de natis ex matrimonio clandestino, capit.3. numero 41.42.44.45.46.47.& 49. de clandest.despon. 222

Proles nata ante publicationem sponsalium, an sit censenda legitima,cap.quod nobis,de clandest.despon.num.3. 214

Promissio facti alicui sub pœna valet, cap.Gemma, numero 1. de sponsal. 124

Promissio facta sub turpi conditione, non valet, ibidem, numero 25. 128

Promissione, vel iuramento de soluendo, quæ conditio tacitè subintelligatur, in rub.de cond.appos.num.80. 261

Promissum sub conditione, si Calendis quid feceris, intelligitur de primis,cap.3.numero 30.de cond.app. 293

Promissum, vel perceptum ex causa, debet secundum illam causam moderari, & mensurari, capit.tuæ,numero 29. de sponsal. 60

Promittens ducere in vxorem vnã de his mundi, si coeat cum vna, an illam ducere cogatur, vel cum alia contrahere possit,cap.ex literis,numero 15.eod.tit. 26

Promittens cum iuramento non incidit in periurium, si facit quantum in eo est, cap. Gemma,numero 55.& 56. de sponsal. 136

Promittens alicui dare equum, si det sibi decem, tenetur primus ex parte sua implere,capit.1.numero 25. de conditio. appos. 282

Pronomen,iste, est demonstratiuum,cap.de illis, numero 9. de despon.impub. 210

Præpo-

Super IIII. Decretalium.

Præpositio,in, an inducat conditionem,in rub.de cond.appos. numero 28. 250

Propositum vnius contrahentis retentum in mente, non nocet alteri.c.tua,nu.29.de sponsal. 87

Propositum non consummandi,an impediat matrimonium. c. ad audientiam,nume.42.eo.ti. 40

Protestatio præcedens, an tollat & irritet factum sequens.c.is qui.nu.51.de spons. 154

Protestatio in matrimonialibus,an & quid operetur. cap.tua, num.27.de spons. 86

Protestatio,cui altera pars non consentit, videtur tolli per actum postea contrarium, in foro contentioso. ibidem, numero 28.

Protestatio,cui pars consensit, impedit sequentem actum.ibid. numero 30. 87

Protestatio facta absente parte, quomodo per factum contrarium tollatur.ibid.nu.31.

Protheus fuit primus inuentor anuli. cap.tua, numero 46. de sponsal. 91

Prouinciarum appellatione,quid veniat.cap.non est vobis.nume.6.de spons. 31

Proximus septennio nondum completo,an sit ad matrimonium habilis.c.Gemma,nu.10.de spons. 125

Proximitas pubertati,non sufficit ad matrimonium contrahendum, nisi vigor, & potentia coeundi suppleat ætatem,c.de illis,nu.1.de despon.impub. 201

Pubertas consideratur ex numero annorum in materia matrimoniali.c.de illis,nu.2.de despon.impub. 211

Pubertas probatur per aspectum corporis, per numerum annorum,per rei euidentiam.c.3.nu.52.& nume.54.& 56. de desponsat.impub. 200

Pubertati proximus,quis dicatur. ibid.nu.58. 202

Pubertati proximus, quando quis dicatur, cap. continebatur, nu.22.de despon.impub. 207

Pubes vel puer,vnde dicatur.in rubr. de desponsat. impuberum, nume.7. 183

Puer quis dicatur. ibid.nu.5.

Puer nouem annorum imprægnauit nutricem suam ex S.Gregorio.c.3.nu.24.de despon.impub. 197

Puer decem annorum generauit, ex Sancto Hieron. ibidem, nume.25.

Puella decem annorum si contrahat sponsalia de præsenti, & per annum, & vltra perseuerauit deferendo annulos, an si dissentiat ante duodecimum annum completum, censeantur sponsalia de futuro, cap.3. nume.44. de desponsatio.impuberum. 198

Puella potest ante pubertatẽ carnaliter cognosci & concipere. c.continebatur,nu.6.de despon.impub. 205

Puellæ matrimonium contrahere volenti,cui parentes seu consanguinei requisiti nolunt consentire,quomodo succurratur. c.is qui.nu.37.de sponsal. 151

Puellæ diuersimode capiuntur. in rubr. de desponsa. impube. nume.6. 183

Pupillus sine tutoris authoritate conditioni parere potest, c.1. nu.15.de cond.appos. 281

Q

Qualitas requisita ad aliquem actum consideratur tempore, quo dispositio applicatur ad actum. c.tuæ. num.88. de sponsal. 72

R

Raptus mulieris, an impediat matrimonium cum raptore, cap. ad audientiam, nume. 53. de sponsalibus. 42

Ratificare actum, & non contradicere, sunt diuersa, c.puberes, nu.50.de despon.impub. 199

Ratio statutorum excludentium fœminas propter masculos, est conseruatio familiæ, cap. tuæ, numero 64. de sponsalibus. 67

Rector vel officialis, an possit cum sibi subditis matrimonium contrahere, cap. ad audientiam, nume.56. de sponsalib. 44

Regula, actus legitimi, declaratur, in rubr. de condit. appos. nume.128. 269

Regula,non interest, quid ex æquipollentibus fiat, declaratur, c.si inter,nu.1.de sponsal. 158

Relictum alicui, cum vxorem duxerit, non consequitur legatum, si eam ducit, quam de iure ducere non potest, cap.ad audientiam,num.10.eo.ti. 11

Relictum nomine dotis, an habeat in se conditionem nuptiarum. in rub.de condit.appos.nu.17. 247

Relictum alicui in tempus nuptiarum,non debetur nisi matrimonium cum effectu sequatur, cap. fin. de sponsalib. numero 80. 178.& 244

Relictum alicui sub conditione, ne nubat certæ personæ, vel in certo loco, vel tempore, valet, nisi in fraudem adiecta sit conditio. in rub.de cond.ap.nu.140. 271

Relictum alicui, si vxor transierit ad secunda vota, sequuto transitu debetur illi.ibid.num.143.

Relictum mulieri viduæ, ne secundas contrahat nuptias, quomodo illi debeatur de iure Authen.ibid.nu.144.

Relictum mulieri, si vidua,vel cum vidua erit, an pro prima, vel pro omnibus viduitatibus relictum dicatur. in rubr. de condit.appos.nu.153. 273

Relictum filiæ nuptæ sub conditione si vidua remanebit,an debeatur illi si remansit vidua, sed non permansit in viduitate. ibid.num.154.

Relictum filio sub conditione,ne quæratur patri: & monacho, ne quæratur abbati, an valeat, in rubrica de condit.appos. num.173. 276

Relictum sub duplici conditione, requirit concursum vtriusque ad hoc vt conditio dicatur efficaciter purificata, quod declaratur,c.de illis,nu.42.& 44.de cond.appos. 295

Relictum rectori ecclesiæ pro diuinis celebrandis, an ecclesia interdicta, illi debeatur, cap.super eo, numero 24. eodem titu. 311

Remedia quæ competant contra non adimplentem modum, cui competant & qualiter agatur, cap.verum,num.46.de condit. appos. 304

Remedium supplementi legitimæ, ad quid fuerit inuentum & est perpetuum,cap.tuæ,num.85.& 86.de spons. 71

Rei duo, an videantur ad inuicem fideiubere,cap.Gemma,nume.68.de sponsal. 140

Rei duo debendi, quomodo constitui possint. ibidem, numero 77. 142

Reo,non actori fauendum est in dubio circa decisionem causæ, c.cum in tua,nu.65.de sponsal. 121

Rescripto principis non potest quis inuitus cogi ad matrimonium contrahendum,cap.is qui fidem,nu.29. 149

Responsio etiam ex interuallo tenet in ijs quæ consensu contrahuntur,c.tua nos,nu.26. 86

Restitutioni subiecta, vel prohibita alienari possunt filiæ pro dotæ

Index ad Mar. Socinum

dotæ dari,cap.tuæ,nume.120.de sponsal. 78
Reuerentia sola mariti non causat iustum metum, nisi præcesserint minæ, vel verbera.ibid.nu.127. 80
Rigor iuris non est seruandus in causis matrimonialib.cap.ex parte,nume.25.eo.ti. 24

S

SACERDOS, qualiter debeat se gerere cum consitente sibi aliquid occultum, cap. tua nos, nume.1. de sponsalibus. 82
Sacerdos regularis curam animarum quandoque habere potest, cap. cum inhibitio, numero 34. de clandestina desponsf. 222
Sacerdotis officium, quale sit, quando denuntiatur impedimentum matrimonij, & an ad eum cognitio spectet. Et qualis huius impedimenti probatio esse debeat. ibidem, nu.24. 25.26.& 27. 221
Sacerdotis verbo generaliter prolato venit quilibet clericus. Et sacerdos vnde dicatur.ibid.num.32.& 33. 222
Scandalum graue, quod verisimiliter dubitari potest, impedit matrimonium contrahendum, cap.cum in tua, nume.9. de sponsal. 105
Scriptura priuata sacerdotis habet vim publici instrumenti, quo ad matrimonium,& dotem.ibid.nu.40. 112
Secundum,quandoque est dictio,quandoque non est. Et quando exponatur causatiuè in concessione emphiteusis. in rubr. de condit.appos.nu.44.& 45. 253
Septennis nondum dicitur illa, quæ septennio est proxima, c.inuenis,nu.2.de sponsalib. 8
Senium, an impediat matrimonium,cap.ad audientiam,num. 43.eod.tit. 40
Sententia lata contra sponsalia de futuro, transit in rem iudicatam,c.2.nu.6.eo.ti. 7
Sententia in causa matrimonij non transit in rem iudicatam, c.ex parte,nu.27.eo.ti. 24
Sententia licèt transierit in rem iudicatam, tamen ex causa retractari potest, cap.is qui fidem, numero 52. de sponsalibus. 155
Sententia in causa matrimoniali nō transit in rem iudicatam, ab ea tamen appellari potest,cap.tua fraternitas,num.1.de spon. duorum. 237
Seruus an magis teneatur domino quam vxori quo ad debitum,c.fi.nu.19.de sponf. 166
Seruus non impeditur monachari, cap.2. nume.1. de condit. appos. 283
Seruus, cui à domino relicta est libertas sub conditione dandi hæredi rem ipsius hæredis, consequitur libertatem tradendo ipsam rem, licet non faciat accipientis,cap.3. nu.25.de cond.appos. 293
Seruus communis, cui ab vno ex dominis relicta est libertas sub conditione dandi, potest implere conditionem, soluendo tam de peculio proprio testatoris, quam alterius. ibidem, nume. 29.
Seruitutes constitui non possunt ad tempus, in rubr.de condit. appos.num.36. 251
Singulare quandoque resoluitur in plurale,cap.3.nume.16.de cland. desponf. 219
Solennitates quæ ad matrimonij validitatem requirantur, cautua nos,nu.73. de sponsal. 97
Soluens sponsalia altero inuito, an teneatur ad aliquam pœnam,vel interesse,cap.si inter,nu.29.eo.ti. 162
Specialia plura ad impediendum matrimonia, c. cum in tua, num.20.eo.tit. 107
Specialia duo non debent concurrere circa idem,c.is qui fidem, numero 63.eo. titu. 157
Spiritualibus iudicis officium est latissimum, cap. cum in tua, num.4.eo.tit. 104
Sponsa, an comprehendatur statuto excludente filiam dotatam propter masculos. in rub.de sponf.nu.8. 3
Sponsa potest impeti à sponso, vt contrahat secum matrimonium, quod promisit contrahendo sponsalia, c.præterea, il secondo,nu.3.eo.ti. 34
Sponsi propriè qui dicantur, in rub. de sponsal.nu.7. 3
Sponsi se cognoscentes ante benedictionem nuptiarum, an peccent mortaliter,c.tua nos,nu.78. de sponf. 98
Sponsi transire possunt ad religionem sine timore amissionis arrarum,c.Gemma,nu.53.eo.ti. 136
Sponsus si transferat domicilium ad loca remota, an possit sponsa matrimonium cum alio contrahere, c.de illis, nu.2. de sponsalib. 12
Sponsus cognoscens sponsam non potest ab ea separari ratione absentiæ. ibidem, nu.3. 13
Sponsus vel sponsa,an & quando ad arrharum restitutionem teneantur,c.Gemma,nu.51.de sponf. 136
Sponsus relinquens sponsum sine iudicio ecclesiæ eo casu quo sponsalia ipso iure non soluuntur,peccat grauiter,& iniungenda est sibi pœnitentia,c.si inter,nu.28.eod.ti. 161
Sponsus non debet soluere sponsalia propria authoritate,c.continebatur,nu.3.de desponf.impub. 205
Sponsalia quæ sint,& quomodo contrahãtur, & vnde dicantur, in rub.de sponf.nu.6. 3
Sponsalia dissoluuntur mera contrahentium voluntate, sicut & societas,c.2.nu.9.eo.ti. 8
Sponsalia pura & conditionalia diuersos pariunt effectus, c. ad audientiam,nu.3.eo.ti. 11
Sponsalia nulla, an sortiantur effectum publicæ honestatis. ibid.num.11.
Sponsalia vt adimpleantur,quis iudex adiri possit,c.ex literis, num.7.eo.ti. 25
Sponsalia ex quibus causis soluantur.ibid.num.9.
Sponsalia incerta non sunt sponsalia, cap.tuæ, nume.16. eodem titu. 56
Sponsalia de futuro, quando inducant publicæ honestatis iustitiam.ibid.num.17.
Sponsalia & matrimonium,qualiter probentur, c.cum intra, nu.14.& 15.de sponsal. 106
Sponsalia, an per nixum copulæ transeant in matrimonium, c.is qui fidem,nu.65.eo.ti. 157
Sponsalia,ex quibus actibus transeant in matrimonium. ibid. nu.67.& 68. 158
Sponsalia de futuro,quando & quibus modis transeant in matrimonium. ibid.nu.50. 154
Sponsalia de futuro, qualiter, per quos modos, & causas soluantur, cap. si inter, nume.8.& 9. cum plur. sequen. de sponsal. 159
Sponsalia de futuro inducunt publicæ honestatis iustitiã,etiam si sint de facto contracta. ibid.nu.10. 160
Sponsalia etiam iurata soluuntur communi consensu & alijs modis.ibid.nu.12.& seqq.vsque ad nu.26.
Sponsalia soluere desiderans debet esse sanæ mentis. ibidem, nume.27. 161
Sponsalia de præsenti,soluunt sponsalia præcedentia de futuro, c.si.nu.1.eod.ti. 163
Sponsalia de futuro contrahi possunt sub conditione, c.de illis, nu.2.de condit.appos. 290
Sponsalia sub conditione celebrata purificantur per consensum de præsenti postea subsecutum.ibid.nu.5.

Spon-

Super IIII. Decretalium.

Sponsaliæ, an contrahi possint inter duos infantes, & de ipsorum effectu,cap.tuæ fraternitatis,nume.10. de despon.impuberum. 185
Sponsalia contracta inter vnum infantem & aliũ pupillum, seu puberem, an valeant, & quem effectum pariant,ibid. nume.13. 187
Sponsalia de futuro,an contrahi possint inter duos impuberes, c.puberes,nu.7.eo.ti. 191
Sponsalia, an contrahi possint inter impuberem & puberem, & de ipsorum effectu.ibidem, nu.13. 192
Sponsalia contracta sub conditione,quæ tacitè non inerat,ante euentum conditionis non inducunt pub.honest. iustitiam,c. ad audientiam,nu.11.de sponsal. 35
Sponsalia de futuro,vel matrimonium contractum inter duos impuberes, vel vnum impuberem, & alium puberem, an per aduentum pubertatis, vel aliter validentur, vt matrimonium,c.3.nu.36.de despon.impub. 197
Sponsalia de præsenti contracta inter impuberes,vel inter impuberem,& puberem,quæ non valent, vt sponsalia de præsenti,sed vt sponsalia de futuro, per solum aduentum pubertatis vtriusque non transeunt in matrimonium. ibidem,numero 40. 198
Sponsalia de præsenti, vt iuris interpretatione censeantur de futuro,quæ requirantur.ibid.nu.45.
Sponsalia contracta per parentes pro filijs impuberibus,an & quando teneant.ibi.nume.47. 199
Sponsalia contracta per parentes pro filijs absentibus,qui certificati tacent,an intelligantur ratificata,ibidem,nu.48.
Sponsalia bina,quot modis contrahantur, in rub.de spon.duorum,num.2. 229
Sponsalia, & matrimonium, an contrahi possint ad tempus certum,& incertum,c.tua.nu.71. de sponf. 97
Sponsalia, an requirantur præcedere ad validitatem matrimonij.ibi.nu.72.
Sponsalia licet contrahi non debeant sine licentia, & scientia diœcesani, & parochiani, tamen contracta tenent. ibidem, nume.74.
Sponsalia de futuro,qualiter, & quibus verbis contrahantur. ibi.nu.79.80.81.& 82. 98
Sponsalia per nuncium, epistolam,& procuratorem contrahi possunt.ibi.nu.83.
Sponsalia non valent nisi sint vicissitudinaria. ibi.nu.84.
Sponsalia de futuro contracta ante septennium, non inducunt publicæ honestatis iustitiam, cap.accessit, nu.1. de desponf. impub. 203
Sponsalia nulla, ratione ætatis, ex sola superuenientia legitimæ ætatis non ratificantur, sed exigitur consensus tacitus, vel expressus.ibid.nu.5. 204
Sponsalia de futuro contracta cum doli capace inducunt publicã honestatis iustitiam, quæ durat, etiam si postea sint soluta. ibi.num.6.
Sponsalia de futuro contracta cum alio,habent tacitam conditionem,si is, pro quo contracta fuerunt, requisitus contrahere voluerit.ibi.nu.7.
Sponsalia contracta cum minore septennio, non inducunt pub. honestatis iustitiam,c.accessit,nu.4.de desponf.impub. 203
Sponsalia contracta cum minore septennio,quomodo validentur,c.literas,nu.7.eo.ti. 203
Sponsalia ne dicantur clandestinè contracta,quid agendum sit, c.3.nu.9.de clandest.despon. 217
Sponsalia & matrimonia clandestina, quare dicantur prohibita. ibid.nu.10.
Sponsalia duo si sint ab eodem contracta, priora præiudicant posterioribus. quid si in posterioribus interuenit iuramentum,cap.1.num.6.de sponsa duorum. 230
Sponsalia prima de præsenti,præualent secundis de futuro.c.licet,nu.6.eo.ti. 236
Sponsalia secunda de præsenti præualent primis de futuro.ibi. nume.7.
Sponsalia bina,quo iure sint prohibita, & an aliquo casu licitum sit ea contrahere,c.tua fraternitas,num.5.eo.ti. 237
Sponsalia bina contrahentes, qua pœna puniantur, c.tuas,nu. 4.eod.tit. 239
Sponsalia bina contrahentes,ex quibus causis excusentur.ibi. nu.11.12.& 17. 241
Sponsalia de futuro soluuntur per matrimonium de præsenti, in rub.de condit.appo.nu.114. 267
Sponsalia contracta sub conditione,si te virginem inuenero,an valeant.ibid.nu.116.
Sponsalibus duob.de præsenti concurrentibus prima præualent,c.accepisti,nu.4.de sponsa duo. 231
Sponsalium appellatione quandoque venit matrimonium, c.si inter,nu.6.de sponf. 159
Sponsaliorum species quot sint, in rub.de sponf.nu.14. 4
Sponsaliorum de futuro effectus qui sint,c.1.de sponf. 164
Spurij & illegitimè nati, an veniant sub ratione publicæ bonestatis,c.ad audientiam,nu.26.de sponf. 38
Statuta recipiunt interpretationem declaratoriam mentalem & extensiuam, c.is qui fidem, nu.43.de sponf. 152
Statuto stante quod dotes puellarum possint constitui super monte vt nubant,vt est Florentiæ,vtrum semel dotata possit amplius sibi facere dotem super monte,si forte remansit vidua,c.de illis,nu.32.de cond.appos. 294
Statutis pluralis loquutio non resoluitur in singularitates,c.super eo,nu.45.eo.ti. 315
Statutum de lucro dotis,an locum habeat vxore nondum traducta,in rub.de sponf.nu.12. 4
Statutum si dicat,talis habeatur pro ciue,perinde est, ac si diceret,talis sit ciuis,c.ex parte,nu.2.de sponf. 19
Statutum arctans ad compromittendum, non habet locum in causa matrimoniali & natalium.ibi.nu.13. 22
Statutum,an valeat quod probationes factæ in causa matrimoniali coram potestate teneant.ibi.nu.18.
Statutum impedies libertatem matrimonij etiam ad tempus, non valet,c.tuæ,nu.41.eo.ti. 62
Statutum imponens pœnam contrahenti matrimonium cum filiafam. sine consensu patris non valet. ibi.nu.43.
Statutum excludens filium à iure petendi alimenta, non tenet. ibid.nu.52. 64
Statutum,an possit in totum legitimam tollere. ibid.num.54. & 58. 65
Statutum licèt iniquum & rigorosum, si non sit contra bonos mores, est seruandum.ibi.nu.60. 67
Statutum excludens fœminas propter masculos,strictè intelligi debet,& in proprijs terminis,quibus loquitur.ibid.num. 70.& 76. 68
Statutum correctorium non extenditur etiam ex maioritate rationis.ibid.nu.71.
Statutum conditionaliter loquens implerì debet in forma specifica. ibi.nu.73. 69
Statutum magis accedit ad naturam vltimarum voluntatum quàm contractuum. ibid.nu.80. 70
Statutum disponens de causa intestati regulat causam testati per viam admissiuam, non autem per viam exclusiuam. ibid. num.83. 71
Statutum deferens luerum dotis marito habet locum in dote promissa,c.tua nos,nu.54.de sponf. 93
Statutum annullans instrumenta nō registrata, non habet locum

Index ad Mar. Socinum

cum in instrumento dotis, & donationis propter nuptias. ibid.nu.70. 97
Statutum valet quod probationes factæ corã potestate in causa matrimoniali valeant.c.cum in tua,nu.70.de sponſ. 122
Statutum loquens de duplatione pœnæ, non habet locũ vbi pes, vel manus abſcindi debent,c.Gemma,de ſponſ.nu.38. 131
Statutum & pactum precarij ſi apponatur in inſtrumento dotis,non valet,licèt hipotheca teneat. ibid.num.73. 141
Statutum laicorum imponens pœnam cõtrahenti matrimoniũ ſine certis ſolẽnitatib. an valeat,c.is qui,nu.30.de ſpon. 14
Statutum laicorũ ſuper matrimonijs non valet.ibid.nu.32.
Statutum ſeu conſuetudo non poteſt diſponere circa ſubſtantiam matrimonij.ibid.nu.33.
Statutum Senenſe imponens pœnam contrahenti matrimoniũ cum puella minore 20.annis,an valeat. ibid.nu.34.
Statutum licet ad ſolemnitatem vel pro forma alicuius actus requirat conſenſum trium vel quatuor conſanguineorum,tamen licet minor numerus ſit adhibitus, valet ille actus. ibidem, num.41. 151
Statutum, an valeat, quod probationes factæ in cauſa matrimoniali fidem faciant. ibidem, nu.44.
Statutum pœnale puniens offendentem coniunctum in domo, ſtirpe & familia,an comprehendat nuptam. c.fin.num.40. de ſponſal. 172
Statutum dans fructus dotis ſponſo,an habeat locum in puberem,qui contraxit cum impubere,quæ reclamauit ante pubertatem,cap.de illis,nu.12.de deſpon.impub. 210
Statutum de homine carcerando,an valeat, c.verum,nu.28. de condit. appoſ. 300
Statutum quòd ſpurij ſuccedant ab inteſtato,non valet,c.ſuper eo,nume.57.eo.ti. 317
Stipulatio pœnalis in matrimonialibus non valet, c.Gemma, de ſponſ.num.6. 124
Stipulatio non debet eſſe ſuperflua, nec interponenda, ſi ex ea non poteſt agi,ibi.nu.65. 139
Stultitia differt à fatuitate c.dilectus,nu.6.de ſponſal. 46
Stultus & ſtolidus,quis dicatur. ibid.num.5.
Stultus probatur quis ex eo quod ſuum nomen ignorat. ibid. nume.27. 50
Stuprum, non matrimonium, qualiter præſumatur,ca.cum in tua,numero 58.de ſponſ. 118
Subarrhatio & anuli traditio, an ſit neceſſaria ad matrimonium,c.tua nos,nume.45.eo.ti. 91
Subarrhatio & annuli immiſſio, quo caſu probẽt matrimoniũ eſſe contractum,c.cum in tua,num.33.eo.ti. 110
Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, c.tua nos, nu.97.de ſponſa. 101
Subiectio vxoris viro dicitur ciuilis,non ſeruilis,c.ſi.num.50. de ſponſal. 174
Subſtantialia ad matrimonium ſunt diſcretio & ætas, cap.ex literis,num.1.de ſpon. 15
Subſtitutio, quo caſu non admittatur ob conditionem defectã. c.ſuper eo,nu.72.de condit.appoſ. 320
Subſtitutio facta filio,quandocunque deceſſerit, ſimpliciter habet in ſe tacitam conditionem, ſi filius ſine filijs deceſſerit, in rub.de cond.appoſ.nu.79. 260
Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus etiã per copulam vè locum habeat, quia copula reſoluitur in ſingularitates ſufficit in perſona alterius exiſtere conditionem,c.2.nu.25. de conditio. appoſ. 287
Solutio facta mulieri,ſi nupſerit,non tenet.ibi.nu.54. 317
Solutio ſi ſine filijs deceſſerit facta filiæ, an propter filiam naturalem ab ea ſuſceptam expiret,ibi.nu.55.
Solutio facta de monaſterio in defectum filiorum,an euaneſcat, ſi inſtitutus deceſſerit cum nepote, vel nepte ex filio, vel filia. ibi.numero 70. 320
Succeſsio in vltimis voluntatib. ſignificat ſucceſſionem vniuerſalẽ reſpectu hæreditatis vel quotæ,c.tuæ,nu.81.de ſpon. 71
Sufficere illud dicitur, quo poſito nihil aliud requiritur ad ſubſtantiam actus,c.tua nos,nu.42.de ſpon. 90
Supplicari an poſſit à principe pro vxore habenda, c.tuæ,nume.126.eod.tit. 80
Suſcipiens de ſacro fonte propriam filiam,an poſſit reddere debitum vxori,c.ſi. nu.27. de ſponſal. 169

T

TACENS *in re naturali & appetibili, videtur aſſentire, c.ad audientiam,nu.17.de ſponſal.* 36
Tacens habetur pro contradicente, quando agitur de obligando ipſum,c.tua nos.nu.95.eo.ti. 101
Taciturnitas filiorum ſufficit in matrimonijs, vbi pro eis parentes contrahunt.ibi.nu.38. 89
Taciturnitas,an & quando habeatur pro cõſenſu, c.puberes, nu.49. de deſpon.impub. 199
Tacitum ceſſat,vbi eſt locus expreſſo.ibi.nu.2. 144
Tempus incertum licèt adiectum ſit proteſtationi & non diſpoſitioni, facit conditionem, in rubrica de condit.appoſ.numero 62. 257
Tempus adiectum ætati tertij, facit conditionem, niſi libertatis fauore.ibi.num.63.
Tempus ætatis appoſitum legato per dictionem,ſi,an faciat legatum conditionale.ibi.nu.59. 256
Terminum prope eſſe, & in termino,paria ſunt,c.de illis,nu.4. de deſpon.impub. 212
Teſtamentum præſumitur factum ab habente legitimam ætatem,& contrarium aſſerenti incumbit onus probandi,c.dilectus,nu.32.de ſponſ. 51
Teſtator non poteſt adiicere conditionem,ſi monaſterium fuerit ingreſſus. & quando talis conditio dicatur purificata,in rub.de cond.appoſ.nu.151.& 152. 273
Teſtator,an poſſit in inſtitutione hæredis,legat. vel fideicõmiſ. apponere conditionem cõtrahendarum nuptiarum, vel non contrahendarum,aut viduitatis,virginitatis,ſeu cælibatus. in quo quatuor iura conſiderantur. ibid.nume.136.137. & 138. 270
Teſtatoris voluntas æquiparatur ſententiæ. in rubr. de cond. appoſ.num.127. 269
Teſtes in matrimonio debent eſſe vocati,ſeu rogati,& non furtiuo adeſſe,c.ex parte, nu.1.de ſponſ. 19
Teſtes quales eſſe debeant ad probandum, ſeu reprobandum matrimonium,c.cum in tua,nu.16.& 17.de ſponſ. 106
Teſtes ad probandum matrimonium iam contractum, quales eſſe debeant,c.cum in tua,nu.21. de ſponſ. 108
Teſtes quot requirantur in matrimonialib. ibid.nu.25. 109
Teſtes quid,& qualiter deponere debeant, vt matrimonium probent.ibi.nu.26.
Teſtes in matrimonialibus qualiter debeant computare gradus. ibid.num.27.
Teſtes de auditu, reddentes cauſam, quomodo teneant in matrimonialibus,c.ſi.nu.87.de ſponſ. 178
Teſti deponenti ſecundum iudicium ſuum,non creditur niſi cauſa expreſſa, licèt non ſit interrogatus, c.cum in tua, nume.56. de ſponſ. 117
Teſtis oblatus à parte,licèt non citatus,non dicitur ſe ingerere,c.cum in tua,nu.6.de ſponſ. 105
Teſtis vnius dicto, non ſtatur ſuper matrimonio etiam ſi ſit ſacerdos,c.cum inhibitio,nu.4.de cland.deſpon. 216

Super IIII. Decretalium.

Teſtis vnus cum fama, an faciat probationem in matrimonio.ibid.nu.52. 225
Teſtibus duobus magis creditur in matrimonio probando,quã aſſertioni alterius ex coniugibus.c.conſultationi.num.4.de ſponſal. 122
Textus in Auth. vt fratrum filij, perpenditur, c.cum in tua, nume.39.eo.ti. 112
Timor ſolutionis pœnæ impedit libertatem conſenſus,c.Gemma,de ſponſ.nu.3. 124
Tituli duo ſi alternatiuè ponuntur in narratione, & in diſpoſitione ponitur vnus ſolus, alius repetitus intelligitur.in rubrica,de clandeſt.deſp.nu.6. 213
Titulus,an præſumatur ex curſu temporis cum patientia, c. tua nos,nu.62.de ſponſal. 95
Titulus allegatus,an præſumatur ex curſu temporis.ibidem, nume.64.
Titulus poſterior probatus per teſtes claros,& apertos,præfertur titulo anteriori probato per vnum teſtem & famam, c.3.nu.53.de cland.deſp. 226
Tit. de ſponſa duorum,in quo differat à titulo de ſecundis nup. in rub.de ſponſa duorum,nu.1. 228
Tractatus vxorij,qualiter probari debeant,c.cum in tua,nu. 59.de ſponſal. 118
Traducens ſponſam inuitam, quæ poſtea conſenſit, an incidat in pœnam ſtatuti punientis deſponſantem alteri deſponſatam voluntate ipſius deſponſatæ, c.is qui fidem, num.42. de ſponſal. 152
Tranſiens ad matrimoniũ, an teneatur reſtituere quod habuit pro tempore præterito,in rub.de cond.appoſ.nu.155. 273
Tranſlatio fieri non põt eius,quod non eſt,nu.61.de ſpon. 156
Turpitudinem ſuam allegans non auditur in foro iudiciali, c. tua,nu.11.de ſponſ. 83
Turres & pueri ſunt ornamentum ciuitatis, ex Homero. in rub.de cond.appoſ.nu.145 272
Tutor,an poſſit contrahere matrimonium cum pupilla, ca.ad audientiam,nu.54.& 55.de ſponſ. 65
Tutor vel curator recipientes arrhas,an teneatur ad duplum, c.Gemma, nu.49.de ſponſ. 135

V

VARIETAS *in facto ſufficit,ſicut quandoque ſufficit varietas tituli, c.acceſſit,nu.9.de deſpon.impub.* 204
*Vaſalli, an teneantur vel compelli poſſint ad dotandum filiam domini,veliuuare ipſum ad eã dotandam,c.tuæ,nu.119.*78
Vendita re duobus,potior eſt ille,cui eſt primo tradita, c.accepiſti,nu.5.de ſponſa duorum. 232
Verba,moneas,& inducas,quam vim habeant, c.2.nume.2. de ſponſal. 7
Verba intentioni ſeruire debent,non econtra, c.ad audientiam, nume.5.de ſponſal. 11
Verba dubia in contractibus prolata, qualiter debeant interpretari,c.ex literis,nu.3.eo.ti. 15
Verba non debent intelligi ſophiſticè, etiam ſi communiter ſic intelligerentur,ſed ſunt ad ſenſum hominis bene ſenſati referenda.ibid.num.5.& 9.
Verba exceptionum ſecundum rei intentionem intelliguntur. ibid.num.13. 17
Verba, promitto copulare tecum matrimonium, quid importent,c.ex literis,nu.2. de ſponſ. 25
Verba,iuro me talem ducere in vxorem,quid importent. ibid. nume.3.
*Verba requiruntur in his, qui loqui poſſunt ad ſpõſalia & matrimonium contrahendum,c.ad audiẽtiam,nu.22.eo.ti.*37
Verba in matrimonijs ſunt de ſolemnitate probatoria, c.tuæ, num.3.eo.ti. 53
Verba ſtatuti & legis quo ad interpretationẽ faciendam equiparantur.ibid.nu.53. 65
Verba ſtatuti interpretari debent, vt quanto minus fieri poſſit,noceant iuri communi.ibi.nu.57. 66
Verba ſtatuti clara,non debent interpretari.ibi.nu.61. 67
Verba,an requirantur ad validitatem matrimonij, c.tua nos, nu.35.de ſponſalib. 88
Verba iudicis,qualiter debeant interpretari.in rubr. de condit. appoſ.nu.51. 254
Verba de præterito in ſponſalib. nullam inducunt obligationẽ, c.tua,nu.100.de ſponſ. 102
Verba quæ poſſunt haberi ad ſponſalia & matrimonium,qualiter interpretentur.ibid.nu.111.
Verba in matrimonio contrahendo, an concipienda ſint in prima vel tertia perſona,ibid.num.104. 102
Verba,promitto,quod ſemper prouidebo tibi vt vxori,muliere conſentiente,an inducant matrimonium.ibi.nu.88. 100
Verba apta ad contrahendum ſponſalia, vel matrimonium, quæ ſint.ibi.nu.90.
Verba ad matrimonium contrahendum apta,& non apta,quæ ſint.ibi.nu.93.94.& 96.
Verba intelligenda ſunt ex communi vſu loquendi, etiam contra propriam ſignificationem, cap. cum in tua, nume.1. de ſponſal. 104
Verba de præſenti ſola ſufficiunt ad matrimonium ſine, aliâ ſubarrhatione,vel alio ſigno.ibi.nu.32. 110
Verba,habuit & recepit, an importent veritatem, c.Gemma, nu.32. de ſponſ. 130
Verba intelligenda ſunt cum effectu,c.vlt.eo.ti.nu.4. 163
Verba in valentibus loqui ſunt in matrimonijs neceſſaria,c.3. de ſpon.duorum,nu.1. 235
Verba quæ poſſunt importare conditionem & modum, in dubio important conditionem. in rubr. de conditio. appoſ.numero 77. 260
Verba conditionalia quandoque ſunt ſuſpenſiua,& quandoque diſpoſitiua,& quo caſu inducant diſpoſitionem, c.1.nu.10. & 11.de condi. appoſ. 280
Verba ſunt ciuiliter intelligenda,c.2.nu.15.eo.ti. 286
Verba, ſi ſine filijs deceſſerit,talẽ ſubſtituo, & grauo hæredem meum reſtituere hæreditatem, ſi liberos non habuerit,idem important,c.ſuper eo,nu.49. 316
Verbi,potius,expoſitio,c.ex literis,nu.18.de ſponſ. 27
Verbum,ſuam,denotat dominium,c.1.nu.5.eo.ti. 5
Verbum,ideſt, ſtat expoſitiuè,vel declaratiuè. ibi.nu.6.
Verbum,rogo,quid importet,c.2.nu.3.eo.ti. 7
Verbum,remittat,quid importet.ibi.nu.7. 8
Verbum,parentes,quot modis accipiatur,c.cum in tua,nu.13. eod.titu. 106
Verbum, accepit, importat veritatem, cap.Gemma, nume.3. eodem titu. 130
Verbum,exigendum,quid denotet.ibi.nu.69. 140
Verbum ſatisfactionis,continet etiam pignoris cautionem.ibid. num.75. 142
Verbum, debet, licèt ſui natura importet neceſſitatem, tamen quandoque importat honeſtatem, cap.1. nume.6. de deſpon. impub. 184
Verbum,omnino,ſui natura importat neceſſitatem,& rem præciſam facit. ibi.nu.7. 185
Verbum,vir,varia habet ſignificata, cap.1. num.3. de cland. deſpon. 213
Verbum, quilibet, eſt ſui natura diſtributiuum, c.3.nume.31. eod.titu. 222

Index ad Mar. Soc. ſuper IIII. Decret.

Verbum, de cætero, ſuã natura reſpicit futura, c. tuas, nu. 3. de ſponſa duorum. 239

Verbum, conditio, an faciat actũ conditionalem, in rub. de cond. appo. num. 18. 248

Verbum aptum referri ad plures actus ſucceſſiuos, quando ad primum referatur, c. de illis, numero 33. 294

Verbum filios, in dubio intelligitur in caſu vero, non ficto, c. ſuper eo, nu. 59. de cond. appoſ. 318

Verbum filii, diuerſimodè acceptum diuerſos habet ſignificatus, ibidem, nu. 68. 319

Veritas attenditur in foro pœnitentiali, cap. tuæ, nume. 1. de ſponſalib. 53

Verum, & interueniſſe illud præſumitur in dubio, quod eſt conſuetum, c. cum in tua, num. 38. eo. ti. 112

Via ſecurior pro anima, eſt eligenda. ibid. num. 11. 105

Vinculum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non ſolum impedit matrimonium contrahendum, ſed etiam iam contractum dirimit, c. ſponſam, nu. 5. eod. tit. 17

Violans minorem puniri debet de ſtupro, c. 3. nume. 57. de deſpon. impub. 201

Violentia, quo caſu impediat matrimonium, c. de mulieribus, num. 4. de ſponſ. 14

Violentia, vel iuſtus metus ipſo iure irritat matrimonium, c. tua nos, nume. 17. 84

Violentia excludit conſenſum liberum, cap. de illis, nume. 5. de clandeſt. deſp. 213

Vir, an lucretur dotem ex forma ſtatuti, cap. tua, num. 55. de ſponſal. 93

Vir, an mulier debeat prius interrogari in matrimonio contrahendo. ibi. nu. 102. 102

Vir dicitur à virtute animi, & mulier à mollitie. ibidem, numero 103.

Vir & vxor, quomodo iudicentur ad imparia, c. vlt. num. 29. de ſponſal. 170

Vir & vxor dicuntur eſſe vna caro. ibid. nu. 30.

Vir an & quo caſu ſit alendus ab vxore. ibid. nu. 62. 175

Vir non tenetur ſubminiſtrare expenſas vxori diſcedenti ab eo propria authoritate. ibid. num. 65. 176

Vir & mulier quo ad matrimonium, non iudicantur ad imparia, c. de illis, nu. 7. de deſponſ. impub. 209

Viro iuranti ſe mulierem cognouiſſe, an ſtandum ſit, & quando, c. continebatur, nu. 19. & 20. eo. ti. 207

Virgo incognita licèt amittat virginitatem, non tamẽ amittit meritum. ibid. nu. 17. 206

Vis triplex, præciſa, abſoluta & cauſatiua, cap. de muliere, num. 6. de ſponſal. 14

Vita contemplatiua longè præſtantior actiua, c. ex literis, nu. 20. eod. ti. 27

Voluntas nedum verbis, ſed & facto datur intelligi, c. ad audientiam, nu. 21. de ſponſ. 37

Votum religionis impediens matrimonium, an dirimat contractum, c. ex literis, nu. 21. eo. ti. 27

Votum Deo factum retractari non poteſt, cap. 2. nume. 8. eodem titu. 8

Vouens religionem non poteſt etiam à Papa liberari, c. 2. nu. 6. de condit. appo. 284

Vox quandoque fallax eſt exprimens, quod eſt à mente alienum, c. conſultationi, nu. 8. de ſponſ. 124

Vſus communis loquendi præualet proprio ſignificatui. in rub. de ſponſ. num. 9. 3

Vxor licèt non teneatur aliquo caſu ſequi virũ, non ob id poteſt cum alio matrimonium contrahere, cap. de illis, nume. 7. eodem titu. 13

Vxor admittitur ad probandum quod in virum non conſenſit, c. conſultationi, nu. 3. eo. ti. 122

Vxor irradiatur nobilitate viri, cap. fin. nume. 34. de ſponſalibus. 171

Vxor non ſeruans ex ignorantia, aut ex fragilitate, ad quæ tenetur coniugi, non peccat. ibidem, nu. 43. 173

Vxor debet eſſe in domo viri, & ipſum ſequi, ibidem, numero 53. 174

Vxor, an teneatur ſequi vagabundum, peregrinantem & banitum. Et an vir vxorem, ibi. nu. 56. & 58. 175

Vxor debet operari in domo mariti. ibi. num. 63. 176

Vxor, an pro alimentis præteritis denegatis à viro habeat tacitam hipothecam ſoluto matrimonio. ibid. nu. 67. 176

Vxor, licet dederit in dotem fundum æſtimatum, poteſt tamen, ſi vult, ſoluto matrimonio petere æſtimationem, numero 68.

Vxor debet vti veſtibus pro voluntate viri, etiam ſi conſenſiſſet voto abſtinentiæ, nu. 70.

Vxor non poteſt torqueri pro furto commiſſo in bonis mariti, concubinæ ſic. ibi. nu. 75.

Vxor acquirens præſumitur de bonis mariti acquirere. ibidem, nume. 79.

Vxor, an & quomodo præferatur crediboribus anterioribus. c. Gemma, nu. 76. de ſponſal. 142

Vxor ſecunda non tenetur credere ſacerdoti dicenti ſibi virum habere aliam vxorem, c. tuas, nu. 13. 242

Vxor ob abſentiam viri non poteſt ire ad ſecunda vota, niſi ſit de eius morte certificata, & ſi fecerit, & vir redeat, illi adhærere debet. ibi. nu. 14. & 15.

Vxore prima mortua, qua viuente quis cum pluribus contraxerat, cui earum adhærere teneatur, c. tua fraternitas, nu. 9. de ſponſa duorum. 237

Vxore tranſeunte ad religionem ante carnalem copulam poteſt vir cum alia contrahere matrimonium. ibidem, numero 12. 238

Vxorem ducens alteri deſponſatam, qualiter puniatur in vtroque foro, c. tuas, num. 5. & 6. 140

Vxorem ducenti dicitur, Nauigaſti. Coniugatus enim & nauta æquiparantur, in rub. de condi. appoſ. nu. 86. 262

Vxores non conuenit eſſe communes, cap. tua, nume. 6. de ſponſa duorum. 237

Vxores plures habere eod. tempore, an alicui liceat. ibid. nume. 8. & 11.

Vxori non prohibetur communio cum marito excommunicato, c. vlt. num. 11. de ſponſalib. 165

FINIS.

MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS,
I. C. CELEBERRIMI,
DOCTISSIMA COMMENTARIA,
Super Quarto Libro Decretalium.

De Sponſalibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia clericis prohibita ſunt.*
2 *Clericis prohibita eſt communicatio, ſeu habitatio mulierum.*
3 *Matrimonium tam contractum, quam contrahendum quæ impediant.*
4 *Cognatio triplex, carnalis, ſpiritualis, legalis.*
5 *Donatio prohibetur inter coniuges.*
6 *Sponſalia quæ ſint, & quomodo contrahantur. & vnde dicantur, nu. 13.*
7 *Sponſi propriè qui dicantur.*
8 *Sponſa, an comprehendatur ſtatuto excludente filiam dotatam propter maſculos à ſucceſſione.*
9 *Vſus cõmunis loquendi prævalet proprio ſignificatui.*
10 *Dotata dicitur illa, quæ eſt certa de dote ſua.*
11 *Filia deſponſata per verba de futuro, poteſt petere ſupplementum legitimæ.*
12 *Statutum de lucro dotis, an locum habeat vxore nondum traducta.*
14 *Sponſaliorum ſpecies quot ſint.*
15 *Diſiunctiuæ natura quæ ſit.*

QVONIAM hic ſumus in principio quarti Libri, nõ videtur eſſe neceſſaria continuatio, vt ſingulariter notat glo. in Rubr. ff. de condict. furt. Poteſt tamen iſte quartus Liber continuari ad præcedentem librum, ſecundùm quod traditur ſupra in procœmio, ſeu ſalutatione Gregoriana, vbi gloſ. ponit diuiſionem iſtius compilationis. Vel ſecundùm Goffre. ſic poteſt continuari. Dictum eſt ſupra de geſtis & actibus ſpectantibus ad clericos, † quibus matrimonia
1 ſunt prohibita: hic verò tractat de actibus ad laicos pertinentibus, qualia ſunt ſponſalia & matrimonia. Licet clericis continentia præcipiatur: tamen quia ſæpius cadunt & deficiunt, quoniam dicitur in Euangelio Dominicæ Paſsionis, Spiritus promptus eſt, caro verò infirma, ideo clericis prohibita eſt
2 communicatio, ſeu habitatio mulierum. † Sed quoniam, ſecundùm Apoſtolum, melius eſt nubere quàm vri, ideo qui non poſſunt contineri, tranſire debent ad matrimoniũ, & ſi clerici ſint, dummodo in minoribus conſtituti, ideo hic tractatur de Sponſalibus. ¶ Et eſt aduertendum, quòd materia huius quarti Libri multum latè per varios diſtinctos titulos tractatur, ex quibus plures ad hanc primam rubricam adaptari potuiſſent. Sed oſtẽdendo verum & doctrinabilem ordinem, proſequar in hoc titu. & in titu. ad quos me remittam, infraſcriptos principales articulos, proteſtando, quòd iuxta conſuetudinem meam extra materiam titulorum nihil tractabo, niſi remittendo, ſed materiam principalem pleniſsimè examinabo, & quantum fieri potuerit, ordinatè tractabo, proſequendo infraſcriptos articulos.

¶ Primò, quid ſint ſponſalia, & vtrum & quando appellatione ſponſalium veniat matrimonium, ex quibus quædam deciduntur quæſtiones.

¶ Secundò, vnde dicantur ſponſalia.

¶ Tertiò, quot ſunt ſponſalium ſpecies, & de his tribus articulis dicam in hac Rubrica.

¶ Quartò, quid ſit matrimonium.

¶ Quintò, vnde & quare matrimonium ſic dicatur, & de his in c. 1. inf. eod.

¶ Sextò, vnde matrimonium originem habuerit ſeu à quo, & vbi & quando, & quo tempore fuerit inſtitutum, & de hoc in c. ſponſam. inf. eo.

¶ Septimò, quare & ob quas cauſas fuerit inſtitutum, & de hoc in d. c. ſponſam.

¶ Octauò, quis ſponſalia de futuro contrahere poſsit, & quis non, & quæ ſint cauſæ prohibitiuæ, ſeu impeditiuæ ſponſalium, & de hoc in cap. dilectus. infra eod.

¶ Nonò, quis poſsit ſponſalia de præſenti, ſiue matrimonium contrahere, & quis non, & quæ ſint legitimæ cauſæ impeditiuæ, ſeu prohibitiuæ matrimonij. Et quia tales cauſæ habent vt plurimum ſpe-

ciales & proprios titulos, quia legitimæ & principa-
3 les dicuntur † esse, quæ in his versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Sensus & affinitas, si forte coire nequibis.

¶ Ex quibus tredecim causis quædã non habent speciales titulos, de quibus in hoc tit. tractabo in c. dilectus. inf. eod. Quædam verò habent suos proprios & speciales titulos, de quibus remittam ad illos titulos.

¶ De primo igitur impedimento, videlicet de errore, dicam in d. c. dilectus.

¶ De secundo verò, videlicet de conditione quę versatur, quando quis credit contrahere cum libero, & contrahit cum seruo, tractatur inf. de coniugio seruorum. & quia dubitari potuisset de natis ex seruo & libera vel econtra, quando tales essent matrimonialiter copulati, vtrum liberi sint, an serui, de hoc tractabitur in ti. de natis ex libero ventre.

¶ De tertio impedimento voti tractabitur in ti. qui clerici vel vouentes.

¶ De quarto impedimento, videlicet de cognatione, † quæ cognatio est triplex, videlicet carnalis,
4 spiritualis, & legalis. de carnali tractabitur infrã de consang. & affin. de spirituali dicetur inf. de cogna. spirituali. de legali videbimus inf. de cogna. lega.

¶ De quinto impedimento, videlicet de crimine, quia quoddam est impedimentum, quod impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum, videlicet quando quis aliquam per adulterium polluerit, & fidem dederit, quòd post mortem primæ eam ducet in vxorem, tractabitur in titu. de eo, qui duxit in mater, quam pol. per adul. & propter causam prædictam ibi etiam tractabo de alijs criminibus, quæ impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt iam contractum.

¶ De sexto impedimento, videlicet de disparitate cultus, vtputa, quando vnus esset Christianus, & alter Iudæus vel Paganus, dicam in d. cap. dilectus. & ibi similiter tractabo.

¶ De septimo impedimento, videlicet de violentia & metu.

¶ De octauo verò, videlicet de ordine, tractabo in ti. qui clerici vel vouentes.

¶ De nono, videlicet de ligamine, hoc est, quando quis est adstrictus vinculo prioris matrimonij, dicam in ti. de sponsa duorum.

¶ De decimo impedimento, videlicet de honestate, dicam in dicto c. dilectus. sed forte latius in titu. de consangui. & affin.

¶ De vndecimo, videlicet de sensu: Aduerte, quia possumus intelligere de sensu ratione ætatis, & de hoc latè tractabitur tam respectu sponsalium, quàm matrimonij, in titu. de despon. impuberum. ¶ Item potest intelligi de sensu deficiente, ratione furoris, vel dementiæ, de quo tractabo in d. c. dilectus. inf. eod. vbi etiam tractabo de defectu sensus ratione erroris vel si. de quo tamen supra in primo impedimento.

¶ De duodecimo impedimento, videlicet de affinitate, dicam in ti. de consang. & affin.

¶ De decimotertio impedimento, si forte quis coire nequit, puta ratione frigiditatis, vel alterius causæ in masculo, & in fœmina ratione nimiæ arctationis, tractabitur inf. de frigi. & malefi. nam de impedimento coitus ratione ætatis, dicetur in titu. de despon. impu. ¶ Est etiã aliud impedimentum, quod licet impediat contrahendum, non dirimit iã contractũm, quale est impedimentum, quia matrimonium sit contractum contra interdictum ecclesiæ, & de hoc tractabitur inf. in titu. de mat. contracto cõtra interd. eccl. & similiter est & aliud, quod licet impediat contrahendum, non tamen dirimit iam contractum, videlicet tempus feriarum, de quo dicam inf. in 25. prin. arti. ¶ De alijs etiam plurimis impedimentis, siue impediant & dirimant, siue solum impediant, & non dirimant, dicam in d. c. dilectus. & quia dubitatur de impedimento lepræ, de hoc tractabo in ti. de coniugio leprosorum.

¶ Decimo articulo tractabitur, vtrũ quis teneatur contrahere matrimonium, & an sit sub præcepto, & de hoc in c. ex literis. il secondo. inf. eo.

¶ Vndecimò, vtrum quis possit inuitari ad matrimonium spe præmij, & de hoc tractabitur in d. c. ex literis.

¶ Duodecimò, vtrum sponsalia possint contrahi per parentes, vel alios, & quid de matrimonio, & vtrum per procuratorem, & quale mandatum exigatur, & de hoc in c. sicut ex literis. inf. eo.

¶ Decimotertiò, vtrum, & ex quibus causis possit quis compelli ad matrimonium contrahendum, & de hoc ibidem.

¶ Decimoquartò, quæ requirantur ad substantiam & validitatem spon. & matrimonij, & de hoc in c. tua, infra. eodem.

¶ Decimoquintò, qualiter & quib. verbis sponsalia contrahantur, & de hoc in c. cõmissum. inf. eo.

¶ Decimosextò, qualiter & quibus verbis matrimonium contrahatur, & de hoc ibidem.

¶ Decimoseptimò, quę solennitates requirantur ad matrimonium contrahendum, & de hoc in cap. non est, inf. eod.

¶ Decimooctauò, quia sponsalia & matrimoniũ debent fieri publicè & in faciẽ ecclesiæ, in tit. de sp. & ma. cland. vnde quando teneant, in tit. de cland. despon.

¶ Decimononò, vtrum Papa vel princeps, vel alij domini, aut prælati possint statuere vel consuetudinem inducere super validitate vel inualiditate matrimonij, requirendo aliquam solennitatem, vel adijciendo pœnam, & de hoc in cap. in præsentia. infra eodem.

¶ Vigesimò, specialiter tractabo, vtrum pœna possit apponi in matrimonio, & quid de arris & pignoribus, & de hoc in c. Gemma. inf. eod.

¶ Vigesimoprimò, quoniam dos est accessoria ad matrimoniũ, tractabo, vtrum & qualiter & quã do fideiussores dotium dari possint, & de hoc in d. cap. Gemma.

¶ Vigesimosecundò, specialiter tractabo, vtrum & quando & per quos modos sponsalia transeant in matrimonium, & de hoc dicetur in c. tua. inf. eo.

¶ Vigesimotertiò, vtrum sponsalia & matrimonia possint contrahi sub conditionibus & modis, & quibus, & de hoc in ti. de condit. appo.

¶ Vigesimoquartò, quia frequenter super sponsalijs & matrimonijs & ipsorum accessorijs & cõsecutiuis oriuntur controuersiæ, lites, & quæstiones,

quis

quis iudex sit adeundus, seu quis iudex sit competens, & cognoscere possit, & de hoc dicetur in c. ex parte. inf. eod.

¶ Vigesimoquintò, qualiter in dotis causa proce datur, & vtrum in ipsis sit seruandus ordo iuris, & de hoc in d. c. ex parte.

¶ Vigesimosextò, quando & quo tempore sponsalia & matrimonia contrahi possint. & de hoc in c. non est. inf. eod. ¶ Et aduerte, quia iste articulus debebat poni post 17. artic.

¶ Vigesimoseptimò, qualiter probentur sponsalia & matrimonia, & quæ probationes requirantur, & de hoc in c. consultationi. inf. eo.

¶ Vigesimooctauò, qui sint effectus spõsalium, & de hoc in c. is qui fidem. inf. eo.

¶ Vigesimononò, qui sint effectus matrimonij, & de hoc ibidem.

¶ Trigesimò, quoniam inter alios effectus est vnus, quia inter coniuges prohibetur donatio, † tractabitur, an & quando & quibus casibus donatio
5 inter eos prohibeatur vel permittatur, in ti. de don. inter vir. vbi ẽt tractabo de donat. propter nuptias.

¶ Trigesimoprimò, qualiter & per quos modos sponsalia soluantur. & de hoc in c. 1. inf. eo.

¶ Trigesimosecundò, qualiter & per quos modos matrimonium dissoluatur, seu separetur, & de hoc in ti. de diuortijs.

¶ Trigesimotertiò, quis possit matrimoniũ accusare, & qualiter in tali accusatione procedatur, & qui testes admittantur, & de hoc in titu. qui matrimonium accu. pos.

¶ Trigesimoquartò, quæ sit pena contrahentis illegitimas & prohibitas nuptias, & de hoc ibid.

¶ Trigesimoquintò, quoniam matrimonio soluto dos venit restituenda, an & quando & qualiter sit restituenda, tractabitur in tit. de donat. inter uirum & vxor. & de dote post diuortium restituẽda.

¶ Trigesimosextò, quoniam soluto matrimonio per mortem alterius coniugum, quandoque superstes trãsit ad secundas vel vlteriores nuptias, quãdo hoc fieri possit, tractabitur in ti. de secund. nuptijs.

¶ Trigesimoseptimò & vltimò, tractabimus de matrimonio spirituali, quando & qualiter contrahatur, & vtrum ex ipso sit licitum arguere ad carnale, & econtra, & in quibus conueniat aut differat à matrimonio carnali, & de hoc in c. fi. inf. eod.

¶ Primo igitur principali articulo, iuxta præmissum ordinem videndum est, quid sint sponsalia.
6 ¶ † Circa quod dic, quod sponsalia, sunt futurarum nuptiarum promissio. 30. q. 5. c. nostrates, & l. 1. & 2. ff. de ritu nupt. Post contractum enim matrimonium amplius sponsalia non appellantur, nec appellantur sponsi, sed dicitur esse matrimonium, & appellantur uir, seu maritus & vxor, quamuis ẽt matrimonium per verba de præsenti contractum non sit carnali copula consummatum, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. & 27. q. 2. c. sufficit. & ideo si alicui sit legatum aliquid, si matrimonium contraxerit cum tali, non debet prius consequi legatum quàm illam desponsauerit per verba de præsenti, vt in l. cui fuerit. ff. de condit. & demonst. Quandoque tamen etiam sponsi appellatione venit maritus, prout est de præsenti, vt traditur in cap. consultationi, infra eodem & Gratia. in clemen. eos. de consang. & affinita. & sic quandoque spõsalia appellantur matrimonium. 27. quæst. 2. in princ. dum videtur quærere, vtrum sit matrimoniũ inter sponsos. Sed Gaspar errauit, quia Gratia. non quærit, an sit matrimonium, sed quærit, vtrum sit coniugium: & videtur, quod sic, quia iã sunt coniuncti spe futuri matrimonij, & sic non est inutilis dubitatio, de qua ibi per eum. Est ergo conclusio, quòd appellatione matrimonij propriè, & strictè non veniunt sponsalia de futuro, licet impropriè ante copulam carnalem quandoque appellentur sponsalia, licet contracta per verba de præsenti, vt in cap. penult. & in cap. consultationi. infra eo. eo quod matrimonium quandoque comprehenditur, duntaxat quando est carnali copula consummatum, argum. cap. ex publico. supra de conuer. coniu. tradit Dominus meus in dicto c. pen. & infra statim
7 subijciam. Sed, vt dixi, † spõsalia, & sponsi propriè, & strictè dicuntur, quando adhuc non est contractum matrimoniũ per verba de præsenti, quia post dicitur nupta, seu vxor, vt in l. 1. in fi. & l. solet. ff. de his, qui not. infa. et l. si quis officium. 2. respon. ff. de ritu nup. et l. vxor. §. diuus. ff. de adult. et l. item apud Lab. §. sponsam. ff. de iniur. Et ex prædictis infertur decisio ad plures quæstiones.

8 ¶ Primò pone, † dictat statutũ, prout est hic Senis, & cõmuniter in Italia, quòd mulier nupta, seu maritata non succedat patri, seu matri superexistentibus masculis, certè ex forma prædicti statuti non excludetur sponsa à successione patris, vel matris, tũ quia sponsa nõ est propriè maritata, vel nupta, tum quia statutum est odiosum, & hoc tenuerunt Petr. Iac. de Are. Cyn. & Bal. in l. non sine. C. de bon. quæ lib. & latius ibi Pau. de Cast. Tenent etiam hic dom. Ant. Dom. meus, & Pet. de Anch. in repet. c. 1. supra de constit. q. 14. versic. quæro de quæstio. quæ mihi occurrit. Quinimmo plus singul. voluit Dom. meus in cap. penult. infra eod. quod etiam desponsata per verba de præsenti, si modo adhuc non sit ducta ad domum viri, non excludatur vigore dicti statuti, si modo communis vsus loquendi habeat, quòd tales nondum ad domum viri traductæ dicantur sponsę,
9 & non maritatę, † quia cõmunis vsus loquendi prę-ualet etiam communi significato. l. liberorũ. §. quod tamen. ff. de lega. 3. & l. cũ de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instruc. cum simil. Secus si statutum excluderet filiam dotatam, & aliqua esset desponsata per ver
10 ba de futuro, & pro ea dos soluta fuisset, † quia ista diceretur dotata, ex quo est certa de dote sua, secundum no. per Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst. & ideo excluderetur à successione. Tenet Bal. & sequitur Pau. de Cast. in l. nõ sine. C. de bon. quæ lib. quæ decisio apud me non procedit sine dubio, sed nõ intendo nunc insistere.

11 ¶ Secundò deciditur alia quæstio. pone, † quòd statutum disponit, quòd filia maritata, seu nupta debeat stare contenta eo, quod pater sibi reliquerit, vel assignauerit, nec possit plus petere, certè filia desponsata per verba de futuro non excludetur, vnde poterit petere supplementum legitimæ, faciũt, quæ supra dixi. tenet Pau. in d. l. nõ sine. Sed si statutum esset fauorabile, quamuis loqueretur de nupta, vel maritata, tamen si eadẽ esset ratio in sponsa per verba de futuro, statutum ad eam deberet extendi, per

tex.in d.l.non ſine. iuncta l.1. C.de bon.quæ liber. Nam licet d.l.1.loqueretur de lucro facto ab vxore, vel marito, qui dicuntur poſt ſponſ. contracta per verba de præſenti: tñ Bar.in d.l.non ſine.vult,q̃ idẽ ſit de lucris factis à filio ſponſo à præmortua ſponſa, vel à filia ſponſa propter præmortuum ſponſum.

12 Tertiò deciditur quæſt. dictat † ſtatutum, quòd vir vxore prædecedẽte lucretur dotem, vel dimidiã dotis: vnde licet mulier nondũ ſit ducta ad domum viri, vel non ſit matrimonium conſummatũ,tamen videtur, quod vir debeat facere lucrum ſecundum formam ſtatuti, niſi ſtatutum loqueretur de vxore in matrimonio copulata, quo caſu propter verbũ, copulata, quod videtur denotare copulam carnalem, & ſic conſummatum matrimonium, vir à tali lucro excluderetur. Aliàs aũt, quamuis non ſit ducta ad domum, nec carnaliter cognita,tamen lucrari debet. hoc tenet Bal.in d.l.non ſine. quem ſequitur ibi Pau. & tenet Bal. in l.quod Deo nobis. C.de epiſc.& cler.& Bar.in l.ſolet.ff.de infami.

¶Sed tu aduerte,quia deciſio p̃dicta non procederet,quando communis vſus loquendi aliud haberet, ſecundum ea,quæ dixi ſupra,poſt Dom.meum. Sed ſi communis vſus aliàs non haberet, quamuis diſponat, adhuc deciſio non procedit ſine magna dubitatione. & hanc quæſt. valde grauem & magni ponderis vidi in hac ciuitate, dum eſſem ſcholaris, & illam poſtea diſputaui ſub famoſiſsimo Doctore meo in legibus, Do.Ant. de Roſellis, & incipit diſputatio, vxorem duxit Titius Phylomenam. Et ipſam quæſt. latius, quàm aliquis Doctorũ examinat Do. Barthol. de Salic. in l.cum inter. C.de donatio. ante nup. vbi formatis plurimis argumẽtis pro vtraque parte, tandem decidit in contrarium, quòd vir nõ lucretur, eo quòd ſtatutum dictum lucrum ſpecialiter videtur induxiſſe propter graues expenſas, quæ fiunt in nuptijs.& idẽ conſuluit idẽ Sal.& incipit conſilium ſuum,Saluatoris noſtri, ac matris eius nomine inuocato,circa examinationẽ dubiorũ,&c. cui conſilio reperio ſe ſubſcripſiſſe Do. Franciſ. de Cappellis de Bononia,D.Lud.de Albigo,& D.Roſellum, & Do. Io.de Pulchris de Peruſio. Sed Pau. de Caſt.conſuluit contrarium. Et incipit conſilium, in Chriſti nomine,ſuper primo queſito,licet Barth. de Salic.&c. Et idẽ conſuluit inſignis Doctor, conterraneus,& frater meus, D.Thom. Docci. Ego plures habui de facto, & pluries conſului, conſiderata qualitate verborũ ipſorum ſtatutorum, ac etiam ratione, qua potuerunt moueri ſtatuentes, & alijs circunſtantijs ad rem neceſſarijs.

¶Secundò principali articulo tractandum eſt,vn
13 de dicãtur † ſpon. Circa quod dic, quòd dicuntur à ſpondeo, quod idem eſt,quod promitto,vt in l.1. & 2. ff.eod. Dicit tamen tex.in l.ſponſio. ff.de verb. ſign.quod ſponſio appellatur non ſolum,quod per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſsioque.

¶Tertiò principali articulo tractandũ eſt, quot
14 ſunt † ſpecies ſponſalium. Circa quem dic ſecundum Hoſtien. in ſumma,eod.tit.§.quot ſunt.q̃ ſunt duæ.alia eſt nuda, & ſimplex,alia firmata,& duplex. Nuda & ſimplex dicitur, cum ſponſus ſponſæ nudè,& ſimpliciter promittit,quod eã ducet in vxorẽ; & econtra, vt in cap.ad audientiam, & cap.ſi inter. infra eod. Firmata verò,& duplex ſubdiſtinguitur, quòd alia fit arris interuenientibus, vel pignoribus loco arrarum datis, dicam in capitu. Gemma. infra eod. Alia fit interueniente ſubarratione.27.q.2.c.ſi quis vxorem,& cap.ſi quis deſponſauerit. Eſt enim differẽtia inter ſubarrationem, & deſponſationem, quod patet tex.in dicto cap.ſi quis vxorem,& cap.ſi quis deſponſauerit, in quantũ loquũtur de deſponſatione,& ſubarratione,loquuntur per diſiunctiuã,
15 de † cuius propria natura eſt coniungere diuerſa.c. inter cętera.ſup.de reſcrip.& per Inn.& Doct.ſupra in Rub.de conſecr. eccleſ. Deſponſatio conſiſtit in pactis ſponſalium: Subarratio verò in ſpõſalitia donatione, de qua infra de donat.inter vir.& vxo. vel interuenientibus donis,& muneribus ſecundum conſuetudinem, & morem patriæ, c.1. infra de matrimo.contracto contra interd. eccle. Alia verò deſponſatio fit interpoſita fide,ſeu iuramento,de quo in cap.præterea.il primo,& il ſecondo.& c.de illis.& c.requiſiuit.infra eod. ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Exempla non reſtringunt regulam.*
2 *Francorum ritus improbatus circa modum contrahendi matrimonium.*
3 *Matrimonium contractum cum alienigena, quando valeat.*
4 *Conſuetudo venit appellatione legis.*
5 *Verbum, ſuam, denotat dominium.*
6 *Verbum, id eſt, ſtat expoſitiue, vel declaratiue.*
7 *Conſuetudinis patriæ omiſsio non vitiat matrimoniũ, dummodo habeat ſua ſubſtantialia requiſita ſecundum canones.*
8 *Decreta concilij, ſub cuius nomine edenda ſint.*
9 *Peccator notorius debet per eccleſiam compelli ad pœnitentiam.*
10 *Lex debet eſſe communis, & generalis.*
11 *Lucrum dotis, an attendatur ſecundum cõſuetudinem patriæ vxoris, vel patriæ mariti.*
12 *Lucro dotis attenditur domiciliũ viri, vbi contractum eſt matrimoniũ, & non domiciliũ vbi mortuus eſt.*
13 *Matrimonium quid ſit.*
14 *Maſculus, & fœmina, cur à principio creati ſint.*
15 *Matrimonium debet perpetuo ſtare, dum coniuges viuunt.*
16 *Coniugij bona tria ſunt, fides, proles, ſacramentum.*
17 *Matrimonium vnde, & quare ſic dicatur.*
18 *Denominatio fieri debet à digniori.*
19 *Matrimonium finis principalis eſt bonum prolis.*
20 *Finis attendendus eſt magis, quàm principium.*

CAP. PRIMVM.

DE FRANCIA. Matrimonium conſenſu contrahitur, nec inualidatur, ſi conſuetudo patriæ non ſeruatur. hoc dicit. Primò ponit caſum. ſecundò diffinit. ibi, diffiniri. & prima ſubdiuiditur in duas. primò ponit contractum matrimoniũ. ſecundò, ipſius ſeparationem,ſubnectens cauſam. ſecunda ibi, vtrũ. Hoſt. verò ſummando,& quaſi breuiter caſum figurando dicebat, quòd mulier hic fuit l.Saxonum ducta, & authoritate eiuſdẽ legis relicta,& alia ſuperinducta.hęc ſecunda ſecundum

cundum legem euangelij eſt abiicięda, & prima reducenda. & ſubdit Hoſt. quod iſta Francia eſt quædam terra prope Saxoniam,poſſet tamen idem tene
1 ri de Regno Franciæ, † quia exempla non reſtringunt regulam.l.cum in corpus.ff.de acqui.rer.dom. & l.1.§.quod vulgo.ff.de vi,& vi arma. cum ſimilib.

¶In tex.ibi,Saxones. dic,qui dimittebãt vxores, vt ſtatim dicã, ſecundum Hoſt.& ibi,Frãchi,qui viuũt lege Romana,& canonica.& ibi,cauſatus, ideſt cauſam duxit, vel occaſionem inuenit, vt illam dimitteret.facit tex.l.quod ſi pupillo.§.palam.ff.de inſtito.ibi,nullus cauſare poſſet ignominiam,& 1.q.1. cap. audiuimus.

¶In glo.fin.ibi,non Franchorum lege. dic ſtatuto municipali, vel conſuetudine, ſecundum Franc. Vercel.Sed Inn.dicit,quod alias ſolemnitates habẽt Saxones,& alias Frãchi, quæ tamẽ non ſunt de ſubſtantia matrimonij. & dicit hic Abbas, quod fortè erat conſuetudo de ſupponẽdo pallium ipſis tempore cõtractus matrimonij, vel quod parentes aliquid donarent ſponſæ, vel ſecundum Hoſtien. dicebant
2 Franchi † lege ſibi data à Carolo Magno, quod ſi vxor prima nocte diſpliceret, poſſet remitti, aliàs cõuenirent in eccleſia, & benedicerentur.& de hoc audiuiſſe ab indigenis tẽpore, quo M.Guiglermus, Comes Olandiæ, duxit filiam Ducis Brunſij in vxorem, quia conſuetudo repugnat iuri diuino,quia quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Matth.19. & 33.quæſtio.2.quos Deus,& cap.licet ex quadam, ſupra de decim.

¶In tex.ibi,deſponſauerat. dic, & ſic putabat, q̃ tale matrimonium non teneret, ſecundum Petrum. Ibi, ſeparetur.dic,quatenus de facto adhæſit illi.ibi, pœnitentiam. dic, & ad hoc compellatur, per c.ad audientiam, infra eod.in fi.

3 ¶Nota primò ibi,de Saxonia. quod † valet matrimonium cum alienigena contractum, quod intellige, ſi eſt alienigena reſpectu patriæ, ſecus ſi reſpectu fidei.29.quæſt.1.caue.

¶Nota ſecundò,quòd idẽ eſt dicere de Saxonia, & Saxonus;Senenſis,& de Senis. Do.Ant.hic,Bart. & Doct.in Rubr.ff.ſol.matrim. facit l.filij.§.fin.ff.ad municip. dixi in cap.fin.ſupra de foro compet.

¶Nota tertiò ibi, legibus. iuncta gl.1.& 2. quod
4 appellatione † legis, venit conſuetudo,nam conſuetudo eſt quædam lex.1.diſtin.conſuetudo. ad quod vide, quod latè dixi ſupra de conſuet.in Rub.art.1. & art.4.quæſt.1.

¶Nota quartò ibi,ſuam.quòd verbũ,ſuam,ſem-
5 per denotat † dominium. ad quod vide, quod not. 8.diſt.cap.quo iure.& in cap.1.ſupra de depoſito.& per Bart.in rubr. Digeſti noui. & l.1.ff.de conditio. & demonſtratio.

¶Nota quintò ibi,ideſt,de ſignificato huius ver-
6 bi,ideſt: † eſt enim expoſitiuum,ſiue declaratiuum. ad idem prima diſtin.ius Quiritum,& l.nuper.C.de inoff.teſtam.& in cap.ſuper hoc,de renunc.

¶Nota ſextò, quod defectus,ſeu omiſsio conſue
7 tudinis patriæ non vitiat matrimonium, † dummodo habeat ſuas ſubſtantiales per canones.

¶Nota ſeptimò, quod cauſa matrimonialis poteſt tractari etiam in cõſilio: ex quo,& ex tex.infertur, quod in cauſis dirimendis conſilium habet iuriſdictionem.

¶Nota octauò ibi,ſancta Synodus,quod diffinitio,vel conſtitutio concilij edita eſt ſub nomine cõcilij,& non ſub nomine Papæ.ad idem c.1.ſupra de pact.& ibi dixi. nam licet Papa ſit ibi tanquã caput,
8 tamen poteſtas dependet à toto concilio, † quando tamen editur ſub nomine Papæ cum concilio generali, cap.licet, ſupra de elect. & cap.aduerſus, ſupra de immun.eccleſ.de quo per Innoc.in cap.Apoſtolicæ,de re iudic.in 6.& per Innoc.& Hoſt.in cap.ex geſtis. ſupra de cleric.non reſid.& dicit Dom.meus pro concordia, quod aut materia originatur à toto concilio,& habent locum prima iura: aut à ſolo Papa cum conſilio concilij, & habent locum ſecunda iura.

9 ¶Nota nonò, quòd † notorius peccator debet per eccleſiam compelli ad pœnitentiam. ad idem c. audienda. infra eod.glo.13.q.2. c.quicunque.

¶Nota decimò, quod quis non poteſt propria autoritate abijcere vxorem,de quo hic in glo.1.

¶Nota vndecimò, quod maritus poteſt compelli per eccleſiam, vt redeat ad vxorem. Et pondera, quòd tex.hic ſimpliciter hoc diſponit,& non dicit, quod per cenſuram eccleſiaſticam compellatur. & ſic intendit, quod præcisè poteſt compelli, & no. quia hæc obligatio deſcẽdit à lege diuina,& humana, quod facit ad materiam l. ſtipulationes non diuiduntur. & quod ibi per Bar.ff.de verb.oblig.

¶Vltimò nota ex fine practicam tenendam circa formam libellandi, quando vnus coniugum alium dimiſit, & aliũ ſuperinduxit,vt ſcilicet petatur compelli dimittere ſuperinductã, & redire ad primam.

¶Glo.prima, & ſecunda ſentit contrarium, quia tex. de lege Saxonum, &c. & ſic videtur, quod lex poſsit eſſe particularis, contra cap.1.& quod ibi no.
10 ſupra de conſtitut. vbi patet, quod lex † debet eſſe communis, & generalis. ¶Sol. Glo.prima ad tollendum contrarium exponit, lege, id eſt conſuetudine. & ſecunda glo.exponit,legibus, ideſt conſuetudinibus. poſſet etiam tex.intelligi de lege, ſeu de legibus municipalibus, et ſic de ſtatutis localibus.

¶Glo. ſentit contrarium, quòd tales ſolemnitates conſuetudinariæ ſint ſeruandæ, & ſoluit fatẽdo, quod de honeſtate ſeruandæ ſunt, ſed ſi tamen non ſeruantur,matrimonium tenet.

¶In ead.glo. in fi. & ſic habes ex prima glo.quæ fuerit ratio dubitandi, & decidendi. Sed quærunt hic Doct. vtrum conſuetudo, vel ſtatutum poſsint diſponere circa matrimonium. & dic,vt dicam infra in glo.prima.

¶In glo.prima in fi.dic de materia, vt latè dicam infra in tit.de diuortijs.

¶In gl.fi.in fine,dic de hac materia,vt latè dicam infra de diuortijs.

¶Poſtremò quærunt hic Doc. quid ſi conſuetu-
11 do viri eſt diuerſa à conſuetudine vxoris. † Pone, Senenſis ducit vxorem Florentinam, conſuetudo, vel ſtatutum eſt hic, quòd vxore prædecedente vir lucretur dimidiam dotis, Florentiæ verò, quòd lucretur integram dotem,vel quid ſi ſit alia conſuetudo,vel ſtatutum: concluſio eſt, quod aut quæritur de ſolemnitate cõtractus, & inſpicitur conſuetudo loci, vbi contractus celebratur, etiam ſi celebrantes ſint forenſes.l.ſi fundus.ff.de euictio.l.2. ff.quemad. teſtamen. aper. Aut diſponit ſuper executione,ſeu

ſuper alijs obſeruandis poſt contractum, & hoc caſu inſpicitur conſuetudo, ſeu ſtatutum domicilij ipſius mariti. l. fin. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. Vnde animi deſtinatione matrimoniū videtur contractum in domicilio mariti. c. Romana. §. cōtrahentes, de foro compet. in 6. & l. contraxiſſe. ff. de actio. & oblig. unde ſi ſtatutum, vel cōſuetudo loci ipſius mariti habet, vt vir lucretur dimidiam, illam obſeruabimus. facit l. exigere dotem. ff. de iudic. & ibi per glo. & per Bart. & Doct. & clarè per Bar. in l. 1. C. de ſumma Trin. Tenet dom. Ant. hic, dixi latè in cap. dilecti, ſupra de foro compet.

¶ In fine glo. & dicit hic Ant. quem ſequitur Do
12 minus meus, † quod ſi poſt contractum matrimonium vir mutaret domicilium, quod attenderetur domicilium, quod vir habebat tempore contractus matrimonij, & non domicilium, vbi poſtea ſolueret matrimonium. facit tex. ſecundum intellectum, quē ſentit ibi glo. in l. ſi vxor. ff. de iudic. & ad materiam vide, quæ dixi in cap. cum dilectus. ſupra de conſue. in 14. princ. articulo. Vltimo iuxta præmiſſum ordinem in Rubrica venit examinandus quartus principalis articulus.

Quartò igitur principali articulo tractandum eſt,
13 quid ſit matrimonium. † Circa quem dic, quod eſt maris, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ cōſuetudinē retinens, diuini & humani iuris communicatio. 27. quæſt. 2. in princ. ſupra de præſump. cap. illud. ff. de ritu nup. l. 1. Inſt. de patr. pōt. in prin. in l. aduerſus. ff. de crimine expil. hære. ſecundum Goffr. & Hoſtien. in ſumma, de matr. & Ioan. And. in ſummula ſua huius materiæ. quam diffinitionem proſequitur glo. 27. q. 2. in ſumma. & ideo dicitur maris, & fœminæ, quia in eodem ſexu non poteſt conſiſtere matrimonium. l. cum vir. & l. fœdiſsimam. C. de adulter. & infra de exceſſ. præl. c. clerici. & in Auth. vt non luxurientur contra naturam, poſt princ. col-
14 lat. 6. † & ideo nō fuerunt ab initio creati duo homines, vel duæ mulieres, ſed primò homo, deinde mulier. 33. quæſt. 5. cap. mulierem. Item dicitur maris, & fœminæ, in ſingulari, & non marium, & fœminarum in plurali, quia nec vnus plures fœminas, nec vna fœmina plures maſculos ducere poteſt. infra de diuort. cap. gaudemus. dicam infra in tit. de ſponſa duorum. Verbum autem, coniunctio, ſubiungitur ad denotandum animorum vnanimitatem. 27. q. 2. cum initiatur. Debent enim pari cōſenſu, & voluntate conuenire ad matrimonium contrahendum, & adiunxit dom. Ant. vnum, vt ſit cōiunctio legitima, hoc eſt ſecundum leges, & canones contracta. Nam per hoc tollitur coniunctio inhabilium, & quia poſſet eſſe coniunctio ad alium finem, quàm ad matrimonium. Sed dicit Zabarel. ſupra in rubr. quod iſta verba non fuerunt neceſſaria, quoniam verbū, coniunctio, iunctis verbis, indiuiduam cōſuetudinem, facit, vt intelligamus de coniunctione maris, & fœminæ, quòd verba debēt intelligi ciuili modo, & ſic de idoneis. cap. cum adeo. ſupra de reſcrip. & c. ſi cui, de præben. in 6. & ſic intelligatur maris, & fœminæ, hominum ſcilicet, non brutorū, quod oſtendit verbum, conſuetudinem, quod propriè ſignificat conuerſationem cum ratione. Item oſtenditur per illa verba, quæ ſequuntur, diuini, & humani iuris. Item
15 ideo dicitur indiuiduam, quia † matrimonium debet perpetuò ſtare. 27. quæſt. 2. cap. ſunt qui. & cap. ſcripſit. & infra de conſanguin. & affin. cap. de infidelibus. Verum quia licet quandoque vir, & vxor non habeat indiuiduā conſuetudinem, immo quandoque ſe odio habēt, & ſeparatè viuunt, tamen habetur reſpectus ad id, quod fieri debet. c. cum cauſam. ſupra de elect. vnde eius debet eſſe propoſiti augere, vt dicitur in prima Rub. Inſt. & Digeſti veteris. & maximè dicitur indiuidua reſpectu matrimonij legitimè conſummati, cuius vinculū in perpetuum non diſſoluitur, & propter fornicationem, vt infra de conſang. & affin. cap. de infidelibus. Et ex prædictis excluditur coniunctio concubinæ, quæ pro libito voluntatis abijcitur. 36. q. 4. c. dicas. & c. meretrices. Et ideo dicitur vitæ, quia iſta indiſſolubilitas durat quandiu viuunt, nā per mortem ſoluitur matrimonium, quia mors omnia ſoluit, vt in Auth. de nup. §. diſponat, collat. 4. & debet eſſe inter eos indiuidua conſuetudo, quia inuicem communi conſenſu debent ſe officioſos in omnibus honeſtis actionibus exhibere. Et per prædicta etiam verba tangitur vnum de bonis matrimonij, quia dicitur ſacramentum, cap. fin. infra de cond. appoſ. de quo videbimus infra, artic. ſeq. Vel poteſt ſic diffiniri, quod eſt vnio
16 viri, & mulieris, quia alter alteri vnitur, ſecundum tria † bona coniugij, quę ſunt, fides, proles, & ſacramentum, de quibus in d. c. fi. & in d. art. quæ diffinitio in idem recidit cum præcedenti.

Quintò principali articulo tractandum eſt, vnde,
17 et quare matrimonium ſic dicatur. ¶ Sol. Dic, q̄ dicitur à matre, & munium, id eſt officium: dicitur enim matrimonium quaſi matris officium, quia tribuit mulieribus eſſe matres: & ideo licet pater generationis ſit autor, et quaſi dominus vxoris. 33. q. 5. cap. hæc imago. tamen matrimonium magis aſcribitur matri, quàm patri, quoniam eius officium plus apparet in matre, quàm officium viri. facit c. fi. ſupra de conuer. infidel. et ibi traditur, quòd plura onera ſubſtinet mulier, quàm maritus, quia ante partum propter prægnantiam eſt onerosa, in partu dolorosa, poſt partum laborioſa, propter lactationem filij, & neceſſariæ curæ. et ſequitur hic Ioan. An. in ſummula. Sed prædictis videtur fortiter obſtare, quia
18 denominatio † debet fieri à digniori. 21. diſt. c. cleros. verſic. presbyter, et in l. iubere. ff. de iuriſd. omn. iudic. de conſecr. diſtin. 2. cap. hoc eſt, et l. pediculis. §. Neratius. ff. de auro, et arg. leg. et vide glo. notab. in regula, ſemel. in 6. quæ dicit, quod denominatio poteſt tripliciter ſumi: ex parte materiæ, et ſubiecti, & auctoris, ſed melius etiam ſubiunxiſſet etiam et finis, vt ſtatim dicam. Ex quibus videtur inferendum, quòd potius deberet denominari patrimonium. & ſic à viro: primò, quia dignior eſt. 33. q. 5. cap. hæc imago, et c. cum caput, et cap. ſeq. et cap. eſt ordo, cum ſequen. Et idem ſi attenditur cauſa efficiens, quia principium videtur eſſe in homine, & ideo primo interrogatur vir, quā mulier, arg. c. ſi inter. infra eod. et cap. licet. infra de ſponſa duorum. et ſimiliter hoc videtur probari, ſi attendamus materiam, quia maritus infert materiam prolis in vxorē: et poſtremo etiam ſi attendatur cauſa finalis, quia vir magis dicitur ſe habere tanquam agēs ad illum finem, et mulier vt patiens, quæ eſt penè vt famula viri, vt d. cap. hæc imago, et d. cap. cum caput, et cap. mulierem,

rem, cum ſimilibus. ¶ Sol. Dicit hic Gaſpar Cald. quod propter prædicta contraria quidam dixerunt quod matrimonium non dicitur à matre, ſed à materia, & monos, quod eſt vnum, quaſi vna materia vtriuſque. Sed communis opin. eſt, quod dicitur à matre, de quo per Iſidorum, lib. 9. etimologiarum.
19 & hoc præcipuè, vt fiat denominatio à fine. † Nam princ. & finis matrimonij, eſt bonum prolis, in cuius procreatione mater magis laborat, vt in c. 2. ſup. de conuer. infid. & ſupra dixi. & hoc modo fit iſta denominatio a digniori, ideſt à fine, qui eſt fructus prolis, & dignior, & ſic attenditur cauſa finalis modo prædicto, à qua debet actus denominari, vt d. c. cleros. & 16. q. 1. ſi cupis. & ſequitur Zabar. ſup. in rubrica. pro quibus facit, quia magis attendendus
20 eſt finis, † quàm principium, vt not. Io. And. poſt Hoſt. in c. 2. inf. de ope. noui nunc. facit, quia omnis laus in fine canitur. l. ſi mater. C. ne de ſta. defuncto rum. vnde Apoſtolus dicit, Finis, non pugna, coronat. ad idem. c. 1. in fi. de renun. & Hierony. ad Furiā inquit, Nō quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis. tetigi in c. 2. ſupra de mut. peti. Et pro prædictis poſſunt plura argumenta ſumi, quæ feci in rubrica de cau. poſſ. & propriet. tract. 1. articu. 5. q. 2. verſ. 7. natiuitate. in argumentis factis ibi pro Domino Gallinæ albæ, & placet mihi. ad quod accedat, quia quando filiæ ducūtur aduiros, matres ſunt illæ quæ ipſas filias inſtruunt, qualiter ſe debeant habere cum viris.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, &, quandoque ponitur pro, id eſt.*
2 *Verba, moneas & inducas, quam vim habeant.*
3 *Verbum, rogo, quid importet.*
4 *Debitor qui iurauit ſoluere in termino, ſi non ſoluat, an & quando dicatur periurus, & non.*
5 *Fidei præſtatio ſuccedit loco pacti.*
6 *Sententia lata contra ſponſalia de futuro, tranſit in rem iudicatam.*
7 *Verbum, remittat, quid importet.*
8 *Votum Deo factum retractari non poteſt.*
9 *Sponſalia diſſoluuntur mera contrahentium voluntate, ſicut & ſocietas.*

CAP. II.

PRÆTEREA ſoluuntur ſponſalia de futuro, etiā ſi fuerint iurata, ſi ſponſi ſe inuicē abſolunt, h.d. Et primo iubet moneri, ſecundò diffinit. ibi, ſi autem. & in tex. ibi, inde contingat, ſubaudi maximè, vt inf. dicam. ¶ Nota pri-
1 mò ibi, pure & ſine conditione. quòd dictio, † &, quandoque exponitur pro ideſt. & hoc contingit, quando ponitur inter duo diuerſa, idem tamen ſignificantia. ad idem. c. monaſteria. in fi. ſupra de uita & honeſtate cleric. & c. paſtoralis. ſupra de reſcriptis. glo. in c. ſunt quorum, 2. q. 6. & glo. in c. cupientes. §. denique. de electio. in 6. & no. in l. 1. §. fi. C. de no. co. conf. & 4. diſt. denique. & ibi per Archid. & per Io. Mo. in c. accuſatus. de hæreticis. in 6. & idem ſi ponitur inter genus & ſpecies. l. de quibus. ff. de legibus. vel inter duas ſpecies, quarum altera capiatur pro genere. l. 1. ff. de pactis.

¶ No. ſecundò, quòd quamuis in contractu matrimonij ſubaudiantur aliquæ conditiones tacitę, tamen ſi talis conditio non exprimitur, contractus dicitur purus & abſque conditione. Nam in ſponſalib. multæ ſubaudiūtur cōditiones. c. quemadmodum. in tex. & in glo. ſupra de iureiuran. & tamen conditio ſubintellecta non reddit cōtractum conditionalem, vt l. conditiones quę extrinſecus. ff. de condit. & demonſt. & in c. ſignificaſti. de elect.

2 ¶ No. tertiò ibi, moneas, & inducas, † quod per hæc verba non inducitur preciſè coactio. tetigi in c. veniens. inf. de ſi. & probat iſte tex. ſing. quod prędictum notabile procedit, etiam ſi prædictis verbis adiuncta ſint illa verba, modis omnibus, quæ quidem verba maius robur præcedentibus verbis tribuunt, & important canonem latæ ſententiæ, vel ipſo iure, licèt aliàs ſine prędictis verbis opus eſſet ſententia, hoc voluit glo. ſingularis in Auth. vt defuncti ſeu fune. defun. §. ſancimus. verſ. modis omnib. & Bar. in Auth. de inceſtis nupt. in princ. dixi in c. Iudæi. ſup. de Iudæis. Arbitror tamen quod ratione ſubiectæ materiæ prædicta verba, moneas, et inducas, inducant præciſam coactionem. facit quod not. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iud. & 38. d. ignorantia. In contrarium tamen facit tex. in c. 1. ſup. de teſt. cog. vbi ſubiecta materia videtur eſſe coactiua, vel cōpulſiua, et tamen dicta verba non inducunt præciſam coactionem. Sed arbitror illud procedere eo quòd in eodem mandato primo ponuntur prædicta verba, deinde mandatur cōpulſio. vnde dico q̄ ſi nō fuiſſet demandata compulſio, cum ſubiecta materia eſſet compulſiua, prædicta verba coactionē induxiſſent. facit, quia licèt
3 verbum, rogo, † de ſui natura non inducat præceptum, tamen ratione ſubiectæ materiæ ponitur præceptiuè, vt eſt tex. in l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. et vide quod no. in clem. exiui. de verbor. ſignif. & quæ dixi in c. nouit. ſup. de iudi. & de hac clauſula, moneas, & inducas, vide per Archidia. & latius per Io. An. in c. ſi pauper. de præben. in 6.

¶ No. quartò, quod iuramentum præſtitum adcommodum hominis, poteſt ab ipſo homine omitti. ex quo ſequitur, quod ſi iurauí ſoluere creditori meo tali die, quòd ſi creditor terminum differat,
4 & ſic ego non ſolui illa die, nō ſim propterea † periurus, vt no. in c. 1. ſupra de iureiur. & in c. ſignificauit. ſup. de cenſibus. tradit Bart. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de operis noui nunc. et Innoc. in c. 1. ſup. de renuncia. Io. An. in c. præterea. ſup. de appel. Bart. in l. 1. ff. de excuſ. tuto. Gugliel. Imo. & Zab. in cle. 1. de vſuris. Bal. in auth. quod eis. C. de nup. quod tamen procedit, niſi iam aduenisſet terminus, quia tunc commiſſum periurium non poſſet pars remittere, vt d. cap. 1.

5 ¶ Nota quinto', quod fidei † præſtatio ſuccedit loco pacti, & perficit contractum, qui ſolo innititur conſenſu, & quandoque ſubrogatur loco iuramenti, vt c. ad aures. ſup. quod metus cauſa.

¶ No. ſextò, quod ſponſi communi voluntate poſſunt recedere à ſponſalibus cōtractis, etiam per fidei præſtationem. Sed vnus ſolus propria voluntate altero contradicente recedere non poteſt.

6 ¶ Et ex prædictis infert hic Dom. Anto. † quod ſententia lata contra ſponſalia de futuro, tranſit in

rem

rem iudicatã: nam cũ partes posſint conſentire diſſolutioni ſponſalium, acquieſcentia operatur trãſitũ in rem iudicatã, allegat c.iurauit. ſup.de probat. & quod ipſe not. in c.fraternitatis. ſupra de teſtib.

¶Nota ſeptimò, quod cõtractus matrimonij habet inſtar ſocietatis, quoniam vxor dicitur ſocia diuinæ, & humanæ domus. l.aduerſus. C.de crim.expil.hæred. Ex quo infertur, quòd leges de ſocietate loquentes poſſunt trahi in argumentum ad matrimonium, prout hic fecit Papa, ſecundum do.Ant. Quod tamen ego intelligo quantum ad matrimonium futurum, & ad promiſſam futurã ſocietatem. Sed ſi matrimoniũ eſſet contractũ de preſenti, maximè ſecuta copula, nõ poſſet ſolui, vt dixi in c.preced.

¶Nota octauò, quod ſocietas fidei præſtatione firmata non eſt inconſultè diſſoluenda, ſed potius quodammodo remittenda. nam tex. noſter vtitur
7 verbo, † remittunt, quod importat diſcretam diſſolutionem: vnde Cicero primo officiorum inquit, amicitias et quæ minus delectant magis cenſent ſapientes diſſoluere, quàm repente præcidere.

¶Et aduerte, quod quamuis iſte tex.dicat, quod conceditur diſſolutio, ne deterius inde contingat, tamen idem dicendum, ſi nihil deterius inde contingere poſſet, & ideo ad tex. ſubauditur maximè, dum dicit, contingat, ſecundum Hoſt. & ſupra dixi.

¶Glo.prima format contrarium, & non ſoluit.

¶In eadem glo.ibi, cap. vlt. dic, quod loquitur
8 in voto, † quod cum præſtetur Deo, pars remittere non poteſt: & ſic cõcludere potes, quod ſicut obligatio, quæ eſt in eſſe deducta voluntate partium, ita contraria voluntate poteſt tolli, vt in iuribus, quæ allegantur hic in glo.fin.

¶In glo.ſecunda ibi, compellendi, etiam ſi iuraſſent. dic, vult ergo glo. reſtringere tex. noſtrũ quo ad fidei præſtationem, ſecus ſi præſtitum eſſet iuramentum. Sed hoc nõ procedit reſpectu coactionis fiendæ per eccleſiam, quia eccleſia non facit differentiam inter fidei preſtationem, & iuramentum, vt ſupra de fideiuſſ.c.peruenit. & glo.ſic intelligit tex. noſtrum, ſuper verbo, per interpoſitionem fidei.dicens, quod idem ſit per iuramentum, cum hæc duo æquipolleant, vt d.c.peruenit, & c.conſtitutus, de fideiuſſ.& idem tenet hic Dominus meus per cap.ad aures. ſupra quod met. cau. facit quod not.Archid. 22.q.5. c.iuramenti. Non obſtat c.ex literis, alleg. per glo.diſcernebat. c.verò, requiſiuit, cõcordabat.

¶Glo.fin.quærit de intellectu literæ, & ſentit ad tex.noſtrum duas lecturas. Prima Tancredi, quòd procedat de iure communi, & ſic poſsint ſponſi ſine peccato etiam diſſoluere ſpõſalia iurata. Secunda lectura eſt, quod procedat ex quadã permiſsione diſpenſatiua, quaſi ſine peccato ſponſi hoc facere non poſsint. Sed eccleſia toleret, ne quid deterius inde contingat, ſecundum Vgut. Sed primam oppoſitionem tenet Spec.in tit.de lega. §.nunc oſtendendum. verſic.hoc quoque. dicens, quod deciſio tex. noſtri procedit de mero iure, & ita communiter tenent Doct.& ſequitur Dominus meus, quia ſi procederet ex quadam diſpenſatione, ſeu tolerantia Papæ, Papa non induxiſſet ſimile de ſocietate.
9 Sicut ergo mero iure † ſocietas diſſoluitur contraria voluntate, ita & iſta ſpon. & ad tex. dum dicit, impatientia: reſpondetur, quod habuit reſpectum ad vulgi opinionem, quia vulgares putant, quòd iſti incurrant periurium, ideo ſunt monendi, &c. Et iſtam opinionem etiam ſentit hic Vincen. inquantum diſtinguit, ꝙ aut iuramentum præſtatur Deo, & non poteſt remitti ante incurſum periurij: aut præſtatur homini, & poteſt ab homine remitti ante incurſum periurij, & dicitur præſtitũ Deo, quando quis iurat principaliter volens complacere Deo. Si verò tendit ad temporale alterius commodum, tunc intelligitur præſtitũ homini: & quamuis principalis obligatio acquiratur Deo, ſi tamen reſpicit priuatum commodum, Deus intelligitur illud recipere ad illius priuatum commodum, & ſic ille poteſt remittere.

¶Et ex prædictis ſingulariter infertur, quod ſi intuitu Dei iuraui ducere aliquam in vxorem, non poteſt illa remittere iuramentum. Et hæc eſt notabilis limitatio ad tex. noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Iuuenis quis dicatur.*
2 *Septennis nondũ dicitur illa, quę ſeptẽnio eſt proxima.*
3 *Actus actiuorum agunt in patiente diſpoſito.*
4 *Animæ periculum concernentibus non mitior, ſed tutior pars eſt eligenda.*
5 *Factum, ſeu attentatio magis attenditur quandoque, quam iuris effectus non productus ad effectum, ſi deuentum eſt ad actum facti.*
6 *Honeſtatis publicæ iuſtitia, quomodo conſideretur in contractu matrimonij.*
7 *Aetas certa vbi requiritur reſpectu diſcretionis, illa præueniri non poteſt.*
8 *Probatio dubia non releuat probantem, nec exceptio dubia releuat excipientem.*
9 *Affinitas non contrahitur ex conatu.*

CAP. III.

IVVENIS. Si maior ſeptennio cum proxima ſeptennio, in qua malitia ſuppleat ætatem, ſponſalia contrahit, oritur iuſtitia publicæ honeſtatis, maximè ſi commiſceri tentauerũt. hoc dicit communiter. Sed tñ, vt dicit D.meus, hoc ſummariũ non colligitur ex litera, quare inhærendo literæ, ipſe ſummat ſic. Si maior ſeptẽnio duxit minorem in vxorem, & eam traduxit ad domũ, oritur ex tali contractu publicæ honeſtatis iuſtitia. hoc dicit. Primò narrat factum, & caſum dubium. Secundò præmiſſa duplici ratione diffinit.

1 ¶Ex principio, dũ dicit, iuuenis, no.ꝙ † iuuenis appellatur quandoque minor 25.ann. nam hic accipitur pro quolibet apto ad contrahendũ ſponſalia, vel matrimoniũ: vnde etiam minor 14.annis maior ſeptennio appellatur iuuenis.c.atteſtationes, & c.ad diſſoluendũ. infra tit.prox. quandoque ſumitur pro adoleſcentulo, & pubere. l.ſi pecuniam. ff.ſi cer.pet. & vide in l.cum hi.§.modus. ff.de tranſac. & l.patri. §.1.ff.de mino. & de hoc loquitur Salomon, Pro.30. dum dicit, Et quartum, quod penitus ignoro, viam iuuenis in adoleſcentia ſua. Iuuenta tamen dicitur incipere 25.anno, ad quod vide gl. in proœm.6.

¶Nota ſecundò ibi, nondum ſeptennem. iuncto
2 primo ſummario, † ꝙ illa dicitur nondũ ſeptennis, quæ

quæ eſt proxima ſeptennio: & hoc procedit ex vſu verborum, qui atteditur, vt in c.ex literis. infra eod. nam de ea, quæ eſſet triennis, non diceremus, quod nondũ eſſet ſeptẽnis, quamuis ex vi vocabuli etiam vnius anni poſſet dici nondum ſeptennis.

¶Nota tertiò ibi, forſan. de ſignificatu huius verbi: ſignificat enim dubitationem notam, & ſignificat philoſophicum temperamentum. Quandoque tamen eſt veritatis expreſsiuũ. ad quod vide, quod no.glo. ſuper verbo, forſan. in c.ſuper literis. ſupra de reſcrip. & ibi latè dixi.

¶Nota quartò ibi, complere non potuit, quod
3 actus † actiuorum agũt in patiente diſpoſito. 1.q.1. per Iſaiam. & l.1.§.cum arietes. ff.ſi quadr.pau. feciſ. dic. de pẽn. diſt.1.c.diuinitatis. & l.pater Seuerinam. §.conditionis. ff.de condit. & demonſtr. & in c.mulieres. infra de ſent.exc. & vide, quod ibi dixi in 6.ar tic. Dicit tamen hic Pet.de Anch. quod ſi iſta puella fuiſſet cognita, & de hoc conſtaret, conſummatũ fuiſſet matrimonium etiam ante aduentum pubertatis. quod facit ad cap.is qui fidem. infra eod. & vide, quæ latius dicam infra, artic. . . .

¶Nota quintò, quod in concernentibus periculum animæ non mitior, ſed tutior pars † eſt eligẽda.
4 ad idem c.1. ſupra de ſcrut. & in clem. exiui, de ver. ſign. & in c.ſignificaſti, & in c.ad audientiam. & ibi dixi, de homic. notat Guliel. in clemen.1. de hær. nec mirum, quia bonarum mentium eſt vereri culpam, vbi culpa non eſt. Non tamen debet eſſe conſcientia nimis ſcrupuloſa, vt in c. & ſi quęſtiones. ſupra de rer.perm. & in c.non ſolum, ſupra de regula. Vnde Propheta Pſal.13. Trepidauerũt timore, vbi non erat timor. dixi in c.1. de cler. excõ. & in d.c.ad audientiam. & etiam tetigi in c.ſacro, de ſen.excom.

¶Nota ſextò, quod in matrimonio cõtrahendo magis conſideratur honeſtas, quàm rei veritas, ſic etiam de regula iuris ciuilis, in l.ſemper in conuentionibus. ff.de reg.iur.

5 ¶Nota ſeptimò ibi, complere non potuit, † ꝙ quandoque magis factum attenditur, ſeu attẽtatio, quàm iuris effectus non productus ad effectum, ſi deuentum eſt ad actum facti.

¶Nota vltimò, ꝙ ex ſponſalibus oritur publicæ honeſtatis iuſtitia inter ſponſos, & conſanguineos ſponſæ, & econtra inter ſponſam, & conſanguineos ſponſi, quæ publica honeſtas eſt potens ratio ſolum ad impediendum contrahi matrimoniũ, ſed etiam ad dirimendum, vt hic, & in c.ſponſam, infra eod. & clarius in c.1.eo.ti. lib.6. Et hoc impedimentum non cauſatur ex conſanguinitate, & affinitate, quia ante coniunctionem, & carnalem copulã nulla oritur affinitas inter ſponſos, & cõſanguineos eorum: ſed ſolummodo ex conſenſu in ſponſalibus præſtito fuit hoc impedimẽtum ab eccleſia introductum propter honeſtatem, quia quandoque oriebantur graues inimicitię inter conſanguineos, cum vni deſponſatam alius de cõſanguinitate acciperet in vxorem, ſecundum Hoſt. Ioan. And. & Do. meum hic. Et appellatur publica honeſtas, quia non poterat dari congruentius nomen, cũ nõ poſsit attribui alicui ex cognationibus, legali ſcilicet, ſpirituali, vel carnali, & ideo ex ſola honeſtate fuit inductum. & dicit Io. An. in c.1.eo.ti. in 6. ꝙ ortum potuit habere a d. l.ſemper. de qua materia latius videbimus inf. ar. . . .

¶Glo.prima in princip. colligit notabile, probat, & illud fortificat quadam ratione, & contra ipſam rationem opponit, & ſoluit. ibi, quandoque tamen. deinde in verſic. ſed quare. opponit contra tex. noſtrum, & ſoluit.

¶In fine glo. dic. hæc glo. non clarè aperit intel-
6 lectum tex. noſtri: quare dic poſt Doct. quod † aut ſponſalia ſunt contracta inter maiores ſeptennio: & clarum eſt, quod oritur publicæ honeſtatis iuſtitia: nec exigitur, quod ſponſi tentauerint ſe carnaliter cognoſcere. cap. ſponſam. infra eod. & c.vnico, eo.tit. in 6. & iſte non eſt caſus noſter. Aut ſunt cõtracta inter minores ſeptẽnio nullam diſcretionem habentes, & quia parentes, ſicut quandoque fit, talia ſponſalia contraxerunt: & clarum eſt, quod ſunt nullius momenti, nec cauſant aliquod vinculum etiam publicæ honeſtatis, vt d.c.vnico. niſi tacitè, vel expreſsè, poſtquam ad ſeptem annos tranſiuiſſet, ratificaſſent, vt d.c.ſponſam, & d.c.vnico. Aut ſunt contracta per maiorem 7. cum minori 7. proximo tamen ſeptennio: & glo.iſta videtur ſentire, quod diſcretio ſuppleat ætatem, & clarius glo.in d. c.ſponſam. & ſequuntur hic Doct.

¶Ex quo videtur inferendum, quod proximi ſeptennio poſsint contrahere ſponſalia, ſed vt dicit hic Dominus meus, hoc nullibi probatur: nam c. literas, & c.atteſtationes, & c.duo pueri. infra de deſpon.impub. videntur velle contrarium, in quãtum ad validitatem ſponſalium præcisè exigunt ætatem ſeptem annorum. facit, quia in tali ætate præſumitur diſcretio, ex quo tranſacta eſt infantia. Sed vbi
7 certa ætas † requiritur, reſpectu diſcretionis, illa præueniri non poteſt, vt patet in ætate ſtatuta ad confectionem teſtamenti. l.qua ætate. ff.de teſtamen. facit etiam, quod no.in c.puberes. infra ti.prox. & in l.ad rem pu. ff.de muner. & honor. & C. quando tutor, vel curator eſſe deſier. Nec alicubi habemus cõtrarium, ſed ſolummodo iſtum tex. qui hoc non probat, quia fundat ſe ſuper dubio tentationis, et traductionis ad domum. Item fundat ſe ſuper honeſtate eccleſiæ, quia dicta puella dicebatur coniux ipſius iuuenis, quare ſi rectè ponderetur litera, hic cõtractum fuit matrimonium per verba de præſenti, licet de facto, vt patet ibi, dũ tex.dicit, duxit. et dum dicit, coniux ipſius. & hunc vltimum intellectum ſentit hic do. Ant. quamuis etiam ſequatur primũ. Sed dicit Dominus meus, quod primus intellectus de iure procedere non poteſt: quare concludit, ꝙ cum iſta deciſio ſe fundet ſuper pluribus cauſis, videlicet ſuper tentatione, et ductione ad domum, ſi altera ceſſat, non videtur ceſſare diſpoſitio. ad quod vide, quod latè dixi in c.cum ceſſante. ſupra de appell. et ideo ſi contracta eſſent ſponſalia cum minore ſeptennio, et ſola tentatio interueniſſet: vel eſſet dubium, quia cohabitabat cum ſponſa, videtur oriri hæc publica honeſtas ex quadam æquitate, ſecundum dom. Ant. Sed tamen hoc non probatur hic, ex quo alia cauſa in litera contenta ceſſat, videlicet, quia dicebatur coniux. Dicunt tamen hic Hoſtien. Ioan. And. & dom. Anton. quod ſatis eſt, quod fuerit tentata, quia quis facilius patitur, quàm agat.

¶Et aduerte, quia tunc tentatio videtur inducere impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quãdo fuit facta cõtractis prius ſponſalibus, vel poſtea ratifi-

ratificatis. Secus ſi præter ſponſalia tentatio præceſſiſſet, vt ſentit hic glo. fin. per tex. 35.q.3.c.extraordinaria. & ſequuntur hic Hoſt. Io. And. & do. Ant.

¶ Sed nũc fortiter oppono: videtur enim, quod text. non poſsit procedere, quia hic agebatur de ſecundo matrimonio dirimendo, de quo clarè conſtabat, & certum fuit de ſponſalibus cum minore ſeptennio contractis, & quia probatio eſt iſtius exceptionis, vtrũ puella fuerit cognita, vel non, mandatum fuit dirimi matrimonium poſtea contractũ, quod nequaquam videtur debuiſſe fieri, quia ſicut
8 dubia † probatio actoris non releuat probantem. c. in præſentia, ſupra de probat. & in cap. inter dilectos, ſupra de fide inſtrum. ita nec dubia probatio exceptionis releuat ipſum excipientem. facit l. Titię textores, de legat. 1. et quod per Bal. in l. nõ ſolum. §. ſed vt probari. ff. de oper. noui nunciat.

¶ Præterea non videtur, quòd per matrimoniũ, vel ſpõſalia debeat præiudicari matrimonio, de quo conſtat infra, qui matr. accuſ. poſſ. c. videtur. quia in dubio pro matrimonio pronunciandum eſt. c. fi. infra de re iudic. & infra de deſpon. impub. c. continebatur, cum ſimil. Item debuit hoc matrimonium, quod erat certũ, Papa ſequi, et non ſponſalia dubia.

¶ Sol. Dicit Pet. de Anch. quod propter periculũ animæ, quod potuit ſequi, ſi Papa approbaſſet ſecundum matrimonium cõtra primum, iſta deciſio emanauit, quia ſi primo erat cognita, ſecũdum matrimonium erat nullum, et ita ſentit hic Ioan. And. Sed dicit Petrus, quòd iſta ſol. non multum ſatisfacit ſibi, quia etiam econuerſo poterat contingere quòd iſta non fuit cognita, & per cõſequens ſecundum matrimonium erit validum, quod dirimere in tali dubitatione imminet etiam animæ periculum, & ad ipſum defendendum fortiter facit ratio text. in quãtum dicit, tene certum & dimitte incertum, ergo tenendum videbatur matrimoniũ poſtea contractum, tãquam certum, & ſponſalia prima dimittenda tanquam incerta. Vnde ſubdit D. Petrus, tu pro ſolutione huius contrarij cogita. Mihi ponenti cauſum in terminis, & demum legenti text. venit hoc contrarium in mentem, & arbitror poſſe ſolui hoc modo, videlicet, quòd iſte iuuenis conſobrinam primæ puellę duxit vt ſponſam, vel ſi duxit tanquam coniugem propter contractum matrimonium per verba de præſenti, adhuc illam nõ cognouerat, & ideo Papa potuit tollere hoc peccatum, ex quo ipſo mandante matrimonium nondum conſummatum dirimitur. faciunt nota. in cap. ex parte, & in cap. ex publico. ſup. de conuerſio. coniug. aliàs, cum ſecundum matrimonium eſſet certum, ſi eſſet conſummatum, & ſic Papa tollere illud nõ poſſet, de difficili poteſt tolli contrarium. Cogitabis.

¶ Vltimo oppono, uidetur enim q̃ matrimonium cum iſta conſobrina contractum non debeat dirimi, quia matrimonium ſoluitur per quædam impedimenta, inter quæ iſtud non reperitur ſancitum. Non enim ea ratione quòd puellam conatus fuit
9 cognoſcere, contracta eſt affinitas † inter ipſum, & conſanguineos ipſius puellæ, vt not. 37.q.2. ſi quis deſponſauit. ¶ Sol. Dicit Io. An. quòd hoc c. continet quandam prohibitionem & impedimentum hic inductum per Papam, quod appellatur impedimentum iuſtitiæ pub. honeſtatis, quod eſt efficax ad dirimendum matrimonium poſtea contractum, qui tamen dicit, quòd iſta prohibitio non videtur habere multum rationis, niſi quòd mota fuit eccleſia ad hoc inducendum propter grandes inimicitias, quæ inter conſanguineos oriebantur, quãdo quis de parentela alteri deſponſatam in vxorem accipiebat, de quo ſupra tetigi, & latius dicam infra, articu....

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium impedire poteſt quilibet de populo, ſubſiſtente legitimo impedimento.*
2 *Honeſtas publica, ex quibus oriatur in matrimonio.*
3 *Sponſalia pura, & conditionalia diuerſos pariunt effectus.*
4 *Lex quamuis dura ſit, ab eius verbis non eſt recedendum.*
5 *Verba intentioni ſeruire debent, non econtra.*
6 *Authenticum dicitur, quod ſcriptum reperitur, ſiue in columnis, ſiue in lapidibus.*
7 *Facta antiqua, quomodo probentur.*
8 *Iurans temere peccat mortaliter, & cogi poteſt per eccleſiam ad agendam pœnitentiam.*
9 *Pater qui iurauit copulare filiam cum aliquo, an ſit liber, ſi copula ſecuta eſt de facto.*
10 *Relictum alicui, cum vxorem duxerit, non conſequitur legatum, ſi eam ducit, quam de iure ducere non poteſt.*
11 *Sponſalia nulla, an ſortiantur effectum publicæ honeſtatis.*
12 *Eccleſia imponit pœnitentiam laicis de illicito iuramento.*
13 *Honeſtas ſemper conſideratur in ſponſalibus, ſeu matrimonijs contrahendis.*
14 *Obligatio nulla, etiam naturalis, oritur ex contractu inito lege reſiſtente.*
15 *Opinio, quibus caſibus præualeat veritati, vel ecõtra.*
16 *Conſenſus accommodatus contra iura, non debet haberi pro conſenſu.*

CAP. IIII.

AD AVDIENTIAM. Ex ſponſalib. contractis cum conſanguinea oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. h.d. Et primo narrat factũ. Secundo diffinit, vel decidit, ibi, ſed quoniam. in tex. ibi, filiorum, dic, ſcilicet puberum & conſentientium. in tex. ibi, dare vellet, dic forte cauſa recõciliandæ pacis. in tex. ibi, ſi ille, dic, ſcilicet ex prima vxore ſuſceptus. in tex. ibi, caſu aliquo. dic, forte morte vel alio, l. 1. C. de vſufr. vel forte quia ſuſpicabantur de conſanguinitate, ideo hoc expreſſerunt. in tex. ibi, firmauerunt, dic, & ſic eccleſia pronunciauit ſponſalia nulla, & prohibuit, ne contraherẽt. c. cum in tua. inf. eo. ſecundum Hoſtien. in tex. ibi, alteri filio. dic de ſecunda vxore ſuſcepto, cui puella nihil attinebat.

1 ¶ No. primò, quòd † quilibet de populo poteſt impedire matrimonium contrahendum, ſubſiſtente legitimo impedimento, & ad idem, c. præterea. inf. eo. & c. fi. inf. de cland. deſpon. Et aduerte, quia tex. videtur probare quod hoc caſu quis poſsit eſſe denuntiator & teſtis. facit c. in omni. ſup. de teſti.

Quinimmo

Quinimmo quilibet etiam non requiſitus habens notitiam impedimenti, tenetur hoc facere, ad hoc vt prohibeat fratrem à peccato. cap. cum inhibitio. inf. de cland. deſpo. & facta de hoc aliquali fide, ſuperior debet prohibere.

2 ¶ No. ſecundò, quòd publica honeſtas † oritur ex ſpõſalibus omnino nullis de iure poſitiuo, dummodo ſint aliqua de iure naturali: nam ad contrahendum hoc impedimentum, ſatis eſt quòd ſponſalia teneant ratione conſenſus, & ad idem tex. optimus in c. vno. eo. ti. li. 6. & dicit ibi gl. quòd ex ſponſalibus contractis per ſacerdotem oritur hæc pub. hon. iuſtitia, adeo quòd nullus de conſanguinitate ſacerdotis vſque ad quartum gradum poteſt contrahere cum tali, quia talia ſponſalia non peccãt in conſenſu naturali, ſed annullantur ex impedimento per eccleſiam inducto. Et aduerte, quia in cap. præcedenti dictum fuit, quid iuris, quando ſponſalia non tenuerũt propter ætatis defectum, quod inducit quandoque impedimentum publ. honeſtatis, vt ibi dictum fuit: hic verò dicitur quid iuris, quando ſunt nulla ratione conſanguinitatis. & conclude quòd qualitercunque ſponſalia non teneãt, ſiue ratione ætatis, ſiue conſanguinitatis, ſeu frigiditatis, religionis, vel ordinis, aut ex alia qualibet cauſa ſint nulla, dummodo conſenſus affuerit, oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, & ſic ad impediendum, & dirimendum matrimoniũ poſtea contractum, vt in c. vnico, eo. ti. in 6. Et profecto, vt dicit hic Petrus de Anchar. iſte eſt maximus rigor, quod ſi conſanguineus meus religioſus vel clericus in ſacris contrahat de facto ſponſalia cum vna, vel quòd frater meus vterinus aut patruelis de facto deſponſauerit vnam conſanguineam, quod ego non poſſim cum illa, quæ nihil mihi attinet, matrimonium cõtrahere, & ſic hoc caſu præſtat impedimentum, quod de iure nõ ſortitur effectum, contra regulam non præſtat. in ſexto, & contra l. primam. ff. quod quiſque iuris. Et propter hoc dixerunt quidam, q̃ iſte rigor non habet locum, niſi in primo gradu, eo quòd tex. iſte loquitur tantum de fratre, & alibi nõ habetur expreſſe quòd matrimonia quæ ſunt nulla inducãt tale impedimentum, ad quod allegant in argumentum, c. cum apud. inf. eo. & communis opinio eſt in cõtrarium. & licet hic tex. dicat de fratre, tamen de fratre ideo loquitur, quia ſic de facto contigit. idem tamen dicendum eſt de quolibet vſque ad quartum gradum, vt in c. ſponſam. inf. eod. & tra
3 ditur in d. c. vnico. & hęc procedunt, quãdo † ſponſalia ſunt pura, ſecus ſi eſſent conditionaliter contracta. Nam tunc ante exiſtentiam cõditionis non oriretur pub. ho. impedimentum, vt dicit tex. in d. cap. uni. eod. titu. in ſexto. & ideo tex. noſter debet intelligi quando ſponſalia fuerunt pure contracta, non autem ſub conditione, qua prius iurauit pater puellæ: quia ſi illa conditio interueniſſet, potuiſſet contrahi matrimonium cum alio filio. pro quo gl. in d. c. vnico.

4 ¶ No. tertiò, ibi, ſcriptum, argumẽtum, q̃ † à verbis legis vel canonis nõ eſt recedendum. ſatis enim eſt ita ſcriptum eſſe: quãuis enim dura lex ſit. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. & 6. quæſtio. 3. ſcriptum. Nec à ſignificatu verborum recedendum eſt, ſecũdum Io. An. quod intellige, niſi aliud appareat de
5 intentione diſponentis, quia intentio ſemper prædominatur, cum verba † intentioni deſeruire debeant, non econtra. cap. intelligentiam, cum 2. cap. ſequentibus, inf. de verborum ſignif. ad quod uide, quod latè dixi in cap. ad aures. ſupra de reſcript. in quarto notabili. & in c. 3. de dila. articu. 16. q. 22. in 2. membro. verſ. in 5. caſu.

¶ No. quartò argumẽtum, quòd ex eo quod aliquid reperitur ſcriptum, præſumitur authenticum.
6 † 16. diſt. c. habeo librum. de conſec. diſt. 1. c. ſolemnitates. etiam ſi in columnis marmoreis ſit ſcriptũ, 24. quæſt. 2. c. ſanè. vel in terra in lapidibus marmoreis, 8. quæſt. 7. c. præſulatus. vel cum ſanguine. C. de teſt. mi. l. milites, ſecundum Vincen. quem ſequuntur Io. An. & Dom. Ant. In contrarium tamen allegat C. de relig. l. monumentorum. nec aliter ſoluunt. Tu vide Hoſtien. in ſumma in ti. de proba. §. fin. verſ. 9. & Spec. eod. ti. §. fin. verſ. 9. & Docto. in c. cum cauſa. ſup. de proba. & per Legiſtas in l. 1. ff. de
7 albo ſcriben. & pro ſolutione contrarij dic, † quòd aut loquimur in factis antiquis, de quibus non poſſunt haberi teſtes, & probant: Secus in factis non antiquis, quæ per teſtes probari poſsint, & ita procedat contrarium, & vide notabile dictum Baldi, & Sal. in l. comparationes. C. de fide inſtr. qui dicunt, quod in facto antiquo non ſunt neceſſariæ literę teſtimoniales, ad q̃ vide plura, quę ſingulariter dixi in c. fi. ſup. de dila. art. 25. q. 4. verſ. ſecũdus effectus.

8 ¶ No. quintò, quòd temere iurans † peccat mortaliter, & poteſt compelli per eccleſiam ad agẽdam pœnitentiam. facit quod notatur. 22. quæſt. 4. qui ſacramento.

9 ¶ No. ſextò, quod pater, † qui iurauit copulare filium per matrimonium cum aliqua, non dicitur abſolutus à iuramento per contractum celebratum cũ illa de facto. Sed poteſt dici quod iuramentum non extenditur ad caſum, in quo matrimoniũ non valeret. Vnde dicit hic Petrus de Anch. quod ſi relinquuntur mihi centum ſoluẽda, cum vxorem ac-
10 cepero, † quod accipiendo illam quam de iure habere non poſſum, non conſequor relictum, quia quo ad præmium conſequendum non ſufficit de facto facere. l. hæc conditio. ff. de condi. & demon. & l. cum mulier. ff. de condi. inſti. & l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuerit ali. quod intelligo, quando potuit impleri de iure. Secus ſi non potuiſſet impleri, niſi de facto, quia tunc ad conſequendum relictum ſufficit implere de facto, vt eſt tex. notabilis in l. Sticus. §. hæres. ff. de ſta. lib.

¶ Et aduerte, quia iura, ſupra allegata faciunt,
11 quòd † ſpõſalia nulla non deberẽt ſortiri talem effectum impedimenti pub. hon. Sed tñ pro ipſa publica honeſtate faciunt talia iura, quæ volunt quod ex ſolo conatu talis producatur effectus. & quia iſta eſt via brocardica, vide in regula, non præſtat, & in regula, non eſt ſine culpa. de reg. iur. in 6. & vtrobique per Ioan. An. in mercurialibus. & per Bart. in l. quidam cum filium. ff. de verb. obl. & per gl. & Docto. in c. eum qui. de præben. in 6. & per glo. in c. plerunque. inf. de dona. inter virum.

12 ¶ No. vlt. quòd eccleſia † imponit pœnitentiam laicis de illicito iuramento. facit c. quarto. ſup. de iureiur. & cap. cum C. laicus. de foro competenti. in ſexto, & de hoc aliquid hic in glo. fin.

¶ Glo.

¶Glo. 1. primò fortificat tex. deinde oppo. quòd valuerit iuramentum patris puellæ, quòd ſi primus filius non poſſit illam habere, alius cõtraheret cum illa, per c. acceſſit, & c. duo pueri. inf. eo. Glo. ſoluit, quòd ideo illis iuribus non tenuerũt ſponſalia, nec fuerunt impedimento, quia contracta fuerunt ante ſeptennium. Contra quam ſolutionem gl. opponit de c. præced. & ſoluit excipiendo illum caſum. Tu conclude, quod ſi aliqua adſunt impedimenta, quæ non tollunt conſenſum, habet locum tex. noſter, vt puta, ſi ſit impedimentum conſanguinitatis, affinitatis, profeſſionis, vel ordinis: quia ſatis eſt ꝙ adſit conſenſus in contrahendis ſponſalibus, per quem ſaltem de iure naturali validantur ſponſalia. Secus quando eſſet impedimentum conſenſus, vt puta quia eſſent minores ſeptennio, & ideo ad tex. noſtrum, dum dicit, filiorum, ego ſuppleui, puberum, & conſentientium.

¶Non ob. c. præcedens, quia ibi nõ ſolum interuenit promiſsio, ſed ductio ad domũ, & quia vocabatur cõiux, & ſic de præſenti, & quia fuit attẽtata copula, & quia erat proxima ſeptennio, vt ibi dixi.

¶In glo. 2. in princ. allegat concord. deinde oppo. & ſoluit.

¶In eadem glo. ibi, olim, dic quod ille text. potius loquitur, videlicet in matrimonio, & tamen licitum fuit illam habere.

¶In fi. glo. dic de hoc, vt traditur in c. fin. inf. de diuortijs. ego dicam infra.

¶In glo. ſuper verbo, habere, in princ. opponit, quã oppoſitionem fortificat dupliciter, ex quibus concludit oppoſitionem ſuam, deinde ſoluit.

13 ¶In fi. gl. dic quod facit, † quia in ſpõſalibus, ſeu matrimonijs contrahendis ſemper conſideratur honeſtas. l. ſemper in conuentionibus. ff. de regu. iuris. Item potius conſideratur factum, vt dicit gl. quàm iuris effectus. c. nuper, de big. ¶Ex quo ergo ſponſalia tenuerunt de iure naturali, non eſt honeſtas ꝙ aliquis conſanguineorum illam ducat in vxorem.

¶Nec obſt. quod ex contractu inito l. reſiſtente
14 obligatio † nulla oriatur, etiam naturalis. l. cum lex. ff. de fideiuſ. quia reſpondetur, quòd hic non eſt orta obligatio inter contrahentes: ſed ex illo contractu inducitur quædam honeſtas, cum nõ liceat matrimonium contrahere cum aliquo ex conſanguineis ipſius ſponſæ. Dic ergo, quod potius conſideratur opinio quàm veritas. facit l. Barbarius. ff. de offic. præto. & l. 1. C. de teſt. Quod procedit in ijs, quę in ſolo animo conſiſtunt no. Bart. in l. is, qui putat. ff. de acquir. hær. & gl. in l. hæres. C. eo. & Dyn. in l.
15 ſi quis extraneus. §. 1. eo. titu. & in quib. caſib. † opinio præualeat veritati, vel econtra, vide latè per Oldrad. conſi. 147. ¶Dicit tamen hic Petr. de Anch. aduertendum, quod prædicta iura loquuntur, cum quis errat in facto & probabiliter, quia hoc caſu cõſenſus erroneus habet conſenſum efficacem in ſe annexum, & ſic poteſt tolerari impedimentũ pub. hon. & ſic etiam in alijs caſibus, de quib. in cap. 1. eod. titu. in 6. Sed ſi frater meus ſacerdos vel profeſſus vel clericus in ſacris in eccleſia occidẽtali deſponſauit aliquam, rigoroſum eſt dicere quod talia ſponſalia, vt ſic dixerim, deriſoria impediant te con
16 trahere cum ea, quia † conſenſus contra iura accommodatus non debet haberi pro conſenſu, & quia non conſentit, qui errat. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. ¶Quare Petrus intelligit hoc c. & c. 1. eod. ti. in 6. quando ſponſalia probabili errore contrahuntur. vnde licèt poſtea detegantur multa, habent tamen effectum inducendi impedimentum pub. honeſt. Secus ſi ſcienter ius & factum temerariè contrahere præſumpſerunt. Facit quod in ſim. dicimus de colorata & reproba poſſeſsione, quia colorata reddit gratiam ſubreptitiam, improba ſecus, vt in c. literàs, & in c. cum noſtris. de conceſs. præb. addè & vide quod latè dixi in c. poſtulaſti, in 6. prin. art. verſ. 4. notandum. ſup. de reſcriptis. Item facit, quod in ſimili dicimus de vitio teſtamenti viſibili, & inuiſibili. l. 1. & fin. C. de edicto diui Adr. tol. & quod traditur in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. ſecundum Petrum. de quo dicam latius. vide inf. poſt cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium de præſenti non contrahitur per verba de futuro, ſeu habentia tractum ad futurum, etiam ſi ſint executiua.*
2 *Sponſus ſi transferat domicilium ad loca remota, an poſſit ſponſa matrimonium cum alio contrahere.*
3 *Sponſus cognoſcens ſponſam non poteſt ab ea ſeparari ratione abſentiæ.*
4 *Actus ſpiritualis geſtus contra iuramẽtum tenet mero iure, licèt de periurio ſit imponenda pœnitentia.*
5 *Eccleſia, an permittat minus malum, vt maius euitetur.*
6 *Mulier, an & quando teneatur ſequi virum vagantem, vel bannitum, & nu. 8. & 9.*
7 *Vxor licèt non teneatur aliquo caſu ſequi virum, non ob id poteſt cum alio matrimonium contrahere. & num. 10.*
11 *Faciens aliquid lege permittente, nõ meretur pœnam.*

CAP. V.

DE ILLIS. Si ſponſus de futuro ante copulam ſe transfert ad remota, ſponſa liberè cum aliquo contrahit: ſi tamen per eam ſteterit, quominus per eam perficeretur matrimonium, imponitur ſibi pœnitẽtia. communis diuiſio. ſecunda ibi, hoc tibi. ¶Et aduerte, quia de fine iſtius c. & ipſius deciſa, ſumpta eſt decretalis, de illis, inf. de condi. appo. & in tex. ibi, ducturos, dic, & ſic fuerũt ſponſalia de futuro. & ibi, proceſſum. dic, quia nõ interuenit copula, nec deſponſatio de præſenti. & ibi, per eas, dic, hic erat olim duplex litera, vna cum, non, alia ſine, non, & ideo olim fuerunt opiniones variæ, quæ per primum tex. à quo remota fuit dictio, non, fuerunt ſublatæ, ſecundũ Gof.

¶No. primò, quòd per verba futuri tẽporis ſeu habentia tractum ad futurum, etiam ſi ſint executiua, vt promitto, me te ducturum in ſponſam, &c.
1 non contrahitur † matrimonium de præſenti, ſed tantùm contrahuntur ſponſalia de futuro. quod tamen qualiter intelligatur, dicã in c. ex parte. inf. eo.

2 ¶No. ſecundò, quòd ſi ſponſus † transfert domicilium ad loca remota, poteſt ſponſa ſine alterius licentia ſponſi vel eccleſię contrahere matrimonium cum alio, & hoc denotat uerbum, liberè, poſitum hic

hic in tex. facit c. licet epiſcopus. de præb. in ſexto, & in c. de multa. ſup. de præb. & ibi dixi. Secus eſt in ſponſa de præſenti. c. in præſentia, & quod ibi notatur. inf. eod.

3 ¶No. tertiò, quod ſponſus † cognoſcens ſponſam, non poteſt ab ea ſeparari ratione abſentiæ, & ratio eſt, quia per talem copulam intelligitur conſummatum matrimonium. c. is, qui fidem. inf. eo.

¶No. quartò, quòd matrimonium contractum contra iuramentum tenet, & ſic iuramentum non
4 impedit contractum matrimonij. † Ex quo infertur, quòd etiam actus ſpiritualis geſtus contra iuramentum tenet mero iure, licet de periurio ſit imponenda pœnitentia, ad idem, c. ſicut. inf. eo. licet Inn. ſentiat contrarium in c. dilecto. ſupra de iureiur. de quo per Io. An. in reg. qui ſemel. in 6.

5 ¶No. vlt. quòd eccleſia † quandoque permittit periurium propter minus malum, vt maius euitetur. ſed hoc mihi non placet, quia eccleſia hic non permittit periurium. nam iuramentum, de quo hic, debet intelligi, ſi modo iuſta cauſa non ſuperuenerit non contrahendi matrimoniũ. Sed imponitur hic pœnitentia propter moram iam commiſſam in contrahendo matrimonio, propter quam moram videtur incidiſſe in periurium.

¶In glo. prima in fi. conclude, quod aut loquimur in ſponſa, aut in vxore. ¶Primo caſu dic, ꝙ nõ tenetur ſequi ſponſum, vt hic, & l. 2. C. de repu.
6 ¶Secundo caſu dic, quòd † aut mulier ſciebat virum vagabundum, quando contraxit cũ eo, vt quia erat hic hiſtrio vel ſimilis, & tenetur eum ſequi. 13. quæſt. 2. vnaquęque. & ibi bona gloſ. Aut ignorabat, vel ex poſt facto eſt effectus vagabundus; & nõ tenetur ſequi, vt traditur in d. c. vnaquęque. & hoc procedit, niſi ſit ſibi facile. ad quod vide Barto. in l. Mæuia. ff. de annuis leg. Sed ſi non eſt vagabundus vel ex alia cauſa transfert domicilium, vel etiam ſine cauſa, vxor tenetur eum ſequi, vt traditur in d. c. vnaquęque.

¶Aduerte tamen, quia in caſibus in quibus nõ
7 tenetur ſequi, non propterea † poteſt contrahere matrimonium cũ alio. cap. quoniam. §. ſin autem. ſupra vt lite non conteſt. etiam ſi matrimonium nõ ſit conſummatum, vt in cap. in præſentia. & quod ibi notatur. inf. eod. & vide in cap. 1. inf. de coniu. lepro. & per glo. 34. quæſtio. 1. ſi quis ineuitabili. & per glo. in c. 1. inf. qui mat. accu. poſſ. & traditur. 32. quæſt. 5. ſi vxorem, & per Io. de Imo. in Rubrica. ff. ſol. matrimo. & prædictam diſtinctionem de ſcientia & ignorantia ſequitur Cy. in l. libertæ. & l. qui manumittitur. C. de operis lib. & Bald. ibi.

8 ¶Sed circa prædicta quæro, vtrum uxor † teneatur ſequi virum peregrinantem. ¶Sol. Cy. tenet quod non, in d. l. libertæ, & idem Bal. in d. l. Mæuia. & Gugliel. de Cunio in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſ.

¶Item quæro, utrum uxor teneatur ſequi uirum
9 bannitum. † Sol. Bald. quem ſequitur Io. de Imo. in l. ſi cũ dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. tenet quòd non, & tenet D. Nellus de S. Geminiano in tractatu bannitorum. q. 44. ſecundi temporis.

¶In glo. 2. ibi, ſecundum leges. dic, hæc glo. recipit duos intellectus, ſecũdum vnum videtur velle facere differentiam inter ll. & Cano. ſecundum ll. vt ſponſa teneatur expectare per tres annos, ſecus ſecundum Cano. Secundò poteſt intelligi, vt velit ſupplere huic tex. ſecundum ll. & ſic licet tex. ſimpliciter loquatur, tamen recipiet intellectum à legibus, & hunc intellectum ſentit Io. An. qui dicit expectandum tempus, de quo in ll. niſi in contractu ſponſalium certum tempus ſit adiectum, quia tunc illud ſeruabitur. c. ſicut. inf. eod. Quod procedit ſecundum Dom. meum, quando tale tempus à principio fuit adiectum ſponſalibus, ſecus ſi à principio ſponſalia fuiſſent purè contracta, & poſtea inter ſponſum & ſponſam cõueniſſet de certa die de matrimonio contrahendo, quia tunc non propterea propter lapſum illum diei dicitur diſſoluta obligatio, de quo in dicto cap. ſicut, infra eodem.

¶Dicit etiam Io. An. quod tẽpus triennij habet locum, quãdo neſcitur vbi ſit ſponſus, vel ſi ſcitur, nõ detinetur aliquo impedimẽto probabili, aliàs ſi impedimẽto teneretur, debet expectari donec ceſſet impedimentum. l. ſæpe. ff. eo. & ſic communiter tenent Docto.

¶Sed aduerte, quia in cõtrarium facit. l. 2. C. eo. vbi tex. loquitur ſolum de biennio. vnde Cyn. ibi diſtinguit, quod aut ſubeſt legitimum impedimentum, & expectari debet donec ceſſet. dicta l. tertia.

¶Sed dicit hic Petrus de Ancha. quòd ille tex. non loquitur in ſponſ. de futuro, ſed de præſenti, & ſic in matrimonio quod difficilius ſoluitur. Sed non bene loquitur, quia immo loquitur in ſponſalib. Aut ſecundum Cy. non ſubeſt impedimẽtum, ſed ſola voluntate ſponſa vult diſcedere, & cum alio cõ trahere, & nõ poteſt, niſi expectato biennio, quod procedit, ſecundum ll. Sed dicit D. M. ſe dubita-
10 re, † vtrum hoc procedat ſecundum Cano. nam Papa hic ſimpliciter reſpondet, liberum eſſe ſponſæ tranſire ad alia vota, ſi ſponſus tranſiuit ad alias partes: non enim libere poſſet tranſire, ſi teneretur expectare per biennium, aut triennium, et quod forte Papa conſiderauit periculũ fornicationis, quod imminet ſponſæ. argumento. c. quoniam. §. porro. ſupra vt lite nõ conteſt. quod tamen intelligit, quãdo non eſſet ſpes quod de proximo rediret. Nam ſi Papa voluiſſet intelligere cum temperamento temporis à iure ciuili ſtatuti, non diciſſet liberum, ſed feciſſet mentionem de tempore, argu. c. ad audientiam. ſupra de decimis, & hoc forte voluit glo. noſtra, dum dicit, ſecundum ll.

¶Sed tu aduerte, quia iura ci. quæ diuerſificant dictum tempus, loquuntur ratione pœnæ amiſsionis arrarum. l. 1. iuncta glo. C. de repu. & l. 2. C. de ſpon. quare mihi videtur ſic dicendum, quòd aut nullæ ſunt datæ arræ, aut ſunt datæ. Primo caſu, aut loquimur de iure ciuili, aut loquimur de iu. can. ¶Primo caſu licitum eſt quandoque ſponſæ nullo expectato tempore, cũ alio contrahere, vt l. 1. C. eo. Sed de iure cano. non eſt licitum ſine cauſa cũ alio contrahere, & inter iuſtas cauſas eſt iſta, videlicet quando ſponſus ſe transfert ad alia loca.

¶Secundo caſu, quando datæ ſunt arræ, diſtinguendum arbitror, quod aut appoſitum eſt tẽpus, infra quod promiſerunt contrahere matrimonium & illud tenentur expectare. l. 2. C. eodem, ſecundum ſecundum intellectum ibi poſitum, quod arbitror procedere etiam de iure cano. Aut nullum

tempus eſt appoſitum, & tũc, aut impeditur ex cauſa neceſſaria, & hoc caſu expectari debet, donec dure neceſsitas, non ſolum per biennium, ſed etiam per triennium & vltra. Aut non ſubeſt neceſsitas, & tũc ſecundum Saly. in l. 2. C. eo. ſtabit in arbitrio iudicis, vtrum mora commiſſa ſit uel non, attenta qualitate & ætate ipſius ſponſæ: in dubio autem vltra annum non tenetur expectare, argumento d.l. ſæpe, in eo quod dicit de anno.

¶ Nec ob. l. 2. C. de repud. quia in quantum dicitur ibi de biennio, notatur accidentia facti, non iuris miniſterium, ſecundum Iac. de Rau. Cy. & Saly. Et hæc procedunt, quãdo ſponſus eſſet abſens, ſed tamẽ non tranſtuliſſet alibi domicilium. Sed ſi tranſtuliſſet alibi domicilium, ex quo ſponſa non tenetur eum ſequi, vt dixi ſup. in glo. 1. fortè nec per annum teneretur illum expectare, etiam ſi eſſent datę arrę, cum hic concedatur libera poteſtas cum alio contrahendi, vnde põderandus eſt iſte tex. in quantum dicit, ſe ad partes alias transferentes, vt ſcilicet ibi remaneant, ſicut dicimus de tranſfuga, qui fugit ad hoſtes non rediturus: nam cũ hoc fiat hic l. per-
11 mittente, † non debet pœnam mereri. l. Graccus. C. de adulte. cum alijs vulgatis. vnde tex. noſter nõ haberet locum in eo, quod tam explorat. vel peregrinationis cauſa eſſet abſens. & ratio differentiæ eſt in põptu, quia puella forte non contraxiſſet cũ eo ſponſo, ſi credidiſſet à proprio domicilio diſcedere, vbi habet conſanguineos, & res, quæ ratio ceſſat in alio caſu.

¶ Et no. quòd in prędictis ſponſus & ſponſa procedunt à pari, nec inter eos debet claudicare contractus, arg. l. ſi cum dies. §. 1. ff. de arbitris. & l. fi. C. de fruct. & li. expen. & l. fi. C. de indi. vid.

SVMMARIVM.

1 *Doctor conſultus in genere non tenetur reſpondere proſequendo omnis generis ſpecies.*
2 *Probatio dubia non releuat probantem.*
3 *Ius oritur ex facto*
4 *Violentia quo caſu impediat matrimonium.*
5 *Conſenſus ſuperueniens purgat metum & violentiam præcedentem.*
6 *Vis triplex, præciſa, abſoluta, & cauſatiua.*

CAP. VI.

DE MVLIERE. Incerto quæſito non poteſt dari certa reſponſio. h. d. ſed non placet, quia nõ facit ad titulum, ideo poteſt ſummari. non omnis violentia impedit contractum matrimonij, hoc dicit.

1 ¶ No. primò, † quòd Doctor conſultus in genere, non tenetur reſpondere proſequendo omnis generis ſpecies. huic enim ſic conſultanti euenit, prout hic narrat Goffred. quod cuidam medico, qui interrogauit infirmum, vbi doles, & ille reſpondit, neſcio; & rurſus interrogauit, qualiter doles, ſimiliter reſpondit, neſcio. Vnde medicus cõforme volens dare remedium dixit aromatario, Recipe neſcio quid, & ponas neſcio vbi, & ſanaberis neſcio quando. vide in fin. quod dicit Io. An. de quodam fatuo, in cap. ad noſtram. de conſue. & ibi infert etiã Abbas Sicu. & Do. Mananus ſuper glo. 1. Implicite emi interroganti non tenetur quis
2 certum reſpondere. ſicut enim probatio † debet neceſſario concludere, & dubia non releuat ponentem. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probatio. ita etiam debet petitio eſſe concludens. & ſi forte varijs modis interpretari poteſt, non tenetur iudex ferre certam ſententiã. 11. q. 3. c. graue.

¶ Aduerte tamen, quia licet Alexander non reſpondeat hic q. incertæ ſimpliciter propoſitæ, tamen imperator benignè reſpõdit explicitè caſum propoſitum per membra diſtinguendo. l. precibus. C. de impub. Alias poſſet redargui de inſufficientia, eo quod non plenè ad ſingulos aduerterit caſus, ſicut Gallus Aquilius reprehenſus fuit a Sceuola. l. Gallus. ff. de lib. & poſth. & quandoque etiam Papa proſequitur caſus propoſiti generis. ad quod vide quod traditur, ſup. de reſtitu. ſpol. & in c. veniens. & in c. conſultationi. infra eo. Sed forte Papa hic occupatus aliter non eſt proſecutus caſus. ad quod etiam vide c. 1. ſupra de eo, qui ren. epiſc. de quo hic in glo. fi. vel forte Papa ſic reſpondit, quia cum iſte conſulens eſſet epiſcopus, & ſic implicitè conſultaret ſummum Pont. voluit detegere ignorãtiam ſuam, ſicut in fin. fecit Domitius Labeo iuriſconſultus alteri Labeoni iureconſulto, in l. Domitius. ff. de teſtam. ad idem ſimil. tex. in l. 2. §. poſt hos. ff. de origine iuris. vbi iuriſconſultus obiurgatus alteri iuriſconſulto dicit, turpe eſſe nobili & patritio viro, & cauſas peroranti ius in quo verſaretur, ignorare.

3 ¶ No. ſecundò q† ex facto ius oritur, ad idem, c. de ſimoniace. infra de ſimo. & in l. quidam referũt. ff. de iure codicil. & in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.

4 ¶ No. tertiò, quòd violentia † certo caſu impedit matrimonium. vnde in matrimonio non habet locum regula, quòd coacta voluntas, volutas eſt. 15. q. 1. merito. & in l. ſi mulier. §. 1. ff. quod metus cau. & ratio eſt, quia ad ſubſtantiam matrimonij conſenſus debet eſſe liber. c. cum locum. & c. Gemma. infra eo. & in l. Titia. ff. de verb. obl. quare licet conſenſus coactus, ſit conſenſus, non tamen eſt liber. vnde cum deficiat qualitas libertatis, quæ eſt de ſubſtantia matrimonii, meritò matrimonium non tenet. facit tex. 33. q. 5. notificaſti. & quod notat. in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod metus cau. Eſt ergo vnus caſus, in quo metus ipſo iure vitiat actus, & vide alios caſus, quos ponit glo. & etiam Io. An. poſt eam, in c. Abbas. ſup. quod met. cau.

5 ¶ No. vltimò, quòd † conſenſus ſuperueniens purgat metum, & violentiam præcedentem. facit c. id quod, infra eod. Et aduerte, quòd metus poteſt eſſe continuatus per multum tempus, vt in c. 1. ſup. quod met. cau. vnde Old. conſuluit in conſ. 35. pro quadam muliere, quæ metu mortis conſenſit, & in uita multis diebus detenta fuit, & viro cohabitauit, quæ tamen quamprimum potuit aufugit, & in hoc caſu conſuluit Oldr. per d. c. 1. matrimonium fuiſſe nullum, niſi mulier ſtetit cum viro per annum & vltra. In glo. 1. dicit hic Io. And. quòd duplex eſt
6 ius, † præciſa, & abſoluta, & iſta annullat matrimonium niſi poſtea ſuperuenerit conſenſus, qui purget vitium violentiæ, vt ſup. dixi. Alia eſt vis cauſatiua,

ſatiua, & hæc annullat matrimonium, ſi eſt probabilis, quæ inferat metum cadentem in conſtantem virum. nam licet coacta voluntas, ſit voluntas, vt ſupra dixi, non tamen eſt libera, qualis requiritur in matrimonio, vt ſupra dixi. Sed vtrum talis violentia vitiet baptiſmum. dic quòd non, vt in cap. maiores. infra de baptiſ. Si vero eſt improbabilis, quæ non cadat in præſtantem mulierem ſeu virũ, non annullatur matrimonium, vt in cap. veniens. il ſecondo, in fi. infra eod. & Hoſt. Vincen. & Ab. ponunt hic vnum verſum Naſonis, qui eſt de arte amandi, ſi rectè memini, inquientis:

Vim licèt appelles, grata eſt vis iſta puellis.

SVMMARIVM.

1. *Subſtantialia ad matrimoniũ ſunt diſcretio, & ætas.*
2. *Matrimonium per interpretem contrahere poſſunt, qui ſe inuicem non intelligunt.*
3 *Verba dubia in contractibus prolata, qualiter debeant interpretari.*
4 *Iudices ſequentes communem opinionem ſi errauerint, non tenentur in ſindicatu.*
5 *Verba non debent intelligi ſophiſtice, etiam ſi communiter ſic intelligerentur, ſed ſunt ad ſenſum hominis bene ſenſati referenda. & nu. 9.*
6. *Partitionis & diſtinctionis effectus mirabiles.*
7 *Conſenſus requiritur ad matrimonium contrahendũ.*
8 *Mutus & ſurdus matrimonium contrahere poſſunt.*
10 *Alexander occiſores Darij verbis duplicibus decepit, & ſuſpendi fecit.*
11 *Matrimonium & ſponſalia, an ſub verbis dubitatiuis contrahantur.*
12 *Iuramentum in foro animæ, & in foro iudiciali diuerſam recipit interpretationem.*
13. *Verba exceptionum ſecundum rei intentionem intelliguntur.*
14. *Probatio dubia non releuat probantem, ſiue actor ſit, ſiue Reus.*

CAP. VII.

EX LITTERIS. Si alias apti ad matrimonium contrahunt matrimoniũ, vel ſponſalia per verba obſcura, communem verborum intellectum ſequi debemus. h. d. Primò ponitur conſultatio. 2. reſponſio. ibi, reſpondemus. In tex. ibi, ſponſalia, dic tam de futuro quàm de præſenti. & ibi, iudici. dic, talia enim ſunt arbitraria. c. præterea. infra eod. ſecundum Hoſt. ibi, ætate, ſupple, & qui nullo iure prohibeantur contrahere ſpõſalia ſeu matrimonium. & ibi, cogatur. dic. ſ. per eccleſiam, vt infra eo. c. veniens. il primo. & in c. ex parte. & ibi dicam in 24. principali art. & ibi, rectè. dic, quia non peruersè vel cauillosè debent interpretari, vt in c. ad audientiam. de decimis. & in c. in his. infra de priuilegijs. & ſtatim dicam.

¶ No. primò duo requiſita ad ſubſtantiam ma-
1 trimonij, † videlicet ſcientiã, hoc eſt diſcretionẽ, & intellectum: & ætatem. ſ. legitimam, de quo latè dicam in c. dilectus. infra eo. in 9. princ. art.

¶ No. ſecundò, quòd prius de habilitate perſonarum tractandum eſt & cognoſcendum quàm de forma actus. ante enim quam de verborum intelligentia diſputetur, de proferentibus verba quærendũ eſt, quia non prius ratio iuris, quàm perſona quærenda eſt. l. quidam referunt. ff. de iure codicil. & in l. ſi quæramus. ff. de teſta. & in c. 1. infra de accuſat. & ibi dixi.

¶ No. tertiò argum. q† duo qui ſunt inuicem non intelligunt, poſſunt inuicem contrahere matrimoniũ, † videlicet per interpretẽ, ſicut & poſſunt
2 exiſtentes diuerſæ linguæ alios contractus celebrare, etiam in quibus verba requiruntur. l. 1. §. fi. ff. de verb. obl. & Inſti. de verb. obl. §. vtrum. ſic & tutela verbis Græcis dari poteſt. l. fi. C. de teſta. mi. & fideiuſsio fieri. l. Græcè. ff. de fideiuſſ. & ſententia proferri. l. iudices. C. de ſententijs.

3 ¶ No. quartò, quòd † verba dubia in contractibus prolata debent interpretari, nõ ſecundum ſingularem, ſed ſecundum communem intellectum, etiam ſi ſingularis intellectus eſſet proprius, quia cõmunis intellectus & vſus loquendi prędualet proprio ſignificatui & vſui verborũ. l. librorũ. §. quod tũ Caſsius. ff. de leg. 3. & in l. cum de lanionis. §. aſinã. ff. de fundo inſtru. & in l. Labeo. ff. de ſupel. leg.

4 ¶ No. quintò ex prædictis & ex tex. argu. q† iudices in deciſionibus cauſarum debent ſequi communem opinio. & ſi ſecundum talem communem opinionem errarent, non tenentur in ſindicatu. Tradit Ioan. And. in c. 1. de conſtitu. Bart. latè in q. ſua quæ incipit, a ſententia iudicis, vel iudex qui per imprudentiam. vide quæ dixi in c. ne innitaris, ſupra de conſtit.

¶ No. ſextò ibi, rectè intelligentibus, quòd ver
5 ba † non debent intelligi ſophiſticè, etiam ſi communiter ſic intelligerẽtur: ſed ſunt referenda ad ſenſum hominis bene ſenſati, vnde dicit D. Ant. quòd non excuſatur iudex qui committit cauſam conſiderandam parum intelligenti, allegat notata per Bar. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. ad idẽ quod traditur per Inno. & Doc. in c. ad noſtram. ſupra de officio deleg.

¶ No. vltimò ex toto progreſſu iſtius tex. modũ ſtudendi, conſulendi, & procedendi in iudicio. Debet enim ſcholaris, conſultor, iudex, & ſimiles per partes diſtinguere, diuidere, examinare, & cuncta rimari, nec prius tranſire ad ſecũdum quàm primi notitiam habuerit, quia eſſet quædam confuſio, ſic & teſtes ſigillatim ſunt examinandi. c. cum cauſam. ſupra de teſtibus. Vnde pro reſponſione iuris quandoque opus eſt vti diſtinctione, vt hic, & in c. ſacris. ſupra quod met. cau. & in c. litteras. infra ti. 1. l. precibus. C. de impuber. & in l. vt reſponſum. C. de tranſact. & ratio in promptu eſt, quia
6 † partitio, & diffinitio animum incitat, mentem præparat, & memoriam artificioſè reformat, vt dicit ſingulariter glo. in procem. Inſti. facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur, vt inquit Seneca, epiſtola 88. in princ. & Cicero inquit, Partitio illuſtrem totam reddit orationem. Ioan. An. in procem. Decretalium. dixi in Rubrica. ff. de duo. reis. Per diſtinctionem enim contrarietates ſoluuntur, & opiniones ſaluantur. c. ſuper literis. ſupra de reſcriptis. c. per tuas. & c. inquiſitioni. & c. inter alia. infra de ſententia excommunica. & c. ſuper quæſtionum. ſupra de off. de leg. & in c. per tuas. infra de ſimo.

¶ Glo. prima in quantum allegat c. 1. ſupra eo. videtur intelligere, quòd vnus erat de Francia, & alius de Saxonia, & quòd haberent diuerſam linguam, quod poſtea repetitur in glo. 4. ſuper verbo, intellexerint.

¶ Glo. ſecunda ſentit contrarium, quòd non ſit opus ſcientia ad contrahendum matrimonium. gl. ad tollendum contrarium exponit ſcientiã. i. diſcretionem. In ſi. glo. dic de hoc vt latius dicam in c. dilectus. infra eo. in 8. & 9. art. princ.

¶ Glo. ſuper verbo ætate, format q. & ſentit contrarium, & ſoluit. in ſi. dic, vt latius dicam in ti. de deſpon. impub.

¶ Glo. quarta in principio ſentit contrarium, quia ſi alter alterum non intellexit, nec ſpon. nec matrimonium valere poteſt, ad quod contrahen-
7 dum requiritur † conſenſus. 27. q. 2. ſufficit. dicam infra eo. in c. commiſſum. & 15. & 16. princi. art. Gloſſa huius timore exponit, intellexit. i. ſi dicat ſe non intellexiſſe. deinde glo. ſentit ad tex. duos intellectus, vnus eſt, quòd iſti eſſent diuerſæ linguæ, & ſic opus fuit interprete, vel eiuſdem idiomatis, & ſic per ſe intelligere potuerunt. ¶ Circa quos duos intellectus dic, quòd aut contrahentes ſunt diuerſæ linguæ, & tunc niſi probaretur, quòd ſe intellexerint, debet iudicari pro allegãte, aſſerente ſe non intellexiſſe, nec hoc caſu recurrendum eſſet ad cõmunem hominum intelligentiam. Sed prædictus intellectus poteſt procedere, quando per interpretem contraxerunt, vt in d. l. 1. in ſi. ff. de verb. obli. ad quod vide quod dixi in 3. notabili.

¶ Item poteſt iſte intellectus ſubſtentari etiam ſine interprete, puta ſecundum Inno. quia licet alter alterius vulgare non intelligat, tamen talia præceſſerunt & interuenerunt, quæ ad matrimonium contrahendum videntur ſufficere, vnde & clarius dicit Hoſtien. etiam hoc caſu recurrendum eſt ad intellectum eorum qui præſentes fuerunt in facto, & ex qualitate perſonarum, & eorum quæ agebantur, intelligebant inter prædictos matrimonium contrahi, vtputa, quia prædicta geſta fuerunt corã ſacerdote, & inter ipſos gratanter fuit facta ſubarratio, & ſic iudicandum eſt pro matrimonio, facit c. conſultationi. infra eo. licet enim alter alterius idioma non intelligat, tamen ſufficit hoc per ſigna intelligere. Nam & conſenſus per nutum & ſigna
8 demonſtratur. vnde † mutus & ſurdus matrimonium contrahere poſſunt. cap. cum apud. infra eo. in 8. & 9. art. facit c. inter corporalia. §. ſicut. ſupra de tranſla. præla. & l. nutu. de leg. 3. 43. d. cap. ſi rector. & ideo ſi ſponſus dat anulum dicendo verba in Theutonico, & ſponſa Italica recipit anulũ proferendo verba Italica, hoc modo dicuntur contrahere matrimonium, quoniam ſigna prædicta deſignant matrimonium, ſecundum communem intellectum, niſi iocosè fierent, vt dicam infra eo. c. commiſſum. in 16. artic.

¶ Secundo modo gl. noſtra intelligit, quòd ambo eſſent eiuſdem linguæ, circa quem intellectum Doc. multum laborant, qualiter poſsit procedere in exemplificando. Innoc. exemplificat de his, qui intendebant contrahere ſponſalia, ſed nõ intelligebant vires vel effectus ſponſalium, vel quia pro eodem reputabant ſponſalia & matrimoniũ, vel quia nõ credebãt per ſponſalia ligari quo minus reſilire & cum alia contrahere poſſent, vel quid ſim. & propter hoc dicit hic, Innoc. in alia glo. recurrendum eſſe ad communem verborum intellectum, non ſolum prout verbi proprietas importare videtur, ſed prout communis habet intelligentia à iure approbata. Nec enim videtur excuſandus, qui dicit, ſe non intelligere vim & effectum datum verbis à iure, cum nemini liceat ius ignorare, & maxime non videtur licere aliquo modo contrahentibus ſponſ. vires & eorum effectus ignorare, cum ferè omnes homines in hoc verſentur, quia eſſet ignorantia craſſa & ſupina, vt in c. 1. ſup. de poſtu. præ. & in l. latæ. ff. de ver. ob. Goff. vero in c. licet. infra de ſpon. duorum, & quidam alij exemplificant, quia quòd alter dicit, alter ſe non intelleXiſſe dicit, licet eſſet eiuſdem linguæ, puta quòd alter protulit verba ſo-
9 phiſtica, † ſeu duplicitatê continentia, ut puta, quia dixit, donec terra ſupponetur oculis meis tenebo te pro vxore, & ipſe per ſe vel per alium terram oculis ſuis ſupponi fecerit, & ſic dicebat ſe amplius non teneri: ſed mulier dicebat intellexiſſe dicta verba, quando terra ſupra mortuum imponeretur. de quibus vide 22. q. 2. c. nec artificioſo. & per Spec. in tit. de aduoca. §. iam nunc. in princ. & §. conſequenter, ver. item cautus. vt puta ſi vir dicat, ſi in me vt in virum tuum conſenties, ego autem non recuſabo, nam ſecundũ diuerſam punctationem importat partem negatiuam & affirmatiuam, quia ſi punctus ſit poſt verbum non, importat negatiuam, ſecus ſi ibi non ſiat punctus. Legi ſuperioribus diebus apud illuſtrem hiſtoriographum Quintũ Cur-
10 tium, quod magnus Alexander † occiſoribus Darij, qui ſe indicarent promiſiſſe ſe ſublimes & notiſsimos facere, quibus ſic indicantibus alto martirio ſuſpenſis fidem ſeruauit. Et addè quod de iſtis verbis duplicibus dicam in c. commiſſum. in 16. ar. vbi tractabo, vtrum talis ſit obligatus tam in foro pœnitentiali quàm iudiciali.

¶ Tertiò exemplificant Pet. & Ab. in caſu, quê dicunt vſitatum, cum vir interrogatur reſpondet, quòd placet ſibi talem habere in vxorem, & mulier eodem modo reſpondit, quòd placet ſibi illũ
11 habere in virum, de quibus verbis dubitatur, † vtrũ ſpon. vel matrim. intelligatur eſſe contractum. de quo dic, vt dicam in d. c. commiſſum. in 16. art. principali. & ideo ad communem verborum intellectũ recurritur, vt hic dicit tex.

¶ Glo. ſuper verbo propoſuit. in principio, poteſt expediri per q. & contrarium, deinde colligit notabile, & aſsignat rationem, vltimo opponit & non ſoluit. In ea. glo. ibi, vt reus intelligit. no. hanc glo. & vide glo. 22. q. 5. c. quare. & quod tradit Inno. in c. veniens. ſup. de iureiu. vbi concludit, quòd
12 in foro animæ iuramẽtum † recipit interpretationem ſecundum intentionẽ iurantis, ſed in iudiciali, ſecundum ius, quia eccleſia non iudicat de occultis, ſed diuino iudicio ea relinquũtur. 32. diſt. c. erubeſcat. 6. q. 1. c. ſi anima. 33. q. 5. c. Chriſtiana. & in c. ex tuæ. & c. ſicut tuis, & infra. infra de ſymo. Et ideo dicit Hoſti. quod ſi vſus verbis ſophiſticis non intendebat contrahere matrimonium in foro animæ, non eſt matrimonium, quod non poteſt ſine conſenſu contrahi. c. tua. infra eo. ſecundum commu-

communem intellectum. Sed in iudicio iudicabitur pro matrimonio, vt hic, de quo dicam in c. dilectus. infra eo. in 9. princ. art. aut in c. commiſſum. in 16. artic. ¶ In ea. glo. ibi, cum quidam, dic vbi diſiuncta accipitur pro coniuncta. Sed dic, quòd illud procedit propter coniecturatam mentem teſtatoris, vt res valeat potius quàm pereat, & quia non eſt principalis materia noſtra, vide ibi, & quod tradit in l. ſi quis ducenta. §. fi. de rebus dub. & Bal. in c. 1. de eo, qui ſibi & hære. & ita etiam potes reſpondere in c. in calice. allegato in glo. primo contrario. & vide quæ dicuntur in glo. ſequenti.

¶ Glo. fin. quærit de interpretatione verborum dubiorum, & ſoluendo diſtinguit.

¶ In ea. glo. ibi, creditur actori quàm reo, dic q̃ reſpectu proponentis non eſt differentia inter reũ & actorem, ſed ſemper debemus intelligere verba vt conueniant intentioni proferentis, & non reſpectu libelli, verba dubia interpretatur ſecundum actorem. l. inter ſtipulantem, allegata in glo. & in l. ſi quis intentione. ff. de iudici. Et ſimiliter verba
13 † exceptionum intelliguntur, ſecundum ipſius rei intentionem. ad quod vide quod latè dixi in c. 2. in 2. q. art. 33. de libelli oblatione. In probationib. verò interpretatio ſit contra eum, qui habet proba
14 re, quia dubia probatio † non releuat probantem, ſiue ſit actor, ſiue reus. c. in præſentia. ſupra de probat. & in l. Titiæ textores. de leg. 1. Et iſto modo procedit regula illa, non debet actori licere quod reo non permittitur, vt in reg. non debet actori. ff. de reg. iu. Plura etiam in hac materia poſſent addi, & etiam in materia ſecundi membri principalis diſtinctionis glo. noſtræ, videlicet reſpectu contractuum, ſed quia non pertinet principaliter ad materiam tit. noſtri, ideo omitto, vide in iuribus hic in glo. allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, nullus, licet, ſui natura ſit vniuerſalis negatiua, tamẽ diſtinguitur & reſtringitur per alia iura.*
2 *Affinitas vel conſanguinitas vſque ad quem gradum impediant matrimonium.*
3 *Dictio, maxime, quem ſignificatum habeat.*
4 *Diſpenſationem ſuper matrimonio impetrans, de quo vinculo meniionem facere debeat.*
5 *Vinculum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non ſolum impedit matrimonium contrahendum, ſed etiam iam contractum dirimit.*
6 *Matrimonium vnde habuerit originem, à quo vbi, & quando fuerit inſtitutum. & nu. 7.*
8 *Pater quare dicatur plus diligere filiũ quã ſeipſum.*
9 *Platonis opinio improbatur, quod mulieres debeant eſſe communes, & ſaluatur. nu. 10.*
11 *Matrimoniũ quare & ob quas cauſas fuerit inſtitutũ.*
12 *Mulieri iniuria eſt non parere.*
13 *Mulier adeo arcta quod non poſsit concipere, eſt tanquam morboſa, in caſu redhibitionis.*

CAP. VIII.

PONSAM. Quamuis propter breuitatẽ nõ ſummetur, tamen poteſt ita ſummari. Inter ſponſam & cõſanguineos ſpõſi oritur pub. hon. iuſtitia, quæ impedit matrimonium con-
trahendum, & dirimit iam contractum.

¶ No. primò ex tex. iunctis dictis Doctorum, q̃ li
1 cet dictio, † nullus, ſit de ſui natura vniuerſalis negatiua. c. ſtatutum. de reſcri. in 6. et in reg. nullus, et in reg. nemo poteſt. in 6. et in l. legitimos. ff. de legi. tuto. §. vtrum. et per Ioan. Andr. in cap. 2. de pœnis. in ſexto, tamen diſtinguitur & reſtringitur per alia iura; nam licet tex. noſter dicat, nullus conſanguineorum, tamen ex quo affinitas, † vel con-
2 ſanguinitas hodie non impedit matrimonium contrahendum ultra quartum gradum, c. non debet, infra de conſan. et affi. ideo longe minus debet impedire pu. hon. iuſtitia.

3 ¶ No. ſecundo, de ſignificatu dictionis, maximè, de qua hic in glo. quæ propriè & comparatiuè ſumpta denotat idem eſſe in caſu contrario. Sed de ipſius ſignificatu dic, vt latè dixi in cap. quoniam. §. porro. ſupra vt lite non conteſta. ¶ Glo. fin. quærit de intellectu literæ, & ſoluit. in fi. glo. dic, ut dixi in d. c. iuuenis.

¶ Sed quæro nunc ad intellectum text. utrum procedat tam in ſponſa de futuro, quàm in ſponſa de præſenti. ¶ SOL. Dic, quod ſic: nam licet verba tex. non adaptentur niſi ad ſpõſam de futuro, quia iſta non erat pubes, tamen habet locum & fortius in ſponſa de præſenti, maximè ſi additur copula, per quam additur uinculum affinitatis, de quo dicam inf. in titu. de conſang. & affi. in 9. princ. artic.
4 & ideo dubitatur, † vtrum in impetratione diſpenſationis ad matrimonium contrahendum ſit neceſſarium facere mentionem de vtroque uinculo. & communiter tenetur quòd ſatis eſt facere mentionem de affinitate, de qua materia dicam inf. in d. ti. de conſang. & affin.

5 ¶ Quid autem † ſi conſanguineus contrahit de facto matrimonium. dic quod non tenet, quia vinculum iuſtitiæ pu. ho. non ſolum impedit matrimonium iam contrahèndum, ſed dirimit etiã iam contractum, vt late dicetur in c. dilectus. inf. eod. in 8. princ. art. & in dicto titu. de conſanguin. & affinit.

¶ Vltimo quærit hic Petr. de Anch. utrum ſub iſta prohibitione pu. honeſtatis veniant conſanguinei ſpurij. arguit quòd non, & ſoluit, contrarium dicam in d. c. dilectus. Et quoniã iuxta præmiſſum ordinẽ in rubrica dixi me hic examinaturum ſextum principalem articulum, ad ipſum deſcendo.

6 ¶ Sexto igitur princ. artic. tractandum eſt, † vnde matrimonium habuerit originem, & a quo, & vbi, & quando fuerit inſtitutum. Circa quem quidam voluerunt quod eſſet contractus iuris gentiũ, quod probant à ſuo conſequenti, quia contractus dotis, quæ eſt cõſequens ad matrimoniũ, eſt de iure gentiũ. l. eas obligationes. ff. de capi. dimi. ergo, & c. Sed non placet Hoſt. in ſumma in ti. de matrimon. dicit quòd fuit inſtitutum à Deo in paradiſo, per c. fi. §. 1. inf. de frigi. & malef. 32. q. 2. §. his ita reſpondetur. Idem etiam dicit Io. An. in ſumma ſua huius quarti Libri in verſ. inſtitutum fuit. dicens quòd fuit inſtitutum à Deo ante peccatum, per illa verba ab Adam prophetico ore dicta, Geneſis 2. hoc eſt os ex oſsibus meis, & caro ex carne mea, & propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem & adhærebit vxori ſuæ. c. debitum. inf. de bigamis. & in c. gaudemus. inf. de diuor. glo. verò antepenult. in c.

fin. infra de frigidis, refert prædictam opin. subdit tamen, quod verior est op. quod fuerit institutum per illa verba, crescite & multiplicamini & replete terram, Genes. 1. Sed primum verius est secundum Io. An. ibi, & in dicto tractatello, & in c. vnico. de voto. in 6. in glo. 2. quia dicta verba fuerunt dicta Noe & filijs suis iam prius vxoratis. & sequitur Dominus Ant. in c. fi. de frigid. Sed Zab. dicit ibi, & tenuit Archid. in d. §. his ita. quod prædicta uerba fuerunt etiã prius dicta Adæ, vt habetur Genes. 1. et 27. q. 1. in princ. & dicit Tancredus, q̃ per uerba prædicta fuit quædam benedictio nubentium inducta. Sed glo. Inst. de iure naturali. §. ius autem naturale. & in l. 1. & l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. dicit,
7 quod † inuentione fuit de iure diuino, approbatione fuit de iure gentium, & ita debet intelligi l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. Sed ex addita solemnitate ad matrimonium potest etiam de iure ciuili dici. & sequitur Ponta. in rubr. ff. sol. matrimonio. Tu uero dic, quod inuẽtione & institutione est de iure diuino, tã per uerba illa prolata ab Adam prophẽticè illustrato à Deo, cũ dicit, hoc est os, etcet. 35. q. 10. c. fraternitatis. & c. debitum. supra de bigamis. et c. gaudemus. inf. de diuortijs, et etiam per illa verba prolata uersus Adam, crescite etc. & ante peccatum. 32. quæst. 2. in summa. et in §. his ita. et in d. cap. unico. de voto. in 6. Potest etiam dici de iure naturali, ut voluit Innoc. in d. c. fraternitatis. super verbo, debet. quia, vt dicit Zab. sup. in rubrica. q. 6. cum coniunctio maris et fœminæ sit de iure naturali, vir naturaliter inclinatur in fœminam. Instit. de iure naturali. in princip. et prima d. ius naturale. quodlibet animal appetit conseruari, prout est indiuiduũ, idest in se ipso, et quia homo prout est quid indiuiduum, non potest in se ipso conseruari, vnde quæritur conseruari in specie sua, secundum Philosophum in secundo de anima. & per hoc potest as-
8 signari ratio, quare † pater dicatur diligere filium suum plus quàm se ipsum. l. ifti quidem. ff. quod metus causa. quia plus per filium in sua specie conseruatur, et sic etiam auus per nepotem, vt traditur in l. liberorum. ff. de verborum significat. iuxta illud Nasonis, Et pignora rara nepotis. Potest etiam dici matrimonium esse de iure gẽtium, quia ex illo tanquam ex dictamine rationis surgit quòd vna mulier sit vni uiro alligata: nam licet Plato in lib. de re publica, inducat Socratem disputãtem quod ad be
9 ne esse reipubl. mulieres † debeant esse cõmunes. ad quod inter alia facit, quia ad ipsius reipublicæ bene esse multum facit, quòd suffragia dispẽsentur, nõ numerentur. hoc est quod non per numerũ personarum, sed eorum qui prudentes sunt et seniori vtuntur consilio suffragia considerentur. quod in electione prælatorum statuit ius cano. vt traditur in c. dudum. il primo, et c. scriptum, et c. in Genesi, et c. ecclesia. il secondo. supra de electione. In quibus apparet, quod in suffragijs dandis ad electionẽ prelati sola charitas, et ecclesiæ utilitas consideranda est. & sic in repu. & omnis carnalis affectio sequestranda est, quæ tolli videtur, si mulieres sint in cõmuni, propter quam causam filius non recognoscit patrem, nec econtra, nec frater fratrem, aut cognatus cognatum. Sed Aristoteles in lib. Politicorum, reprobat prædictam opi. quoniam ex prædicta Platonis opin. grauia sequerentur inconuenientia & incommoda.

¶ Primò, quia insurgerẽt lites in ciuitatibus, quę tanto detestabiliores sunt, quanto committuntur inter personas magis cõiunctas, & ideo expedit certificari de filijs, ne in proprios parentes, fratres, cæteros que consanguineos lites committantur, & sic eo modo contumelijs, iniurijs, & damnis afficiantur, quæ inconuenientia ex matrimonio cessant.

¶ Secundò sequeretur vilificatio nobilium, & exaltatio vilium, & sic eo modo vera amicitia inter ciues non conseruaretur: quia secundum Philosophum. 3. Ethicorũ, proportionale & æquale seruat amicitiã, quę conseruatur cum boni & nobiles sunt super viles & ignobiles.

¶ Tertiò, quia non contingeret debitam & perfectam amicitiã esse ad multas personas, prout exigitur, secundum Philosophum. 8. Ethicorum: nam si filij essent communes, quasi nemo diligeret aliũ, tanquam filium, quia oporteret, quòd omnes filios quorumcunque diligeret tanquam suos. vnde dicit Philosophus, Politicorum secundo, velle quod aliquis propter paucos quos suspicatur esse filios suos diligat totam multitudinem filiorum, est ponere de melle in multa aqua. quod si fiat, nõ causatur in aqua multa dulcedo, & per cõsequens amor patris ad filios non esset feruens, & sic debita filiorum cura non haberetur.

¶ Quartò daretur via incontinentiæ, nam etiam cum unica vxore difficile est continentem se habere, ergo longe difficilius in multis.

¶ Quintò sceleſtus quodammodo abusus de facili contingere posset: nam & filij matres, & patres filias, fratres sorores cognoscerent.

¶ Sextò etiam potest accedere, quia ex opi. Platonis, & Socratis non cessaret ex toto carnalis affectio, cum fratres vterini saltem essent certi.

¶ Posset tã saluari d. opinio ad bonum sensum,
10 intelligendo † quòd vxores sint communes, idest quòd homines vnius municipij aliorum vxores habeant tanquam suas, ad curandum ne illis displiceant, & idem de filijs, & alijs rebus, sequitur Zab. sup. in rub. q. 6.

¶ Postremò & dici potest, quod matrimonium sit de iure canonico vel ciuili, prout à iure positiuo matrimonium requirit certas solemnitates, de quo dicam in 14. art. & in 15. & in 16. & ad certos gradus limitatur, vt in c. non debet. inf. de consang. & affin. & certis impedimẽtis restringitur, secundum ea quæ dicam in 9. artic.

¶ Septimo princ. articu. de quo supra in rubrica dixi me hic tractaturum, examinare opportet, qua-
11 re & ob quas causas matrimoniũ † fuerit institutũ. Circa quẽ articulum. 27. q. 2. in summa, dicit, quòd quædam sunt principales causæ, vt susceptio prolis, euitatio fornicationis: quædam sunt secundariæ, quæ sunt multæ, quales sunt magna & ampla dos, mulieris pulchritudo, amicorum copia, pacis reformatio, & propter bona matrimonij quæ sunt tria, fides, proles, & sacramentum. Inno. etiam in c. iuuenis. sup. eod. quem sequitur Io. An. dicit, quòd causæ sunt illæ principales, et etiam aliæ secundariæ, vt supra dixi, traditur 32. q. 2. §. ijs ita. Hostien. etiam in summa. in ti. de matrimo. §. vbi. dicit, quod fuit institutum propter multiplicationem prolis. 35. q. 1. cum igitur, & 26. dist. deinde. nam dicit lex, quòd nil vtilius hominibus nuptijs tanquam solis homines facere valentibus. quasi dicat, nõ est homo nisi ex matrimonio susceptus. Auth. de restit. & ea quæ pa. §. nos merito. colla. 4. & hæc causa præcessit ante peccatum, & lapsum primorum parẽtum: post peccatum verò ab Apostolo, & extra paradisum fuit in stitutum ad remedium, scilicet vt carnis vitium cohiberetur. vnde Apostolus ad Corin. 7. & Gratia. in d. §. ijs ita. dicũt, vnusquisque habeat suam propter fornicationem euitandam. Idem etiam dicit Zab. dicens, quòd attento statu primæuo naturalis creaturæ in paradiso causa fuit multiplicatio prolis, per quam quod non potest conseruari in indiuiduo, cõ seruatur in sua specie, vt dixi sup. in præced. articu. quia ante peccatum plasmati & descendentes conseruabantur in suo indiuiduo. Sed post peccatum, etiam vltra prolem, causa matrimonij fuit ad fornicationem euitandam. ad quod tex. 32. q. 2. §. quod autem, & c. quicquid. ad quod etiam accedat, quia
12 & sobolis procreandę, vt dixi, causa fuit, † quoniam mulieri est iniuria non parere. 32. quæst. 2. cap. pudor. sunt enim procreatæ mulieres, vt partus facerent. & hoc quammaxime optant, & ad hoc maxima cupiditate trahuntur. l. lege Iulia. C. de indi. vid. quare iurisconsultus dicit, maximum est munus ac mulieris priuilegium concipere & conceptũ
13 tueri. l. quare. §. 1. ff. de ædilitio edicto. † & ideo mulier, quæ est adeo arcta, quòd non possit concipere, tanquam morbosa, est in causa redhibitionis, vt d. l. quare. §. mulierem. Postremò etiam posses concludere, quòd fuit institutum ad consequendos effectus, de quibus dicam in c. is qui fidem. infra eo. artic. 30.

¶ Sed circa prædicta quæro, quid si aliquis contrahit matrimonium non propter duas principales causas de quibus statim dixi, sed alias, puta propter magnam dotem, & libidinis affectionem, vel mulieris pulchritudinem, aut parentelam, vel quid sim. vtrũ sit matrimoniũ. ¶ Sol. Inno. in c. iuuenis. sup. eo. tenet quod sic, nisi cõtra illas causas intendat, puta quod non nasceretur proles, 32. q. 2. c. solet. & infra de condi. app. c. fi. facit optime, c. tua. infra eo. & ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Testes in matrimonio debent esse vocati, seu rogati, & non fortuito adesse.*
2 *Statutum si dicat, talis habeatur pro ciue, perinde est ac si diceret, talis sit ciuis.*
3 *Matrimonium de præsenti, quando inducatur per verba præteriti imperfecti.*
4 *Dictiones, tanquã, & sicut, sunt veritatis expressiuæ.*
5 *Matrimonium de præsenti, ex qua causa separetur, & quomodo. & nu. 6.*
7 *Iudex quis sit super sponsalibus & matrimonijs, & ad ea accessorijs. & nu. 8. 9. & 10.*
11 *Matrimonium contrahi non debet sine licentia diœcesani.*
12 *Causa matrimonialis, an per viam arbitralem cognosci possit.*
13 *Statutum arctans ad compromittendum non habet locum in causa matrimoniali, & natalium.*
14 *Constitutio ciuitatis temporali iurisdictioni ecclesiæ subiectæ iuri canonico contraria, tanquam irrationabilis non valet.*
15 *Constitutio, per quam inferior infringit iurisdictionẽ superioris, est iniqua.*
16 *Compromitti non potest de causa matrimoniali, nec in arbitrum, nec in arbitratorem.*
17 *Cõpromissum fieri, an possit de matrimonio spirituali.*
18 *Statutum an valeat, quod probationes factæ in causa matrimoniali coram potestate teneant.*
19 *Ius canonicum seruari debet in causis matrimonialibus tam in procedendo, quam in decidendo.*
20 *Ordo iuris an sit seruandus in causis matrimonialib.*
21 *Cognitio summaria quando habeat locum ratione matrimonij, etiam quo ad separationem thori ob crimen adulterij. nu. 22.*
23 *Causa matrimonialis, quomodo tractanda sit quo ad successionem & prolis legitimationem.*
24 *Iudex qualiter procedere debeat in causis matrimonialibus.*
25 *Rigor iuris non est seruandus in causis matrimonialibus.*
26 *Mater in iudicio auditur pro filia in causa sponsaliũ.*
27 *Sententia in causa matrimonij non transit in rem iudicatam.*

CAP. IX.

IX PARTE. Si vir & mulier ad inuicẽ promittunt quod ab eo tempore habebunt se pro coniugibus, contractũ est matrimonium de præsenti, hoc dicit, & est casus valde notabilis, secundum Do. meum. & primo narrat factum, secundo committit, ibi, quia igitur.

¶ No. primò ibi, iuramentum, quòd quandoq; in matrimonio contrahendo interuenit iuramentum, & in quolibet contractu est magnæ efficaciæ, & plures ac magnos producit effectus, de quibus per Doct. & maxime per Inno. in c. cum contingat. de iureiu. non tamen est de substantia spon. vel matrimo. vt dicam in c. tua. infra eo. art. 14.

¶ No. secundò ibi, præstitit, iuncta litera anti-
1 qua, quæ dicebat, testibus ad hoc vocatis, † quòd testes in matrimonio debent esse vocati, seu rogati, & sic non debent fortuito adesse. sed Ala. tenet cõtrarium. dicam in c. consultatio. infra eo. ar. 27.

¶ No. tertiò, quòd vbi actus dependet à mera voluntate loquentis, paria sunt dicere, volo talem in vxorem, vel volo te in vxorem, quod facit ad de-
2 cisionem q. quando statutum † vel priuilegium diceret, quòd talis habeatur pro ciue, quia idem est dicere, ac si diceret, talis sit ciuis, ad quod vide quod not. Bar. in l. si maritus, ff. de adult. & in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. & in consilio, quod incipit, punctus talis est. & per Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & l. si non speciali. C. de iudi. & l. fi. C. de iure au. anu. & l. adoptiuũ. §. patronum, ff. de in ius vocan. & l. 3. §. hæc verba. de nego. gest. & l. siue possidetis. C. de prob. & l. 1. C. si seruus extero. & in suo consi. 57. quod incipit, quatuor. vide in dictis locis, quia non est materia nostra.

¶ No. quartò ibi, pro coniuge teneret, quòd
3 per verba † præteriti imperfecti, vt teneret, habe-
ret

ret, seruaret, & sim. inducitur matrimonium de præsenti, quod tamen procedit, quando ipsis verbis adiunguntur alia verba, propter quæ præsens tempus significatur, prout hic contingit, in quantum dicit ab eo tempore. & fidem sicut vxori seruabo. nam dictio, ab eo tempore, significat præsens, sicut etiam si diceret, ex nunc tenebo te pro vxore mea, faciunt not. in l. 4. ff. de cond. & demon. & ideo secundum Mar. tunc cum alia contractum non tenet. Secus si prædictis verbis alia verba non denotantia præsens tempus, non essent adiuncta, quia tunc inducerentur sponsalia de futuro, vt latius dicam in c. commissum, in 15. artic. infra eod. Et sic talia spon. per matrimonium sequens soluerentur, vt dicam infra in ti. de sponsa duorum, vbi tractabo de ligamine ratione matrimonij, vt dixi supra in rubr. in 9. art.

4 ¶ No. quinto ibi, tanquam, quòd dictio, † tanquam, est veritatis expressiua, & idem etiam dicendum de dictione, sicut, hic posita. ad idem, c. solitæ. de maior. & obed. & meritò, quia cum hic promitteret tractare tanquam vxorem, quod pendet à mera voluntate, meritò est dictio veritatis expressiua, proprie tamen est nota similitudinis. c. cum dilectus. de iure pat. & in c. significasti. de homicidio. & in c. cum in ecclesia. de proba. in 6. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. tutor petitus. C. de excusa. tuto. tetigi in c. quoniam. §. quòd si super. supra vt lite non contest. quod nota ad sta tuta disponentia, quod scholares debeant testari tanquam, vel sicut, vel prout ciues. vide per D.M. in c. prout, supra de dolo & contu.

¶ No. sexto, ibi, seruaturam, ideſt habituram, q̃ per hæc verba, licet de futuro, inducuntur sponsalia de præsenti. & ratio est, quia hæc verba denotãt excusationem quandam, & consummatum matrimonium, aliàs & consummationem matrimonij prõptam sine interuentu alicuius extrinseci, & propter alia verba adiuncta hic, & fidem seruaturã, &c. & forte alia verba, quæ intelligantur repetita ab eo tempore, &c. quæ dictio adiuncta principio temporis excludit extremum tempus, cui adiungitur.

5 ¶ No. septimò, † quòd nulla causa separat matrimonium de præsenti nisi fornicationis, quæ tamen debet esse manifesta, vt hic, quod intellige, quando consummatum esset matrimonium, quia si non esset consummatum, posset separari per transitum ad religionem. c. ex parte. & cap. ex publico. supra de conuers. coniug. Item intellige, quòd ratione fornicationis separatur quo ad thorum, & non quo ad vinculum matrimonij, vt hic.

¶ No. octauò, quòd etiam propter manifestam
6 fornicationem † non potest maritus propria auctoritate vxorem abijcere, de qua materia dic, vt latè dicam in ti. de diuortijs.

¶ No. nonò ibi, maritali affectione, quòd ecclesia potest compellere laicum non solum, vt recipiat vxorem adulteram, sed etiam quòd illam maritali affectione pertractet. facit c. illud. supra de præsum.

¶ No. vltimò modum practicandi se sententiandi ad reintegrandam cohabitationem coniugum, quando non sunt iustè separati.

¶ No. postremò, quòd ad iudicium ecclesiæ spectat non solum disponere & cognoscere super substantia & vinculo matrimonij, sed etiam super cõsecutiuis ad matrimonium: & ideo si vxor non tractatur à viro maritali affectione, potest habere recursum ad iudicem ecclesiasticum, vt remedijs opportunis cogat illum tractare eam maritali affectione, & de hoc infra post glo. in 24. princ. art.

¶ In glo. 1. ibi, de cætero habebo. dic quod opi. Io. communiter tenetur & eam tenet Archid. in d. §. siquis diuinis. 30. q. 5. Et aduerte, quia quæstio glo. differt à quæstione tex. quia in tex. nostro conuenerunt duo, videlicet promissio, q̃ teneret eam in coniugem, & quòd fidem ei seruabit tanquam vxori. Sed in q. glo. dicta verba non fuerunt adiuncta, & tamen glo. vult intelligi contractum matrimonium per verba de præsenti, quod probatur in Auth. quibus modis naturales efficiantur sui. vnde Gratianus incorporauit d. §. si quis diuinis.

In fi. glo. dic, quòd glo. non rectè respondet ad c. de illis. Distingue vt comprehẽdat dicta Doctorum, quòd aut inter virum & mulierem emanarit verba de præsenti, ut accipio te in vxorem, & sic de singulis, & decisio est clara quòd est matrimonium. cap. pe. infra eod.

¶ Aut verba sonant in futurum, & tunc, aut respiciunt solum principium actus, vt quia dixit vir, ducam te in vxorem, vel promisit se ducturum, & adhuc decisio est clara, quòd sunt spõsalia de futuro, vt in c. de illis. supra eo. & in d. c. pen. infra eod.

¶ Aut verba sonant in futurum, sed quandam notant executionẽ actus consummati, seu perfecti, exemplum, Promitto quòd te habebo pro legitima coniuge, nisi præcedat matrimonium. vel si dicit, promitto tenere te, & tractare pro vxore, & maximè si appositum sit verbum denotans extremitatem temporis, videlicet ab hoc tẽpore, vel ex nunc, vt hic, quod tamen procedit secundum D. M. nisi præcederent verba denotantia sponsalia de futuro, exẽplum, Promitto quòd ducam te in vxorem, vel quod te tenebo, & tractabo pro vxore, per l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino leg. Sed tu de prædictis verbis, & de alijs plurimis per quæ contrahuntur sponsalia de futuro, vide in c. commissum. infra eod. arti. 15. & per quæ contrahitur matrimonium de præsenti, vide ibidem, artic. 16.

¶ Glo. 2. format q. & soluit, in fi. dic, vt latè dicam in tit. de diuortijs, art. 31.

¶ In gl. fi. in fi. dic, vt statim dicam in 24. prin. ar.

¶ Postremò, quia hic dicitur, q̃ ad Iudicẽ ecclesiasticum pertinet talis compulsio, etiam super istis executiuis ad matrimonium, prout dixi supra in postremo notabili, meritò iuxta præmissum ordinẽ in rubrica venit hic examinandus 24. art. princ.

¶ Vigesimoquarto igitur principali articulo tra-
7 ctandum est, quis † sit iudex super spon. & matrinijs, & accessorijs, & consecutiuis ad matrimoniũ, & quod iùs seruandum sit in causis sponsalium vel matrimoniorum.

¶ Circa primum aduerte, quia hanc materiam latissime tractaui in c. tuam. supra de ord. cogni. super gl. 1. ideo hic solummodo quo ad ea quæ ibi dixi transibo per remissiones. vide ergo in primis ibi, & conclusio est, quòd iudex ecclesiasticus debet cognoscere non solum quando agitur inter ipsos coniuges, & disputatur de validitate coniugij, sed etiam

etiam quando nõ agitur principaliter de causa matrimoniali. Sed forte de legitimatione filiorũ, quæ legitimitas dependet à validitate matrimonij, vt d. cap. tuam. vnde non solum de causa matrimoniali principaliter solus ecclesiasticus iudex cognoscere potest, sed de dependentibus, accessorijs, & executiuis ad causam matrim. ut hic, & in c. Gemma. inf. eo. & in c. de prudentia. inf. de dona. inter uirum. & in c. ex literis. inf. eod. vbi additur iudex ecclesiasticus, vt moneat, & per censuram ecclesiasticam compellat illam recipere, & maritali affectione tractare, cũ qua iurauit contrahere matrimonium. ad idem tex. in c. 1. inf. de consang. et affi. ubi tex. dicit quod causæ matrimoniales non sunt tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi & statuta canonica non ignorent, & dicit ibi Host. quòd discreti non dicentur Theologi, vel instructi in legibus, quãuis quidam Theologi contra, de quo tibi dicam.

8 ¶ Et dic † quod de iure communi soli episcopi cognoscunt de causis matrimonij, c. accedentibus. inf. de excess. præla. & hanc opinionem tenet D.M. in c. 1. de restit. in integrum, & in repetitione c. per tuas. de arbit. in vers. 3. videndum. colum. 42. & in c. fi. de translatio. quamuis ex consuetudine, vel præscriptione etiã inferiores prælati possint de illis cognoscere, vt dicit D.M. in d. c. 1. infra de consan. & affin. de quo statim subijciam in sequenti articulo.

¶ Et sic ex prædictis sequitur, quòd iudices lai-
9 ci † et seculares de prædictis causis cognoscere non possunt, de quo vide quæ dixi latè in dicto cap. tuam. et per Petrum de Anchara. in repetitio. regulæ, ea quæ fiunt, in sexto. in 4. quæstio. principali. & vtrobique tractatur, siue sit quæstio super iure circa matrimonium, siue super facto, de quo ẽt per Bar. & Bal. in l. quotiens. C. de iudic. & Henri. Boic in d. c. 1. infra de consang. & affin. & per Legistas in l. Titia. ff. soluto matri. Item etiam si deducatur matrimonium per viam ciuilis causæ, siue criminalis, de quo etiam in c. si iudex laicus. de sententia excommunic. in 6. & in c. cum C. laicus. de foro compet. in 6. & traditur in l. libertum. C. de nup. & tales causæ etiam tractantur in consilio ecclesiastico, vt in c. 1. supra eo. & ibi notaui. Quinim
10 mo etiam † capitulum ecclesiasticum cognoscit de causa matrimoniali, vt probatur in c. veniens. iuncta subscriptione. infra de eo qui du. in matrimo. quam pol. per adult. quod intelligit Zab. ibi, & bene, quando vacabat sedes. ar. c. cum olim, de maio. & obed. & si impuberes facti puberes reclamant a sponsalibus, coram episcopo vel eius vicario, & sic iudice ecclesiastico, talis reclamatio fieri debet, vt in c. de illis. §. si vir. infra de despon. impub. ibi, iudicium ecclesiæ &c. & in c. 2. supra de regula. & in c. primo, supra de frigi. vel deficientibus illis, fiet reclamatio coram honestis personis. arg. c. pastoralis. in fi. sup. de off. deleg. dicam in tit. de despon. impube. vbi tractabo de impedimento ætatis, in 9. principali artic. respectu sensus, & etiam forte in ti. de diuortijs. in 31. principali artic. Et similiter si vir petit sibi restitui vxorem & econtra, id faciat coram iudice ecclesiastico, & etiam ille qui eam retinet cogitur per iudicem ecclesiasticum restituere, vt not. in c. non est. infra eod. & ibi hoc notant Pe. de Anch. Zab. & D. meus, dicentes idem esse in omni causa, quæ dependet a matrimonio per d. cap. de prudentia. infra de dona. inter virum. & per c. pen. & fin. infra de secun. nuptijs. Sed dicit Gasp. Cald. quòd vbi negatur matrimonium, vel vbi dicitur non potuisse contrahi, tunc tantum ecclesiastici est cognitio, in compellendo quòd ad virum redeat, vel pro alimentis vxori præstandis, & sic de sim. secularis est iudex. & hoc dicit Ioan. An. in addit. Spec. in tit. qui filij sint legi. ver. competit etiã. & quod de causa vsurarum dicitur in Cle. 2. de iudi. communiter tamen tenetur, q̃ quandocunque agitur non solum de matrimonio, sed de aliquo quod pendet à matrimonio, recurrendum est ad ecclesiasticum, vt pro dote, donatione inter virum, & sic de sim. vt d. c. de prudentia. & alijs iuribus supra allegatis. Sed Pe. de Anc. dicit in d. c. non est. infra eod. quod quando non est quæstio super spiritualitate, sed de facto, forte secularis possit etiam esse iudex, secundum ea quæ tradunt Bart. & Moder. in d. l. Titia. ff. sol. matr. & videtur etiam sentire glo. 1. & ibi D.M. in d. c. non est. Sed de hoc latius dixi in d. c. tuam. Insuper etiam eo casu quo impuberes prohibentur coniũgi, nisi pro bono pacis coniũgi peterentur, vt in cap. 2. infra de despon. impub. iudex ecclesiasticus est ille, qui cognoscit virũ ratione pacis, si subsit coniungendi necessitas, vt ibi, & sic diœcesanus qui potestatem habet, & scientiam habere debet hoc discernendi, c. 1. inf. de consangui. & affin. Nam & sine eius licentia contrahi
11 non debent † sponsalia, vt d. c. 2, & c. continebatur. & c. duo pueri. vers. prior autem. in fi. inf. titu. 1. & sic nec contracta dissoluuntur, vt in c. accessit, & c. de illis, cum tribus sequentibus. inf. titu. 1, dicam latius inf. titu. de diuortijs, artic. 31. sed vt dicit Host. hoc non seruatur, & minus bene, & subdit quòd in hoc est simile matrimonium carnale spirituali, de præben. c. in Lateranensi, sup. de institit. c. 3. & de renun. c. admonet. quoniam ratione sacramentorum in tantum subiacet laicus prælato suo in quantum clericus, vnde sicut clericus non est recipiendus sine literis commendatitijs. c. fraternitati. supra de cleri. non resi. & sup. de cleri. peregr. per totum, sic nec laicus. facit c. nullus. sup. de paroch. & inf. de pœnitent. & remiss. c. omnis. & expressè de laico dicitur de consecr. dist. vltima. c. non oportet. nã quo ad sacramentum laicus quodammodo dicitur ecclesiasticus. cap. gaudemus. infra de diuortijs.

¶ Et ex prædictis infert Host. quod sacerdos cauere debet ne extraneus suã desponset parochianam ipso inconsulto vel ecõtra. licet enim sit vnum ouile respectu Papæ, cui omnes obediunt. c. solitę. sup. de major. & obed. tamen sub ipso sunt multa ouilia, & multi pastores, & quilibet debet cognoscere oues suas, & suarum, non extranearum curam habere, vt dicitur Prouerb. 27. diligenter agnosce vultum pecudis tui. & Io. 10. ego cognosco oues meas, & cognoscunt me, de quibus ouibus. 6. q. 1. c. oues. quia tantum proprijs sunt pabula administranda. vnde dicit Do. An. in d. c. 2. inf. ti. 1. quod Bononię antiquitus seruabatur q̃ rector parochianus semper erat præsens & primus in contractu mãimonij. Sed dicit Zab. ibi, vt dicit Host. quòd male practicatur, & peius seruatur, licet in hoc magnum versetur

tur periculum. facit c. cùm in apoſtolica. inſ. eod. & c. veniens. inſ. de eo qui dux. in matr. Et ego ſæpe vidi forenſes aliàs in partibus ſuis vxores habentes, & in partibus iſtis vxores accipiunt, & quandoque ſecundam, & quandoque primam accipiunt vxore prima viuente, & prædicta adde ad ea quæ dixi in d. cap. tuam. ſupra de ordine cognit. in glo. prima.

¶ Sed circa prædicta quæritur, vtrum per viam arbitralem poſsit cognoſci de cauſa matrimoniali.

32 ¶ † Et aduerte, quia quæſtio prædicta habet duas dubitationes principales. ¶ Prima eſt, utrum de cauſa prædicta poſsit compromitti, & poſito quòd poſsit, vtrum compromiſſum poſsit fieri in laicum.

¶ Circa quæ diſtingue, quod aut loquimur de matrimonio carnali, aut ſpirituali.

¶ Primò caſu tex. videtur velle q̃ nõ poſsit compromitti, in c. 1. in fi. ſup. de reſt. in integ. & in c. fi. ſup. de trãſac. & in l. nõ diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbitris. & ratio eſt in pr̃optu, quia cauſa matrimonij per eos tractanda, & iudicanda eſt, qui habẽt poteſtatem, vt dicit glo. inſ. in d. c. fi. & in d. c. 1. & in cap. ex literis. in fi. de conſanguin. & affinit. Sed de iure communi ſolus epiſcopus cognoſcit de cauſa matrimo. c. accedentibus. inſ. de exceſs. præla. & ibi hãc opinionem communiter tenent Doct. in d. c. 1. & in d. c. fi. & D. M. in c. per tuas. ſup. de arbit. in verſ. 3. videndum, col. 42. quamuis ex conſuetudine vel præſcriptione inferiores etiam prælati cognoſcere poſsint, vt ſupra dixi, & iſta eſt communis ſententia, quam etiam tenet gloſ. fin. in c. 1. inſ. de conſang. & affin. & allegat rationem, quia arbitrium non aſtringit niſi metu pœnæ, l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitris. & l. 1. C. de arbitris. ſed pœna in matrimonio apponi non põt. c. Gemma. inſ. eo. & ibi dicam, artic. 20. ergo &c.

¶ Item quia, cũ matrimoniũ à ſummo Deo fuerit inſtitutum, vt dixi in c. ſpõſam. ſup. eo. art. 6. ideo eius diſſolutio aut ẽt cognitio ad eccleſiaſticũ pertinere debet, & hoc tenet Ludo. Pont. in l. Titia. ff. ſol. matr. allegans ſe idem cõſuluiſſe Peruſiæ in arbitratore. vnde dicit, quod ſtante ſtatuto q̃ inter conſanguineos vſque ad tertium gradum cauſę cõpro-

33 mittantur, † quòd propter tale ſtatutum non poterit pronuntiari commiſſum ſuper cauſa matrimoniali, aut ſuper cauſa natalium, aut ſuper ſim. dependenti à matrimonio, quia tale commiſſum habet inſtar tranſactionis, vt in auth. ſi verò contigerit. C. de iudicijs. cum ſim. ſed trãſactio in huiuſmodi cauſa eſt prohibita, ſicut & in alia cauſa ſpirituali. c. ſtatuimus. cum ibi plenè notatis, ſup. de tranſact. & l. fi. cũ ibi notatis. C. de arbit. ergo, &c.

¶ Item facit, quia ſtatutũ prædictum ex generalitate ſua prædicto modo, ſi aliter diceremus, uideretur velle diſponere ſuper ijs, de quib. ſpecialiter diſponere nõ potuiſſet. ff. de admin. rerum ad ci. l. imperatores. §. fi. & ff. de ritu nupt. l. quamquam. not. Io. An. in c. fin. de immun. eccl. in 6. Sed ſtatuentes nõ potuiſſent ſpecialiter diſponere quod cauſę matrimoniales ſeu ſtatus concernentes legitimitatem perſonæ valeant in laicum compromitti, ergo, &c. Quod autem ſpecificè diſponere nõ potuiſſet, pro

34 batur, quia non valet irrationabilis cõſtitutio † ciuitatis temporalis iuriſdictionis eccleſiæ ſubiectæ iuri canonico contraria, vt diſputando determinat Io. Cald. conſi. 18. ſub ti. de conſtitu. per c. cum eſſes. ſup. de teſtamentis. ſed huiuſmodi conſtitutio ex multiplici capite eſt irrationabilis, ergo etcæt. Quod autem ſit irrationabilis, intelligendo quod de talibus cauſis compromitti debeat, patet, quia ſic intelligendo cõcederet laico poteſtatem cognoſcendi de matrimonialibus cauſis, quod eſt prohibitum, vt in cap. quanto. et in c. decernimus. ſup. de iudicijs. et 96. diſtin. cap. bene quidem. cum de ipſis de iure communi ſolum epiſcopi vel inferiores prælati eccleſiaſtici ex conſuetudine uel præſcriptione cognoſcere poſsint, ut ſupra dixi, ad quod facit c. literas. ſupra de reſtitutio. ſpol. & 35. quæſtio. 6. cap. multorum.

¶ Tertiò etiã pro dicta cõcluſione facit, quia per talem conſtitutionem ſic intellectam, quod in laicum de talibus compromitti poſsit, debilitaretur iuriſdictio epiſcoporum aut ſuperioris in ſpiritualibus, ad quem talium cauſarum cognitio pertinet,

35 vt dixi. ¶ Sed talis conſtitutio, † per quam inferior iuriſdictionem ſuperioris infringit, eſt iniqua, vt in c. venientes. ſup. de iureiur. et in clem. 2. de electio. no. Bar. in l. 1. ff. de aqua plu. arcen. et notatur in c. ex inſinuatione, de appel. ergo etc.

¶ Quartò etiam facit c. primum. de conſanguin. et affin. in fi. quod vult quod tales cauſæ ſint ſolum tractandæ per diſcretos viros, qui canonum notitiã habeant, quam peritiam laici non habent, vel ſi forte habent, nõ dicũtur diſcreti, hoc eſt eccleſiaſtici.

¶ Quintò probatur, quia in arbitratores ſit compromiſſum ad finem amicabilis compoſitionis faciendæ, quæ licet in cæteris ſpiritualibus uideatur fore permiſſa, vt in c. de cætero. et in cap. ſuper eo. ſup. de tranſact. et in c. niſi, ſup. de præbend. tamen non eſt permiſſa in matrimonio.

¶ Item ſextò probatur, quia vt ſupra demonſtratum fuit, in arbitros de talibus non poteſt fieri compromiſſum, ſed appellatione arbitrorum veniunt etiam arbitratores. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. ergo, &c.

¶ Septimò facit tex. in c. contingit. ſupra de arbitris. qui generaliter prohibet, ne ſuper ſpirituali cõ promittatur in vnum ſolum laicum, licet in clericum adiuncto laico fieri poſſet, ut in c. per tuas. ſup. de arbitris. de quo dic, vt ibi. Sit ergo concluſio, q̃ de matrimonio carnali, nec etiã de cauſis depen-

36 dentibus à matrimonio, non poteſt fieri † compromiſſum, neque in arbitrũ, neque in arbitratorem, maximè ſi ſunt laici.

¶ Circa ſecundum caſum principalem, videli-

37 cet, vtrum in matrimonio ſpirituali poſsit fieri † cõpromiſſum in arbitrum, vel arbitratorem. D. M. in d. repetitione c. per tuas. ver. videndum eſt. & in c. 1. ſup. de reſtit. in integrum. in vltimo notabili, tenet, quòd in cauſa electionis, & ſic pro matrimonio ſpirituali, ſeu alia ſpirituali poteſt arbiter aſſumi. c. fi. ſupra de arbitris. & in c. cum inter R. ſupra de elect. & in c. niſi, ſupra de præben. quod tamen intelligo, dummodo non ſint laici, qui ſpiritualia non poſſunt tractare, vt ſupra dixi.

38 ¶ Sed quæro, vtrum valeat ſtatutum, † quo diſponitur quòd probationes factæ in cauſa matrimoniali coram Poteſtate teneant. tradit Bald. in l. non ignorat. in fi. C. qui accuſ. non poſ. dicam infra eo. c. in præſentia. ar. 19. Et ex prædictis expedita eſt prima materia iſtius 24. principalis art. videlicet, qui iudices poſsint cognoſcere de cauſa matrimoniali. quare ſupereſt veniamus ad ſecundam, vi delicet, quod ius ſit ſeruandum in cauſis matrimoniorum.

¶ Circa quod dic, q̃ tam in procedendo, quàm

39 in decidendo, debet ſeruari ius cano. † in procedẽdo eſt tex. in Cle. diſpẽdioſam. de iud. ad quod vide quæ dicam ſtatim in 25. prin. art. Et ſimiliter ẽt in decidendo ſeruandum eſt ius cano. vt no. gl. Inſt. de gradi. §. fi. & glo. in l. 1. C. de nup. nec mirum, quia de cauſis ſpiritualibus laici propter carentiam iuris dictionis non poſſunt ſtatuta condere. ad quod vide quæ latè dicam in c. in præſentia. infra eo. ti.

¶ Vigeſimoquinto principali art. tractandum eſt, qualiter in cauſis ſpon. vel matrimonij proceda tur. & vtrum in his ordo iuris ſit ſeruandus.

40 ¶ † Circa quẽ, tex. in d. Cle. diſpẽdioſam. de iud. dicit, quòd in cauſis matrimonialibus, & eas quoquo modo contingentibus procedi valeat ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudici, & ſic non eſt neceſſarius libellus, nec litis conte. nec alia de quibus in Cle. ſæpe. de verbor. ſign. & quę traduntur per Bart. in extraua. ad reprimendum. de quibus vide quæ pleniſsimè dixi in c. 1. de ordi. cogni. vbi tractaui, quæ ſint cauſæ in quibus ſummaria cognitio exigitur. & art. 17. vbi tractaui, in quibus cauſis extraordinaria cognitio exigitur. & art. 18. & 19. & 20. & vide etiam quæ dixi in c. fi. eo. ti. de ord. cogni. art. 33. in quo tractaui quid importet verbum ſimpliciter, & purè, & artic. 34. in quo id tractaui, quid importet verbum, de plano, & arti. 35. in quo tractaui de verbo, ſine ſtrepitu, & artic. 36. in quo tractaui de verbo, ſine figura.

¶ Sed aduerte, quia circa prędicta plures poſſunt oriri dubitationes & qq. quas per ordinẽ ſequere.

¶ Primò igitur quæro circa prædicta, quid ſi agatur de ſponſal. Sol. Glo. in d. Clementina, diſpendioſam, ſuper verbo, matrimonijs. dicit, q̃ ſimiliter poteſt procedi ſimpliciter, de plano, &c. quoniam cauſa ſponſalium tangit matrimonium, cum per illa perueniatur ad matrimonium. & idem tenent Pau. Zab. & Io. de Imo. & ibi dixi, nam ſponſalia ſunt promiſsio contrahendi matrimonij. dixi ſupra, ar. 1. in Rubrica, tetigi in c. quoniam. ſupra vt lite non conteſt. art. 4. fallentia 4.

¶ Secundò quæro, quando habeat locum ſum-

41 maria † cognitio ratione matrimonij. ¶ Sol. Glo. prædicta ſuper verbo, matrimonijs, dicit, quòd habet locum ſiue agatur de fœdere matrimonij, quo caſu non eſt dubium: ſiue agatur ad impediendũ, ſiue ad dirimendum matrimonium, ſiue etiam agatur ad declarandum matrimonium, vt quia coniux quæ vendicatur, negat matrimonium, ſiue etiam petatur dirimi matrimonium, eo quòd à principio non tenuit, vt quia contractum inter fideles, inter quos erat aliquod impedimentum dirimens, de quibus impedimentis remittendo dixi ſupra in Rubr. artic. 9. Siue à principio tenuerit, & propter ſuperuenientem creatoris contumeliam petatur dirimi in caſibus de quibus in cap. quanto, & c. gaudemus. de diuortijs. puta ſi Chriſtianus de nouo baptizatus petit ſeparari ab vxore infideli, quæ non poſſet ſecum habitare ſine contumelia creatoris. Et aduerte, quia olim, vbi agebatur de matrimonio diſſoluendo, teſtes erant duplicandi. c. cum in tua. infra eod. & ibi not. D. Ant. ¶ Similiter etiam aduerte, quia in caſibus in quibus de fœdere matrimonij agebatur, olim per vetera iura ordo iuris requirebatur. & ideo non poterat procedi lite non conteſtata, niſi data partis contumacia, vt in c. accedens. & c. quoniam. §. porrò. ſupra vt lite non conteſt. & ibi dixi. & idem tenet Genz. Laudunus, Paulus, Ioan. de Imo. & Zab. in d. Clem. 2.

¶ No. tamen, quia quando iudex procedit ad denunciationem alicuius honeſti viri ad impedien dum matrimonium, etiam ante Cle. diſpendioſam. poterat iudex de plano procedere, vt eſt tex. in c. cum in tua. infra eo. olim ergo ſolum de plano, ho die vero ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij procedi poteſt, & quod hæc differant, dixi in d. c. 1. de ord. cogni. art. 33. & tribus ſeq.

42 ¶ Tertiò quæro, quid ſi agatur de crimine † adulterij ad ſeparationem thori, vtrum procedi valeat ſimpliciter, & de plano, &c. ¶ Sol. Glo. in d. Cle. diſpendioſam, ſuper verbo, de matrimonijs. de iud. tenet quòd non, & idẽ tenet ibi Pau. de Caſt. quia tunc non eſt cauſa matrimonij, ſed potius accuſatio miſta ad pœnam imponendam, vel ſeparationis thori faciendam, vt ſup. de procur. tuæ. & ſupra vt lite non conteſt. c. 1. facit c. diſcretionem. infra de eo, qui co. conſ. vxor. ſuæ. & ita poteſt intelligi c. quoniam. §. porrò. dixi in d. c. quoniam. in princ. ar ti. 4. fallentia 7. & idem tenet Zab. & Io. de Imo. in Cle. diſpendioſam. eo quòd dicta Clem. tanquam exorbitans, ſit reſtringenda, & non relaxanda.

43 ¶ Quartò quæro, quid ſi eſt † quæſtio de ſucceſſione, in qua incidit quæſtio de naturalibus, & ſic de legitimitate prolis, & per conſequens de matrimonio. ¶ Sol. Prædicta glo. ſuper verbo, matrimonijs, diſtinguit, quòd aut quæſtio ſuper ſucceſſione fit principaliter coram iudice eccleſiaſtico, & procedi debet ſecundum iuris ordinem, quia hoc caſu ſecundum Pau. cum prædicta quæſtio natalium & matrimonij ſit acceſſoria ad ſucceſsionẽm, ſequi debet naturam & formam ſui negotij principaliter intentati, per regulam, acceſſorium. de reg. iu. in 6. Aut talis q. eſt coram ſeculari, & tũc, quia propter prædictam exceptionem natalium, & matrimonij fit remiſsio ad eccleſiaſticum, procedetur ſummariè, & idem tenet Pau. de Caſt. & Zab. in d. Clem. diſpendioſam. nam in prædicto caſu ſecundum Inno. Hoſt. & Io. And. in c. lator. inf. qui filij ſint legit. vel etiam ſecundum vetera iura, non erat neceſſarium libellum offerre.

¶ Quintò quæro, quid ſi agatur de matrimonio iam ſoluto propter natalia ſucceſsionum in bonis defuncti ſecundum formam cap. cauſam, il primo, qui filij ſint legi. vel propter alia ad matrimonium contrahendum vel diſiungendum, ſecundum formam c. per tuas. in fi. ſupra de probat. ¶ Sol. Dicit quòd poterit procedi ſummarie, ſecundum Laud. in d. Cle. diſpendioſam. & per illum tex. qui loquitur non ſolum de cauſis matrimonij, ſed etiam de tangentibus ipſas cauſas, & ſequitur ibi Zab.

¶ Sextò quæro, quid ſi agatur de dotibus reſtituendis. ¶ Sol. Zab. dicit procedẽdum eſſe de plano,

no, ſed ſi proceſſum fuerit ſeruato iuris ordine, vtrum valeat proceſſus. ¶ Sol. Quod ſic, vt traditur in Cle. ſæpe. de verb. ſign. dixi in c. fin. de ordi. cogni. art. 47. Et no. circa prædicta, quòd licet valeat procedi ſimpliciter & de plano, tamen requiruntur illa de quibus in d. Cle. ſepe. vnde licet iu-
24 dex † ex officio procedat in cauſa matrimonij, tamen debet citare, vt in c. 1. infra de conſan. & affi. & facere teſtes iurare, & præfigere terminum volentibus accuſare vel defendere, vt infra de clandeſti. deſpon. c. cum inhibitio. & infra qui ma. accu. poſ. cap. cum in tua. & legitimas exceptiones admittere, ſupra de offic. deleg. cap. ex parte, il ſecondo, & infra qui filij ſint leg. c. perlatum. & ſi non ſeruatur hic ordo, retractatur quod agitur. infra qui filij ſint legi. per venerabilem. ſecundum Hoſtien. Io. And. D. Ant. & Zab. & Doct. in d. c. 1. de conſang. & affin. Vtrum autem ſit neceſſarium quòd ſententia feratur in ſcriptis. Zab. in d. cap. 1. tenet quòd ſic. Sed D. Ant. tenet quòd non. & vterque ſe remittitur ad cap. Albericus. ſupra de teſtibus. mihi plus placet opinio Zabar. per Clemen. ſæpe. de verborum ſignific. & ibi vide glo. ſuper verbo, in ſcriptis.

¶ No. 2. quòd in cauſa matrimoniali non eſt ſer-
25 uandus † rigor iuris. Vnde quamuis atteſtationes ſint publicatæ, ſiue ſit concluſum in cauſa, ſiue pronunciatum, poteſt iudex ex officio teſtes de nouo recipere, & hoc propter periculum animæ: omnia enim in hac cauſa a iudicis officio videntur pendere. facit quod not. in c. cum in tua. infra eo. & quod notatur in c. ſeries. ſupra de teſtibus. & in c. ſicut ex litteris. in fi. infra eo. vbi hoc tenet Hoſtien. & mihi placet, quia etiam poſt latam ſententiam in cauſa appellationis publicatis atteſtationibus in cauſa matrimoniali ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs poſſunt teſtes de nouo produci. dixi in c. fraternitatis. ſupra de teſtib. in 5. principali ar. verſ. 29. remittendo ad c. ſeries. præallegatũ. vbi latius dixi.
26 No. 3. quòd † mater auditur in iudicio pro filia in cauſa ſponſalium tanquam coniuncta, vt in c. Gemma. infra eo. ſecũdum quòd ibi intelligitur c. quòd pœna petebatur, a filia Gemmæ. facit l. ſed & hæ. ff. de procur. & c. nonnullis, ſupra de reſcrip. & maxime debet audiri pro filia, quando eſt impubes, vt d. c. Gemma. & ibi Zab. facit c. 1. infra tit. 1.

27 ¶ No. 4. quòd ſententia † lata contra matrimonium non tranſit in rem iudicatam, vt in c. pen. infra de frigidis. de quo latè per Doct. in c. lator. & in c. conſanguinei. ſupra de re iudi. ibi dixi. & propter hoc contingere poteſt, quod ſententia contra ſententiam valebit, de quo dic, vt dicam in c. fraternitatis. §. quamuis. infra de frig.

¶ No. 5. quòd ſententia diuortij ſeu ſeparationis thori propter arctam naturam mulieris ferenda eſt cum maturitate, & non præcipitanda, vt in d. c. fraternitatis. §. per hoc. ad idem cap. ex litteris. ſupra de reſtitut. in integrum. & idem ego arbitror dicendum in qualibet ſententia cauſæ matrimonialis, quia & in omni ſententia iudex debet cuncta rimari. 3. q. 5. cap. iudicantem. nam quæcunque cum deſtinatione peragenda ſunt, non niſi certa & vera ſciencia perfici debent, vt in regula, quæcunque. ff. de reg. iur. & potiſsimum ſententia, quæ non ſubito, ſed cum magna maturitate ferenda eſt. l. 2. C. de ſententijs ex peri. recitan. maxime quia euolat emiſſum ſemel irreuocabile verbum. l. iudex poſtquam. ff. de re iu. nam ſecundum hoc tempore indigemus, vt maturius aliquid agamus. 50. diſt. cap. ponderet. 42. diſt. c. quieſcamus. 23. diſt. c. habuiſſe. 11. quæſt. 3. graue. Sed potiſsimum, vbi cauſa eſt intricata & difficilis, & magni periculi, argum. cap. vbi periculum. de elect. in 6. & d. c. fraternitatis. inf. de frig. & vide quæ dixi de cauſa cognitionis.

¶ No. ſexto, quòd cum agitur de diuortio, iudex in multis ſupplet ex officio, vt not. in c. fin. inf. de frig. dicam in ti. de diuor. art. 31.

SVMMARIVM.

1 *Pater, an & quando poſſit filiam ſuam alicui in vxorem promittere cum iuramento.*
2 *Verba, promitto copulare tecum matrimonium, quid importent.*
3 *Verba, iuro me talem ducere in vxorem, quid importent.*
4 *Filia non debet de vrbanitate contrahere etiam ſponſalia ſine conſenſu patris.*
5 *Maſculinum quo caſu concipiat fœmininum:*
6 *Contrahentes ſponſalia, an et quando cogi poſſint ad matrimonium.*
7 *Sponſalia vt adimpleantur, quis iudex adiri poſſit.*
8 *Iuramento proprio contrauenire periculoſum eſt.*
9 *Sponſalia, ex quibus cauſis ſoluantur.*
10 *Eccleſia non ſolum aſtringit ad matrimonium, ſed vt maritali affectu vxor tractetur.*
11 *Iuramentum facit valere actum eo modo quo valere poteſt.*
12 *Obligatione alternatiua electio eſt debitoris.*
13 *Copula ſuperueniens declarat ſponſalia dubia.*
14 *Interpretatio fieri debet in dubio, vt vitetur peccatum.*
15 *Promittens ducere in vxorem vnã de puellis mundi, ſi coeat cũ una, an illam ducere cogatur, vel cum alia contrahere poſſit.*
16 *Excommunicatio poteſt ferri pro futuris culpis, ſi eſt aliqua dubitatio de præſenti.*
17 *Eccleſia quomodo ſe impediat de peccato antequam committatur.*
18 *Verbi, potius, expoſitio.*
19 *Matrimonium contrahere, an quis teneatur.*
20 *Vita contemplatiua eſt longe præſtantior actiua.*
21 *Votum religionis impediens matrimonium, an dirimat contractum.*
22 *Inuitari, an quis poſſit ad ſponſalia vel matrimonium ſpe premij.*
23 *Mulier ignobilis contrahens cum nobili poteſt ei aliquid promittere pro recompenſatione nobilitatis.*
24 *Matrimonium ad contrahendum non poteſt quis metu pœnæ induci.*
25 *Pecuniæ datio in matrimonio eſt potius onus quàm præmium.*
26 *Gratia, an & quomodo conferatur in ſacramento matrimonij.*
27 *Monaſterium, an poſſit inuitari ſpe lucri ad recipiendum aliquam in monialem.*
28 *Conditio de ſe turpis reijcitur.*
29 *Legatum ſub modo non vitiatur.*

Dans

30 *Dans aliquid pro ingreſſu religionis, quando committat ſimoniam.*
31 *Animæ ſalus corpori præferenda eſt.*
32 *Filia cui legata ſunt mille ſi nupſerit, & trecenta ſi fiat monialis, an poſſit monaſterium ingredi, & habere mille.*

CAP. X.

EX litteris. il ſecondo. Qui iurauit cũ aliqua contrahere, ſi nõ ſubeſt impedimẽtũ, per cenſurã eccl. contrahere cõpellitur.

¶ Primò narrat caſum, quo ipſius diffinitionem committit, ibi, quia igitur. in tex. ibi, compilauerit. dic, olim erat in tex. ſpe pacis, inter eos reconciliandæ, vnde cum allegaretur hoc cap. ad probandum quòd ſponſa de futuro poterat præcisè compelli ad contrahendum matrimonium, Tancre. & ſequaces dicebant hoc caſu pacis recõciliandæ ſtatutum fuiſſe, ſed hoc nunc ceſſat, ex quo verba prædicta de tex. fuerunt ſublata. In tex. ibi, G. dic, iſta erat una ex filijs. In tex. ibi, filia alterius, ex prænominatis. In tex. ibi, adimplere, dic quod ipſa forte appellauit, & ſic iſtæ literæ fortè fuerunt apoſtoli, vel forte fuerunt conſultiuæ, ſi talis G. nolebat acquieſcere, ſic ſupra de vita & hon. cleri. c. monaſteria, ſecundum Hoſt.

1 ¶ No. primò, quòd † pater licitè, etiam cum iuramento, promittit ſe daturum alicui filiam ſuam in uxorem, licet enim pater non poſſit obligare filiam inuitam ſeu nolentem ad matrimonium, vt in c. 1. de deſpon. impub. in 6. tamen ipſe poteſt licite hoc cum iuramento promittere, & intelligitur promittere ſe acturum & curaturum, quòd filia contrahet matrimonium cum illo, de quo hic in glo. 1.

2 ¶ No. ſecundo, quòd per iſta verba, † promitto copulare tecum matrimonium, non matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia, de futuro intelliguntur contracta.

3 ¶ No. tertiò, quòd per hæc verba, † iuro me ducere talem in vxorem, ſpõſalia de futuro intelliguntur eſſe contracta, & ſic promiſsio executionis matrimonij in futurum, non concludit matrimonium de præſenti.

¶ No. quarto ibi, conſentiente patre. argumen-
4 tum, quòd † filia etiam ſponſalia abſque patris conſenſu contrahere non debet, quod eſt verum de vrbanitate, vt dicam inf. eod. c. ſicut ex literis. art. 11. Nam ad ſubſtantiam matrimonij ſufficit ſolus proprius conſenſus. 27. quæſt. 2. cap. ſufficit. facit, quia filius quo ad ſpiritualia dicitur habere integrã perſonam. c. ſi annum. de iud. in 6.

¶ No. quinto, ibi, eos adinuicem, quòd maſculi-
5 num † concipit fœmininum. ad idem 18. quæſt. 4. c. ſi quis ſuadente. & in l. 1. ff. de verborum ſignific. & ibi Bar. dixi latiſsimè in clem. 1. de electione.

¶ No. ſextò vnum effectum ſponſalium, quia poteſt cogi alter ad petitionem alterius ad contrahendum matrimonium, niſi legitima cauſa excluderet, vel excuſet. dicam in c. is, qui fidem. inf. eod. in 30. princ. artic.

¶ No. ſeptimo ibi, cum iuramento, argumẽtum
6 quòd † quando ſponſalia non ſunt iurata, eccleſia non compellit alterum præcisè ad contrahendum matrimonium. Nam hoc c. & c. requiſiuit. inf. eo. & c. præterea. ſup. eo. ſemper in compulſione ponderant iuramentum ſeu fidem preſtitam. Sed D. M ſimpliciter vult quòd etiam ſine iuramento debeat ratione peccati huiuſmodi compulſio fieri. de quo dic vt dicam in d. c. ſicut ex literis. art. 12.

7 ¶ No. octauò, ꝙ ad compellendum † ſponſam ut obſeruet, quod promiſit, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, qui per excommunicationem poterit ad hoc compellere. Sed dicit hic D. M. ſe putare, quod vbi non verteretur dubium de ſponſalibus poſſet adiri etiam ſecularis, ſicut ratione iuramenti. c. licet. de iureiuran. in 6. & per notata per Bar. in l. Titia diuortium. ff. ſol. matr.

¶ Nonò colligit hic D. Anto. dicens eſſe hic caſum, in quo iudex eccleſiaſticus ratione peccati cõmittendi, vt prouideat ne committatur, poteſt exercere iuriſdictionem ſuam, vnde poteſt prouidere non ſolum vt quis non ſtet in peccato, ſed etiã prævenire, quando dubium eſſet de peccato committendo. vnde dicit conſuluiſſe, quòd ſi hæres vſurarij eſt infans vel pupillus, ita quòd non poſsit peccare, tamen ne procedente tempore detur initium ad peccandum, poteſt contra ipſum ex officio procedere, dixi in c. cum ſit generale. ſupra de foro competen. ſuper glo. fi. prope finem.

8 ¶ No. decimò, quòd † periculoſum eſt venire cõtra proprium iuramẽtum, nam ſi eſt licitum debet ſeruari, vt in c. ſi verò. ſupra de iureiu. & per totum. Si vero eſt dubiũ, an ſit licitum, nõ debet quis contrauenire propria auctoritate. c. venerabilem. ſup. de elec. & maxime quia poſſet incurrere infamiam, ad quod vide quæ tradũtur per Legiſtas in l. ſi quis maior. C. de tranſact.

¶ No. vndecimo practicam ſententiandi in cauſa matrimoniali, quando agitur ſuper ſponſalibus de futuro adimplendis. Eſt enim pratica, quia in libello petitur, quòd accipiat illum virum & maritali affectione pertractet.

9 ¶ No. duodecimo, quod † ſponſalia ſoluuntur ex cauſa rationabili, & quæ ſint iſtę cauſæ, Hoſtien. & Zab. hic dicunt quod iſtis verſibus continentur.

Crimen, diſſenſus, fuga, tempus, & ordo, ſecunda
Morbus, & affinis, vox publica, cumque reclamant.
Quilibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.

¶ De quibus caſibus & alijs plurimis dicam inf. eod. cap. is qui. artic. 30. vel 39.

No. decimotertio caſum, in quo quis præcisè cõpellitur ad factum, & ratio duplex ſimul iũcta, quia verſatur peccatum, & non cadit intereſſe, tradit Dominus meus. in cap. 1. ſup. eo. dicam latius in c. ſicut ex literis. inf. eo. art. 11. & 12.

10 ¶ No. vlt. ibi, maritali, quòd † eccleſia nõ ſolùm aſtringit ad contrahendum matrimonium, ſed vt maritali affectione vxor pertractetur. dicam infra eod. c. is qui fidem. arti. 30.

¶ In glo. prima in princ. allegat concordantias, deinde dupliciter opponit & ſoluit.

¶ In fi. glo. dic, intelligitur ergo glo. quòd patres promittendo pro filijs, quòd contrahant matrimonium, &c. videntur promittere ſe facere & curare bona fide, quòd filij contrahant matrimonium, & ideo proprium factum, & nõ alienum videntur promittere, & ſic cum ad proprium factum teneantur, merito non poſſunt ancipites incurrere periu-

rium, cum ad proprium factum teneantur.

¶Sed aduerte, quia per prædicta nõ videtur tolli contrarium d.l.ſtipulatio iſta. §.alteri.ff.de verbo. oblig. vbi ex promiſsione facti alieni quis non obligatur, niſi expreſſe promittat ſe acturum & curaturum, &c. l.quotiens.ff.de verbo.obli.ita, & æquitas iuris cano. hoc inducat. ſed hoc non placet D. M. eo quòd prædicta theorica non probatur aliquo iure. facit l.illam. C.de colla. niſi forte ratione adiun-
11 cti iuramenti, quia † iuramentũ facit valere actum eo modo quo valere poteſt. continet enim clauſulam, quod ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de le.2. faciunt not.in c.quanto, & in c.ad noſtram. ſup.de iureiur.pro quo dicto allego quod ſingulariter tradit Barto.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. & Ioan.de Imo. poſt eum in c.2.inf.de fideiuſ. in verſ.tertio caſu, vbi ſingulariter volunt, quòd quando fideiuſſor ſe obligat cum iuramento, ſi talis obligatio tanquã fideiuſſoria non tenet, talis tũc obligatur tanquam expromiſſor, hoc eſt tanquam principalis. dicit tamen D.M. quod hoc videretur æquiſsimum ſeruare in omni materia canonica, vt talis promiſsio facti alieni valeret, intellecta, vt ſupra dixi, quòd aget & curabit, &c. pro quo dicto facit quod no. 1.q.2. cap.quotiens cordis oculus. & de materia talis promiſsionis ex parte parentum vel aliorum promittentium in ſponſalib. pro alijs celebratis, dicam latius inf.artic.ſecundum ordinem ſup.in rub.31.

¶Glo.ſuper verbo, quam filij ſub iuramento.in princip.oppo. & ſoluit, deinde format q.in verſ.hic poſuit. & arguit tripliciter ad partem affirmatiuam, deinde arguit in contrarium, deinde ſoluit ponendo duas opiniones, & contra ſecundam opinionem opponit, quam oppoſitionẽ fortificat per rationem & probat per duo ſimilia, deinde prope fin. ſoluit.

¶In ea.glo.ibi, ſi in emptione.§.ſi emptio. vbi dicitur quòd ſi vẽdidi Sticum aut Pamphylum, licet in poteſtate mei debitoris eſſet dare quem vellem,
12 per ea quæ dixi in obligatione alternatiua † in cap. 1.ſupra de plus peti. tamen vno mortuo compellor ad alium.

¶In ea.glo.ibi, ſi quis cautionibus. §.vltimo. dic vbi qui promiſit ſiſtere aliquem in iudicio, ſi prohibitus tempeſtate vel vi fluminis non uenit, excuſatur, niſi ſe arctauerit ita quod culpa poſsit ſibi imputari, & ſic iſte ſe videtur arctaſſe, quia propter copulam contracta eſt affinitas cum alijs ſororib.ſuis, in primo gradu, & per conſequens non poteſt cum alijs contrahere.

¶In eadem glo.ibi, ſed contra verum eſt, dic, & iſta fuit opinio Goff.in fi.glo.dic.

¶No. ex princ. iſtius glo.in quantum dicit ad ſolutionem contrarij in princ.inducti, quòd iuramentum obligauit iſtos impubes ſi erant doli capaces. ex hac enim glo.colligitur notab. limitatio ſeu extenſio ad authenticam, ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus vendi.quæ vult quod ita demum puberes alienantes ſine decreto excludantur à reuocatione rei alienatæ, ſi ſacramentum præſtiterunt.quòd tex. ille, licet loquatur de puberibus, tamen habeat locũ etiam in impuberibus, dummodo ſint doli capaces. Sed quia iſta non eſt materia noſtra, utrũ hoc ſit verum, vide per Legiſtas in d.authen. & per Hoſtien. & Io. An. & Docto. & maxime Io.de Imo. in repe.c.cum contingat.ſup.de iureiur.

¶No.2. ex glo.quantum ad q. Laurentij forma tam in glo.duas opiniones. prima eſt, quòd iſte nõ cogitur illam ducere in vxorem, quia cum iſta nunquam fuerunt ſponſalia contracta, & hanc opinionem tenet hic Innoc.

¶Secunda opinio eſt, quæ fuit Goffr. cũ qua gl. videtur reſidere, quòd iſte cogitur contrahere ſeu ſequi matrimonium cum iſta cognita, non virtute ſponſalium, quia ſemper fuerunt nulla, eo quòd ſponſalia non cõſiſtunt ex ſolo conſenſu vnius partis, ſed cogitur virtute iuramenti. Nam ſi alias diceremus eſſe contracta ſponſalia, ſequeretur quòd nullam ducere poſſet, eo quòd altera propter aliã prohiberetur propter pu.hon.iuſtitiam, & ſequitur hic Io.And.

¶Tertia opinio fuit Hoſt. licet vario modo loquatur, dicentis quòd ipſe cogitur. mouetur, quia
13 copula † ſuperueniens declarauit ſponſalia dubia, & eodem momento fecerit illa tranſire in matrimonium, per c.is, qui fidem, infra eo. Do. Ant. hic primo videtur tranſire cum prædicta opi. Hoſt. deinde cum opinione Io. An. Dom. meo plus placet opi. Hoſt. quia ſponſalia tranſeunt in matrimoniũ per carnis copulam: nam tam virtute ſponſalium, quam ex præſumpto conſenſu, per d.c.is, qui fidẽ. Nam ex quo iurauit vnam ducere, & poſtea vnam cognouit, ſatis videtur illam elegiſſe, & in illam cõſenſiſſe. Vnde in dubio non debemus præſumere duplex peccatum, videlicet ſtupri, & periurij, & quia in dubio in fauorem matrimonij iudicandũ eſt.c.licet ex quadam. ſupra de teſtibus. & c.fi. de re
14 iudi. & interpretatio † debet fieri in dubio, vt euitetur peccatum.c.2. infra de reg.iu. ad quod etiam poteſt accedere, quia in dubio nemo præſumitur velle delinquere.c.1.ſupra de ſcrutinio. & in l.mei to.ff.pro ſocio. Aduerte tamen, quia prædicta non tollunt contraria, in quantum volunt quòd ſponſalia incerta non teneant, & non poſsint conſiſtere ex parte vnius. vnde quæſtio eſſet ſatis diſputabilis, dicam de ea latius in c.ſicut, infra eo. art.13.princ. vbi expediam duas alias qq. quas hic tractant Doc.
15 Quarum vna eſt, quid iuris ſi vnus promiſit † iuramento accipere vnam puellam in vxorem de omnibus puellis mundi, & deinde cognouit aliquam, vtrum poſsit cogi ad tenendam ipſam in vxorem, vel ad contrahendum cum alia? Alia q.eſt, quid ſi iurauit accipere vnam ex decem puellis præſentib. inuicem cõſanguineis vſque ad quartum gradum in vxorem quam elegero, & omnes reſpondeant q eis placet, & ſimul iurant, & deinde ipſe cognoſcit vnam, quid iuris, videamus in d.13.art.

¶In glo.ſuper verbo, monitis. in fi. dic, vt latè dixi in c. perpendimus. infra de ſententia excom. artic.25.q.22. ſupra de dilationib. in Rub. ar.47.

¶Gl. ſuper verbo, cõpellas. in principio format contrarium d. c. requiſiuit. & dupliciter ſoluit, & vtranque ſolutionem reprobat vſque ad verſ. ſed quomodo poteſt. in quo ver.glo.format aliud contrarium contra tex. & ſoluit, & ſolutionem proſequitur vſque ad verſ. hoc ius quidem cõmune eſt. in quo ver.glo.redit ad ſolutionem primi cõtrarij.

¶In ea. glo. ibi, finaliter. dic. i.præcisè.

¶In

¶In ea.glo.ibi, quia excommunicatio eſt medi-
16 cinalis. dic, nam & pro futuris culpis poteſt † excõmunicatio ferri, ſi eſt aliqua dubitatio de præſenti. c.Romana.§.caueant. de ſententia excom.in 6.

¶In fi.glo.dic, ex hac glo. quatuor colliguntur ſolutiones ad c.requiſiuit, vbi dicitur quòd ſi ſponſus vel ſponſa præciſe deſiſtit & non vult contrahere matrimonium cum ſponſo, potius eſt monenda, quàm compellenda, & ſic non videtur præciſe compellenda. ¶Circa quod contrarium Doct. tenent tertiam ſolutionem, quę ponitur ibi, caſus tamen poteſt eſſe, videlicet quòd ex cauſa eccleſia non cõpellit, puta ſi forte ſponſus ita abhorret ſponſam, vel econtra, quòd ex inuitis nuptijs vehementer præſumentur futurum ſcandalum, nam tunc eccleſia debet ſuſtinere minus malum, ut maius euitetur, arg.c.duo mala. 13.d. & hanc ſolutionem tenet gl.27.q.2.cap.ex his. & Hoſt. in d.c.requiſiuit. vbi hæc ſolutio ex ratione ibi aſsignata in tex. videtur
17 velle probare. Et no.ex gl. primò q eccleſia † non ſolum impedit ſe de peccato laici poſtquam illud commiſſum & perpetratum eſt, ſed etiam ante, vt peccatum euitetur, quia melius eſt ante tempus occurrere, quã poſt vulneratam cauſam remedium quærere.l.fi.C.de in integ. reſtitu. & quia, vt dixi, etiam pro futuris culpis ad obuiandum illis poteſt excommunicatio ferri. Item poſſet etiam reſpondẽri ad contrariũ, quod gl.fecit de excommunicatione ſecundum D.M. quia cum iſte purè promiſerit illam ducere in vxorem, ſtatim fuit obligatus ad ducendum illam.l.in omnibus.ff.de reg.iu. ergo peccat talis ſponſus, ſi requiſitus vt contrahat matrimonium, ſine cauſa differt illud contrahere. facit l.ſæpe.ff.de ſponſalibus. & quod not.in c.præterea. infra eo. Compulſio ergo quæ hic fit, fit ratione inſtantis promiſsionis, vt illa ſeruetur. & ſic non tantum ratione mali euitandi. Et de intellectu d.c. requiſiuit, dic, vt ibi dicam. & de compulſione ad matrimonium, an & quando quis poſsit cogi ad contrahendum matrimonium, dicam in c.ſicut ex literis. infra eo. art.13.

18 ¶Item no. ex glo. de dictione verbi, † potius, quæ poteſt exponi. i. prius: quod poteſt facere ad interpretationem ſtatutorum.

¶Poſtremò iuxta premiſſum ordinem in Rubrica ſupereſt vt hic examinemus decimum & decimum primum articulos.

¶Decimo igitur principali art.tractandum eſt,
19 vtrum quis teneatur † contrahere matrimoniũ eo quòd ſibi magis expediat, quàm non expediat, & ſic vtrum in matrimonio maior verſetur vtilitas.

¶Circa quem videtur primo dicendum, quòd expediat contrahere matrimonium, & quòd ſit in præcepto. dicit enim Auguſtinus in lib. de bono coniugali, tranſumptiue 32.q.1.cap.nuptiarum. Nuptiarum bonum ſemper quidem bonum eſt, quod bonum ſemper in populo fuit. ſi ergo bonũ, ergo quilibet ad illud inuitari debet, & promptus eſſe, quia omnis ars, omnisq; doctrina ſimiliter & actus & electio bonum eſt, bonum quoddam appetere videtur, &c. vt inquit Philoſophus 1.Ethicorum. & ſubdit Augu. in d. loco, quòd contrahere matrimonium aliquando fuit legis obſequium, videlicet, quando frater in veteri teſtamento debebat ſuſcitare ſemen fratris. 8.q.1. c.olim. & hoc ſpecialiter erat præceptum. Sed ratione propagationis ſobolis etat præceptum generaliter, vnde maledictus dicebatur, qui non dimiſerit ſemen ſuum ſuper terram. 32.q.4.§.his ita. & q.2. c.pudor. ad idẽ facit quod habetur primo Geneſis, dum dicitur, Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, de quo dixi in c.ſponſam. ſupra eo. art. 6. Et ſic cum Deus locutus fuerit per plura verba imperatiui modi, per cõſequens matrimonium videtur eſſe in præcepto.

¶In contrarium no. facit tex. 32.q.1. c. nuptiæ. vbi dicit, Nuptiæ replent terram, virginitas paradiſum. ſed lõge magis præſtat vita æterna quàm prolis quęcunque quantitas, vt Matth. 16. & Lucæ 9. & in cap. Matthæus. inf. de ſimonia. vnde dicimus,
20 q † vita contẽplatiua longe præſtantior eſt quàm vita actiua. c. cum Marthæ. de celebr. miſſ. ad quod vide quod latius dicam in c. commiſſum. infra eo.

¶Sol. Hoſt. in d. c. commiſſum. quem ſequuntur Io. And. & Henr. Boic in q. prædicta, vtrum magis expediat nubere, vel non. diſtinguit q aut quęritur de obligato ad matrimoniũ contrahendum, vel de non valente continere, & tali tutius eſt nubere, & reddere domino iuramentum, quàm non nubere, & quàm etiam religione intrare, vt d. c. cõmiſſum. & ſic eo caſu expedit nubere. 28.q.1. c.ſic enim. ſecundũ Goffr. Hoſt. & Io. And. Aut quęritur de homine non obligato ad matrimonium contrahendum, ſed facilius aſpirare ad regna cęlorũ, & volente continere, & tali propter ſarcinam matrimonij euitandam non expedit nubere, 33.q.5.c.tunc ſaluabitur. & c.ſequenti. & 32.q.7. c.omnis. Et for-
21 tius † obligato ad religionem non expedit, non reddito voto, contrahere matrimonium carnale, licet contractum teneat, vt infra qui clerici vel uo. c.conſuluit. Quinimmo nec etiam matrimonium ſpirituale, licet poſt votum Deo redditum, ipſum matrimonium ſpirituale ſecurius aſſumatur, vt ſup. de voto. c.per tuas. Et ego in hac materia non intendo inſiſtere, eo quod de comparatione virginitatis ad matrimonium, & econtra, quantum altera alteri præſtet, ſatis colligi poteſt ex his, quæ dicuntur 32.q.1.c.nuptiarum. & c.nuptiæ. & per beatum Aug. in libro de bono virginali. & in libro de bono coniugali. & in libro ſeu epiſtola ad Iulianã de ſancta viduitate. & no. per Hieron. in epiſtola ad Euſtochium virginem. & per Franciſcum Barbarũ Venetũ in libro de re vxoria. Hoc tamen adiungo, quòd ſi nuptiæ non eſſent, & prolis procreatio, non video de quibus virginibus Paradiſus impleri poſſet; ac etiam illud affirmo, quòd non tranſeuntibus ad religionem, in ſeculo viuentibus, nec vouentibus, nec ſeruantibus continentiam longe magis expedit matrimonium contrahere, quàm ſine vxoribus viuere, & experientia rerum omnium magiſtra nullum in ſeculo vitam laicalem ſine vxore trahentem ad ſenium prouectum vidit, niſi calami toſum, erumnoſum & grauiſsimis infirmitatibus ac doloribus oppreſſum, & cum maxima infamia, atque dedecore, & animi moleſtia, & hominum atque magis mulierum blaſphemia diẽ ſuum obijſſe. ſtantes enim in ſeculo, & vitam laicalem ducentes ex bono coniugali, permaximos, & vberrimos fructus conſequuntur, fidem, prolem à ſacramentum,

& alios admirabiles fructus & effectus, de quibus dicam in c. is qui fidem. infra eod. in 29. vel 30. artic. principali.

¶ Vndecimo principali articulo tractandū eſt,
22 vtrum † quis poſsit inuitari ad ſponſalia vel matrimonium ſpe premij.

¶ Circa quem dic, q̄ ſi queritur de ſponſalib. dicendum eſt, quod in illis p̄t pecunia interuenire, vt eſt tex. in c. de illis. infra de condi. appo. vbi patet quòd hæc conditio, accipiam te in vxorem ſi tantam pecuniam mihi donaueris, dicitur honeſta: quia, ſi non eſſet honeſta, ſponſalia non fuiſſent ibi ſuſpenſa, prout ibi ſuſpenduntur. ¶ Sed prædicta conditio fuiſſet habita pro non adiecta, vt in c. fin. infra de condit. appo. ¶ Sed aduerte, quia in contrariū fortiter obſtat l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de verb. obli. vbi tex. nobiliter dicit, q̄ ſi mulier ſtipuletur à viro centum ſibi dari, ſi ſibi nupſerit, non valet ſtipulatio tanquam inhoneſta, & idem dicit ecōtra ſi vir ſtipuletur à muliere, & hoc ne videatur propter libidinem dediſſe centum, ſeu matrimonium contraxiſſe. hoc contrarium format D. M. in d. c. de illis. & dicit illud difficile, & non tactum per Doct. ſed contrarium infra apparebit. & ſoluit D. M. quòd tex. in d. c. de illis, poteſt intelligi quando vir vellet ſibi dari centum in dotem, nam hoc licitum eſt, vt ſtatim dicam; ſecus ſi cauſa libidinis promitteretur, quia reprobatur, vt in contrario. facit l. fin. ff. de act. & obl. ¶ Quare occaſione dotis nō annullatur talis conditio, vt d. c. de illis, nec contrarium de §. ſi tibi nupſero, quia eſſet contra totum ti. ff. & C. de iure dotium. nec etiam in d. §. ſi tibi nupſero, ſimpliciter reprobatur prædicta ſtipulatio, ſed dicit tex. quòd cauſa cognita eſt an-
23 nullanda. Quare Bar. ibi dicit, quòd † ſi nobilis cō traheret cum plebeia, non eſſet inhoneſtum quòd mulier aliquid promitteret viro in recompenſationem nobilitatis, quia tunc ceſſat cauſa libidinis, & idem, vt arbitror, ſi ſubeſſet alia ſimilis cauſa, puta nimiæ deformitatis, vt quandoque contingere vidi, aut alterius defectus, ſeu forte pacis reconcilian dæ, ſecundum Bar. in d. §. ſi tibi nupſero. iuncta gl. in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſ. & ſequitur Ange. in l. 1. C. de condit. inſtitu. Et hæc procedunt, quando alter alterum inuitaret ad ſponſalia ſpe p̄mij. Sed per tertium poteſt quis inuitare ſpe lucri ad ſponſalia ceſſante cauſa inhoneſta, vnde ſi mulier ſtipulatur aliquid ab vno tertio, ſi alteri quàm promiſſori nupſerit, valet, arg. l. vter ex fratribus. ff. de condit. inſti. & d. l. 1. C. de inſti. & ſubſtit. vbi habetur quòd quis poteſt induci ad contrahendum
24 matrimonium ſpe præmij. Vnde poteſt † teſtator inſtituere vel relinquere alicui ſub conditione, ſi matrimonium contraxerit cum tali, ſed metu pœnę non poteſt quis induci. c. Gemma. infra eod. & ibi dicam in 20. artic. Et ſimiliter ex iuſta cauſa poteſt etiā à proprio viro inuitari, vt dixi, & à tertio ſimpliciter, dummodo inter tales poſsit cadere matrimonium, vt ſentit Bart. in d. §. ſi tibi nupſero. & Ang. in d. l. 1. & hoc modo procedit tex. in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demon. vbi tex. ſimpliciter vult, q̄ quòd ad matrimonium contrahendum poteſt quis induci ſpe p̄mij, licet non poſsit metu pœnæ. & hoc etiam tenet ibi Pau. de Caſt. qui formāt prædictum contrarium d. §. ſi tibi nupſero. ad d. l. Titio centum. §. 1. quod ſupra fuit formatū per per D. M. Si vero loquimur de matrimonio, idem videtur dicendū, quòd poteſt quis inuitari ad matrimonium ſpe p̄mij, vt poteſt ex ſupra dictis colligi, & tenet glo. 1. in c. quicquid. 1. q. 1. & ſic patet quòd pro matrimonio contrahendo poteſt dos cō ſtitui, & etiam donatio propter nuptias, vt patet. ff. & C. de iure dotium. per totum. & C. de dona. propter nupt. ¶ In matrimonio ergo contrahendo eo modo poteſt interuenire pecunia, licet matrimonium ſit maximum ſacramentum. Nam talis pecu-
25 niæ datio † potius dicitur onus quàm præmium. 33. q. 2. cap. honorantur. facit 16. q. 1. c. decimæ. & quod in fin. dicitur in l. ſi remunerandi. ff. mandati. Et ſi tu quæris, quare in hoc ſacramento potius quam in cæteris pecunia poteſt interuenire. quidā dicunt propter onera matrimonij, & hoc tenet Archid. in d. c. quicquid. 1. q. 1. dicens quod pro ipſo ſacramento non datur pecunia, ſed pro onere matrimonij ſuſtinēdo datur dos viro à muliere, quod licitum eſt. ¶ Sed gl. in d. c. honorantur. dicit quod ex prædicta ratione dici poſſet quòd pro ingreſſu monaſterij poſſet recipi pecunia propter onera, quæ ſuſtinebit monaſterium pro recepta in monialem. & ideo dicit glo. quòd alia eſt ratio, videlicet
26 † quia in ſacramento matrimonij non confertur gratia Spiritus ſancti, ſicut fit in alijs. 1. quæſtio. 1. c.
a multi. c. ſunt. & c. quidquid. [a] Subdit tamen gl. præ dicta, quòd etiam in veteri lege in multis erat prohibitus interuentus pecuniæ, in quibus non confe rebatur gratia, vt in emptione ſepulturæ. 13. q. 2. c. poſtquam. ſubdit tamen dicta glo. quòd pro matrimonio non poteſt dari pecunia, quoniam matrimonia nō debent eſſe venalia, ad quod vide quod dicam inf. eo. c. Gemma. art. 20. ¶ Sed pro oneribus matrimonij poteſt pecunia interuenire, & dos conſtitui, l. pro oneribus. C. de iure dotium. quoniā matrimonium multis calamitatibus opprimitur. C. de impon. lucra. deſcri. l. fi. lib. 10. vide quod dicam in cap. is qui fidem. infra eod. artic. 29.

a *Quod tamen eſt ho die cor rectiū, vti apo ſtil. ad d. glo.*

¶ Sed in ſpiritualibus pecunia interuenire non poteſt. 1. q. 1. c. quam pio. & ſupra de pactis. c. fin. & ſequitur Enricus in c. de illis. infra de ſponſalib. vnde etiam ſpe lucri non videtur poſſe inuitari mo
27 naſterium † ad recipiendum aliquam in monialē. & ideo ſi teſtator reliquit monaſterio monialium centum ſi talem receperit in ſororem, refert Bart. in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demon. quòd cum moniales vellent recipere illā, & habere centum, quidam magnus Doctor conſuluit, quòd nō poſſent, quia inuitare ad lucrum vt recipiant illam in ſororem, eſt ſimonia, vt not. in cap. non ſatis. infra de ſimonia. & licet inſtitutio vel legatum teneat, tamen non tenet talis conditio vel modus reijcitur.

¶ Non obſtat quod hoc ſit licitum in matrimonio, vt dixi: quia licet matrimonium ſit res ſpiritualis, tamen ſit ſub ſpe lucri, quod non reperitur fieri poſſe in alijs ſpiritualibus ſecundum præfatū Doc. Sed dicit Bart. hoc non eſſe verum, quia quando
28 conditio † de ſe eſt turpis, tunc reijcitur, vt l. obtinuit. ff. de condi. & demon. & l. 1. & l. conditiones. ff. de condi. inſti. Sed quando conditio de ſe eſt honeſta,

neſta, ſicut eſt aliquam recipere in monialem, quāuis ſit turpe inuitare illam ad hoc ſpe lucri, adeo q̄ per viam legati vel inſtitutionis ſi inuitaretur, non teneret, arg. notatorum in ſi. in l. illæ autem inſtitutiones. & quod ibi nota. in glo. ff. de hæredibus inſtituen. Vnde dicit Bart. quòd cautela eſt, quam tradit gl. in d. c. non ſatis. videlicet, quòd teſtator dicat, ſi tales moniales receperint talem in ſororē, tunc relinquo eis centum, quia tunc non videntur inuitari ad lucrum, nec eſt ſimonia, ſecundum Bar. Sed idem Bar. in l. vxorem, §. hæres. in fi. ff. de leg. 3.
29 videtur velle, quòd ſi † onus de recipiendo aliquā in monialem apponatur per viam modi, puta teſtator reliquit centum monaſterio vt recipiant aliquam in monialem, tunc non vitietur legatum, ſed modus, & quòd poſsit legatum peti, & illam non recipi in monialem, ſicut ſi tibi lego centum vt aliquem adoptes in filium, quia tunc non tenet onus de adoptando, & tamen debetur legatum, vt d. l. vxorem. §. hęres. in fine. Sed Bal. in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & in l. 1. C. de his, quæ pœnæ no. q. 5. tenet quod valeat relictum, ſi relinquitur monaſterio ſub conditione ſi aliquam receperint monialem, quia tale relictum videtur potius continere quandam piam elemoſinam, quam ſimoniam, & ſic etiam recitando ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. 1. & ideo tenet quòd vtroque caſu legatum valeat, nec vitietur onus, immo niſi impleatur, non poteſt monaſterium aliquid petere, dicens quòd hoc fit potius cauſa pietatis, & ex quadam liberalitate, quàm cauſa committendi ſimoniam, & quòd legatum potius cenſetur relictum mulieri ingredienti, quàm ipſi monaſterio, vt l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vbi relictum pro dote factum genero cenſetur factum mulieri, & ſic in caſu noſtro per mulierem cenſetur venire ad mona ſterium, ſicut per vxorem cenſetur venire ad mari-
30 tum, & ſic vult quòd ipſa † ingrediens dando ſine aliquo pacto præcedente non cōmittat ſimoniam, quia dat ex liberalitate. Secus ſi præcederet pactio, vt no. in d. c. non ſatis. & hoc magis eſt in vſu ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. Titio centum. §. 1. Sed tu vide ſecuriorem modum ſeruandum, de quo dixi in d. c. non ſatis. ¶ Dicit tamen Pau. de Caſt. quòd in hac materia ſunt conſiderandi tres caſus.

¶ Primus, quando relinquitur alicui ſi ingredia tur monaſterium, & non aliter, & hoc caſu Bar. in conſi. quod incipit, Domina Mita, conſuluit quod iſta conditio reijcitur, quia inducit viduitatem, & ſic cōtra publicam honeſtatem, nā perinde eſt, ac ſi fuiſſet relictum, ſi non nupſerit. Item, quia arctat mulierem ad perpetuam manſionem in certo loco, & ſic aufert ſibi libertatem, vt d. l. Titio. §. 2. Sed dicit Pau. quod miratur de dicta deciſione, & credit quod male conſuluerit, quia non obſtat prima ratio: nam licet inducat viduitatem temporalem, tamen inuitat ad contemplatiuam, & ideo nō debet reputari contra rempu. quoniam animarum
31 ſalus † præferenda eſt corporibus. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. & in cap. Matthęus. infra de ſimonia. tunc enim reprobaretur, quando induceretur ad non nubendum temporaliter, nec ad ingreſſum religionis, quia talis eſſet vita beſtialis, vt ſupra dixi art. 10. quoniam vna, vel alia vita eligenda eſt, niſi ſubſit iuſta cauſa. ¶ Non obſt. 2. ratio, quia tollitur fauore religionis.

¶ Secundo modo poteſt relinqui econtra, ſi monaſterium non ingrediatur, ſed nubat ſeculo, & in hoc Bal. in l. cui ita relictum. ff. de condi. & demon. tenet quòd iſta conditio reiiciatur, quia inducit viduitatem ſpiritualem generaliter. Sed ſpecialiter non reijceretur, puta ſi relinqueretur, ſi tale monaſterium non ingrediatur, arguendo de ſpirituali matrimonio ad carnale, vt ibi traditur: quia non minus eſt priuilegiatum ſpirituale quàm temporale, ſeu carnale. facit bonus tex. in Auth. de ſanctiſſimis epi. §. ſed hoc de præſenti. vbi dicitur, q̄ quando relinquitur ſub conditione, ſi nupſerit, quòd licet non nubat, ſed tamen ingrediatur monaſterium, perinde cenſetur ac ſi nuberet. & ratio eſt, quia lex præſumit quòd ſi teſtator cogitaſſet ipſam debere ingredi monaſterium, non appoſuiſſet hāc conditionem. Vnde ſolum præſumitur appoſuiſſe, ne mulier ſtet neutralis, quia nec ſeculo, nec Deo nubat, quod eſt improbabile, vt dixi. Sed ſi conſtat de intentione teſtatoris, quòd non vult ipſam habere relictum, niſi nubat in ſeculo, dicit Pau. q̄ nulla reperitur lex quæ prohibeat hoc: licèt enim reperiatur conditio, ſi non nupſerit ſeculo, tanquam contraria reipu. non tamen reperitur prohibita iſta conditio, ſi non nupſerit Deo, ſeu ſi monaſterium non ingrediatur, & ideo poſtquam conſtat de intentione teſtatoris, non eſt locus dicto §. ſed hoc de præſenti. qui procedit præſumptiuè, & ideo ſi ingrediatur non habebit relictum, & hoc vi detur fuiſſe de mente Iac. de Beluiſo in quadam diſputatione, vt refert Bal. in l. Deo nobis. poſt princ. C. de epiſc. & clericis. Et per prædicta reſpondetur ad q. quæ reſultat ex tertio modo legandi, puta ſi
32 teſtator legat filiæ mille, ſi nupſerit: † Si verò ingrediatur monaſterium, legat ſibi trecenta. illa ingreditur monaſterium, & vult habere mille ac ſi nu pſiſſet, vtrum debeat habere. & videtur dicendum quòd ſic, arg. l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit. & demon. Vnde ſine dubio conditio illa, ſi non ingrediatur monaſterium, reijceretur, ſicut illa, ſi non nupſerit temporaliter, & iſtam partem tenuit quidam Thomas de Formagninis, vt refert Io. An. in additio. Spec. ſuper Rub. de conuer. coniug. & idē tenet Bar. in l. 1. ff. de his quæ pę. no. vbi dicit, quòd ſiue illud detractatum de quantitate maiori ſit pœna, ſiue ſit cauſa reijcitur, vt d. §. ſed hoc de præſenti. & ratio eſt, quia nec cauſa impeditiua vitæ contemplatiuæ debet admitti: forte enim mulier ducta timore ne perderet mille citius nubet, quàm ingrediatur monaſterium. Sed Bal. in d. l. Deo nobis. ſequendo Iac. de Bel. tenet contrarium. & hanc opinionem conſulendo fuit ſecutus Pau. de Caſt. in d. l. Titio centum. §. 1. per rationem ſupra aſſignatam per eum, quia nō reperitur hoc prohibitum. Quidam tamen dicunt q̄ immo reperitur prohibitum, quia retrahit ab ingreſſu religionis, & ſic à uita contemplatiua. ſed opi. Iac. plus placet Pau. ne voluntates defunctorum defraudentur, & quia iuſtum & æquum eſt, quòd plus habeat mulier ſi nubat in ſæculo quam ſi ingrediatur monaſterium, prout communiter tota die videmus obſeruari, & prædicta notabis, quia quotidie contingere poſſunt de fa

cto. Bar. tamẽ in d.l.1.ff.de his,quę pę.no. dicit quòd forma ſecura eſt, quòd teſtator dicat, relinquo filiæ meæ centum, & illi qui eam duxerit in vxorem relinquo ducenta, vel trecenta, &c.

¶Nam ſub hac forma valebit, quia monaſteriũ non poteſt capere niſi centum, quia nec ſibi, nec mulieri alia ducenta vel trecenta ſunt debita, ſed illi qui eam duxerit in vxorem. facit quod notatur in d.l. Titio centum. §.1. ¶ Conſuluit tamen Bar. quòd teſtator addat vnum, videlicet quòd id quod relinquit illi qui eam ducit in vxorem debeat cedere in augumentum dotis: quia, ſi talia verba non adiungerentur, maritus ſibi præcipuum, & vt proprium retineret.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia nulli eſt deneganda.*
2 *Filius in ſpiritualibus poteſt agere contra patrem.*
3 *Penſionem quinque ſolidorum non ſoluens non potest excommunicari, nec eccleſia interdici.*
4 *Practica procedendi ſuper notorio.*
5 *Patria propter exceſſum principis eccleſiaſtico interdicto ſubijci poteſt.*
6 *Prouinciarum appellatione quid veniat. & nu.* 10.
7 *Interdictum qualiter ferri poſſit.*
8 *Monitio an & quando præcedere debeat interdictum.*
9 *Officiorum diuinorum appellatione quæ veniant.*
11 *Prohibitum ad tempus, an & quando poſt tempus permiſſum ſit.*
12 *Dictio donec, eſt temporalis.*
13 *Celebrans pendente ſuſpenſione à diuinis, an ſit irregularis.*
14 *Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, quomodo differant.*
15 *Interdicto quæ non ſubijciantur.*
16 *Peccatum conſummatum generat mortem.*

CAP. XI.

NON EST VOBIS. Pater compellitur per cenſuram eccleſiaſticã reſtituere filio eius uxorem quam iniuſtè retinet. hoc dicit.

¶Primò narrat factum.

¶Secundo prouidet, ibi, nos itaque. & dicit Hoſtien. quòd hoc c. eſt pars c. nõ eſt vobis. ſup. de reg. Sed Io. An. dicit quod eſt falſum, & bene, vt patet ex ſubſcriptione, quia illud c. dirigitur prælatis Gallicis, & iſtud dirigitur prælatis Anglicis.

¶Præterea nulla eſt conformitas in caſus contingentia. in tex. ibi, Rex, dic, ſcilicet Enricus pater Enrici iuuenis, & primo geniti, cũ quo habuit magnam diſcordiam, & Ricardi & Ioannis filiorum ſuorum. & ibi, terminum, dic à uobis iam ſtatutum vel ſtatuendum. & ibi, fuerint, dic, ſcilicet vxores illæ. & ibi, baptiſma. dic, & criſma. inf. de ſententia excom. c. reſponſo. & ibi, paruulorum, dic etiã adultorum, vt in c. quoniam. de ſententia excom. in 6. & ibi, pœnitentiam. dic, etiam viuorum & ſanorũ,
1 quia nulli eſt deneganda pœnitentia, † vt in c. quod quidam. infra de pœnit. & remiſs. & in cap. fin. de pœn. diſt. fin.

¶No. primò, quòd licet pater habeat filium in poteſtate, non tamen poteſt inuito filio detinere eius vxorem, quia quantum ad iſta ſpiritualia non cõſideratur patria poteſtas. Item quia filius caſtrenſia poteſt liberè tractare & adminiſtrare etiam inuito patre, vt ff. de caſtr. pec. per totum, quanto magis ſpiritualia. Vxores enim debent eſſe penes viros, & illos ſequi, & non ſunt in adminiſtratione patrimonij, vt in l. in copulandis. C. de nup. dicam in c. is, qui fidem. inſ. eo. art. 29. & dos etiam debet ibi eſſe, vbi eſt onus matrimonij, vt in c. de prudentia. infra de don. inter vir. ſecundum Dy. in l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matrim. §. tranſgrediamur. & ſequitur hic Pe. de Ancha.'

2 ¶No. ſecundo, † quòd in iſtis ſpiritualibus filius poteſt agere contra patrem, licèt ſecus ſit in profanis, vt l. lex nulla. ff. de iudici. & probatur in c. ſi annum. de iudicijs. in 6.

¶Aduerte tamen, quia gl. 33. quæſtio. 4. cap. dicam. & glo. penult. in c. fin. de iud. in 6. voluit quòd de iure cano. filius regulariter etiam pro omnibus profanis poſsit eſſe in iudicio contra patrem, per c. quæritur. 2. q. 7. & ſequitur Gaſp. Cald. quod non placet D. M. nec etiam mihi.

¶Nec obſtat d. cap. quæritur, quia debet intelligi, quando ſubeſſet peccatum, & iſta fuit opin. Io. de Fantu. in d. c. quæritur. vnde, quando non ſubeſſet peccatum, remanet diſpoſitio iuris ci. vt d. l. lex nulla. Quinimmo filius non poteſt eſſe in iudicio contra alium ſine patris conſenſu. l. cum oportet. & l. cum non ſolum. C. de bonis, quælib. & de materia vide in dicta l. lex nulla. & 2. quæſtio. 1. cap. prohibentur.

¶No. tertiò, quòd ad hoc vt petitio procedat & admittatur, debet eſſe iuſta & honeſta.

¶No. quartò, quòd iuſtum & honeſtũ eſt, quòd vir petat & vxorem recipiat, quoniã ſunt inuicem alligati. ſup. de conuer. coniug. c. ad Apoſtolicam. dicam in 29. artic.

¶No. quintò, quòd attendi debet non tantum quod eſt iuſtum, ſed etiam quod eſt honeſtum. ſup. de uo. c. magnæ. præfertur tamen interdum iuſtum honeſto, vt in c. bonę. il 2. in fi. ſup. de poſt. prælato.

3 ¶Quandoque contra, quia † licet nõ ſoluens penſionem quinque ſolidorum, non poteſt iuſte excõmunicari, vel eccleſia interdici, non tamen eſt honeſtum, vt in c. irrefragabili. & ibi not. Hoſt. ſup. de offic. ordi. & quomodo ſe habeat honeſtum ad virtutem, vide per Beatum Thomam, 2. 2. q. 146. artic. 1. & qualiter ſe habeat ad decorem, vide ibidem, articu. 2. & qualiter ad utile, & delectabile, uide ibi. articu. 3. & latius per Ciceronem, 3. officiorum, & vtrum ſit pars temperantiæ, vide ibidem. articu. 4.

¶No. ſextò practicam proce dendi ſuper notorio, † quia data petitione iudex debet monere, &
4 poſtea compellere, & ſic monitio videtur exigi in notorio, de qua materia dic, vt latè dixi in c. ueſtra. ſup. de coha. clericorum.

¶No. ſeptimò, quod vxor poteſt repeti coram iudice eccleſiaſtico contra laicum illam detinẽtem, licet non diſputetur de validitate matrimonij, quia talis cauſa dependet à matrimonio, & idem dicendum de omni cauſa, quæ à matrimonio dependet, per c. de prudẽtia. inf. de don. inter virum. ad quod vide quod latius dixi in c. præcedenti. articu. 10.

¶No.

¶No. octauò, quòd propter exceſſum Principis
5 poteſt patria † ſubijci eccleſiaſtico interdicto. & ſic propter alienum factũ alius videtur puniri, de quo per glo. 1. q. 4. in ſumma, & 34. q. 3. in ſumma. proprie tamen non punitur alius, quia non interdicuntur perſonæ, ſed locus, de quo vide per Archidia. 16. quæſt. 7. c. ſicut. & quod dixi de materia interdicti in c. fi. inf. de ſent. excom.

¶No. nonò ibi, prouinciarum. iuncta ſubſcri-
6 ptione, quod appellatione † prouinciarum non ſolum continetur prouincia epiſcopalis, ſed quælibet diœceſis & territorium, & diſtrictus, facit tex. in authen. qua in prouincia. C. ubi de crimine agi oportet. & l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſignific. ſecundum Hoſt. Ioan. An. & Dom. Ant. hic, & per Azo. in ſumma. C. de iuriſdict. omn. iud. & per Barto. in extrauag. qui ſint rebelles. Tu dic, ſecundũ Io. An. quod hic nomen prouinciarum reſpicit archiepiſcopos tantum, quia quando delictum tangit prouinciam, ad archiepiſcopum eſt recurrendum, ut in c. 3. de inſtitu.

7 ¶No. decimò, q̃ interdictum † poteſt ferri ſub conditione executiua, & reſolutiua ipſius interdicti: nam hic tanto tempore durat interdictum in illo loco, quanto tempore vxor ibi inuite retinetur, dixi in cap. fin. inf. de ſent. excommun. in materia interdicti.

¶No. vndecimò, quòd antequam interdictum promulgetur, & ad ſententiam interdicti deueniatur, præmittenda eſt † monitio, quod procedat quãdo fertur pro contumacia, vt in cap. quanto. ſup. de offic. ordin. ¶Secus ſi proferatur pro crimine, quia
8 tunc poteſt ferri nulla præcedente monitione, ſic in ſim. de ſuſpenſione notat Innoc. in c. 1. inf. de exceſsib. prælato. vbi etiam ſentire videtur de interdicto, in quo eſt eadem ratio, dixi in c. fin. inf. de ſententia excommun.

¶No. duodecimò nouam pœnã ambulatoriam de loco ad locum, ad idem facit clem. ſiquis ſuaden
te. §. Terra quoque. de pœn. & contingit iſte tranſitus per receptionem perſonæ cõtumacis & rebellis. Tales enim non debent receptari, ſicut nec fugitiui, & banniti, & alij qui ſunt legibus odioſi, vt l. qui tamen. C. de ſeruis fug. & in l. 1. ff. de recepta.

9 ¶No. vlt. quod appellatione diuinorum † officiorum veniunt baptiſma & pœnitentia morientiũ, aliàs non eſſet bona excommunicatio. Prædicatio tamen non comprehenditur. inf. de ſententia excommun. c. reſponſo. quod qualiter intelligatur, dixi in materia interdicti, in cap. fin. de ſententia excommunic.

¶ Glo. 1. format q. & ſoluit dupliciter, & ſolutionem limitat.

¶In ea. glo. ibi, per officium iudicis vel epiſcopi, pondera glo. quæ vult quod ſiue vxor detineatur inuita, ſiue volens, poteſt maritus adire tã iudicem ſecularem quàm eccleſiaſticum, ex quo non diſputatur de fœdere matrimonij, tenet Io. An. in addit. Spec. in titu. qui filij ſint legi. vide quæ dixi in cap. præced. art. 24.

¶In fi. gl. dic, ſecundum Hoſt. quòd ſecundum canones nõ eſt curandum de nomine actionis, per c. dilecti. ſup. de iudi. poteſt enim maritus dicere, Petò talem quæ eſt vxor mea, & aduerte, quia ad hanc habes ſingularem glo. in c. 1. in glo. 1. ſup. de conuerſione infid. & ad id quod dicit glo. de interdicto de liberis exhibendis, vide quæ latè dixi de hoc interdicto in cap. ex parte. ſup. de reſtit. ſpolia. articu. 36.

¶ Item aduerte, quia poteſt maritus vendicare vxorem. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. de qua materia dic, vt latiſsimè dixi ſupra, de cau. poſſeſ. & proprieta. in Rubrica, tractatu 2. articu. 4. verſ. tertio notandum. vbi etiam tractaui, vtrum ſponſa poſſit uendicari.

¶In glo. ſuper verbo, prouinciarum, in fi. dic, & qualiter hic accipiatur verbum prouinciarum, dixi ſupra in 9. notabili. ¶Vel dic melius, quòd uerbũ,
10 prouinciarum, † concernit omnes prouincias, non quo ad hoc vt archiepiſcopi ſoli procedant, ſed ẽt quilibet prælatus illius prouinciæ in loco ſuæ iuriſdictionis. Vnde archiepiſcopus in ſua diœceſi, & etiam in diœceſibus ſuffraganeorum poterit ponere hoc interdictum, alijs maximè negligentibus. ¶ Inſuper etiam quilibet epiſcopus in ſua diœceſi ad hoc tenetur, & etiam quilibet prælatus inferior habens iuriſdictionem in loco ſuæ iuriſdictionis. Quidam tamen uoluerunt quod archiepiſcopi hoc poſſent tanquam delegati Apoſtolici, quæ opin. non placet, quia Papa ſcribit non ſolum archiepiſcopis, ſed etiam epiſcopis, & alijs prælatis inferioribus, & ſic videretur, quod etiam quilibet prælatus inferior non poſſet interdicere totam prouinciam, quod eſſet abſurdum.

¶Secundo, quia ex quo Papa ſcribit habentibus iuriſdictionem, potius videtur excitare iuriſdictionẽ eorum, quàm dare iuriſdictionem delegatam, vt in c. licet. ſup. de off. deleg. ad quod uide quod latè dixi in Rubr. de offic. deleg.

¶Glo. ſuper verbo, donec, format duas qq. & ad primã arguit pro, & cõtra, & ſoluit. Quærit enim gl. ex eo q̃ hic dicitur, quòd ſuſpendantur diuina in locis in quibus vxores eorũ fuerint detentę; vtrum poſtquam receſſerint abſque aliqua interdicti ſpecifica reuocatione poſsit ibi celebrari. & gloſ. 1. arguit quòd ſic, per l. imperator. ff. de poſtul. vbi pro-
11 hibitus † poſtulare quinquennio, poſt quinquennium legitimè poſtulat. Sed in contrarium glo. allegat l. ad tempus. C. de infam. vbi damnatus ad tẽpus ad opus publicum, etiam finito illo tempore perpetuò eſt infamis. Gl. ſoluit tenendo quod ipſo iure abſque facto hominis poſsint diuina officia celebrari. mouetur, quia hæc ſuſpenſio iuris cũ temporis præfinitione, finito tempore tollitur. Non obſtat l. ad tempus. allegata in contrarium, quia illa potius videtur concordare, quoniam finito tempore, finitur ibi pœna, quæ erat temporalis ad fodiendum metallum. Sed quia infamia non fuit irrogata ad tempus, meritò durat etiam poſt illud tempus.

¶Nec obſt. ſi tu diceres, q̃ immo iſta non videtur eſſe ſuſpenſio iuris, eo quia talis ceſſatio fit à prælatis: quia reſpondet Goffre. quòd glo. habuit bonum intellectum, vt ſit ſenſus, quòd lato interdicto ſurgit ſuſpenſio cum temporis præfinitione. Vel dic q̃ glo. intellexit, quòd hæc ſit ſuſpenſio iuris, quia donec ſunt ibi vxores, clerici ſuſpendunt ius quod habent in celebrãdis diuinis, & cum hoc fiat ad tempus, elapſo tempore nõ eſt opus alia abſolutio-

solutione. facit quod not. in c. fi. infra de ma. contrac. contra interd. eccl. idem clarius vult hic Inn. dicens quòd vxoribus exeuntibus de loco possunt sine aliqua absolutione diuina celebrare, quia terra non est interdicta, sed ad tempus organa sunt suspensa, ex quo dicto Innoc. notabis duo.

¶ Primò, quòd si terra esset interdicta, remaneret interdicta etiam postquã istæ vxores exiuissent, sed Zab. hic tenet contrarium, & in c. dilectis, & in c. quoniam. supra de app. & mihi placet, ex quo interdictum esset latum temporaliter, donec ibi vxo
12 res habitarent, quia dictio,† donec, est temporalis, vt in c. quia sæpe. de elect. in 6. tex. & glo. super verbo, donec. in Clemen. 2. de æta. & qualit. & ibi dixi. tex. & Ioan. An. in c. à nobis, inf. de aposta. & ibi dixi.

¶ Secundò etiam vult Innoc. quòd celebrans
13 † pendente suspensione diuinorum officiorum sit irregularis, sed contrarium notat idem Innoc. in c. irrefragabilis. sup. de officio ordi. sed quia non est materia nostra, dic vt traditur in dictis iuribus. & per Innoc. & Doct. in d. c. dilecti. de appel. & per Io. And. in cap. si canonici. de æta. & quali. & vide etiam per Innoc. & Doct. in c. cum bonæ. sup. de æta. & qual. & per glo. in Cle. 1. de deci. vbi fit differentia inter excommunicationem, suspensionẽ,
14 & interdictum.† nam excommunicatio licet sit lata ad tempus, indiget absolutione, secus est in suspensione, & interdicto, ad quod vide quæ latissime dixi in d. cap. fin. infra de senten. excommunic.

¶ In fi. glo. dic de hac q. prout hodie habetur in c. fin. de sententia excommu. in 6.

15 ¶ In gl. super verbo, baptisma, in fine. dic † q̃ à quolibet interdicto intelligũtur excepta quatuor.

¶ Primò baptisma, non solum paruulorum, sed etiam adultorum, vt dixi supra in tex. licet Boatinus contra, & male secundum Doct. nam istud est sacramentum necessitatis absolutæ ad salutem, vt dixi in c. si quis propter necessitatem. infra de furtis. & in c. quanto. supra de consue.

¶ Secundum est pœnitentia morientium, vt hic, & etiam sanorum, vt dixi super tex. & istud est necessarium per suppositionẽ, vt colligitur secũdo Paralipo. in fi. vbi dicitur, tu Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis Abram, Isac, & Iacob, &
16 his qui tibi non peccauerunt. sed quia † peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem, vt habetur in epistola Iacobi, ideo necessaria est pœnitentia. vnde dicit Aug. qui genuit te sine te, nõ saluabit te sine te. & propter talem necessitatem potest etiam à laico pœnitentia recipi. ad quod vide glo. in c. pastoralis. supra de off. ordin. & vide tex. notabilem in cap. quem pœnitet. de pœniten. distin. 1. qui tex. etiam probat, quòd etiam sine confessione homini facta, eo quòd subtrahitur facultas, sufficit cordis vera contritio, vide quæ dixi in cap. à nobis. il primo, infra de sententia excommunic.

¶ Tertium est Chrismatis confectio, quia ex eo conficitur baptismus, qui non potest celebrari sine chrismate, vt in cap. quoniam. de sententia excommunic. in 6. meritò intelligitur concessa chrismatis confectio.

¶ Quartum est corpus Christi, de quo in cap. quod in te. infra de pę. & remiss. & de his quatuor vide tex. cum gl. in c. fi. de sent. excom. in 6. tangunt etiam hic Doct. quid de confirmatione & de ordine, sed quia non est materia nostra, dic ut hic per eos, & ut latè in dicto cap. fina. infra de sententia excommunic.

¶ Item etiam tractant, quid de matrimonio, de quo dic vt ibi dixi, & specialiter dicam in cap. dilectus. infra eo. in 9. principali art.

SVMMARIVM.

1 *Dictum vnius asserentis impedimentum, impedit matrimonium non iuratum.*
2 *Diffamatio tertij, quomodo impediat matrimonium.*
3 *Sponsa potest impeti à sponso, vt contrahat secum matrimonium, quod promisit contrahendo sponsalia.*
4 *Affinitas, quomodo contrahatur, & matrimonium impediat.*

CAP. XII.

1 PRÆTEREA. il secondo. Dictum vnius asserentis impedimentum, impedit † matrimonium non iuratum, est casus notabilis. primo ponitur consultatio, 2. respon. ibi, taliter. Et in tex. ibi, de muliere. dic idem econtra in viro, & ibi, quæ à viro, dic, cum quo contraxit sponsalia. ibi, impeditur. dic. s. vt matrimonium consumat. & ibi, deliquisse. dic. i. fornicasse, seu carnaliter cognouisse. & ibi, inde contingat. s. incestus, qui committitur ratione affinitatis.

2 ¶ No. 1. quòd diffamatio † tertij, impedit matrimonium contrahendum ẽt inter illos, inter quos præcesserunt sponsalia. & aduerte, quia contra tales diffamantes competit remedium l. diffamari. C. de inge. & manu. & l. Titia. ff. de accu. & dicit hic Pet. de Anch. quod credit quòd agi posset contra tales diffamantes ad interesse, per notata in c. quàm sit graue. infra de excess. præla. & per Bart. in l. 1. ff. vti possi. ad quod vide quod supra de dila. in Rub. dixi in materia citationis, art. 27. q. 11. & in c. fin. de dila. art. 22. q. 3.

3 ¶ No. 2. quòd sponsa † potest impeti à sponso, vt contrahat secum matrimonium, quod promisit contrahendo sponsalia, de quo latius dicam in c. sicut ex litteris. infra eo. art. 13.

No. 3. quòd non solum per licitum, sed etiam per illicitum coitum contrahitur affinitas inter mulierem cognitam & consanguineos viri, & virum cognoscentem & consanguineam mulieris, quæ
4 † affinitas impedit non solum matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit iam contractum.

Desunt hic multa.

Desunt etiam scripta super cap. xiij. & succesiue vsque ad cap. xxiij.

Scripta

Scripta sequentia vsque ad c. Dilectus. pertinent ad materiam c. ad audientiam. sup. eo.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum publicæ honestatis in matrimonio, vn de dictum sit.*
2 *Matrimonijs inspicimus non solum quod liceat, sed & quod honestum sit.*
3 *Honestas publica in matrimonijs, qualiter contrahatur.*
4 *Pollutio extraordinaria, an inducat publicæ honestatis iustitiam.*
5 *Conatus ad copulam, quo casu inducat publicam honestatem.*
6 *Iustitia publicæ honestatis per quos contrahatur.*
7 *Desponsatio iocosa nõ inducit impedimentum publicæ honestatis.*
8 *Conditiones quæ tacite insunt, si exprimantur, non reddunt actum conditionalem.*
9 *Legatum acquiritur à morte testatoris etiam ignoranti, quo ad transmissionem in hæredem.*
10 *Legato saltem in specie relicto sunt tres acquisitiones.*
11 *Sponsalia contracta sub conditione quę tacitè non inerat, ante euentum conditionis non inducunt pub. honestatis iustitiam.*
12 *Consensus præstitus sub conditione, non dicitur consensus, nisi purificata conditione.*
13 *Conditio casualis de futuro non inducit dispositionem, nec quid in esse ponit.*
14 *Conditiones quæ non morentur obligationem.*
15 *Honestatis publicæ iustitia, an oriatur ex sponsalibus vel matrimonijs per parentes profilijs contractis.*
16 *Actus permissus præsumendus potius est, quam delictum.*
17 *Tacens, in re naturali et appetibili videtur cõsentire.*
18 *Pater an possit filium nondum adultum cui vult maritare.*
19 *Honestatis publicæ iustitia, an oriatur ex sponsalibus ante legitimam ætatem contractis. & nu. 20.*
21 *Voluntas nedum verbis, sed & facto datur intelligi.*
22 *Verba requiruntur in his qui loqui possunt ad sponsalia & matrimonium contrahendum.*
23 *Impedimenti iustitiæ publicæ honestatis effectus, quis sit in matrimonijs. & nu. 24.*
25 *Affinitas superueniens propter contracta sponsalia cũ consanguinea primæ vxoris, non tollit publicę honestatis iustitiam per priora sponsalia contractam.*
26 *Spurij, & illegitime nati, an veniant sub ratione publicæ honestatis.*
27 *Dispensationem impetrãs in matrimonialibus, de quibus impedimentis debeat facere mentionem.*
28 *Interdictum ecclesiæ, quale impedimentũ afferat matrimonio. & nu. 49.*
29 *Mutus & surdus, an impediantur contrahere matrimonium. & nu. 30.*
31 *Incertitudo, an vitiet sponsalia, seu matrimonium.*
32 *Oblati, conuersi, & eremitæ, an matrimonium contrahere possint.*
33 *Dolus commissus in matrimonio contrahendo, an impediat matrimonium.*
34 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, ipsum annullat.*
35 *Matrimonium, qui casus impediant & dirimant.*
36 *Contractus dolo initus in spiritualibus tenet, per metum non.*
37 *Hæresis, an impediat matrimonium.*
38 *Baptismus est vera ianua ad sacramentum.*
39 *Matrimonium an cum excommunicato cõtrahi possit.*
40 *Matrimonium est omnibus commune.*
41 *Incontinentiæ causa sola, an impediat matrimonium.*
42 *Propositum non consummandi, an impediat matrimonium.*
43 *Senium, an impediat matrimonium.*
44 *Iuramentum de non contrahendo, an impediat matrimonium.*
45 *Matrimonium à periuro contractum tenet, cum declaratione.*
46 *Absentia, an impediat sponsalia vel matrimonium contrahendum.*
47 *Litis pendentia super matrimonio, an impediat aliud matrimonium contrahi.*
48 *Litis pendentia quid operetur.*
50 *Electio facta pendente lite, quid operetur.*
51 *Dispensatio obtenta super matrimonio lite pendente quid operetur.*
52 *Lepra, an impediat matrimonium.*
53 *Raptus mulieris, an impediat matrimonium cum raptore.*
54 *Tutor, an possit contrahere matrimonium cum pupilla, & num. 55.*
56 *Rector vel officialis, an possit cum sibi subditis matrimonium contrahere.*
57 *Consuetudo habiles ad matrimonium, an inhabilitare posse.*
58 *Concubinatus patris, an impediat contrahi matrimonium inter eius filium, & ipsam concubinam.*
59 *Matrimonium iure prohibente contractũ, est nullum.*
60 *Matrimonium ab initio illicite contractum, non firmatur ex tacito consensu.*
61 *Matrimonium cõfirmatur cessante causa impeditiua.*
62 *Matrimonium illegitime contractum non potest præscriptione sequenti iustificari.*
63 *Pactum de lucro dotis non tenet, vbi non tenet matrimonium.*
64 *Impedimentum quale non dirimat matrimonium contractum.*
65 *Nuptiæ prohibitæ maioribus ratione dignitatis, non videntur minoribus prohibitæ.*
66 *Mulieres, quæ se deheonestauerunt, deterius nubunt.*

SEcundò quero, quare dictum impedimentum publicæ honestatis sic appelletur. ¶ SOL. Vgutio 27. quæstio. 1. c. si quis. & Arc. in cap. 1. eo. ti. lib. 6. dicit, quòd propter defectum nominum hoc impedimentum † tale nomen assumpsit, quoniam nulli cognationi carnali, spirituali, vel legali, attribui potuit. & ideo ego
1 non in alijs titulis, sed hic tractare instituo. & quia, si bene aduertatur, aliud nomen decenter attribui
2 non potuit. inspicimus enim in matrimonijs † nõ solum quod liceat, sed etiam quod honestum sit. ff. de ri. nup. l. semper. & ff. de re. iu. in l. semper. & idem tenet Zabarella in cap. accesit. inf. titu. 1. attenditur enim nõ tantum quod iustum, sed etiam quod honestum est, ad quod vide quæ sup. eod. c. non est uobis.

¶ Tertiò

¶ Tertiò quæro, qualiter hæc publica honeſtas
3 contrahatur. †Sol. Dic, quod cõtrahitur tam per ſponſalia de futuro, quàm per ſponſalia de præſenti. de futuro patet per c. ſponſam. ſupra eod. vbi dicunt Doctores, quod fortius contrahitur publica honeſtas per matrimonium de præſenti. quia ſi nõ licet ducere ſponſam conſanguinei mei, cum qua ſolum eſt facta promiſsio futurarum nuptiarũ, propter impedimentum publicę honeſtatis, longe minus debet licere vxorem ducere cõſanguinei mei. nam hoc caſu oritur non ſolum publicæ honeſtatis iuſtitia, ſed etiam affinitas, vt notat glo. fin. in c. 1. eo. titu. lib. 6. ad quod vide quod ſtatim dicam in quinta quæſtione, & ibi dicam, quid agendum ſit, ſi hoc caſu impetranda ſit diſpenſatio.

¶ Sed quæro, iuxta prædicta, vtrum per extraordinariam pollutionem inducatur hæc publicæ ho-
4 neſtatis iuſtitia. † Sol. Arch. in c. 1. cod. ti. lib. 6. dicit quòd nõ, quia illa fit circa maritalem affectum. 35. quæſt. 3. c. extraordinaria. Conatus tamen ad copulam bene inducit illam, ad quod vide quod ipſi per c. iuuenis. ſup. eod. & c. fi. inf. eo. ſecundum Archid. ſed Io. Andreæ in d. cap. 1. dicit, ego hoc derideo. mouetur, quia iſta publica honeſtas fundatur ſuper conſenſu ſponſalium, vt dicto c. 1. eo. titu. lib. 6. & hoc etiam ſentit glo. fi. in d. c. iuuenis. & Innoc. in c. fraternitatis. inf. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, & Ioannes Andreæ ibi in princ. & ibi dicam, quare nec per nixum copulæ, nec etiam per ipſam copulam inducitur hæc publicæ honeſtatis iuſtitia: quia licet copula, deficientibus etiam ſponſalibus, poſſet inducere affinitatẽ, non tamen hanc publicam honeſtatem. fateturtamen Ioannes Andreę, quòd ſi ſponſalia ſequantur, etiam ſolus nixus ad copulam fortificaret publicã honeſtatem, quaſi per id fortior cõſenſus appareat.
5 poteſt tamẽ dari caſus, † quod ſolus conatus ad copulam induceret hanc publicam honeſtatem: vt puta quando ambo infantes, vel alter infans contrahunt ſponſalia, quæ non tenent, vt inf. dicam in ti. de deſponſatione impuberum. intelligendo tamẽ, vt ſtatim dicam in ſequenti quæſtione. nam dicto caſu, ſi poſt infantiam conſentirent ad copulam, cõtraheretur publicæ honeſtatis iuſtitia, pro hoc tamen non inſurgere ex ipſa copula, vel nixu, ſed inquantum haberet talis conatus vel nixus ad copulam deſignare conſenſum ad ſponſalia tempore infantiæ præſtitum, vt infra titu. 1. de deſponſatione impuberum. in c. 1. in princ. ſecundum Io. Andr. in c. 1. eo. titu. lib. 6. & ſequitur ibi Do. Dominicus.

¶ Quartò quæro, per quos talis publicæ hone-
6 ſtatis † iuſtitia contrahatur. ¶ Sol. Dic, quod per omnes, per quos ſponſalia de futuro & matrimonium contrahi poteſt. vnde per maiorem ſeptem annis contrahitur, vt in c. 1. eo. ti. lib. 6. & in c. iuuenis. & in c. de illis. ſup. eod. & in c. ad audientiam. & in c. literas. inf. ti. 1. & longe fortius ſi contracta ſunt per puberes, vel per eos contractum ſit matrimonium, per ea quæ dixi in c. præcedenti. per minores vero ſeptennio ſponſalia contracta vtrum inducãt publicæ honeſtatis iuſtitiam, infra ſubiungam.

¶ Et prædicta procedunt, ſi modo talia ſponſalia ſint futura, & ſimpliciter contracta, & valida, vt dictis iuribus. ſecus ſi ſint inualida, & inualiditas procedat propter defectum conſenſus, vt quia contrahens erat furioſus, vel minor ſeptennio, de quo minorẽ tamen latius infra dicam, vel etiam ſi fiant iocosè. vnde ſi frater meus aliquam iocosè deſpon-
7 ſauerit, non contrahitur † publicæ honeſtatis iuſtitia, ſi iocus uel ludus factus eſt. exemplum poteſt poni in iſtis repræſentationibus feſtiuitatum, vel in ſimilibus actibus. 22. quæſt. 2. c. nequis arbitretur. & c. quod ait. facit l. obligationum ſubſtantia. in fi. ff. de actio. & oblig. & ratio eſt, quia taliter deſponſans, nullo modo intendit conſentire, & in talibus inſpicimus affectum, non effectum. ſup. de bigamis. c. nuper. nam prout ibi dicunt Innocent. & Hoſtienſis, hoc ſolum eſt attendendum, vtrum qui contrahit intendat illam habere in vxorem, & hoc tenuit Vincentius per dictum c. nequis. et Arc. 27. quæſt. 2. c. ſi quis deſponſauerit. & glo. 2. in c. 1. eo. titu. lib. 6. & Hoſtienſis in ſumma, eod. titu. §. pariter. vbi quid ſi alter dicat. & inf. titu. 1. cap. fin. & quod dicam inf. eo. c. tua. artic. 14. ſecus ſi ſponſalia non tenuerunt, nõ propter defectũ conſenſus, ſed ratione conſanguinitatis, vel frigiditatis, vel propter alium defectum, quàm conſenſus. tunc enim ex talibus contrahitur publicæ honeſtatis iuſtitia impediens nedum cum ſorore, ſed cum qualibet alia conſanguinea vſque in quartum gradum, vt ſtatim dicam in ſequenti quæſtione. & vide omnino quod dixi in c. ad audien. ſup. eo. in glo. in verbo, habere. faciunt not. in c. 1. eod. titu. lib. 6. tenet Petrus de Anchar. in c. ſponſam. ſup. eodem. & ſupra dixi. prædicta procedunt, quando ſponſalia ſunt pura: ſecus ſi ſint contracta ſub conditione. in ſponſalibus tamen ſub conditione contractis diſtinguitur, quòd aut eſt talis conditio quæ de ſui natura inerat tẽpore contractus, qualis eſt illa, ſi Deo
8 placuerit, vel ſi de iure fieri poteſt, nam tunc ſponſalia dicuntur pura, non conditionalia, † quoniam conditiones quæ tacitè inſunt, ſi exprimuntur, nõ reddunt actum conditionalem. ff. de condit. & demonſtr. l. conditiones extrinſecus, ſecundum glo. fin. & Io. Andr. in c. 1. eo. titu. lib. 6. licet Car. ibi dicat contrarium, dicens, quod tacitum ſi exprimatur, facit rem cõditionalem, per textum in l. ſi ita legatum. §. illi ſi uolet. ff. de leg. 1. & pro ipſo etiam facit l. ſi expreſsim. ff. de condit. & demonſt. ſed prædicta opinio communiter reprobatur. non obſtant allegata in cõtrarium, quia ibi tacitum exprimitur
9 aliter quàm ineſſet, † nã legatum quo ad primam acquiſitionem commutabilem, & tranſmiſsionem in hæredem acquiritur à morte teſtatoris etiã ignoranti, vt in l. cum pater. §. fundo. ff. de leg. 2. quæ quidem acquiſitio & trãſmiſsio aufertur legatario, cui legatur aliquid ſub illa conditione, ſi uoluerit, quę ſi non fuiſſet expreſſa, acquireretur ſibi etiam ignoranti, & tranſmitteret ad hæredes ſuos, etiam ante quam declararet, q̃ vellet: acquiritur tamẽ ſibi conmutabiliter, quia poſſet ipſum legatum repudiare.
10 debes enim ſcire, quòd in legato † ſaltem in ſpeciem relicto ſunt tres acquiſitiones. Prima à morte teſtatoris, quo ad tranſmiſsionem ad hæredem. ff. de furtis. l. à Titio. l. unica. §. in nouiſsimo. C. de caducis tollen. Secunda ab adita hęreditate quo ad acquiſitionem dominij, vt l. ibi hoc. §. cum ſeruis. ff. de leg. 1. & iſtæ duę acquiſitiones ſunt commutabiles, quia

quia poteſt legatarius velle & nolle rem legatam. Tertia vero acquiſitio & incommutabilis ſit à tempore agnitionis ſeu accepta tionis legati, nam tunc acquiritur ſibi incommutabiliter, ſed per prædictã conditionem, ſi voluerit, aſcriptam legato, videtur teſtator voluiſſe rem legatam non acquiri legatario, donec prius expreſsè voluerit, & ſic declarauerit ſe velle, per quod patet, quod in dicto caſu tacita conditio, quæ inerat reſpectu voluntatis legatarij, non exprimitur eo modo quo inerat. ſed iſta conditio, ſi Deo placuerit, exprimitur eo modo quo tacitè ineſt, ſecũdum Henricum poſt Hoſtienſem in c. ad audientiam. ſup. eod. faciunt notata per Archid. & Ioannem Andreæ in c. 1. eo. ti. li. 6.

¶ Tu verò ad intellectum prædictorum iurium, & an, & quando expreſsio conditionis, quæ tacitè inerat reddat actum conditionalem, vide quæ latiſsimè dixi in c. cum dilecta. ſup. de reſcr.

11 ¶ Aut eſt talis conditio † quæ tacitè non inerat contractui: puta ſi nauis ex Aſia venerit, ſi imperator venerit in Italiam, & ſic de ſimilibus, & tunc ſponſalia ſub tali conditione contracta ante conditionis euentum non inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam. not. Hoſtien. in c. ad audientiam. ſup. eo. licet Innocentius voluerit contrarium in cap. 1. inf. de ſponſa duorum. cuius opinio reprobatur in c. 1. eod. tit. lib. 6. & ibi dicit Glo. ſuper verbo, ille, ſed poſt adimpletam conditionem inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia, vt dicto cap. 1. quia tunc perindè eſt, ac ſi purè contracta eſſent, & ſic conſenſus remanet purus, no. glo. in verbo, ante, in dicto cap. 1. tenet Henricus in dicto c. ad audientiam. & in c. 1. inf. ti. 1. & ibi dicit Hoſt. in dicto c. ad audientiam, quòd ſi aliquis contrahit cum aliqua, ſi nauis ex Aſia venerit, & conditione nondum adimpleta, ſed pendente, talis contrahit cum ſorore illius ſponſæ conditionalis, tenet matrimonium, vt in c. ſi inter. inf. eod. quia per illa ſponſalia cõditionalia præcedentia nullum firmum & naturale vinculum cõtractum fuit, ſed duntaxat ſpes certa eſt de futuris ſponſalibus. Inſti. de verbor. oblig. §. ex conditiona-
12 li. † conſenſus enim præſtitus ſub conditione non dicitur cõſenſus, niſi purificata conditione, ſed potius dicitur quædam incerta promiſsio. facit cap. 2. de elect. lib. 6. & d. §. ex conditionali. vnde vinculum & impedimentũ matrimonij ſuperueniens tollit effectum illius ſpei: nam ſicut deficiente conditione perinde eſt ac ſi contractus nõ fuiſſet initus. C. communia vtriuſque iudic. in l. ſi cum patrono. ita etiam ſecundum Io. Monac. dicendum eſt interminis noſtris, ex quo iuré prohibente propter matrimonium contractum cõditio & eius effectus ſtare, & adimpleri non poſſunt; merito dicta ſponſalia poſteà contracta tenent, non obſtantibus ſponſalibus prius conditionalibus contractis.

¶ Sed quæro circa prędicta, quid ſi pendente cõditione caſuali contracta ſint alia ſponſalia, vel matrimonium per illum, cũ quo contracta erant ſponſalia ſub dicta conditione, & ſecunda contracta ſit cum conſanguinea vel conſanguineo alterius infra tertium gradum, deinde conditio caſualis ad impleatur: vtrum ſponſalia prædicta, quæ nunc ſunt purificata propter impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis debeant ſolui. & videtur dicendũ quòd non, per ea quæ ſuperius dicta ſunt. in contrarium verò faciunt. l. potior. in princ. & l. qui balneum. in principio. ff. qui potiores in pignore habeantur. in quibus dicitur, quod conditio caſualis adimpleta trahitur retro ad diem celebrati contractus. ſi ergo hoc eſt, ergo ex tunc intelligitur purificata conditio, & contractus uidetur eſſe purus, & per conſequens inducta ex tunc publicæ honeſtatis iuſtitia, & ſic de primo ad vltimum videtur præſtare impedimentum alijs ſponſalibus. Sol. Arbitror dici poſſe, quod ſtandum ſit contrario, & hoc non placet, vel quod l. potior, & l. qui balneum, non habeant locum in contractu matrimonij, & ſic ratione fauoris matrimonij aliud ſit, quàm in cæteris cõtractibus profanis. vel tertio, & melius, dicendum eſt, quòd illæ leges vendicant ſibi locum, quando non ſuperuenit aliquid in contrarium, propter quod conditio non poſsit retrotrahi, prout eſt hic: quia cum ſecunda ſponſalia uel matrimonium cõtracta pendente illa conditione non habeant tunc impe-
13 dimentum, tenent, quia talis conditio † caſualis de futuro non inducit diſpoſitionem, nec aliquid ponit in eſſe, vt l. ex facto etiam, & l. cum teſtamento. §. hæc verba. & l. ſi quis ita hæres inſtituatur. & l. Lucius. la ſeconda. ff. de hæredib. inſtit. & l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & l. ſi pater impuberes, & l. qui duos. ff. de vulgari & pupillari. & l. qui duos. ff. de reb. dub. cum ſimilibus, ſed ſolummodo cauſaretur quædam ſpes in creditum, vt ſupra dixi, merito ſponſalia vel matrimonium poſtea purè in conſanguineo vel conſanguinea contracta infra quartum gradum impediunt tam rationem publicę honeſtatis, quàm rationem affinitatis, ne prima valeant, cogitabis, quia nouiſſima ſunt.

¶ Et prædicta procedunt ſi modo ſint contracta ſub conditione de futuro, ſecus ſi ſub conditione de præſenti, vel præterito, ſecundum Io. Mo. in c. 1. eo. ti. lib. 6. per illum textum, dum dicit, ante conditionem extantem, nam conditiones iam inueteratæ & præteritæ dicũtur extare, ſi de præterito vel præſenti ſint contractæ, vt puta, ſi Titius conſul factus fuit, vel ſi talis eſt de magnificis Dominis ciui-
14 tatis Senarum. tales enim conditiones † non dicuntur morari obligationem. allegat etiam l. perinde. ff. ſi certum pet. ſed melius facit l. cum ad præſens. eod. ti. faciunt etiam not. per Io. An. in c. fin. inf. de conditionibus appoſitis, & vide quod ibi dicam, articu. 23.

¶ Item quæro circa hanc materiam, utrum ex ſponſalibus vel matrimonijs per parentes pro filijs contractis oriatur hæc publicæ honeſtatis iuſtitia.
15 ¶ † Sol. Pariſ. in cap. 1. infra ti. 1. diſtinguit, quòd aut loquimur in ſponſalibus conditionalibus, & dic vt ſupra dixi, coniunctis his, quæ ſtatim dicam: aut loquimur de puris, & ſubdiſtingue, quod aut parentes contrahunt pro filijs qui non habent conſenſum legitimum ad ſponſalia contrahenda, ut quia ſunt minores ſeptennio, vel aliter ſenſu carentes, de quibus inf. titu. 1. c. literas. & c. acceſsit. & c. duo pueri. & cap. dilectus. inf. ti. noſtro. & tunc filij non obligantur, nec oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, propter defectum conſenſus, ſine quo talia fruſtra aguntur. 20. quæſt. 2. c. ubi. & in cap. unico. de

deſpon-

desponsat.impube.lib.6.& in c.tua nos.inf.eodem. nec mirum, quia ex quo filij non possunt contrahere per se,per consequens nec parentes pro eis contrahere possiunt.arg. ff.de adminisi. rerum ad ciuit. pertinen. l.2. & 47. distin. c.sicut hi. & quod traditur in c.licet. de sepultu. lib.6. quod procedit, nisi filij postea venientes ad habilem ætatem factum parentum ratificauerint,vt dicto c.vbi. & in d.c.unico.§.porro. de desponsat.impub.lib. 6.aut parentes contrahunt pro filijs qui habẽt legitimam ætatem, & consensum habilem ad sponsalia contrahenda, & hoc casu,aut contrahunt filijs expresse contradicentibus,& res est clara, quia non obligantur, nec oritur publicæ honestatis iustitia, vt dicto c.ubi. & in dicto cap.vnico.de desponsat. impube. lib.6.ibi dum textus dicit,nec contradixerint,à cõtrario sensu,& hoc tenẽt ibi Archid. & Io. An. Fallit tamen, quando postea inter eos carnalis copula interueniset, quia tũc videntur habere rata sponsalia suo nomine cõtracta,secũdum Inn.& Host.in c.ex literis. inf.eo.ti.1. quod apud me est valde dubium, licèt Henricus hoc sequatur,nã ex quo prædicti filij expresse cõtradixerunt, promissio videtur euanuisse: secus si expresse non contradixissent. nisi diceres, q̃ hoc videatur inducere actus primordialis promissionis paternæ, & quia debemus potius præsu-
16 mere actum † permissum quàm delictum,per l.merito.ff.pro socio.& per not.in c.1.supra de scrutin. aut filij parentibus sic contrahentibus non contradicunt, & tunc aut ipsi parentes contrahunt filijs mandantibus, & tunc perinde est ac si ipsimet filij contraherent, vt in c.fin. de procurator.lib.6. & in reg.qui per alium.de reg.iur. lib.6. tenet glo.super verbo,pro filijs,in d.c.vbi.2.§.porro. de desponsat. impub.lib.6. aut contrahunt pro filijs hoc nõ mandantibus,& tunc, aut contrahunt eis expresse consentientibus, & decisio clara, vt dixi per prædictũ. §.porro. & 27.quæst.2.c.sufficit.& 32.quæst.2.c.hoc norantur. & c. nec illud. & sic dictis duobus casib. contrahitur publicæ honestatis iustitia, facit etiam ad hoc,c.ex patre.sup.de conuer. coniugat. & prædictum c.vbi. aut contrahunt filijs non consentien tibus expresse, & subdistingue, q̃ aut contrahunt ipsis presentibus & non contradicentibus,aut ipsis absentibus. primo casu perinde etiam est ac si ipsimet filij contraxissent,si ætatis erant legitimæ,vt dixi, & oritur publicæ honestatis iustitia, vt in dicto §.porro. & ratio in promptu est, quia cum hic aga-
17 tur de re naturali & appetibili, meritò † qui tacet videtur consentire,secundum Io.Mon.& Io.And. in d.§.porro. & not.glo. ibi, super verbo,contradixerint. in glo.in reg.qui tacet.de regu.iur.lib.sexto. secundo casu, quando contrahunt filijs absentib. dic,quòd aut postea scienter ratificauerunt expresse vel tacite contractum parentum & obligantur, & oritur publicæ honestatis iustitia,ar.l.sed quæ patris.ff. de sponsalib. & est expressum in dicto.§. porro. quod tamen intellige sane alio uidelicet cum quo parentes contraxerunt præstito iam consensu perseuerante, aliàs secus. facit optimè dictum cap. fin.de procurat.lib.6. ex quo notatur in c.dilectus. inf.eod.aut filij nec expresse,nec tacitè postea ratificauerunt, & tunc nõ obligantur, nec inde oritur publicæ honestatis iustitia,secundum Innocen. & Hostien.in cap.1.inf.titu.1.pro quo est vnus textus 27.quæst.2.c.lex diuinæ. & confirmatur in d.§.porro.in fine.& ibi Io.An.vbi etiam subdit,quod non putat filium vel filiam tacitè consentire, licèt certificata taceat. immo quod hoc casu necessarius est consensus expressus, vel actus per quem euidenter colligatur ipsius consensus,per dictum cap.1.

¶ Nec obstat clement. 1.de procur.quia ibi non simpliciter tacuit, sed recepit literas seu instrumenta,& sic ex prædictis patet reprobatam opinionem
18 Raimundi † in summa,in ti.de sponsalib.in §.pone quod pueri. & P. de Sassonia & Abbatis in c.1.inf. titu.proximo. qui per illud c.dicebant quod pater filium nondum adultum potest cui vult matrimonio tradere, & quòd ex sponsalibus contractis à patre, etiam filio non consentiente, oriebatur publicæ honestatis iustitia, & mouebantur etiam præfati Docto. per c.accesit. ad fi. inf. titu.1. quod nihil facit, & ad predicta vide glo.fi.in c.1. de desponsa. impub.lib.6. & quod traditur 27. quæstio.2.§.item apostolus.& c.lex diuinæ,eadem quæst.de quo etiã vide ibi per Laurentum, Vguc.& Io.pro quo facit, quia textus in c.vnico.§.porro. non sine ministerio dicit, quòd ex sponsalibus quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus contrahunt,ipsi filij, si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, & ex eis publicæ honestatis iustitia oritur. ex quib. verbis etiã infertur,quod si talia agerentur ab alijs, vt puta patruis,vel fratribus, non obligarentur per tacitum consensum,quod uerum est,secundum Innocentium, qui hoc notat in c.ex parte. sup.de restit.spoliat. in princ.glo.2.in c.1. inf.titu.proximo. & in c.1.inf. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.

¶ Nec obstat sup.eo.titu. quod notatur, c.ad id quòd, quia ibi ad persuasionem vitrici mulier alij nupsit, vel postea sponsalia eius nomine contracta rata habuit, licet contra propriam voluntatem essent cõtracta, & hanc sententiam tenuerunt,Alan. Innocentius,Gofredus, & Bernardus in dicto c.1. & tenet Aldricus in c.1. inf. titu.proximo.qua sub notata 27.q.2.c.cum societas, & sequenti.quamuis Hostien. videatur sentire contrarium in dicto c.1. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ,& etiam Io. in dicto §.porrò. & malè,secundum Aldricum in dicto c.1. inf.tit.proximo. quia si Papa hoc idem nõluisset de patruis & similibus expressisset in d.c.unico. sicut expressit de parentibus. tu vide ad prædicta quæ latius dixi in cap.sicut ex literis.sup.eod.in 12.prin.arti.& coniunge ibi dicta cum his quæ hic dicta sunt.

¶ Vlterius quæro circa prædicta, vtrum ex sponsalibus ante legitimam ætatem cõtractis oriatur iu-
19 stitia † pu.ho. ¶ Sol. Dic, quòd aut mulier est attẽtata, & malitia supplet ætatem, & oritur pu.hon. iustitia. & idem vbi esset per tres dies prope septenium,argumento c.attestationes.& quod H. tenet ibidem circiter ad modicum tempus referendum est.arg.c.literæ. de dila.secundum Host.& in c.literas.& c.continebatur.inf.titu.proximo. facit l.& si post tres sunt. si quis cauti. Aut prædicta non interuenerunt, & subdistingue, quòd aut post ætatem septem annorum ratificant sponsalia in infantili ętate contracta,& tunc ualent, & oritur pu.ho. iustitia,

iustitia,siue ea ratificent expresse.30.quæst.2.c.ubi, & in c.vnico. in princ. & §.porro. de spon. in sexto. Siue ratificatio sit facta tacite, vt quia puella ante septennium fuit ducta ad domum, seu simul post septennio cohabitauit cum sponso, vt inf. titu.1.c. duo pueri. & ibi per Inno.& in c.iuuenis. sup.eod. in glo.prima,tenet Hostien.in c.accesit.inf.titu.1. super verbo,non consensit.& in c.literas.eo.titu.in ver.verum.vbi dicit,quòd postquam spõsa moram traxit cum sponso in eadem domo,cõpleto septennio,nec reclamauit, tacitè præsumuntur sponsalia ratificata.inf.ti.1.c.de illis,& qui ma.accu.po. cap. insuper. nec est vis secundum canones, vtrum talis sit domus sponsi, vel sponsæ, vel alterius tertij, quamuis secundum literam aliud sit. Cæterùm vbi seorsum morarentur per lapsum temporis dumtaxat non intelligerentur tacite ratificata, sed requireretur expressus consensus. & hoc casu loquitur c.accesit.inf.ti.1.& sic diuersificatur à c.literas.eo. titu.secundum Hostien.& est casus in d.c.vnico.in princ. ¶ Similiter etiã dicendum est,quòd ex sponsalibus ante legitimam ætatem cõtractis oritur pu-
20 ho.iustitia,† quando ambo infantes vel alter contrahunt sponsalia : sed post infantiam consentiunt inuicem ad carnalem copulam, non tamen quòd copula vel nixus hoc operetur,sed in quantum per huiusmodi actus tollitur consensus durante tempore infantiæ præfatus perseuerare vel ratificare, secũdum Io.And.in d.cum.eod.tit.in 6.etiam idem dicendum,si post 7.iaceret cum sponso,vel eum oscularetur,vel his sim. faceret,quia nõ refert,utrũ quis verbo,aut facto, aut signis exprimat motum animi sui, vt hic,& supra dixi,& in c. vt nostrum, & c.dilecti.sup.de appel.tenet gl.& Io.And.in d.c.vnico.

¶ Ex prædictis deciditur quæstio, quæ fuit de facto,super qua vidi consilia contraria.Quidam H. pro B. filia infante consobrina sua promisit quòd tempore quo poterit contrahet matrimonij cum Io.& promisit de rato pro patre,& pro ipsa infantula, & ex aduerso frater dicti Io. pro ipso Io. ætatis decem annorum promisit de rato, quòd ipse Ioan. ratificabit sponsalia, & matri. contrahet cum dicta B. post prædicta, præfati B. & Ioan. vixerunt per quattuor annos,infra quod tempus pater B.& ipsa B. & Io. non per aliqua expressa verba, aut per aliquod instrumentum, sed tantummodo conuersando se tractauerant vt affines & sponsi, & donamenta hincinde fuerunt recepta, deinde decessit ipsa puella ætatis decẽ annorũ : vnde dubitabatur vtrũ Io. capere posset in vxorem sororem dictæ B. defunctæ. Vnus Doctor cõsuluit quòd non, per d.c. litteras. & c.accesit. infra ti.1. & c. sponsam. supra eo. & ad dictum Archid.in c.1. de despon.impub. in 6. quod videbatur facere in cõtrarium, & etiam ad dictum Innocen. in cap.1. infra titu.1. in quantum prædicti Doct. non faciunt in alio differentiã inter parentes contrahentes pro filijs, & alios consanguineos pro consanguineis contrahentes, nisi quòd in parentibus sufficit tantũ consensus, vt supra dixi, quòd satis est quòd filia non contradicat: In alijs uero consanguineis requiritur expressus cõsensus, vel ratihabitio, respondit idem Doctor, quòd ex his quæ supra narrata sunt, apparet quòd prædicti B. & Ioan. effecti puberes rata habuerunt sponsalia in infantili ætate contracta, quia non tan-
21 tum verbis, sed etiam factis datur † voluntas intelligi. l.Paulus respon.& l.fi.ff.rem ratam haberi.& l. de quibus. ff.de ll.& est tex. hic in fi.ac idem d.c.literas. & d.cap.1. de sponsa. in 6. ibi dum tex. dicit nisi verbo vel facto appareat, &c. Quare concluditur, quòd cum prædictis sponsalibus fuerit orta pu. hon.iustitia, quæ durat, licet puella sit mortua, vt statim dicam, non potest sponsus superstes sororem ipsius B. defunctæ ducere in vxorem.

¶ In contrarium consuluit alius Doctor, motus primo, quia sponsalia prædicta in princ. non tenuerunt, quia B. erat infans, & sic non fuit orta pub. hone. iustitia. ¶ Non obstat, quod dictum est de tanta ratificatione, quia ex quo sponsalia à princ. non tenuerunt, ratificatio debebat expresse fieri per ipsos B. & Io. ita mouebatur per cap.1. in prin.in §.porro. de despon. impu. lib.6. & per c.licet. de sent.excom.in 6.vbi dicitur q̃ propter negligentiam non prosequentis appellat. debito tempore excommunicatio nulla non cõualescit. Item habetur per reg. non firmatur, cum sua materia, in 6.
22 ¶ Vlterius etiam allegat, quia † in his qui loqui possunt,ad sponsalia & matrim. contrahendum requiruntur verba. c. si inter. infra eo. de quo latius dicam in c.tua.eo.art.14. quæ verba inter B. & Io. minimè interuenerunt. Præterea mouebatur,quia in casu prædicto non fuerunt contracta sponsalia nomine ipsius B. sed fuit facta promissio de sponsalib. contrahendis eo tempore quo B. & Io. essent apti ad spõsalia,& matrimoniũ contrahendum. ad quod benefacit dictum Archi. in d.§.porro. vbi dicit, quòd adhoc vt frater, patruus, vel sim. personæ possint obligare tales,debet apparere de eorum expressa voluntate aut expressa ratificatione, vt supra dixi, cum ipsi valeant loqui. facit etiam quod notat Inno.in c.1.supra eo.lib.qui dicit, q̃ in matrimonio necessarius est expressus cõsensus, ita quòd non habeat locum tantus, nisi quando contrahuntur a parentibus. sed in terminis nostris expressus consensus non intercesit, ergo &c. Sed mihi plus placet precedens opinio per ea quæ sup.dicta sunt.

¶ Vlterius quæro, vtrum ex sola copula absque sponsalib.oriatur pu.ho.iustitia. ¶ Sol. Dic quòd non,secundum Zab. & D.M. in c.tuæ.infra de eo, qui cog.consang. per c. ad audientiam. supra eod.

¶ Nec obstat d. c. tuæ. quia verbum honestatis, in tex. positum, accipitur pro affinitate,vt ibi dicit glo.vel dic vt ibi dicam post D.M.& eodem modo potest responderi ad c.discretionem. eo. tit. de eo, qui cogno.&c.vel dic,quòd verbum honestas, potest sumi etiam ibi impropriè,vt ibi dicam, & vide quod dixi supra eod. vers. Sed quæro iuxtà prædicta, vtrum per extraordinariam, &c.

¶ Quintò quæro, quis sit effectus istius impedi-
23 menti pu. ho. iustitiæ. † & intellige data validitate sponsalium. ¶ Sol. Dic, quòd impedit sponsalia & matrim. contrahendum cũ consanguineo sponsi vel sponsæ vsque ad quartum gradum, & dirimit sponsalia vel matri. postea contracta.c.sponsam. & ibi D.Anto.& Doct. sup.eod. & in c.accesit. & c. litteras.infra ti.1. & in cap.1. eod. tit.in 6. & in c.1. infra de matrim. contracto contra interd. & Enricus in c. ad audientiam. supra eo.vnde licèt per se-

quens matrim. contractum per verba de præſen-
24 ti ſoluantur ſponſalia † per verba defuturo prius
contracta cum alio. c. ſi inter, infra eo. dicam in c. 1.
infra eo. ti. art. 21. Tamen quando ex prioribus ſpõ
ſalibus oritur pu. hon. iuſtitia, ad illam quam quis
ſecundo loco deſponſauit, vel cum qua matri. con
traxit, nec ſponſalia, nec matrimonium, tenent, vt
dictis iuribus. attenditur enim in hoc quod hone-
ſtum, non quòd iuſtum eſſe videtur. dixi ſup. q. 3.

¶ Et aduerte, quia dirimit, vt dixi, ſponſalia &
matrimonia ſequentia, ſed præcedentia non tollit,
vt d. cap. 1. eodem titu. lib. 6. facit quod ſtatim infra
ſubijciam.

¶ Et nota, quòd tale impedimentum eſt perpe-
tuum, & durat vſque in quartum gradum conſan-
guinitatis incluſiue, non autem affinitatis, & ſic du-
rat etiam poſt mortem alterutrius, vt d. c. 1. eod. tit.
in ſexto. 35. quæſtio. 10. c. fraternitatis. not. D. Ant.
& D. M. in c. ſponſam. ſup. eod. hæc enim pu. hone-
ſtas non affines, ſed tantum conſanguineos reſpicit.
vnde dicit Io. An. in c. 1. eod. titu. in 6. quòd mira-
tur de Ioan. Mon. qui in quadam ſua addit. uidetur
uoluiſſe contrarium, æquiparando conſanguineos
& affines, cum hoc ſit falſum, quia iura de matre Io
querentia ſolos conſanguineos exprimunt, ut in cap.
continebatur. in fine, & c. duo pueri. infra titu. 1. &
in d. c. ſponſam. & ratio eſt manifeſta, cum nedum
ſponſus de futuro, ſed etiam maritus poſt conſum-
matum matrimonium, mortua uxore, licitè cõtra-
hat cum affine vxoris: illa enim eſt ſibi in ſecundo
genere affinitatis, cuius prohibitio eſt ſublata per c.
non debet. inf. de conſanguinitate & affinitate.

25 ¶ Et aduerte, quod affinitas † ſuperueniens pro-
pter contracta ſponſalia cum conſanguinea primæ
vxoris, non tollit pu. ho. iuſtitiam per priora ſponſa-
lia contracta. Quare licet ille, qui purè ſponſalia
cum aliqua contraxit, & poſtmodum cum ſecunda
prioris conſanguinea contraxit, prioribus ſponſali-
bus, per quæ pu. honeſtas contracta fuit ex ſecun-
dis ſponſalibus minime derogatur matrimonio, cũ
prima contrahendo, & ſic iſte remanet obligatus
contrahere matrim. cum prima, vt in c. 1. §. quæri-
tur. eo. ti. in 6. ex ſecundis enim ſponſalibus non po
teſt eſſe honeſtas, quæ tollat primam, vt dicit ibi gl.
ſuper verbo, derogatur, quæ allegat pro ſimili 57.
d. c. ſi quis. & ratio prædictæ diſpoſitionis eſt mani-
feſta, quia ſi aliud diceremus parata eſſet fraus ſpon
ſæ, vel ſponſo nolenti ſeruare prædicta ſponſalia.
Sed volenti ab ipſis decedere eſſet parata via, con-
trahendo cum conſanguineo vel conſanguinea ip-
ſius puellæ infra quartum gradum.

¶ Nec obſtat ſi diceres, quòd habet etiam alias
vias, vt puta contrahendo cum alia per verba de pre
ſenti, & alijs modis, de quibus dicam in cap. 1. infra
eod. art. 31. quia, vt dicit Io. An. in c. 1. eo. titu. in 6.
nullam habet viam ita facilem.

¶ Sed circa prædicta quæro, vtrum ſub iſta pro-
26 hibitione pu. honeſtatis veniant cõſanguinei † ſpu
rij & alij illegitimè nati. Pone, frater cõſanguineus
ſpurius vel illegitimus mortuo fratre illegitimo, vel
legitimo vult deſponſare illam quæ fuit ſponſa fra-
tris ſui, quæro utrum poſſit. & videtur dicendum
quod non, quia iſtud non eſt impedimentum pro-
ueniens à natura, ſeu à iure naturali, ſed à iure merè
poſitiuo, vt dixi ſup. 1. & 2. quæſt. huius impedimen
ti cauſam tradit Petrus de Anch. in c. iuuenis. ſup.
eo. de iure autem poſitiuo tales non ſunt filij nun-
cupandi, & ſunt legibus odioſi. authen. ex comple
xu. C. de inceſtis nuptijs. ¶ Sol. Ego ſolummodo
reperio Petrum de Anchar. hanc quæſtionem po-
nentem in c. ſponſam. ſup. eod. vbi tenet contrariũ,
dicens quòd etiam quo ad tales contrahitur pu.
ho. iuſtitia. mouetur per l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. de
ritu nuptiarum. vbi tex. dicit, quoniam in cõtrahen
dis matrimonijs naturale ius & pudor inſpiciẽdus
eſt: ergo etiam inter tales illegitimos talis pu. hon.
ſeruari debet. & mihi placet, & notabis, quia quoti
die poteſt contingere de facto.

¶ Poſtremò circa hoc impedimentum iuſtitiæ
pu. ho. quoniam, ſup. quæſt. 3. dixi, quòd quando-
que concurrunt ſimul impedimentum iuſtitiæ pu.
ho. & etiam affinitatis, quæro utrum ſi ſimul prædi
cta impedimenta coniungantur, & quis velit impe-
27 trare † diſpenſationem, debeat de vtroque facere
mentionem impedimento: an verò ſufficiat de al-
tero tantum mentionem facere. ¶ Sol. Dominus
meus tangit in c. ſponſam. ſup. eo. ſed latius in c. nõ
debet. inf. de conſang. & affinit. vbi dicit, quòd pre
dicta quæſtio fuit valde ardua in curia Romana, &
pro deciſione allegabatur glo. in dicto cap. non de-
bet. quidam uolebant quòd de vtroque impedimẽ
to eſſet fienda mentio, ad quod vide quod ſupra di
xi. pro quo facit quod not. glo. ſuper arbore affinita-
tis, poſt princ. & quod not. in c. ex tuarum. de au
ctoritate & vſu pal. Alij verò dicebant quod ſufficit
facere mentionem de ſola affinitate, argum. glo. in
dicto c. non debet. D. M. ibi concordat prædictas
opin. dicens, quòd ſi pu. ho. neceſſario concluditur
ſub affinitate, ſatis eſt de affinitate facere mentionẽ,
& ſic procedat glo. in dicto cap. non debet. exem-
plum, ſi impetro diſpenſationem, vt liceat mihi du
cere vxorem conſanguinei mei defuncti, non ob-
ſtante affinitate, impetratio valet: nam ex quo feci
mentionem quòd fuerat uxor conſanguinei mei,
conſecutiuè feci mentionem de pub. ho. & ſic per
conſequentiam videtur ſublata virtute diſpenſatio
nis: ſi verò ex verborum narratione non compre-
henderetur, vt puta impetraui diſpenſationem, ut
liceat mihi ducere in vxorem Titiam, non obſtan-
te quòd ſit mihi affinis in ſecundo gradu, & hoc ca
ſu non valet diſpenſatio, ſi vltra affinitatem erat pu.
ho. ex quo de ea expreſsè vel tacitè mentio habita
non fuit, arg. d. c. ex tuarum. poteſt enim affinitas
cõtrahi ſiue matrim. vt videbimus in ti. de conſan.
& affin. & hoc caſu procedat opinio Io. An. ſuper
arbore, & mihi placet.

¶ Vndecimò impeditur matrimoniũ ex defectu
conſenſus, nam ad ſubſtantiam matrimonij requi-
ritur liber conſenſus, vt dixi ſup. eo. arti. verſiculo
ſeptimum impedimentum. & dicam inf. eod. cap.
tua. artic. 14. Sed hic aduertendum, quia poſſumus
intelligere de defectu conſenſus varijs modis con-
tingente. primo ratione erroris, quia errans nõ con
ſentit, de quo dic, vt dixi ſup. eo. art. verſ. primo igi-
tur impeditur. ſecundò ratione uiolentię metus, de
quo etiam latè dictum fuit, ſup. eod. articu. verſicu.
ſeptimum impedimentum. tertiò ratione infantilis
ætatis, & de hoc latè dicetur inf. titu. 1. quartò ra-

tione

tione furoris, dementiæ, vel ebrietatis, & de hoc di
cam in c. ſequenti.

¶ Duodecimò impeditur matrim. ratione affini
tatis, & de hoc dic vt latè dicam in ti. de conſang.
& affinit.

¶ Terciodecimò impeditur ex eo, ꝙ quis coire
nequit, & hoc põt contingere ratione ætatis, quia
infans vel puer, de quo infra ti. proxi. vel ratione
decrepitæ ætatis, & de hoc dicet inf. ver. 25. quæro.
Item poteſt contingere ratione frigiditatis, ſectio-
nis ſeu caſtraturæ, vel maleficij, aut alicuius ſimilis
morbi. & hoc in maſculo, vel vt in fœmina ratio-
ne nimiæ arctationis, ſeu ſtrictura, & quia hoc ha-
bet ſpecialem & proprium tit. videlicet titulum de
fri. & malefi. ibi late videbimus.

¶ Quartodecimò impeditur, quia matrimoniũ
28 ſit contractum † contra interdictum eccleſiæ, &
quia hoc impedimentum habet etiam ſuum pro-
prium ſpecialem tit. videlicet de matri. contracto
contra interdictum eccleſiæ, quod interdictum im
pedit, ſed non dirimit, ibi latè videbimus.

¶ Quintodecimò quæro, quid de muto, & ſur-
29 do, † vtrum impediantur contrahere matrimoniũ.
¶ Sol. Tex. hic expreſsè vult ꝙ tales poſſunt cõtra-
here matrimonium, & idem dicit Dom. Anto. in
c. tuæ. infra eo. quod procedit etiam ſi eſſet talis ſur
dus qui prorſus non audiret: nam cum poſsit loqui
eius conſenſus ad matrim. per verba colligi poteſt.
Item procedit ſi eſſet prorſus mutus, qui nullo mo-
do loqui poteſt, & etiam ſi eſſet pariter mutus &
ſurdus, prout communiter omnes, qui ſunt muti
à natura, nam tales non loquuntur, ſed mugiunt,
vt dixi ſupra in primo notabili. Nec poſſunt arti-
culatè loqui: quia, cum nunquam audiuerint lo-
quentes, non potuerunt diſcere loqui, & in talibus
verba non ſunt neceſſaria ad matrimonium, vt di-
cam infra eo. c. tua. ar. 15. & 16. vnde tales per ſi-
gna, motum animi, & conſenſum ſuum declara-
rent, per quem matri. contrahi poteſt, vt hic dicit
tex. in fi. Sed dubium magnum eſt, quid ſi aliquis
30 eſſet mutus, † ſurdus & cęcus, qui ſemper ſic fuiſ-
ſet, vtrum poſsit contrahere matrim. & videtur ꝙ
ſic, quia habet ſenſum & rationem naturalem, &
mulierẽ naturaliter cognoſcere poteſt. quid enim
ſi carnis ſtimulis excitatus oſtendit genitalia, ſeu
præputium, & illud ita quòd patet quòd mulierẽ
quærit: & ſimiliter ſi mulier fortè tempore veris
oſtendit femur tumefactum, vel oſtendit vuluam
tumefactam quam aperit, & forte immittit digitũ
fricando & maximè mugiendo, vt quandoque fa-
ciũt muſcipulæ, & ſic patet, quòd appetit & quærit
virum, vnde ei conſentiendum videtur ne peius fa
ciat. ar. Inſti. de iu. naturali. §. 1. nam etiam baptiza-
tur, ſicut paruulus. de conſecratione, diſt. 4. c. illud
per ſcriptam, infra de diuortijs. cap. quanto. §. fin.
In cõtrarium facit, quia iſte nunquam vidit vel au-
diuit matrimonium contrahi, & carens viſu nun-
quam potuit per ſigna cognoſcere quid eſſet ma-
trimonium contrahere, cum ignoret quid ſit ma-
trimonium, non videtur poſſe illud cõtrahere, aut
in matrimonium conſentire. arg. l. in lege. ff. de con
trahenda empt. & 20. quæſt. 1. §. 1. Hoſti. hic dicit
animaduertendum eſſe, vtrum aliquo modo poſ-
ſit exprimere ſuum conſenſum in cõtrahendo ma-
ti. & debet admitti, alias debet repelli, quia com-
parandus eſſet furioſo vel bruto, vt l. 1. ff. ſi quadru
pes pauperiem feciſſe dicatur. ex geſtis enim & ſig-
nis bonus iudex cõſiderabit, & iudicabit. ſubdit
tamen, quòd in dubio conſulendus eſſet ſummus
Pont. ar. cap. 1. ſupra de tranſ. & ſequitur hic D. M.
ſed dicit hic Zabarella, quòd raro prædictus caſus
occurrit, poſſet tam eſſe quòd per ſignum manum
tangẽdo ipſe edoctus eſſet quid ſit matrimonium:
nam ſæpe videmus in cæcis eſſe ſpiritum ſubtiliorẽ
quàm inuidentibus, & tunc procedit primum dic-
tum Hoſtien. quære ſi per ſigna aliquo modo con
ſtare poſſet de conſenſu ad matrimoniũ, eſſet ma-
trimonium, aliàs ſecus. mihi videtur hoc non ſolũ
difficile, ſed quaſi impoſsibile, & miraculoſum,
quòd talis contrahere poſsit matrimonium.

¶ Decimoſextò quæro, quid de furioſo & ebrio,
vtrum poſsint contrahere matrim. ¶ Sol. Dic, vt
dicam in ſequenti cap.

¶ Decimoſeptimò quæro, vtrum incertitudo
31 † vitiet ſponſalia ſeu matrimonium. ¶ Sol. De in-
certitudine ratione erroris dic, vt dixi ſup. eo. arti.
verſi. 1. impeditur. de alia vero incertitudine, quæ
cauſatur hoc modo, videlicet, ſi propoſitis pluri-
bus puellis aliquis dicat, vnam ex vobis accipio in
vxorem, vel ſi decem puellis dicat, accipio vos om
nes in vxores, de hoc dic, vt dicam in c. tua. infra
eo. artic. 14.

32 ¶ Decimooctauò quæro, quid † de oblatis vel
conuerſis ad eccleſias ſeculares, & quid de fratri-
bus tertij ordinis, & quid de eremitis, vtrum poſ-
ſint cõtrahere matrim. ¶ Sol. Dic vt dicam in ti. 1.
qui clerici vel vouen.

33 ¶ Decimononò quæro, vtrum dolus † commiſ-
ſus in matrimonio cõtrahendo impediat matrim.
pone exemplum, ſi puella vel mater ipſius aut alius
ci. cunuenit aliquẽ, dicendo quòd talis puella erat
valde pulchra, vel amplam habebat dotem, & erat
valde prudens, & maximę honeſtatis, propter quas
cauſas talis fuit conductus ad accipiendam eam in
vxorem, quam alias non accepiſſet, & poſtea repe
rit eam claudam, & turpem, & habentem apertam
apothecam, vtrum valeat matrimonium. ¶ Sol.
Io. ſeu Gaſpar Cald. conſi. 62. quod incipit, caſum
propoſitum puto non dubium. ver. quinta con-
cluſio. dicit quod cum hæc quæſtio eſſet orta de fa
cto, quidam Theologi aſſerebant matrimonium
non tenere, allegantes Magiſtrum ſententiarum,
lib. 4. d. 26. pro quibus allegari poterat, quia ſi do-
34 lus † dans cauſam cõtractui bonæfidei annullat ip
ſum contractum, vt in l. eleganter. ff. de dolo. 17.
q. 6. c. 1. longè magis debent reddere matrimoniũ
nullum, cum ſit ſacramentum, & ſic res ſpiritualis.
vnde omnis debet ceſſare dolus. ſed Gaſpar Calde
rini, & Io. conſulueruut contrarium, moti primò
auctoritate glo. 20. q. 3. c. fin. quæ dicit, quòd ſicut
dolus non reſcindit ingreſſum monaſterij, aut pro-
feſsionem, vt ibi, quia in ſpiritualibus dolus dans
cauſam contractui non vitiat contractum, nec ma-
trimonium, ſpirituale, & per conſequens nec car-
nale, vt dicto c. ſi. & ſupra de conuerſione coniuga
torum. c. ex parte. & c. veniens. & c. dudum. cum
35 ſimilibus. Item quia certi ſunt caſus, † qui habent
impedire & dirimere matrimoniũ. de quibus per

Io. And. in ſumma iſtius Quarti libri Decretalium, inter quos non annumeratur iſte caſus, ergo &c.

¶ Sed hoc argumentum parum vrget, quia ſunt plures caſus impeditiui matrimonij, qui per Ioan. And. non numerantur, vt manifeſtè colligi hic poteſt ex his quæ dico in hoc 9. art.

¶ Item mouentur, quia non tam dolus alterius quàm fatuitas credentis eſt ponderanda, & ſic potius fatuitati ipſius credentis, quàm dolo alterius eſt imputandum, vt etiam dicit glo. in dicto c.fin. 20.q.3. facit c.cum dilectus. ſupra quod metus cauſa. & eſt hoc mirabile, vt dicit glo. in dicto c.fin. q̃
36 in ſpiritualibus † contractus dolo initus tenet, ſed per metum contractus non tenet, vt dixi ſupra hoc eo. ar. ver. 7. impeditur. cum tamen ſecundum leges penitus ſit per contrarium, quia ſecundum leges contractus bonæfidei dolo initus, eſt nullus, & tamen per metum celebratus tenet, licèt detur remedium reſciſſorium per actionem quod metus cauſa. concludit ergo tenere matrimonium, quia negari nõ poteſt, quin in tali matrimonio interuenerit conſenſus verus vel præſumptus, ſecundum Calderinum. quid autem de ſimulatio. vtrum annullet matrimonium, dicam infra eo. c.tua. art. 14.

¶ Vigeſimò quæro, vtrum clandeſtinitas vitiet matrimonium. ¶ Sol. Dic, vt latius dicetur infra de clandeſtina deſponſatione.

37 ¶ Vigeſimoprimò quæro, vtrum hæreſis † impediat matrimonium, hoc eſt, vtrum matrimoniũ cum hæretico contractum teneat. ¶ Sol. Glo. in c.fi. infra de conditionibus appoſitis, tenet quòd valeat. allegat tex. qui videtur hoc velle, 28. q. 1. c. non oportet. & ibi glo. quæ dicit, quòd hæreticus non poteſt cõtrahere cum Chriſtiana, & ſic vult illa glo. quòd catholicus debet abſtinere a matrimonio hæretici, facit. c. caue. & c.fi. 28. q. 1. & ita promiſcuè loquuntur de infidelibus & hæreticis, & q̃ catholici talibus non ſocientur. Aduerte tamen, quia licet catholicus à tali matrimonio abſtinere debeat, tamen matrimoniũ cum hæretico contractum tenet, ſicut ſi contraheret cum excommunicata, ſecundum Vguc. Vnde licet impediat contrahendum, non tamen dirimit contractum, & q̃ matrimonium cum hæretico contractum teneat, probatur in cap. decretit, de hæretic. lib. 6. & hanc opin. tenent D. Ant. & Zab. in c. fi. infra de conditionibus appoſitis. & in c. propoſuit. de coniugio ſeruorum. per d. c. decreuit, vbi hoc etiam tenet Io. An. & D. meus in dicto c. fin. de conditionibus appoſitis. Speculator verò in tit. de diuortijs, poſt princ. diſtinguit, quòd aut matrimonium contrahitur cum hæretico baptizato, & tenet: aut cũ non baptizato, & non tenet. ſed dicit Ioan. And. in d.c. decreuit. & in dicto c.fin. de conditionibus appoſitis, & ibi etiam Zaba. quod Speculator impropriè loquitur, & ſic etiam intellexit Hoſtien. ſecundum quod refert Zab. in c.2. infra de coniugio ſeruorũ. ſed Ioan. And. poſt Hoſt. in c. quanto. infra de diuortijs. diſtinguit, quòd aut quis fuit baptizatus in forma eccleſiæ, ſed poſtea lapſus eſt in hæreſim, & tunc matrimonium cum tali cõtractum eſt ratũ & verum: aut non fuit baptizatus ſecundum formam eccleſiæ, & tunc cenſetur tanquam infidelis, & ſic matrimonium non poteſt eſſe ratum, cum non receperit ſacramentum baptiſmi, per c. 1. infra
38 de ſcimaticis. eſt enim † baptiſmus vera ianua ad ſacramenta, vt in c. 1. ſupra de presbytero non baptizato. & hoc tenet D. Ant. in dicto cap. quanto. & D. Dominicus in dicto c. decreuit. & prædicta procedunt etiam ſi aliquis fuit baptizatus abhæretico, quia ſiue infans, ſicut maior fuerit baptizatus, ſi fuit baptizatus in forma eccleſiæ, conſequitur verum ſacramentum, & ideo cum tali etiam hæretico contrahitur matrimonium, & eſt ratum & verum, ſecus ſi baptiſmus non fuit collatus in forma eccleſię, ſecundum Zab. poſt Inno. in dicto c. quanto.

¶ Vigeſimoſecundò quæro, vtrum excommu-
39 nicatio † impediat matrimonium contrahi, & ſic, vtrum cum excommunicato matrimonium contrahi poſsit. & videtur dicendum quòd non, quia non debet vnum genus ſacramenti concedi ei cui cætera denegantur. 25. d.c. olim. & 5. diſt. c. ad eius vero concubitum. ¶ Sol. Glo. 28. q. 1. c. fin. tenet q̃ non, & idem tenet D. Dominicus poſt Io. An. in d.c. decreuit, & eſt bonus tex. vbi etiam hoc tenent Doc. in c. ſignificaſti. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulterium tetigi in c. fin. infra de eo qui furtiuè ordines recepit, tenet Speculator in tit. de ſponſalibus. §. 1. verſ. ſed nunquid
40 tenet. mouetur, quia hoc ſacramentum † eſt commune his, qui ſunt in eccleſia, & etiam illis qui ſunt extra eccleſiam. 26. d.c. deinde. & d.c. quãto. infra de diuortijs. & ſequitur ibi Ioan. And. in addi. ad Specu. per d.c. ſignificaſti. vbi dicit eſſe caſum. ſed tu dic vt latè dixi in c. ſacris. infra de ſententia excommunicationis. in 9. princ. ar. in 2. q. princ.

¶ Vigeſimotertio quæro, vtrum ſola cauſa incõ-
41 tinentiæ † impediat matrimonium. ¶ Sol. Gratianus format hanc quæſtionem. 32. q. 2. de eo qui duxit meretricem ſterilem cauſa ſolius incontinentię, & ibi deciditur per eum, quòd valet matrimonium. ad quod vide quod notat ibi glo. in ſumma. & patet ibi quòd meretricium non impedit matrimonium quinimmo meretur meretricem ducens in vxorem, vt latè dictum fuit in cap. inter opera, ſupra eod.

¶ Vigeſimoquartò quæro, vtrum propoſitum
42 † non conſummandi matrimonium impediat matrimonium. ¶ Sol. Dic quòd non, vt in cap. commiſſum, ſupra eo. & ibi dixi in 7. notabili. dummodo hoc propoſitum non deducatur in pactum expreſſum, vt ibi dixi, per not. in c. fi. infra de conditionibus appoſitis. & ibi videbimus.

43 ¶ Vigeſimoquintò quæro, vtrum ſenium † ſeu ſenecta impediat matrimonium. & videtur dicendum quòd ſic, quia tales ſunt impotentes ad copulandum, ergo non videntur poſſe contrahere matrimonium, arg. cap. quòd ſedem. infra de frigidis. ¶ Sol. Dic, quòd poſſunt. 27. q. 1. c. nuptiarum. vbi glo. dicit, quòd matrimonium in ſenibus eſt humanitatis ſolatium, & ſubdit, quòd etiam ſenes qui aſſurgere non poſſunt, poſſunt contrahere matrimonium, & hoc tenet glo. in d. c. quòd ſedem. ad ar. in contrarium formatum reſpondetur, quòd tex. in d. cap. quòd ſedem. debet intelligi de impotentia coeundi perpetua, vt in ſecto, ſeu caſtrato, & ſimil. ſenes autem non impediuntur perpetuò, vt infert glo. & dicit ibi Vincentius, quòd aliqui ſunt impotentes ad copulandum animo & corpore, aliqui vero altero tantum, de quo per glo. 23. q. 1. in ſumma. & prædictam opin. tenent D. Ant. & Zab. & Dom. meus, in d. c. quòd ſedem. facit 31. q. 1. c. aperiant. & c. fi.

¶ Vigeſimoſextò quæro, vtrum intenſus & ardens amor, propter quem quis impeditur ad matrimonium, impediat matrimonium. ¶ Sol. Dic q̃ non. ad quod vide quod dixi ſup. eo. art. verſ. ſeptimum impedimentum. q. 3.

¶ Vigeſimoſeptimò quæro, vtrum iuramen-
44 tum † de non contrahendo matrimonium impediat matrimonium. ¶ Sol. Dic quòd non, vt not. in c. ſicut ex literis. ſup. eo. & ibi dixi in nono & decimo notabilibus, & ibi hoc tenent Gaſpar de Calderinis, Do. An. Zabar. & Dom. meus, faciunt not. per Io. An. in regula, quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. in mercurialib. & quod not. Zabar. in c. dilecto. de præbendis. quod procedit etiã ſi iuraſſet non contrahere cum una, & poſtea contraxiſſet cum illa, &
45 ſic patet, quod tenet † matrimonium etiam à periuro contractum, debet tamen de periurio agere pœnitentiam, vt traditur in dictis locis. & ex prædictis infertur deciſio ad quæſtionem dominicalem, in qua quæritur, pone quòd iuraui nunquam accedere ad fornicariam meam, poſtea volo cum ea cõtrahere matrimonium, quæritur vtrum poſsim? gl. tenet quòd ſic. 35. q. 9. c. quòd quis. per illum text. & arg. cap. relatum. & c. illud, 31. quæſt. 1. vide glo. prædictam.

¶ Vigeſimooctauò quæro, vtrum filia ſpiritua-
lis per pœnitentiæ impoſitionem poſsit contrahere cum filio carnalis imponentis pœnitentiam, & vtrum laicus poſsit contrahere matrimonium cum illa, quam audiuit in confeſsione. ¶ Sol. Dic vt late dicam inf. de cognatione ſpirituali, ſub 9. art.

46 ¶ Vigeſimononò quæro, vtrum abſentia † impediat contrahi ſponſalia vel matrimonium, & ſic vtrum inter abſentes ſpõſalia & matrimonium contrahi poſsint. ¶ Sol. Dic quod non impedit, poteſt enim contrahi matrimonium inter abſentes & præſentes. tenet Zabar. in c. ex literis. il ſecondo, in fi. ſup. eo. & probatur in c. fi. de procuratoribus. li. 6. & traditur in c. ex parte, ſup. de cõuerſione coniug. ¶ Poteſt enim contrahi matrimonium per procuratorem, vt dicto c. vel per nuntium, vel per epiſtolam, vt l. fin. ff. de ſponſalib. & l. ea quæ. ff. de diuor. tenet etiam Zabar. in c. veniens. infra qui clerici vel vouentes. & hoc tenent Vincentius & Tancredus. ſed Alanus dicit quòd licèt ſponſalia poſsint contrahi inter abſentes, tamen ſecus eſt in matrimonio. Hoſt. verò in dicto cap. veniens. tenet primam opi. per id, quod habetur in euãgelio, Lucæ. cap. 2. ibi dũ dicitur, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. & vbi dicitur, ecce ancilla Domini, &c. quia ibi per nuntium ideſt per Angelum conſenſus fuit in matrimo. & remittit Hoſtien. ad notata per ſe in ſumma de ſponſalib. §. qualiter contrahitur. 1. reſp. & verſ. ſequenti. & pro hac parte eſt tex. apertus in dicto cap. fin. de procurator. lib. 6. & l. 1. & l. fin. ff. de ſponſalib. & ibi per Salicetum. & l. mulierem. & l. denique. ff. de ritu nupt. & l. vxor. C. de repudijs.

¶ Trigeſimò quæro, vtrum diuerſitas regionis prouinciæ, vel idiomatis impediat matrimonium contrahi. ¶ Sol. Dic, q̃ non. tex. eſt in c. 1. ſup. eo. tetigi. ſup. eod. art. ver. ſextum impedimentum. pro pè finem. ibi, circa ſecundam quæſtionem, & etiam dixi ſup. eo. cap. ar. 8.

¶ Trigeſimoprimò quæro, vtrum litis penden-
47 tia † ſuper matrimonio impediat alium matrimonium contrahi. ¶ Sol. Dic, quòd aut litigatur ſuper ſponſalibus, aut ſuper matrimonio. primo caſu impeditur contrahi, ſed contractum matrim. non dirimitur, quoniam ſponſalia etiam valida ſoluuntur per matrimonium ſequens, ſecundum quod vidimus inf. de ſponſa duorum. ſub 9. artic. & in c. penult. art. 31. & hoc modo poteſt intelligi Io. Mo. in cap. cupientes. de elect. lib. 6. & refert Bald. in l. 3. C. de appel. verſic. ibidem. vbi ait quòd pendente lite ſuper ſponſalibus &c. ubi dicit quod poteſt ſponſa contrahere cum alio, etiam contra iudicis prohibitionem, ſi modo ipſi matrimonio aliud nõ obſiſtat, vt puta aliquod impedimentũ ad matrim. aut pendet lis ſuper matrimonio, & hoc caſu diſtingue, quod aut primum matrimonium ſuper quo lis pendet eſt ualidum, & impeditur ſecundum, vt in c. cum in apoſtolica. ſup. eo. à contrario ſenſu. & ratio huius eſt manifeſta, quia ſtante validitate primi matrimonij non poteſt ſecũdum valere, per ea quę dicam, inf. in ti. de ſponſa duorum. ſub 9. ar. aut primum matrimonium non tenet, & litis pendentia ſuper eo non impedit, ſecundum matrimonium contrahi.

¶ Nec obſtat quòd lite pendente nihil debeat innouari, vt in c. 1. & 2. ſupra ut lite pendente. & ta-
48 lis litis † pendentia inducit nullitatem eorũ quæ gerũtur lite pendente, etiam ſi aliàs inſtè ſint geſta, vt in c. eccleſia. il primo, & il ſecondo, ſup. ut li. pendente. quia ad hoc reſpondetur, quod aut nos quærimus quo ad validitatem matrimonij, vtrum impediatur per litis pendentiã ſuper matrimonio. & dicẽdum eſt quòd non, immo tenet, ſecundum matrimonium, ex quo primum eſt nullum, per regulam præſtat impedimentum. de regu. iur. lib. 6. & non poteſt eſſe, ſecundum Inno. in c. cum M. ſup. de conſtitutionibus. quia quando agitur perſonali, motio litis non facit rem litigioſam, cum per actionem perſonalem non contendatur de dominio rei. quòd eſt notãdum, & ita eſt hic, quia vir petit vxorem cõ dictione ex canone. ſecũdum quòd notatur in c. ex parte. de reſtitutione ſpoliatorum. Omnis autem conditio eſt actio perſonalis. Inſti. de actionibus. §. in perſonam. & ſequitur Zabar. in dicto c. cum in Apoſtolica.

¶ Sed tu aduerte, quia licèt teneat alienatio pendente lite per actionem perſonalem, tamen ſi fiat in præiudicium litis, quamuis, vt dixi, teneat ipſo iure, tamen officio iudicis reuocatur in irritum, vt dicto c. cum M. & traditur in c. ad diſſoluendum. inf. titu. 1. & inf. de accuſationibus. cap. olim, quæ iura non loquuntur in actione reali, ſed perſonali. vnde mihi uidetur poſſe dici, quod licet interdicatur innouatio lite pendente, & ſic pendente lite ſuper matrimonio tamen, matrimonium cõtractum cum
49 alio tenet, ſi primum non tenebat, quia † matrimonium contractum contra interdictum iudicis ſeu eccleſiæ tenet, ſi modo aliud nõ obſiſtat, vt dicam inf. in titu. de matrimo. contracto contra interdi-

ctum eccleſiæ. Et ſic quo ad annullationem matrimonij propter litis pendentiam non habet locum ille tit. quia cum matrimonium ſit à iure diuino & indiſſolubiliter conſtitutum, ex quo eſt validum, nec poſsit reponi in priſtinum ſtatum, merito ius poſitiuum inducens prohibitionem innouationis per litis pendentiam non poteſt contra ius diuinum operari, per notata in c. cum inferior. ſup. de maiorit. & obed. & hanc rationem cum iam in ueritate mente concepiſſem, reperi poſtea D. An. ſentire in dicto c. cum in apoſtolica. ſup. eod. ubi dicit, quod attentata lite pendente quæ tranſeunt ad limites vinculi irreuocabilis, ſunt irreuocabilia. facit quod not. glo. in c. non ſolum. de appellat. lib. 6. &
50 quod notatur in c. veniẽs. ſup. eo. quinimmo † electio facta pendente lite ſuper iure eligendi, licèt ſit reuocabilis, non tamen infirmatur propter pẽdentiam litis, nec etiam confirmatur interim, ſed differtur matrimonium, vt in c. 2. ſuper glo. fin. de reſtit. in integrum. aut quærimus reſpectu pœnæ à iure impoſitæ contra innouantes lite pendente propter contemptum attentantis aliquid contra pendentiam litis, vtputa contrahendo matrimonium cum alio pendente lite ſuper matrimonio contracto cũ primo, & hoc caſu innouans, & matrimonium ſic contrahens debet puniri pœna extraordinaria, niſi iuſta cauſa eum excuſet, vt eſt tex. in dicto c. cũ apoſtolica. vbi maritus fuit punitus pœna extraordinaria, quia nullam habebat excuſationem, ſed mulier propter iuſtam ignorantiam procedentem ex communi errore excuſata fuit, vt ibi dicitur, facit quod notatur in c. eccleſia. ſupra, vt lite pendente. & in c. apoſtolicæ. de cleri. excommunicato miniſtrante. & l. generali. C. de tabularijs. lib. decimo.
¶ Aduerte tamen, quia ſi matrimoniũ ſecundum eſt cõtractum lite pendente ſuper primo, ipſis coniugibus, qui ſecundum matrimoniũ contraxerunt, interdicitur vſus matrimonij, vt in c. tenor. ſup. de re iudicata. in glo. fi. & vide quod ibi dixi.
51 ¶ Sed quæro circa prædicta, quid † ſi pendente lite ſuper accuſatione matrimonij, ratione alicuius impedimenti, ab ipſis partibus vel altera partiũ impetretur diſpenſatio papalis ad tollendum dictum impedimentum, vtrum eo ipſo erit firmum matrimonium, an uero erit neceſſarius nouus conſenſus. ¶ Sol. Dicit Zabar. in d. c. cum in apoſtolica. ſup. eod. quæſt. 1. quòd hæc quæſtio præſupponit aliam, videlicet, vtru. n diſpenſatio teneat. & cõcludit quòd ſic, vt notat Inno. in Rubrica, vt li. pendente. lib. 6. ad quod vide quæ ponuntur in cap. 2. ſup. vt lite pendente. quo præſuppoſito, dicit Io. de Lignano in dicto c. 2. quòd ex quo ſublatũ eſt impedimentum, tenet matrimoniũ. Sed Gaſpar Cald. tenet contrarium, & melius, ſecundum Zabar. quoniam ante diſpenſationem ex conſenſu tunc præſtito non ualuit matrimonium, ex quo erant inhabiles, & ſic neceſſarius eſt nouus conſenſus ex nũc. facit quod notatur in c. fi. inf. de coniugio ſeruorũ. glo. fi. & fortè etiam Io. de Lignano habuit hunc intellectum, videlicet quòd ex conſenſu perdurante matrimonium ſtatim teneat ſublato impedimẽto.
52 ¶ Trigeſimoſecundò quæro, vtrum † lepra impediat matrimonium. ¶ Sol. Dic de hoc, vt latè dicetur inf. in ti. de coniugio leproſorum.

¶ Trigeſimotertiò quæro, vtrum ratione temporis quis prohibeatur contrahere matrimonium, vt hoc tempore quadrageſimali, vel ſimilibus.
¶ Sol. Dic ut dicam in c. tua. inf. eo. ar. 24.
53 ¶ Trigeſimoquartò quæro, vtrum raptus † mulieris impediat matrimonium cõtrahi inter raptam & raptorem. ¶ Sol. Dic quod de iure ciuili impeditur, vt l. 1. C. de raptu virginũ. ſed de iure canonico, cui in hoc ſtandum eſt, dicendum eſt quod valet matrimonium inter eos contractum, ſi prior diſſenſus tranſit poſtea in conſenſum. 36. quæſtio. 2. c. tria. & c. ſequenti. & inf. de raptoribus. c. penult. & fi. & uide quod ibi dixi, tenet etiam Dom. meus in repetitione c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſup. de conſtitutionibus. verſ. & ex prædictis concludo alium & ſic quintum caſum.
54 ¶ Trigeſimoquintò quero, vtrum † tutor poſsit contrahere matrimonium cum pupilla. ¶ Sol. Dic quòd de iure ciuili non poteſt, nec ipſe, nec etiam filius ſuus pupillam etiam adultam accipere in vxorem, vt l. tutor. ff. de ſponſalib. & l. ſi quis. §. quamuis. ff. de ritu nup. & l. 1. C. de interdicto matrimonio, nec etiam poteſt tutor pupillã in ſponſam accipere, vt d. §. quamuis. ſed circa hanc materiam pro aliquali intelligentia iuris ciuilis plura notabis.
¶ Primò, quòd tutor prohibetur contrahere matrimonium cum pupilla, ſi propter factum ſuũ incidit in periculum tutelæ. & ſi contrahitur incidit in pœnam iuris. ſecus ſi propter factum alienum incidit in tutelam, quia tunc non incidit in pœnam, vt l. ſi quis. §. quid ergo. cum l. ſeq. ff. de ritu nup.
¶ Secundò noto, quòd filius tutoris non poteſt contrahere matrimonium cum pupilla, etiam ſi pater ipſum filium alteri dederit in adoptionem, vel à datione tutelæ appellauerit, vt l. ſi quis. alias quan quam. §. naturales. ff. de ritu nupt.
¶ Tertiò noto, quòd quamuis tutor fuerit remotus à tutela, & alius fuerit datus tutor, non tamen poteſt primus tutor pupillam deſponſare, aut in vxorem habere ante redditam rationem adminiſtrationis, vt l. quanquam. §. tutor. ff. de ritu nupt. quinimmo etiã poſt redditam rationem non poterat olim tutor accipere ipſam in vxorem durante minori ætate, & quando ſupereſt tempus ad petendam in integrum reſtitutionem, ſecundum Salicetum in l. non eſt. ff. de ritu nupt. & l. ſi patris. C. de interdicto matrimonio. & ſic debet etiam poſt reddita rationem expectare vſque ad quadriennĩ, infra quod minor poteſt petere reſtitutionem in integrum, vt dicta. l. ſi patris. & l. fi. C. de temporib. in integrum reſtitut. peten. & ratio, quare debeat tanto tempore expectare, potuit eſſe, quia ſi puella in redditione rationis fuiſſet læſa, & ſtatim poſt ipſi tutori aut eius filio nuberet, non auderet petere in integrum reſtitutionem aduerſus læſionem redditæ adminiſtrationis, ideo expectari debet vſque ad tempus, per quod via potentiæ petendæ reſtitutionis in integrũ ſit profuſa, & ſic expectatur, vt poſt minorem ætatem tranſeat quadriennium, quod tamen procedit, quando tutor reddidit rationem, alias autem non reddita ratione, nec etiam poſt dictum tempus, non poteſt accipere eam in vxorem, ſecundum Salicetum in d. l. ſi patris. nota tamen, quòd ſimplex adminiſtrator, qui non ſit tutor,

tor, vel filius tutoris, non prohibetur pupillam ducere in vxorem, vt l. non ſolum. §. ſi pupillæ. ff. de ritu nuptiarum.
¶ Quartò noto, quòd nedum tutor, aut eius filius, ſed nec extraneus hæres tutoris, ante redditã rationem poteſt pupillam accipere in vxorem, vt l. libertam. §. fenatus. ff. de ritu nupt.
¶ Quintò noto, quòd etiam tutor datus ventri, non poteſt cum pupilla poſtea nata matrimonium contrahere, vt l. non ſolum. §. ſi quis. ff. de ritu nup.
¶ Sextò noto, q̃ licet tutor aut eius filius prohibeatur matrimonium contrahere cum pupilla, tamen hoc procedit, niſi pater pupillæ ſic diſpoſuerit, quòd poſſet illam accipere per diſpoſitionẽ inter viuos, vel in vltima voluntate, vt l. non eſt mirum. ff. de ritu nupt. & l. ſi ex voluntate. C. de donatio. inter virum & vxorem. & ibi per Salicetum. & ſimiliter in caſu prædicto etiam curator cum adulta contrahere poteſt matrim. vt traditur in d. l. non eſt mirum.
¶ Septimò noto, quod licet pater pupillæ poſſuerit in arbitrio, ſeu volũtate matris nuptias ipſius pupillæ, non tamen poteſt ipſa mater tutorem datum filiæ in eius virum eligere, vt l. quanquam. ff. de ritu nuptiarum.
¶ Octauò noto, q̃ tutor, mortua pupilla cuius negotia ſunt geſta, non prohibetur filia ipſius olim pupillæ defunctæ filio ſuo in ſponſam dare, vt l. nõ ſolum. §. ſi pupillæ. ff. de ritu nuptiarum, quod qualiter intelligatur, dic vt ibi traditur, maxime per Salicetum.
¶ Nonò noto, quòd pater non poteſt ducere in vxorem illam cuius filius tutelam adminiſtrauit, vt l. non ſolum. §. ſi filius. ff. de ritu nuptia.
¶ Decimò noto, quod prohibitio facta de filio tutoris, vt non poſsit pupillam habere in vxorem, habet locum non ſolum patre viuente, ſed etiam eo mortuo, vt l. non ſolum, in princ. ff. de ri. nupt.
¶ Vndecimò noto, quod prohibitio de tutore, & curatore, quod non poſsit pupillam, vel adultã accipere in vxorem, non extenditur ad pro tutorẽ vel procuratorem, hoc eſt ad illum qui ſe pro tutore vel procuratore geſsit, nec etiam ad negotiorum geſtorem, vt l. ſi quis. C. de interdi. matri.
¶ Duodecimò noto, quod tutor poteſt matrem pupilli accipere in vxorem, vt l. 2. & l. cum proponas. C. de interdicto matri.
¶ Tertiodecimò noto, quod inter filium liberti & pupillam, cuius ipſe libertus eſt tutor, prohibetur contrahi matrim. vt l. libertinum. C. de interdicto matri. & ibi per Salicetum.
¶ Quartodecimò noto, quod inter filiam curatoris & ipſum adoleſcentem curatum non prohibetur contrahi matrimonium l. curatorem. C. de interdicto matri.
¶ Quintodecimò noto, quod officialis qui tutorem dedit non prohibetur etiã de iure ciuili matrimonium contrahere cum pupilla, niſi aliud obſtat, vt l. ſi quis. ff. de ritu nupt.
¶ Decimoſextò noto, quod libertus non poteſt pupillam ſuam ducere in vxorem, & ducens eſt relegandus, vt l. libertum. ff. de ritu nupt.
55 ¶ Sed quæro circa prædicta, vtrum † prædictæ prohibitiones matrimonij inter tutorem & pupillam & filium tutoris & pupillam & curatorẽ & pupillam ſeu adultam, quæ ſunt a iure ciuili inductæ, procedant etiam de iure canonico. ¶ Sol. Goffredus tenuit quod non, quia matrimonium non eſt perpetuò prohibitum, ſed ad tempus, ideo, ſi de iure canonico aliter non reperitur prohibitum, valet ratione conſenſus, qui ipſum ſubſtantificat matrimonium, per nota. in c. penul. & fi. infra de ſecund. nupt. & idem dicit in quolibet alio caſu, vbi matrimonium ad tempus prohibetur. & ita etiam allegatur tenere Ioan. Andr. Sed Cinus in l. fi. C. de interdicto matrimon. dicit illud ſeruandum quo ad ordines eccleſiaſticos, & beneficia eccleſiaſtica, ſed quo ad ſucceſsiones ſeruandum eſſe ius ciuile, & ſic vult quod filij ex tali matrimonio geniti non ſuccedant tanquam illegitimi, quod non placet Saliceto in dicta l. fin. quia præſuppoſito quod matrimoniũ ualeat, filij ſunt legitimi, & per conſequens ſuccedunt, vt & placet ipſi Saliceto in auth. maximis. C. de nuptijs, alias eſſet quid monſtruoſum, & quodammodo impoſsibile, quia ex quo filij ſunt renati ex legitimo matrimonio neceſſario ſunt legitimi, vt l. filium, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & l. ſi vicinis. C. de nupt. & vide quod in ſim. dicitur in c. tanta. infra qui filij ſint legitimi. & ibi dicam ar. 29. & vide quod dixi ſupra eod. c. ar. 8. verſ. ſed quæro circa prædicta, vtrum dicta prohibitio.
56 ¶ Trigeſimoſextò quæro, † vtrum rector, vel officialis alicuius prouincię vel ciuitatis, qui & exercẽdi poteſtatem habeat poſsit cum ſibi ſubdita matrimonium contrahere, & quid de filijs ſuis, & alijs officialibus ſibi aſsiſtentibus. ¶ Sol. Dic quod nõ, vt l. præfectus. ff. de ritu nupt. quem adde ad id q̃ dixi ſupra eod. c. ar. 8. vbi de hac quæſtione latè tractatum fuit.
¶ Trigeſimoſeptimò quæro, vtrum ſenator poſsit contrahere matrim. cum liberta. ¶ Sol. Dic quod non, in l. lege Papia. & l. lege Iulia. ff. de ritu nuptiarum. nec etiam filia ſenatoris poteſt nubere liberto, vt l. oblatione. ff. de ritu nupt. & hoc verum, niſi eſſet vilis & ignominioſa, vt dicta l. lege Papia. & aduerte, quia ſi aliqua libertina nubit ſenatori vt ingenua, datur contra eam actio de dolo, vt l. à Diuo. ff. de ritu nup. Et nota, quod etiam ſenator non poteſt eam ducere in vxorem quæ artẽ ludicram fecit, vt l. palam. §. lege. ff. de ritu nupt. aduerte tamen, quia prædicta procedunt de iure ciuili, ſed de iure canonico matri. tenet, ſecundum Ioan. Andr. in cap. fin. infra de ſecun. nupt. notat glo. ſ. 30. quæſtio. 3. cap. ita dirige, & Ludouicus Pontanus in Rub. ff. ſoluto matri. tenet Salicetus in d. l. lege Papia. licet quidam dixerint, quod filij nõ ſunt legitimi, & malè, vt ſtatim dixi in verſic. ſed quæro iuxta prædicta. & nedum ipſi ſenatores, ſed nec eorum filij, nepotes, vel pronepotes, matrimoniũ cum liberta contrahere poſſunt, vt dictis iuribus. Item non licet ſenatori damnatam de publico iudicio vxorem habere, non tamen dicitur dãnata quo ad nuptias prohibendas quę de calũnia vel præuaricatione damnatur, vt l. palam. §. ſenatus. ff. de ritu nuptia.
¶ Trigeſimoctauò quæro, vtrum liberta inuita ſeu renitens teneatur nubere patrono. ¶ Sol. Dic quod non, niſi hoc pacto fuerit manumiſſa,

vt

vt ei nuberet, vt l. inuitam. ff. de ritu nuptia. poteſt enim patronus cum liberta matrimonium contrahere, vt l. vxorem. & auth. ſed nouo iure. & l. ſi quis. C. de nupt.

¶ Et nota circa prædicta, quod manumiſſa matri. cauſſa inuito manumiſſore non poteſt alteri nubere, vt l. patrimonij. ff. de ritu nupt.

¶ Secundo noto, quod etiam miles poteſt liber tam ducere in vxorem, vt l. in eo. ff. de ritu nupt.

¶ Tertio noto, quod liberta nupta patrono nõ poteſt poſtea alteri cõiuncto patrono nubere, quãuis patronus eam emerit illa lege, vt eam manumit terret, dũmodo proprijs pecunijs emerit, vt l. in eo. ff. de ritu nup. & iſtud procedit etiam de iure canonico, ſi modo talis fuiſſet coniunctus patrono in quarto gradu, quia tunc conſtat de iure canonico iuſtitia pu. ho. vel affinitas, vt dixi, ſup. eod. articn. verſ. decimo impeditur.

¶ Quartò noto, quod liberta communis pluribus patronis nupta vni ex patronis non poteſt alteri nubere. l. illud. ff. de ritu nupt. quod procederet de iure ciuili duntaxat, quia de iure canonico etiã cum ancillis & ſeruis contractum matrimonium tenet, vt latè videbimus inf. de coniugio ſeruorum, ſub nono artic.

¶ Quintò noto, quod filia Senatoris cum liberto contrahere poteſt matrim. hodie de iure ciuili, in authen. ſed nouo iure. C. de nupt. ſed quærunt ibi glo. & Docto. & latius Salicetus, utrum hodie libertus poſit contrahere cum filia Senatoris ſimpliciter, & ibi potes videre varias opiniones, ſed quia de iure canonico expeditum eſt, cum in contrahendo matrim. non ponderetur dignitas, ſed cõſenſus, ideo referre dictas opiniones ſuperfluũ eſt. vide ibi per Salicetum.

57 ¶ Trigeſimononò quæro, vtrum † conſuetudo habiles ad matrim. poſsit inhabilitare. ¶ Sol. Tex. in c. ſuper eo. inf. de cognatione ſpirituali, probat quòd ſic. ibi enim filij duorum fratrum, per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, ratione conſuetudinis ſeparantur, & ſic matrim. inter eos prohibetur, qui tamen de iure contrahere poſſunt, vt in cap. primo, de cognatione ſpirituali. ¶ Sed aduertę, quia circa hanc quæſtionem, vtrum conſuetudo poſsit habilitare inhabiles, vel inhabilitare habiles, tex. videntur quodammodo contrarij, vt patet ex dicto cap. ſuper eo, & in c. 1. de cognatione ſpirituali, & in cap. quod ſuper his. inf. de conſanguin. & affin. & 32. quæſt. 4. c. abijciuntur. propter quod ad prædictos tex. varij dantur intellectus, ideo dic de intellectu prædictorum iurium, prout in ipſis videbimus, & de poteſtate conſuetudinis, an & quando poſsit habilitare vel inhabilitare, dicam inf. in 29. princ. art.

58 ¶ Quadrageſimò quæro, † vtrum concubinatus patris impediat nuptias inter ipſam cõcubinam & filium eius qui concubinam ipſam habuit. Sol. De iure ciuili tex. eſt apertus, quod non poteſt contrahere filius matrim. cum concubina patris, vt l. liberi. C. de nup. ſed iure canonico iſtud eſt expeditiſsimum, propter affinitatem contractam non ſolum inter concubinam & filium eius qui ipſam habuit, ſed etiam cum alijs uſque ad quartum gradum, vt uidebimus in tit. de conſang. & affin.

¶ Poſtremò circa hunc nonum artic. ſubiungo quaſdam regulas in materia ipſius articuli.

59 ¶ Prima regula eſt, quòd † matrimonium iure prohibente contractum eſt nullum, vt l. qui contra. C. de inceſtis nupt. facit 10. diſtin. cap. vides. & quod notatur in l. non dubium. C. de legib. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus. quod intellige, ſi tale ius habuit poteſtatem prohibendi, ad quod vide quæ dicam in c. his qui fidem. inf. eod. ar. 19. & de pena contrahentium matrimonia prohibita videbimus in ti. qui matrim. accuſare poſſunt. ar. 44.

60 ¶ Secunda regula ſit, quod † matrimonium ab initio illegitimè contractum non firmatur ex tacito conſenſu, ſed exigitur expreſſus. tex. eſt in l. Paulus. ff. de ſtatu hominum. ſed tu dic, quod aut matrimonium deficit ratione ſolius conſenſus, qui non interuenit ſub debita forma, puta quia fuit liber propter metum, & violentiam, vel etiam ratione ætatis, vt quia puer præſtitit conſenſum ad matrimoniũ de præſenti, & hoc caſu arbitror quòd qua litercunque poſtea ſequatur conſenſus expreſſus vel tacitus, dummodo tacitus conſenſus ſit ad matrimonium, matrimonium firmetur, vt puta ſi per facta vel ſigna ad matrimonium conferentia conſenſus colligatur, quoniam non ſolum verbis, ſed etiam ſignis, & factis uoluntas & conſenſus declaratur, vt hic, & l. Paulus. reſpondit notatum uerbis. & l. fi. ff. rem ratam haberi. ad quod vide quod dixi ſup. eod. art. verſ. ſeptimo impeditur. ad idem etiam eſt bonus tex. in l. & ſi contra. C. de nupt. ad quod etiam vide glo. notabilem ſuper uerbo, de cætero. in cap. non debet, inf. de conſanguin. & affi. & quod ibi dicam. & uide etiam quod dicam inf. eo. cap. tria. ar. 14. & prædicta procedunt, quando matrim. eſſet nullum propter defectum cõſenſus, nec aliud obſtaret, ſecus ſi eſſet inualidum ratione impedimenti, quod à partium poteſtate & voluntate non dependeret. & pro prædicta deciſione facit etiam quod dicam in ſeq. regula.

61 ¶ Tertia regula ſit, ceſſante cauſa impedimenti matrim. impeditiui, matrim. confirmatur, † vt l. ſi quis in ſenatorio. ff. de ritu nup. vbi eſt tex. notabilis de iure ciuili. dicit enim quòd ſi quis in ſenatorio ordine agens libertinam duxit vxorem, quamuis interim vxor non ſit: attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatẽ, uxor eſſe incipiat, quod intellige eadem durante voluntate, vt ibi traditur: facit regula, c. cum ceſſante mali vulgati. ſup. de appella. ſic etiam ceſſante uiolentia & metu reintegratur matrimo. ſecundum quod dixi ſup. eodem art. verſ. ſeptimo impeditur. faciunt etiam quæ notantur in l. & ſi contra. C. de nupt. & ea quę dixi in precedenti regula.

62 ¶ Quarta regula ſit, quod † matrimonium illegitimè contractum non poteſt preſcriptione ſequenti iuſtificari, vt notatur in c. non debet. inf. de conſanguin. & affin. & ibi gl. pen. vbi dicam.

63 ¶ Quinta regula ſit, ſi matrimonium nõ tenet, pactum de lucranda dote non tenet, † vt in l. à diuo. & ibi Salicet. ff. de ritu nup. ad quod uide quod dicam in materia dotium, in c. tua. inf. eod. ar. 14.

64 ¶ Sexta regula ſit, quod † ſuperueniens impedimentum, licet ſit habile ad impediendum matrimonium, vtputa, ſi eſſet affinitatis, vel ſimile impedimentum, non tamen dirimit iam contractum, vt not. in cap. 1. eo. titu. lib. 6. facilius enim impeditur actus fiendus quam tollatur iam factus, vt ibi per Ioan. An.

65 ¶ Septima regula ſit, † quod nuptiæ prohibitæ maioribus ratione dignitatis, nõ intelliguntur prohibitæ minoribus, vt l. obſeruandum. ff. de ritu nup. iſtud tamen procedit de iure ciuili, non autem de iure cano. quia vt ſupra dixi, de iure canonico dignitas non operatur impedimentum matrimonij.

66 ¶ Octaua regula ſit, quod † mulieres, quę ſe dehoneſtauerũt, deterius nubunt. C. de inceſtis nup. l. imperialis. & in l. palam. ff. de ritu nup. & in l. auxilium. in prin. ff. de minoribus, & hoc eſt experientia manifeſtum, quia non ſolum ipſæ, ſed etiã ipſarum filiæ deterius nubunt, & ideo bene diligenter debent præcauere, & cum omni conatu honeſtatem ſeruare. & ex his Deo duce eſt ſatis notabiliter expeditus iſte 9. art.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt contrahere matrimonium pro filia.*
2 *Furor, an impediat & dirimat matrimonium.*
3 *Furor quid ſit, & quis dicatur furioſus.*
4 *Mentecaptus quis dicatur.*
5 *Stultus & ſtolidus, quis dicatur.*
6 *Stultitia differt à fatuitate.*
7 *Demens ſeu amens, quis dicatur.*
8 *Fatuus quis dicatur.*
9 *Inſanus, inſaniens, ſeu inſipiens, quis dicatur.*
10 *Ebrius quis dicatur.*
11 *Furioſus, ebrius, & ſimiles, an poſſint facere teſtamentum.*
12 *Priuatio præſupponit habitum.*
13 *Conſenſus vbi requiritur, furioſus non dicitur conſentire.*
14 *Idoneitas ſuperueniens non confirmat electionem vel collationem inualidam.*
15 *Furioſus & ſimiles non tenentur ex delictis, in quibus dolus exigitur.*
16 *Furioſus, an poſſit contrahere matrimonium, & numero 17.*
18 *Ebrius, an poſſit contrahere matrimonium.*
19 *Dormiens, an poßit contrahere matrimonium.*
20 *Matrimonium contrahere, an is poßit cui bonis interdictum eſt.*
21 *Furioſus habẽs dilucida interualla, an matrimonium contrahere poſſit. & nu. 22.*
23 *Conſenſus ad matrimonium, an requiratur quod præſtetur ab vtroque eodem tempore.*
24 *Matrimonium, an ſoluatur per ſuperuenientiam furoris.*
25 *Furioſus retinet dignitatem iam queſitam.*
26 *Furor qualiter probetur.*
27 *Stultus probatur quis ex eo quod ſuũ nomen ignorat.*
28 *Furoris probatio cui incumbat.*
29 *Alleganti qualitatem, quæ non ineſt alicui à natura, incumbit onus probandi.*
30 *Matrimonium contractum ab eo qui habet dilucida interualla, an præſumatur contractum tempore ſanæ mẽtis.*
31 *Actus requirens conſenſum præſumitur factus tempore quo faciens erat ſanæ mentis.*
32 *Teſtamentum præſumitur factum ab habente legitimam ætatem, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*

CAP. XXIIII.

DIlectvs. hoc dicit in ſumma, Furioſus non poteſt cõtrahere matrimonium. h. d. ¶ Primo deciſè narrat factum.

¶ Secundo interſerendo factum decidit quæſtionẽ propoſitam, ibi, cum autem. ¶ In textu ibi cui debet, dic, ſcilicet furioſo. ¶ In tex. ibi, & q. dic, ſub primo cõtinebatur quæſtio, vtrum tales eſſent ſeparandi.

1 ¶ Nota primo ibi, filiam ſuam, quod pater † poteſt contrahere matrim. pro filia. de quo dic, vt latè dictum fuit in c. ſi quis ex literis. ſup. eo. ar. 12.

2 ¶ Secundo noto, quod † furor impedit matrim. contrahendum, & dirimit cõtractum, ſcilicet tempore furoris, quod qualiter intelligatur, infra latius videbimus.

¶ Tertio noto ibi, continuo, argumẽtum, quòd ad hoc quod matrimonium contractum cum furioſo non teneat, neceſſarium eſt quod ſit cõtinuo furioſus, quod tamen intelligendum eſt, vt inf. dicam, quæſt. 12.

¶ Quarto noto, quod furioſus dicitur qui alienatus eſt à mente. & ideo dum text. dicit, propter alienationem furoris, eſt ac ſi diceret, alienatione mentis ratione furoris, & de hoc latius inf.

¶ Glo. ſecunda, in prin. quærit, & quærendo declarat tex. & ſoluit primum contrarium, deinde in verſic. ſed quomodo, opponit & ſoluit, deinde in verſic. quandoque tamẽ, ſoluit vnam quæſtionem, deinde in verſ. ſed pone, format vnam quęſtionem & arguit & duas ponit opi. ¶ In eadem gl. ibi, tempore contracti matrim. dic, vt dicam inf. quæſt. 10. In eadem gloſ. ibi, durat matrimonium, dic, vt dicam inf. queſt. 13. In eadem glo. ibi, poteſt dici, dic, vt dicam inf. quæſt. 10. In eadem glo. ibi, nec adipiſcitur. dic, vt latè dixi ſup. de cauſa poſſ. & propriet. In eadem glo. per dilucida interualla. dic, vt dicam ſtatim. q. 12. In fine gl. dic, vt dicam inf. quæſt. 13.

¶ Et aduerte, quia ſup. in præced. c. ar. 9. verſi. decimoſexto, remiſi me hic dicturum de furioſo, ebrio, mentecapto. & ſimil. qui propter defectum conſenſus non poſſunt contrahere matrim. vt ſtatim dicam: ideo vt hanc materiam claram & ordinatam habeas, quæ etiam poteſt eſſe vtilis ad alia plurima, proſequar infraſcriptas quæſt.

¶ Prima, quibus nominibus nuncupentur qui carent ſenſu & intellectu.

¶ Secundò, quis ſit furor, & quis dicat furioſus.

¶ Tertiò, quis dicatur mentecaptus.

¶ Quartò, quis ſtultus & ſtolidus.

¶ Quintò, quis dicatur demens & amens.

¶ Sextò, quis dicatur fatuus.

¶ Septimò, quis dicatur inſaniens.

¶ Octauò, quis dicatur ebrius.

¶ Nonò, qualiter prædicti inter ſe differant, & ſic quæ differentia ſit inter prædictos.

¶ Decimò, vtrũ tales poſsint cõtrahere matrim.

¶ Vndecimò, quid de eo, cui eſt interdictum bonis.

¶ Duode-

¶ Duodecimò, quid ſi furioſus habet dilucida interualla.

¶ Decimotertiò, quid ſi poſt contractum matrimonium ſuperuenit ſana mens.

¶ Decimoquartò, qualiter probetur furor & fatuitas, & ſimiles qualitates.

¶ Decimoquintò, cui incumbat onus probandi, & prædicta erunt bene notãda, quoniam ad plures alias materias conferunt.

¶ Primò igitur quæro, quibus nominibus nũcupentur, qui carent ſenſu & intellectu. ¶ Sol. Clara colligi poteſt ex ordine prædictarum quæſtionum: nominãtur enim furioſus, mentecaptus, ſtultus, demens & amens, fatuus & inſaniens, &c.

3 ¶ Secundo quæro, † quid ſit furor, & quis dicatur furioſus. ¶ Sol. Aduertendum eſt; quoniam, vt à Platone ſcriptum eſt, furoris ſpecies duæ ſunt, vna ex humanis peruenientes morbis, & hæc eſt mala & deteſtanda, & de hac loquitur materia noſtra: alia vero prouenit ex diuina mentis alienatione, cuius diuini furoris quatuor ſunt ſpecies, videlicet vaticinium, miſterium, poeſis, & amor, quibus quatuor totidem deos præeſſe veteres putauere: nam vaticinium Apollini, miſterium Dionyſio, poeſim muſis, amorem Veneri tribuebant, &c. vt eſt apud Aulum Gellium de Noctib. Atticis. quis autem ex prædictis furoribus impediat matrimo. dicetur infra. ſed quo ad primam ſpeciem furoris, de quo hic loquimur, dic q furioſus dicitur qui continua mentis alienatione omni caret intellectu, & hoc patenter per extrinſecos actus oſtendit, vt proijciẽdo ſaxa, lacerando pannos, & ſimilia faciẽdo, vt l. diuus. ff. de officio præſidis. Bald. in l. 1. C. de curatore furioſi. & l. tam dementis. C. de epiſcopali audientia. vnde dicit tex. quod furioſus dicitur qui langorem hoc eſt defectum animi habet. l. 1. §. 1. ff. de ædilitio edicto, & dormienti comparatur, vt in clementina prima, de homicidio. & l. nonnunquam. §. ſi ſeruus. ff. de ædilitio edicto.

¶ Aduerte tamen, quia eſt quidam furor qui ex iræ cõcitatione prouenit, vnde Cicero 3. Tuſculanarum inquit, veteres furorem cenſuerunt mentis ad omnia cæcitatem, quod cum maius eſſe videatur quàm inſania, tamen huiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit, inſania non poſſit, & de hoc proprie furore loquitur, vt arbitror, lex, quicquid calore. ff. de re. iu. & illud Virgilianum, Furor arma miniſtrat, & adde quæ dicam inf. q. 14.

¶ Tertio quæro, quis dicatur mentecaptus.

4 ¶ † Sol. Dic, quod dicitur propriè qui mente deficit, & conſilium cum non habet, nullum tamen furorem extrinſecus oſtendit, quia extrinſecus in ſtatu & quiete mentis eſſe videtur, ad quod vide glo. & Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. furioſus ergo & mentecaptus non ſunt idem, ſed ſe habent ut excedentia & exceſſa, nam furioſus eſt mẽtecaptus, ſed non econtra, vt in d. l. ſi furioſus. & ibi Salicetus. & vide in Auth. vt ij qui obligatas perhibẽt res minorum. circa medium. & Inſti. de curato. §. furioſi. alij vero dicunt, quod mentecapti dicuntur, qui, cũ habeant omnes ſenſus, videlicet viſum, auditum, &c. tamen carent iudicio intellectus.

¶ Quarto quæro, quis dicatur ſtultus, & ſtoli-
5 dus. ¶ † Sol. Dic, quòd ſtultus dicitur à ſtupore, quia ſtupenda non ſtupeſcunt, vel non ſtupenda ſtupeſcunt. quare ſi alicui metus mentis, vel ſtatus vel famæ, vel amiſſionis omnium ſuorũ bonorum immineat, & talis tanquam non cognoſcens ne ſtupeſcat nec remedia procuret, ſed ſua à quocunque auferre patiatur, vel econtra qui à quolibet leui caſu terretur quaſi vt à mortis ſtante periculo, propriè talis ſtultus eſt, dixi ubi tractatur de text. & §. 33. verſ. mentecapti.

¶ Sed aduerte, quia Cicero 3. Tuſculanarum ſic inquit, ſtultitiam cenſuerunt, ſcilicet ueteres, inconſtantiam eſſe, & ſanitate vacantem, poſſe tamẽ mediocritatem officiorum tueri, & uitæ communem cultum, atque uſitatum, ſed quo ad materiam noſtram, magis confert quod dictum eſt ſupra, cui concordat Iſidorus in lib. etimologiarum, dicens quòd ſtultus eſt qui per ſtuporem non morietur,
6 vt ſupra dixi, & ſubdit, ſtultitia † differt à fatuitate, quia ſtultitia importat hebetudinẽ ſenſuum, fatuitas vero importat totalis ſpiritualis ſenſus priuationem. eſt enim inſipiens, hoc eſt ſine ſapore diſcretionis, ſenſus, & ideo opponitur ſapientiæ. Vnde idem videtur etiam inſipientia cum ſtultitia, præciuè autem videtur aliquis eſſe ſtultus, quando patitur defectum in ſententia iudicij, quę attenditur, ſecundum cauſam alatiſſimam, hoc eſt totalem. nã ſi aliquis deficeret in iudicio circa aliquid, non ex hoc vocatur ſimpliciter ſtultus. traditur per B. Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtio. 46. ar. 1. & de hoc vltimo fortè voluit intelligere Cicero, dum dicit, quod poteſt mediocritatem officiorũ tueri. & eadem dicenda ſunt de ſtolido, nam ſecundum aliquos Grammaticos deriuatores, ſtultus dicitur ab extollo, is: & ſimiliter dicitur ſtolidus ab extollo, is: ſed minus benedicunt iudicio meo, quia, vt ſupra dixi, tales a mentis ſtupore dicuntur.

7 ¶ Quintò quæro, quis dicatur † demens ſeu amens. ¶ Sol. Dic, quod dicitur ille qui neſcit exprimere quod velit vel nolit, & ſic caret omni diſcretione, vt in cap. 1. §. ſi vero. de cleri. egrotante. lib. 6. & ibi dominus Dominicus. facit quod not. 3. q. 9. c. indicas. & ſup. de ſucceſ. ab inteſt. cap. cum dilectus. & 93. di. c. legimus. dicitur enim demens iudicio meo, quaſi deorſum à mente exiſtens, & ſimiliter amens, quaſi ſine mente, quamuis Chatolicon Grammaticus dicat, quòd demens dicitur, qui temporali dementia morbo tenetur, amens vero qui perpetuo, ſed non placet.

8 ¶ Sexto quæro, quis dicatur † fatuus. ¶ Sol. Dic q dicitur à for, faris, quia fando imperitiam ſuam oſtendit, quicquid latet in animo, vel etiam reſpondendo ad interrogata aliter quàm deceat. vel ideo dicitur fatuus à fando, quia nec quod ipſe fatur, vel facit, nec quod alij dicunt intelligit, ſecundum Papiam, Vguccionem & Catholicon Grammaticos. vel fatuus dicitur ſecundum Auguſtinũ, quaſi inſulſus, ſine ſale, ideſt ſine. i. condimẽto diſcretionis, vt ipſe dicit in Soliloquio, tradit Archid. 90. d. c. legimus. & differt à ſtulto, quia ſtultus propriè dicitur, qui propter ſtuporem non mouetur dolore, quaſi ſtuitus hebetior ſic corde, vnde Affrannius: Ego me etiam ſtultum exiſtimo, fatuum eſſe non opinor, & obtuſis quibuſdam ſenſibus, non tamen multis, ſecundum præfatos Grammaticos, & ſecundum

dum hoc dicitur ſtultus quaſi ſeorſum ab ultu. ideſt ab vltione, quia non vlciſcitur ſe, ſecundum Auguſtinum in Soliloquio, tradit Archid. 22. diſt. c. de Conſtantinopolitanæ.

¶ Septimò quæro, quis dicitur inſaniens, inſa-
9 nus, ſeu inſipiens. ¶ † Sol. Dic quod dicitur ille, qui eſt ſine ſapore ſapientiæ, ſeu ſanæ mentis, ad q̃ vide tex. in l. ob quæ vitia. ſecundo reſponſo. ff. de ædilitio edicto. & inſania & furor quaſi idem ſunt, ad quod vide quod notatur in l. 1. C. ſi quis imperatori maledixerit.

10 ¶ Octauò quæro, quis dicatur ebrius. † Sol. Dic quòd dicitur ille qui propter immoderatum vini vſum in mentis incidit alienationem.

¶ Aduerte tamen: quia, vt dixi in c. ſi cõſtiterit. inf. de accuſationibus. verſ. primo quæro, homines vario modo inebriantur, & propter ebrietatem nõ eoſdem, ſed diuerſos actus agunt, & diuerſis trahuntur fantaſijs: quidam enim propter ebrietatẽ temulenti, hebetes & dormientes fiũt; & mẽte alienantur, & hæc ebrietas porcina appellatur: nonnulli vero quodammodo furioſi fiũt, volentes omnes ſuperare, verberib. afficere, & rixas, furores & iracũdias exercent, & hæc leonina ebrietas vocatur: plerique vero exquiſitis verbis loquuntur, & magnatrahuntur proſopopeia, & compoſito corpore, & verbis, alienata tamen quodammodo mente permanent, & hæc Salomonica ebrietas nuncupatur: ſunt etiam alij qui propter ebrietatem varios, & diuerſos ac deriſorios actus & iocos exercent, & hæc Simia ebrietas appellatur, quia Simia deriſorios actus facit, quos & alios fieri videt, & adde quod dicam inf. q. 10.

¶ Nonò quæro, quæ differentia ſit inter prædictos. ¶ Sol. Ex his quæ ſupra dixi faciliter colligi poteſt, in quibus prædicti differant, & in quibus conueniant.

11 ¶ Decimò quæro, vtrum tales † poſſint contrahere matrimonium & quare prohibeantur. & videtur dicendum quod licèt quis ſit furioſus, demens, fatuus vel mentecaptus aut ſimilis, quod poſſit contrahere matrimonium. tales enim poſſunt generare, ergo & matrimonium contrahere, vt infra tit. 1. c. puberes. ¶ Item furor & ſimilis morbus, eſt morbus accidentalis. 15. quæſt. 1. c. aliquos. & l. fin. C. de curatore furioſi. ſed matrimonium eſt ex iure naturali. prima diſt. c. ius naturale. dixi ſup. eo. c. 1. ſed naturalia tolli non poſſunt, cum ſint immutabilia, Inſti. de iure naturali. §. fin. 5. diſtin. §. naturale. item impotentia coeundi non impedit matrimonium, niſi impedimentũ ſit perfectum, inf. de frigidis. c. laudabile. ergo nec furor, qui quandoque durat ad tempus, & non perpetuò, vt dicam infra quæſt. 12. ¶ Præterea furioſus poteſt baptizari. de conſecrat. diſt. 4. c. quæris. & ſup. de baptiſmo. c. maiores. in fine. ergo videtur quòd debeat poſſe matrimon. contrahere, quia cui vnum genus ſacramẽti conceditur, aliud negari non debet. 95. diſt. c. illud. 13. q. vltima. c. fatẽdum. Vlterius etiam cõtra hoc facit tex. noſter, in fi. in quantum mandat iſtos ſeparari, & ſic videtur quòd iſtud matrimonium cum furioſo contractum non fuerit nullum, quia
12 priuatio † præſupponit habitum, vt in c. ad diſſol. inf. de deſpon. impube. & l. decem. ff. de verbo. obl. cum alijs vulgatis. ¶ Sol. Furioſus matrimonium contrahere non poteſt, quia caret conſenſu, vt hic, & 32. q. 8. c. neque furioſus. talis enim cõſenſum nõ habet, vt l. 2. C. de contrahenda emptione. & l. 1. in prin. ff. de verb. obl. & dicit ſingulariter Iaco. Butrigarius, quod in omnibus caſibus in quibus requiritur conſenſus, furioſus nunquam dicitur conſentire, caſus eſt l. qui ad certum. ff. locati. licèt ſecus ſit in caſibus, in quibus ſufficit conditionem ceſſare, vt l. 2. §. voluntatem. ff. ſoluto matrim. quę ſunt elegantia verba, ſecundum Salicetum in dicta l. 2. C. de contrahenda emptione. & hoc etiam hic ſentit Zabar. dicens quod in omnibus caſibus in quibus acquiritur ignoranti, acquiritur etiam furioſo. ff. ſi certum pet. in l. ſi à furioſo. & ideo acquiritur ſibi actio negotiorum geſtorum contra eum, qui ſua negotia geſsit. ff. de negotijs geſtis. l. 3. §. & ſi furioſi. & ibi gloſ. & eadem l. §. curatori. & ratio eſt, quia in hac actione ſufficit quod non interceſsit prohibitio, vt l. ſicut duobus. ff. de negotijs geſtis, & notat glo. in l. in negotijs. ff. de reg. iuris.

13 ¶ Sed vbi requiritur conſenſus, † furioſus nõ dicitur conſentire, nec poteſt actum celebrare, qui exigat conſenſum, vnde nec codicillos facere poteſt, vt l. nec codicillos. C. de codicillis. & l. 2. §. furioſus. ff. de codicillis.

¶ Nec poteſt profiteri, vt in c. ſicut tenor. ſup. de regularib. nec etiam poteſt baptizare. 1. q. 1. c. ecce.

¶ Licèt poſsit baptizari, vt ſup. dixi, nec electio de furioſo facta tenet, ſecundum Vincent. hic, arguendo de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt ſequitur Zabar. quamuis eligentes excuſentur quod ignorantes eligentur, quod nõ eſt materia noſtra.

¶ Similiter ẽt collatio beneficij facta furioſo nõ tenet, ſecundum Vinc. & Zab. hic. & quamuis ſufficiat quod electus vel ille cui fit collatio conſentiat ex poſt facto, vt in c. quàm ſit. de electione. lib. 6. & in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. 6. tamen requiritur quòd tempore electionis vel collationis tales ſint habiles ad conſentiendum, vel ſaltem non ſint penitus inhabiles, quod vltimum dictum eſt propter monachum, qui licet nõ ſit omnino habilis, tamen requiritur licentia ſuperioris, vt in c. ſi religioſus. de electione, lib. 6. non tamen eſt omnino inhabilis: ſecus eſt in furioſo, quia eſt tanquam corpore vitiatus. 33. d. c. maritum. 51. diſt. c. qui in aliquo, & ſic eſt penitus inhabilis.

14 ¶ Nec idoneitas † ſuperueniens confirmat electionem vel collationem quæ non tenuerunt, vt c. dudum. il primo, ſup. de electione. in c. ſi eo tempore. de reſcriptis. lib. 6. & in ſumma conclude, quod furioſus generaliter nullum actum ſeu negotium agere vel contractum inire poteſt. ff. de regu. iur. in l. in negotijs. ſiue ſit actus qui requirat expreſſum conſenſum. ff. de iure codicillorum. l. 2. §. furioſus. & ibi gl. & dicta l. nec codicillos. C. de teſtamentis. ſiue ſufficiat tacitus conſenſus, vt l. qui ad certum. ff. locati. notat glo. in d. l. in negotijs. & idem dicendum eſt de omnibus qui carent conſenſu, quocunque nomine nuncupentur, ex his quæ ſupra dixi. tales enim infantibus & dormientibus æquiparantur, vt in clem. 1. de homi. & l. 5. §. iniuriam. ff. ad l.
15 Aquiliam, & l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & ideo † ex delictis, in quibus dolus exigitur, non tenentur, vt

l. infans.

l. infans. ff. de Sicarijs. & l. illud. ff. de iniurijs, & l. diuus. ff. de offi. præſidis. & l. ſi quis in tantâ. & ibi traditur. C. vnde ui. notat Bal. in magna repetitione l. primæ. C. de ſumma trinitate. furioſus ergo, demens, mentecaptus, fatuus, & ſimiles, qui conſenſu carent, non poſſunt contrahere matrimonium, vt dictis iuribus. notat etiam Bal. in l. imperialis. C. de nupt. ad quod etiam facit, quia tales poteſtatem ſui corporis non dicuntur habere. 15. quæſt. 1. cap. illa. quæ tamen requiritur in contrahentib. matrim. vt inuicem tradant poteſtatem ſui corporis. de conſanguin. & affin. c. non debet. dicam in c. is qui fidem. inf. eod. ar. 29.

¶ Non obſtant contraria ſuperius allegata, quia ad illa facilis eſt reſponſio.

¶ Ad primum enim reſpondetur, quòd licèt furioſus poſsit generare, non tamen ſequitur quod poſsit matrimonium contrahere, ex quo deficit cõſenſus. nec argumentum aliquo modo valet, quia & conſanguinei inf. quêcunque gradum, & affines & ſacerdotes, monachi & abbates poſſunt generare: quia, vt dicit Io. An. & commatres poſſunt pregnantes facere, & tamen non poſſunt matrimoniũ contrahere. nec c. puberes, probat quod quicũque poſsit generare, poſsit matrimonium contrahere, ſed ſolum probat quod qui propter ætatẽ non impeditur generare, licèt ſit pupillus, tamẽ poteſt matrimonium contrahere.

¶ Ad ſecundum verò argumentum in contrarium formatum reſpondetur, quòd licèt furor ſit morbus accidentalis, & caſu poſsit definere per reditum ad ſanam mentem, tamen eo tempore quo durat impedit matrimonium.

¶ Et ad illud, quod naturalia ſunt immutabilia, dic, quod ipſum vinculum matrimonij eſt de iure naturali: tamẽ quod iſte vel ille ſit habilis vel inhabilis, eſt ex iure accidẽtis diſpoſitũ & introductũ.

¶ Ad tertium impedimentũ coeundi dic, quod conſenſus concernit contractum matrimon. qui perficitur in tempore inſtantaneo dum contrahitur: & ideo ſi tunc in illo inſtanti quo contrahitur, non ſubeſt cõſenſus habilis, matrimonium eſt nullum, ſed impotentia coeundi concernit vſum matrimonij qui reſpicit totum tempus durantis matrimonij, & ideo ad hoc vt impediat matrimoniũ requiritur quod talis impotentia ſit perpetua.

¶ Ad quartum de baptiſmo, dic quod aliud eſt in baptiſmo, quia in eo ſufficit quod baptizandus non cõtradicat, ſed in matrimonio requiritur conſenſus poſitiuus. faciunt quæ dixi ſupra poſt Iacobum Butrigarij.

¶ Ad tex. noſtrum, in fi. reſpondetur quod ſeparabuntur à communi habitatione vel de facto, ſicut de facto conſenſerunt: vel ſeparabuntur quia fertur ſententia diuortij, per quã iudicatur matrimon. non tenere, ſecundum Vincent. ibi, Enricum & Zabarel.

¶ Sed contra prædicta videtur fortiter obſtare
16 tex. 32. q. 7. cap. † neque furioſus. vbi tex. dicit, neque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt: ſed ſi contractum fuerit, non ſeparantur. Docto. non tangunt. ego arbitror illum text. ſic intelligendum, videlicet quia in quantum dicit quod non poſſunt contrahere, ſcilicet quando ab ipſo initio quis erat furioſus, in quantum vero poſtea dicit, ſed & ſi contractum fuit, nõ ſeparantur, videlicet quod ſi matrimonium contractum fuit tempore ſanæ mentis, quamuis poſtea furor ſuperueniat, tamen matrimonium contractum non ſeparatur, dicam ſtatim, q. 13.

¶ Nec obſtat quod pater, qui contraxit matrimonium, pro filia non debuit admitti cõtra matri. & ſic contra factum ſuum, per cap. diuerſis. ſup. de clericis coniugatis. & l. Marcellus. ff. rerũ amo. quia vt dicit hic glo. 1. pater ignorans furorem, copulauit filiam. & quamuis hoc non uideatur veriſimile, vt dicit hic glo. 2. tamen, vt eadem gloſ. dicit, hoc poteſt contingere, quia ſæpe furioſi ſunt conſtituti in conſpectu umbratæ quietis, & ita dicebatur in antiqua, quod pater & filia ignorauerunt furorem: forte enim nimis properauerunt contrahere matrimonium, non ſumentes aliam informationem, ſicut faciunt quidam fatui ſic capientes uxores: vn de dicit hic Zabar. quod Bononienſes in fiſtinella die, qua incipit ſeptuageſima, quandoque de mane inchoatur tractatus coniugij, & finitur in tertijs, quod uituperare videtur Hieronymus contra Ioui nianum, ſic inquiens, Equus, bos, aſinus, vrceolus fictilis probantur prius quàm emantur, ſola uxor non oſtenditur, ne prius diſpliceat quàm ematur.

17 ¶ Concludo igitur ex prædictis, quod † furioſus ratione defectus conſenſus non poteſt contrahere matrimonium: & idem dicendum eſt de quocunque alio mente alienato, vel mentecapto, demente, fatuo, & ſimilibus, quibus conſenſus deficeret. tales enim non poſſunt matrimonium contrahere, quia deficit eis ſubſtantiale inſtrumentum ad matrimoniũ contrahendum, videlicet conſenſus, de quo dicam in c. tua. inf. eo. ar. 14.

¶ Et prædicta procedunt, etiam ſi aliquis culpa ſua incideret in furorem, vt puta propter ebrietatem, de qua ſtatim dicam, quia aliquid ad bibendũ aſſumpſit; vt furioſus fieret. ex quo enim deficit cõſenſus, non poteſt contrahere matrimonium, licet aliud ſit quãtum ad incurrendam irregularitatem, ad quod uide quod dixi inf. de homicidio. cap. ad audientiam. ar. 5. q. 6. & prædicta etiam procedunt
18 in ebrio, † ſi modo ſit ita ebrius quod nullo modo habeat vſum rationis, & quod omnino quid agat, ignoret, cum tunc careat conſenſu: ſecus ſi non eſt tanta ebrietas, quæ priuet eum penitus conſenſu & intellectu, facit quod notat gloſ. 15. quæſtio. 1. in ſumma, & cap. inebriauerunt, & 25. d. c. criminis. nam, vt ſupra dixi, quæſtio. 8. ebriorum ſunt plures ſpecies. requiritur ergo quòd ſit talis ebrius qui ſit penitus mente alienatus, vt furioſus, mentecaptus, & ſimiles.

¶ Et circa prædicta faciunt duæ notabiles authoritates. prima S. Bernardi in lib. de contemptu mundi, ſic inquiẽtis: Quid turpius ebrioſo, cui fetor in ore, tremor in corpore, qui promit ſtulta, pandit occulta, cuius mens alienatur, facies traſmutatur, ibi nullum ſecretũ, vbi regnat ebrietas. Alia authoritas S. Auguſt. ſic inquientis, Ebrietas aufert memoriam, diſſipat ſenſum, cõfundit intellectum, hebetat & impedit linguam, cõcitat libidinem, corrumpit ſanguinem; totum denique corpus debilitat. dixi in c. ſi conſtiterit. inf. de accuſat. in fi. vbi tractaui qualiter

qualiter vino ſit utendum, & vide quæ dixi in cap. ad audientiam. infra de homicidio. in 5. princip. articu. quæſt. 13.

¶ Sed circa prædicta quæro, quid de dormien-
19 te. ¶ † Sol. Dic quòd nec ab ipſo matrimonium contrahi poteſt. talis enim æquiparatur furioſo, vt in clement. 1. de homicidio. & ſupra dixi. & hoc verum, niſi excitatus à ſomno ratum haberet matrimonium in ſomno contractũ, ad quod vide quod ſtatim dicam, quæſt. 13. & ſi tu diceres, quomodo hoc poſsit contingere. reſpondeo per ea quæ dixi in d. c. ad audientiam. artic. 5. quæſt. 10. & 11. puta ſi per ſomnũ aliquid loqueretur, prout plures uidi, & interrogatus ab aliqua muliere vtrũ vellet eam in uxorem, reſpondit quod ſic: vel ſi loquens diceret alicui mulieri quæ non dormiret, uis me in virum, & ipſa reſponderet quod ſic, nam non valet matrim. niſi ex nouo conſenſu ratificetur.

20 ¶ Vndecimo quæro, vtrum † is, cui bonis interdictum eſt, poſsit contrahere matrimonium. & uidetur dicendum quòd non, quoniam talis videtur æquiparari furioſo, ſecundum quod traditur in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. facit l. furioſi. ff. de reg. iur. & l. Fulcinus. §. alium affinem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſs. eatur. facit quod not. glo. in l. ſiquis in tantam. C. vnde vi. & vult quod prodigus delinquendo non obligetur. ¶ Sol. Dic quod matrimonium contrahere poteſt, quia talis habet cõſenſum, licet circa bonorum adminiſtrationem non utatur prudentia.

¶ Non obſtat glo. præallegata, quia opinio falſa eſt, & communiter reprobatur, & eã reprobat ibi Franc. Accurſij, dicens quod prodigus delinquendo obligatur, & ſequitur Bartolus in d. l. is cui bonis. & probatur expreſſe, quia lex æquiparat prodigum adulto habenti curatorem, vt l. ſi curatorem habens. C. de reſtit. in integrum. ſicut ergo adultus poteſt matrimonium contrahere, ita & prodigus, ad quod vide quod dixi in dicto c. ad audientiam. de homic. art. 5. q. 14.

21 ¶ Duodecimo quæro, quid ſi furioſus † habeat dilucida interualla, vtrum poſsit contrahere matrimonium. ¶ Sol. Glo. 2. hic. verſ. quandoque tamen furioſus. tenet quòd ſic, quando eſſet in ſana mente: nam tunc matrim. ab eo contractum teneret, argu. 7. q. 1. cap. quamuis. & 3. q. 9. c. indicas. & ff. de off. præſidis. l. Diuus. vbi laborans furore per dilucida interualla, ſi tempore ſanæ mentis occidit, tenetur l. Cornelia de ſicarijs. facit etiam l. penult. C. de curatore furioſi. vbi dicitur, quòd furioſus per dilucida interualla tempore ſanæ mentis, & hæreditatem adire, & omnia facere poteſt, quæ ſanis competunt. idem tenet glo. 32. q. 7. cap. neque furioſus. facit tex. noſter, qui dicit, continuo furore, quaſi ſentiat quod ſecus eſſet ſi furor eſſet interuallatus. geſta enim per furioſum tempore dilucidi interualli tenent, ſi ſunt perfecta, ſecus ſi ſunt in fieri, ſecundum Salicetum in l. 2. C. de contrahenda emptione. per l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſunt. vbi probatur dictum vtrunque, & ideo licet haberet dilucida interualla, ſi tempore furoris fuerit contractum matrimonium, non teneret, ut ex tunc, ad quod vide quod ſtatim dicam in q. 13. Quid autem ſi dubitetur, vtrum matrimoniũ contractum ab eo qui habet dilucida interualla, præſumatur contractum tempore ſanæ mentis, vel furoris, & cui incumbat onus probandi. dicut dicam inf. quæſt. 15.

¶ Decimotertio quæro, quid ſi poſt cõtractum matrimonium per furioſum ſuperuenit ſana mens,
22 vtrum validetur matrimonium. ¶ † Sol. Glo. 2. hic in verſ. ſed pone, arguit quod ſit matrim. deinde refert opin. Io. tenentis contrarium, & etiã opi. Tancredi contrariam ad Io. & concludit quod tenet matrimon. vt ex nunc, non vt ex tunc, & idem tenent Vinc. & Goffr. quod dicit Hoſt. procedere ſi modo mulier conſenſum præſtaret, poſtquam furioſus ad ſanam redijt mẽtem, & quod videtur ſufficere tacitus conſenſus: ſed ſi mulier antea diſſenſit & aufugit, non tenetur iſti nunc conſentienti adhærere, vt inf. ti. 1. c. de illis, il primo, & il ſecõdo. & c. duo pueri. facit tex. noſter, dum dicit, legitimus non potuerit conſenſus. vſque in finem. nam hæc iura probant quòd conſenſus debet eſſe legitimus vtrique, ſimul interueniens. facit. l. 1. ff. de verborum oblig. allegata in glo.

¶ Sed contra hoc facit, quia videtur quod non ſemper requiratur quod ſimul conſentiant, vtputa ſi aliquis contrahit matrimonium cum abſente, per c. fin. de procurato. lib. 6. ¶ Sol. Dic quòd etiam tunc oportet quòd conſenſus viri perduret uſque quo mulier conſentit & econtra, vt dicto c. fin. dixi ſup. eo. c. ſicut ex literis. ar. 12. & dicit Hoſt. quod requiritur quòd abſens ſit talis perſona, quæ poſsit conſentire, & quod vtriuſque conſenſus concurrat in idem, & eo etiam tempore, alias nunquam erit matrimonium, & intellige quod conſentiant expreſsè, vel tacitè ex perſeuerantia primi conſenſus, nullo alio ſuperueniente impedimento.

23 ¶ Et ſic ex prædictis infertur, quod † ad matrimonium contrahendum non requiritur quod conſenſus præſtetur ſimul in eodem tempore, ſed ſatis eſt quod vnus conſentiat per prius, & duret in propoſito ſuo, & alius conſenſus poterit accedere ex poſt facto, & hoc etiam tenet Hoſtien. in c. ex literis. ſup. eo. & ſequitur hic Io. An. facit Inſti. qui dari tuto. poſſunt. §. ſi furioſus. vbi ſi tutor datus tempore furoris factus ſanæ mentis acceptet tutelam, valet, facit etiam quod notatur in l. cum furioſus. ff. de iudicijs. ſed Dominus meus hic allegat in cõtrarium gl. in l. conſenſu. ff. de actio. & ob. & quod notatur in l. 1. ff. de contrahenda emptione, in quibus dicitur probari, quod in contractibus qui conſenſu perficiuntur, conſenſus debet præſtari ſimpliciter, & ita videtur ſentire Speculator in titu. de ſponſalib. in 1. columna. dicens quod reſponſio alterius debet ſequi incontinenti, per l. continuus, iuncta l. 1. ff. de verb. obl. & hoc videtur tutius de iuris ſubtilitate. Sed primum videtur æquius, ſecundum Dom. meum, quæ conſideratio mihi nõ placet: quia licèt poſsit procedere quo ad validitatem ſtipulationis, ad cuius validitatem requiritur actus continuus, vt dictis iuribus, tamen ad validitatem matrimo. ſufficit conſenſus qui poteſt præſtari per nuntium, & per epiſtolam, & ſic per actum interuallatum, vt l. 1. & fi. ff. de ſponſalibus. & patet ex his quæ dixi in cap. ſicut ex literis. ſupra eo. ar. 12.

¶ Vnde concludo, quod ſi quis vellet inniti ex

ſtipulatione in contractu, qui poteſt ſolo conſenſu perfici, non releuaretur, niſi probaret actum contiguum interrogationis & reſponſionis, ſecus ſi vult inniti ex ſolo conſenſu.

¶ Aduerte tamen, quia licet in matrimonio carnali ſufficiat quòd cõſenſus ſuperueniat & idoneitas perſonæ, tamen ſecus in matrimon. ſpirituali, in quo idoneitas ſuperueniens, non cõfirmat electionem, collationem, vel prouiſionem, quæ à principio non tenuit, vt in c. dudum, il primo, de electio. & in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6. dixi ſupra quæſtio. 10.

¶ Sed quæro circa prædicta, quid econtra ſi fu-
24 ror ſuperuenit † poſt contractum matrimonium.

¶ Sol. Dic, q̃ matrimonium non ſoluitur, vt hic dicit glo. 2. in verſi. ſi tamen tempore ſanitatis. quæ ad hoc allegat c. neque furioſus. 32. q. 7. de quo ſupra feci mentionem. ſed tunc ad hanc glo. non aduerti. eſt ergo clara concluſio, quod matrimoniũ validè contractum per furorem vel dementiam ſuperuenientem non impeditur, conſideratur enim initium. 32. quæſt. 7. c. ij, qui. vbi tex. apertus. facit. l. 1. ff. de itine. actuq̃ priuato. quod enim rectè actum eſt, corrumpi non poteſt. facit quod legitur & notatur. 1. quæſtio. 7. c. ſi quis omnem. in princ.

25 ¶ Item facit, quia furioſus † retinet dignitatem iam quæſitam, vt l. qui furere. ff. de ſtatu hominũ. & filios etiam retinet in poteſtate, vt l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. facit etiam, quia licèt furioſus & ſimiles non dicantur conſentire, vbi tractatur de nouo conſenſu adhibendo, vt l. qui ad certum. ff. locati. tamen ſecus eſt ſi agitur de ueteri conſenſu conſeruando, vt l. 2. §. voluntatem. ff. ſoluto matrim. vel melius dic iudicio meo, quod per cõſenſum iam legitimè præſtitum in matrimon. contrahendo, matrimonium recepit ſuum eſſe perfectum. quare cum tale matrimonium non ſoluatur niſi morte, ſi eſt cõſummatum, quia quos Deus coniunxit, &c. merito ſuperuenientia furoris vel dementiæ non habet obſtare.

26 ¶ Quartodecimo quæro, qualiter † probetur furor. ¶ Sol. Dic quod probatur ex eo quod quis furoris actus exercet. ſunt enim tales actus communiter noti, & non ſatis eſſe videtur quod teſtis dicat quod exercebat actus furioſi, & ſi teſtis vlterius interrogetur, opportet quod teſtis actus illos exprimeret, videlicet quod vidit eum percutere adſtantes ſine cauſa, & per vias publicas currere, & fugere, & lapides, ſaxa & fortius panem ſine cauſa proijcere, & ſimilia facere, ſecundum Barto. in tractatu de teſte.

¶ Sed ſi teſtis deponeret quod vidit eum detineri in carcere, vel ferreis compedibus ſeu vinculis ligatũ, vt furioſum, hoc nõ ſufficeret, ſed adminicularetur: ſed ſi ſubiungeret quòd vidit eum in vinculis, & audiuit illum inſana verba proferre, ſufficeret, ſecundum Bar. in dicto loco.

¶ Et eodem modo probatur dementia, uel q̃ quis ſit mentecaptus, eo quod actus ad mentecaptos & dementes pertinentes exercet, & ſimiliter fatuus probaretur ſi quis fatua loqueretur. quid autem de eo qui multa verba ordinatè profert, ſed inter ipſa verba etiã fatua multa miſcet, fatuus ex ipſis verbis præſumitur; vt Modeſtinus reſpondit in eo qui in hæredis inſtitutione conditionem appoſuit, ſi reliquias eius in mare abijciat, vt in l. quidam in ſuo. ff. de hæredibus inſtitu. hæc autem præſumptio remoueri poteſt perſpicuis rationibus, vt ibi idem Modeſtinus oſtendit. quid enim ſi talis fuerit hiſtrio, vel alias conſuetus ſimilia verba ſolatioſa & ad riſum prouocantia proferre. vel quid ſi humilitatis cauſa reputans ſe indignum eccleſiaſtica ſepultura talia verba protulit, & in ſumma concludit, quod furor, fatuitas, ſtultitia, dementia, & ſimiles qualitates probantur ex dictis & factis, vt d. l. quidam in ſuo. & in l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edicto. 84. diſt. cap. legimus. vbi tex. dicit, quod fatuus fatua loquitur. facit c. 2. & 3. inf. de præſumptionibus. no. Bal. in l. qui furere. ff. de ſtatu hominum, vbi ponit practicam quod iudex accerſito illo qui dicitur eſſe fatuus ſeu demens, de varijs rebus præſentibus teſtibus cum eo loquatur, & vide quod traditur per Bar. in l. 2. ff. de teſtamentis, & quod notatur in l. is qui. §. 1. ff. de tu. & cura. datis ab his, & uide etiam per Bar. in l. 2. de bonorum poſſ. infanti & furioſo delat. facit quod tradit Io. An. in cap. uel non eſt compos. ſupra depoſiti. vbi dicit, quòd non compos, ſcilicet mẽtis per opera ſua indiſcreta iudicatur, ſecundum Abbatem, notat & Archidia. 23. quæſtio. 8. c. conuenior. vbi dicitur q̃ furor & ſtultitia probantur ex uerbis. allegat ſupra de ſucceſſ. ab inteſta. c. fin. in parte deciſa. & ſubdit,
27 quod probatur ſtultus † etiam ex eo quod quis ſuum nomen ignoret. C. de hæredib. inſtit. l. vlti. & idem Stephanus, & ſequitur Zabar. in clement. 1. de homicidio. vbi dicit, quod probatur ex dictis & factis, & videtur tex. & glo. 46. diſt. cap. 1. facit 32. quæſt. 5. c. non ſolum. & de pœnitentia, diſt. 1. cap. in actione. & vide glo. notabilem ſuper verbo, ſtultiſsimum. Inſti. quod cum eo. & per Io. de Imo. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimo. & quæ latius dixi ſup. in ti. de probationibus.

28 ¶ Decimoquintò quæro, cui incumbat † onus probandi furorem, dementiam, fatuitatem, &c.

¶ Sol. Glo. 3. quæſt. 9. cap. indicas. & in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. & Paulus & Stephanus in clem. 1. de homicidio. dicunt quod illi qui allegat furorẽ, incumbit onus probandi, quoniam quilibet præſumitur ſanæ mentis. ſi tamen diceretur, quod aliquando fuit furioſus, tunc ei qui dicit eum non furioſum, & ſit ſanæ mentis, incumbit onus probandi. facit regula, ſemel malus. de reg. iur. lib. 6. & q̃ ibi traditur per Dynum, vbi dicit, quod contrariũ accidens naturæ vel præter naturam tollit effectum præſumptionis ipſi naturæ, quod tamen procedit in accidentia durabili, ſaltem aptitudine, alias non præſumitur perſeuerantia contra naturam ipſius accidentis, ſecũdum notata per Inno. Compoſtel. & Abbatem, in c. cum inter canonicos. ſup. de electione, & ſequitur Zabar. & vide Bar. in l. nec codicillos. C. de codicillis. & notatur in c. filij. de hæreticis. lib. 6. & in c. ſicut tenor. ſup. de regularibus. & idem tenet Dom. Dominicus in cap. 1. §. ſi vero. de cleri. ægrotante. lib. 6.

29 ¶ Aduerte tamẽ, quia videtur quòd † ei incumbat onus probandi, qui allegat qualitatem, quæ non ineſt alicui à natura, vt notat glo. in cap. ſi forte, de electio. lib. 6. & Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſare

accuſare non poſſunt. facit quod habetur in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cogantur. & quod notat Bald. in l. Barbarius. ff. de ofic. prætoris, & in l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſtam. & Barto. in l. ſi prius. ff. de operis noui nuncia. cũ ergo ſana mens communiter iuſit hominibus à natura, meritò alleganti furorem & inſaniam onus probandi, uidetur incumbere. glo. tamen 17. quæſtio. 1. Gonſaldus. tenet quod ei incumbat onus probandi qui aſſeuerat ſanam mentem, & ſimiliter ei incumbat onus probandi, qui furorem aut mentis exilium producit, per l. ei qui. ff. de probatio. & l. matrem. C. eod.

¶ Item aduerte, quia maior dubitatio eſt de eo,
30 qui † cõtraxit matrimonium & probatur habuiſſe dilucida interualla, vtrum contractus præſumatur fuiſſe celebratus tempore ſanæ mentis, vel furoris. Zabar. in clem. 1. de homicidio. q. 2. dicit, quod cũ hæc quæſtio ageretur de facto, eo quia cum ageretur q̃ ex contractu mutui fuit oppoſitum quòd debitor tempore contractus erat furioſus, & replicabatur quod habebat dilucida interualla, dicit Zab. quod probato furore infringitur contractus, dummodo probetur de furore ante cõtractum, nec ſufficit quod probetur de dilucidis interuallis niſi ſpecialiter probetur quòd tempore contractus erat ſanæ mentis, quod dicit probari per glo. in c. fin. ſup. de ſucceſſ. ab inteſt. & ſubdit Zab. quod etiam Petr. de Anch. dicit ſe idem conſuluiſſe.

¶ Sed aduerte, quia Speculator in tit. de probat. §. probare. verſ. pone, quidam, ponit prædictã quæſtionem de furioſo habẽte dilucida interualla, qui fecit teſtamentum: contra quod opponebatur de nullitate, eo quia dicebatur tunc eum fuiſſe furioſum. aduerſarius vero dicebat eum fuiſſe ſanæ mentis, vnde dubitabatur, quis teneretur probare. Sed dicit Speculator quod Vbertus de Bobio, & Albertus Galeotti in titu. de teſtamentis, verſ. pone, quidam. concludunt quod onus probandi incumbit illi, qui dicit eum fuiſſe ſanæ mentis, per l. nec furentem. C. de codicillis. refert tamen alios dixiſſe, quod agenti & dicenti eum fuiſſe furioſum incumbit onus probandi, & ſimiliter agenti & dicenti quod fuerit ſanæ mentis, incumbit onus probandi, quia ei qui dicit, incumbit onus probandi, vt ſupra dixi.

¶ Sed aduerte, quia videtur poſſe attẽtari, quòd
31 ex quo aliquis geſsit † actum requirentem conſenſum, videlicet matrimonium, teſtamentũ, mutuum vel alium contractum, quod præſumatur talis contractus fuiſſe celebratus ab eo dum eſſet ſanæ mentis, ſicut in ſimili dicimus in probanda ætate alicuius, quia ſi geſsit actum requirentem certam ætatẽ, præſumitur quòd fuerit illius legitimæ ætatis requiſitæ, & ideo volenti reprobare dictum contractum incumbit onus probandi illum fuiſſe minoris ætatis. faciunt notata per Cynum in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuramento calumniæ. & quod notatur per Io. de Imola in c. fin. ſup. de præſumptionibus.
32 vbi dicit, quod ſi aliquis fecit † teſtamentũ, præſumitur fuiſſe legitimæ ætatis, & ideo aſſerenti contrarium incumbit onus probandi. allegat notata in c. in præſentia. ſup. de probatio. & pro hoc facit, quia potius debemus interpretari actum vt valeat quàm pereat, vt l. quotiens. ff. de verbo. oblig. & de reg. iur. & de rebus dubijs. & hoc arbitror procedere, quando notarius dixiſſet quod talis ſanæ mentis ex certa ſcientia, &c. quod vltimum arbitror procedere niſi ex qualitate contractus appareret propter enormem ipſius læſionem quod fatuus & ſtultus fuiſſet, quia tunc ipſa ſeries contractus oſtenderet ipſius furorem & fatuitatem, & quod adhuc ad ſanam mentem non redijſſet. & prædicta notabis, quia quotidie poſſunt in diuerſis materijs contingere in practica.

SVMMARIVM.

1 *Veritas attenditur in foro pœnitentiarij.*
2 *Matrimonium ſubſtantiatur ex conſenſu legitimo.*
3 *Verba in matrimonijs ſunt de ſolẽnitate probatoria.*
4 *Eccleſia in foro contentioſo non iudicat de occultis.*
5 *Mutus matrimonium contrahere quare poſſit.*
6 *Argumentum à conſequenti deſtructo, valet.*
7 *Compelli ad maritandum & dotandum, quis compelli poſſit, & quando.*
8 *Compelli, an quis poſſit ad matrimonium contrahendum ex ſponſalibus præcedentibus.*
9 *Inuitus non dicitur qui propter voluntariam promiſſionem vrgetur ad ſatisfaciendum.*
10 *Matrimonium contrahere qui iuranit, an poſſit pœnitere, & religionem intrare.*
11 *Iurare ad S. Dei Euangelia, & promittere ſub periculo animæ, an differant.*
12 *Impubes doli capax iurans cõtrahere matrimonium, an ad contrahendum compelli poſſit. quid in maiore. num. 13.*
14 *Eccleſia, an poſſit ſuſtinere minus malum, vt maius vitetur.*
15 *Iurans accipere in vxorem vnam de filiabus, T. ſi poſtea cum vna concubuit, an cogi poſſit illam ducere.*
16 *Sponſalia incerta non ſunt ſponſalia.*
17 *Sponſalia de futuro, quando inducant publicæ honeſtatis iuſtitiam.*
18 *Actum potius licitum, quam delinquere, quilibet præſumitur velle facere.*
19 *Iurans ducere in vxorem vnam de omnibus mulieribus mundi, cognoſcendo vnam, an videatur illam elegiſſe.*
20 *Iurans ducere in vxorem vnam ex decem ſororibus, ſeu attinentibus inf. quartum gradum, habito ab illis conſenſu, ſivnam ex illis carnaliter cognoſcit, an illa ſit vxor.*
21 *Matrimonium ad contrahendum præcedentibus ſponſalibus iuratis, per quem iudicem quis cogi poſſit.*
22 *Eccleſia prohibere debet peccata etiam cõmittenda.*
23 *Excommunicatio an pro culpis futuris ferri poſſit.*
24 *Libellus qualiter ſit formandus circa coactionem ad matrimonium.*
25 *Matrimonio à contrahendo, quibus ex cauſis quis excuſetur.*
26 *Pater, an teneatur maritare & dotare filiam, & nume. 27.*
28 *Argumentum de alimentis ad dotem, vlet.*
29 *Promiſſum vel perceptum ex cauſa, debat ſecundum illam cauſam moderari & menſurare.*
30 *Pater, an filiam diuitem alimentare teneatur. Et quid de filia illegitima. nu. 31.*

32 *Mater quæ teneatur lactare & nutrire filium vsque ad triennium.*
33 *Mulieres Romanæ quantumcunque nobiles, lactant filios suos.*
34 *Educatio filiorum est de iure naturali.*
35 *Pater, an teneatur ad dotandum filiam quæ nupsit eo ignorante vel inuito. Et quæ promisit dotem pro se maritanda. nu.36.37.& 38.*
39 *Pater morosus in maritanda filia, an teneatur dotare eam quæ seipsam maritauit, & quando dicatur morosus.*
40 *Consensus patris, an in spiritualibus sit de necessitate requirendus.*
41 *Statutum impediens libertatem matrimonij, etiam ad tempus, non valet.*
42 *Filia non dotata à patre, an post eius mortem possit ab eius heredibus dotem petere.*
43 *Statutum imponens pœnam contrahenti matrimonium cum filiafamilias sine consensu patris, non valet.*
44 *Legitima debetur iure naturæ, licet quantitas sit de iure ciuili.*
45 *Pater catholicus non tenetur dotare filiã hæreticam.*
46 *Pater inops non cogitur dotare filiam.*
47 *Ingratitudo ex qua filius potest exhæredari tollit omne debitum etiã naturæ, quo pater filio tenebatur.*
48 *Ius cogendi obligatos ad dotandum, an transeat ad hæredes.*
49 *Conditio ex lege ad petendam dotem cõpetens, quanto tempore duret.*
50 *Filia quando ex forma statuti excludatur à successione existentibus fratribus vel agnatis.*
51 *Actiones omnes actiuæ & passiuæ transeunt à defuncto in hæredem.*
52 *Statutum excludens filium à iure petendi alimenta, non tenet.*
53 *Verba statuti & legis quo ad interpretationem fiendam æquiparantur.*
54 *Statutum, an possit in totum legitimam tollere. & nume.58.*
55 *Filia exclusa per statutum à legitima, nõ excluditur à iure petendi dotem.*
56 *Dos filiæ exclusæ à statuto, quanta esse debeat.*
57 *Verba statuti interpretari debent, vt quanto minus fieri possit noceant iuri communi.*
59 *Filia quomodo excludatur à supplemento legitimæ petendo.*
60 *Statutum licet iniquum & rigorosum, si non sit cõtra bonos mores, est seruandum.*
61 *Verba statuti clara non debent interpretari.*
62 *Argumentum de pacto ad statutum negatiue non valet.*
63 *Filia instituta in dote, an possit agere ad supplem.*
64 *Ratio statutorum excludentium fœminas propter masculos, est conseruatio familiæ.*
65 *Partem aut quotam non est dare de non ente.*
66 *Materia vbi non subest, non potest dari materiatum.*
67 *Legitimam, seu legitimæ supplementum petere cui competat.*
68 *Filia dotata exclusa à statuto est redacta ad instar extranei.*
69 *Filia quo ad legitimam omni iure habet fundatam intentionem suam.*
70 *Statutum excludens fœminas propter masculos, strictè intelligi debet, & in proprijs terminis quibus loquitur. & nu.76.*
71 *Statutum correctorium non extenditur etiam ex maioritate rationis.*
72 *Illatio non fit ex separatis.*
73 *Statutum conditionaliter loquens impleri debet in forma specifica.*
74 *Exclusus à successione ab intestato ex alia causa quã criminis, non intelligitur propterea exclusus ex testamento.*
75 *Filia instituta in re certa, filio vniuersaliter instituto, excluditur ab intestato.*
77 *Filia quæ iurauit non succedere, non excluditur à petitione supplementi legitimæ.*
78 *Filia dotata exclusa à statuto, non intelligitur exclusa à successione patris dicentis, filios meos hæredes instituo, sed intelligitur simul cum filijs instituta.*
79 *Pater non potest priuare filium legitima, etiam expresse prohibendo.*
80 *Statutum magis accedit ad naturam vltimarum voluntatum, quàm contractuum.*
81 *Successio in vltimis voluntatibus significat successionem vniuersalem respectu hæreditatis, vel quotæ.*
82 *Extensio fit aliquando in statutis, quando materia non est exorbitans vel odiosa.*
83 *Statutum disponens de causa intestati regulat causam testati per viam admissiuam, non autem per viam exclusiuam.*
84 *Legitima iure nouissimo Authen. quanta sit.*
85 *Remedium supplementi legitimæ, ad quid fuerit inuentum, & est perpetuum nu.86.*
87 *Dos data à patre filiæ, an augeatur auctis patris facultatibus.*
88 *Qualitas requisita ad aliquem actum consideratur tempore quo dispositio applicatur ad actum.*
89 *Filia cui pater promisit dotem, si succedat æqualiter patri cum fratribus, an ab eis dotem promissam exigere possit.*
90 *Pater, an cogatur se & bona sua p dote filij obligare.*
91 *Mater, an teneatur maritare & dotare filiam. & nume.92.*
93 *Auus, an teneatur maritare & dotare neptem ex filio, & quid de auo materno nu.94.*
95 *Frater, an teneatur dotare sororem. & nu.96.*
97 *Filius, an teneatur dotare matrem, eique egenæ alimenta præstare, & nu.98.*
99 *Patruus, an teneatur dotare neptem ex fratre egenã.*
100 *Obligati ad dotandum, quibus remedijs compelli possint.*
101 *Pater de quibus bonis possit dotare filiam. & nu.102*
103 *Filia non excluditur à petitione dotis maternæ, licet pater constituendo ei dotem dicat, pro omni eo quod dictæ filiæ debetur de bonis maternis, &c.*
104 *Lex appetit patrem debere seruare æqualitatem inter filios.*
105 *Pater promittens pro dote filiæ fundum qui erat ipsius filiæ, an intelligatur dotasse de proprio.*
106 *Pater post mortem aui dans in dotem filiæ id quod auus ipsi filiæ pro dote reliquerat, an de suo eam dotasse dicatur.*
107 *Pater si legat filiæ, & postea eam dotet, & moriatur, an filia legatum petere possit.*
108 *Mens verisimilis in vltimis voluntatibus est attendenda.*

Debitor

109 *Debitor legans creditori, videtur legare animo compensandi.*
110 *Dotans mulierem, an videatur donare, vel animo compensandi facere.*
111 *Pactum doti adiectum post eius promissionem non nocet mulieri.*
112 *Exceptio conseruationis indemnitatis non reuocat patrem à petitione dotis à marito suæ filiæ intentata.*
113 *Pater soluens dotem pro filia iam nupta, quæ habebat bona aduentitia, de cuius bonis soluisse dicatur.*
114 *Pater, an teneatur dotare filiam maritatam.*
115 *Negotiorum gestor faciens actum vtilem suo principali, non sua, sed principalis bona obligare censetur.*
116 *Frater dotans sororem de fundo communi, an postea veniens ad diuisionem cum ipsa, possit petere refectionem.*
117 *Mater dans in dotem pro filia fundum communem sibi & filiæ, an intelligatur partem suam donasse, an vero fiduciam patris administrasse.*
118 *Frater, an possit conueniri pro dote promissa sorori, à marito ipsius sororis, ipsa contractui non consentiente.*
119 *Vasalli, an teneantur vel compelli possint ad dotandum filiam Domini, vel iuuare ipsum ad eam dotandam.*
120 *Restitutioni subiecta, vel prohibita alienari, possunt filiæ pro dote dari.*
121 *Pater vel similes obligati ad dotandum, an & quando iterum dotare teneantur.*
122 *Pater, an possit rem dotalem filiæ alienare.*
123 *Obligatio hominis & legalis differunt, & quomodo.*
124 *Filia quo iure possit petere à patre redotationem.*
125 *Casus contingens in re soluta cedit creditori, non debitori.*
126 *Supplicari, an possit à principe pro vxore habenda.*
127 *Reuerentia solã mariti non causat iustum metum, nisi præcesserint minæ vel verbera.*

CAP. XXV.

AVA. Per legitimum consensum contrahitur matrimonium. inter eos tamen qui loqui possunt, debet consensus verbis expri mi. hoc dicit. vel sic, solo consensu contrahitur matrimonium, sed uerba requiruntur ad probationẽ, vel alia facta æquipollentia ad consensum. h.d.

¶ Primò ponit quæstionem.

¶ Secundò eius solutionem, quam probat exemplis. secunda ibi, nos igitur.

1 ¶ Primò no. ibi, veritatem. quod in foro † pœnitentiarij iudicatur, secũdum veritatem: in eo enim attenditur veritas, vt in c. sequenti, & secundũ Hostien. loquitur de matrimonio vero. nam præsumptum interdum in foro contẽtioso approbatur sine consensu, facta, scilicet fide de præsumptione, cui statur, propter quam ecclesia non recipit probationem in contrarium, vt in c. is qui fidem. inf. eo.

2 ¶ Secundo no. quod matrimonium † substantiatur ex solo consensu legitimo: non igitur sufficit solus consensus, nisi sit legitimus, quando scilicet sunt idonei respectu ætatis, vt infra titu. 1. c. de illis. il primo, & il secondo, & quando liberè consentiunt, vt in c. cum locum. sup. eo. & in cap. Gemma, inf. eod. vel aliud non obsistit.

¶ Tertiò no. ibi, viri & vxoris, quòd consensus prædictus debet esse duorum disparis sexus, videlicet viri & mulieris. 29. quæst. 1. §. 1. dixi sup. eod. ar. 1. quæst. 4.

3 ¶ Quartò no. ꝙ verba † non sunt de substantia seu de solemnitate substantiali matrimonij, sed solum sunt de solemnitate probatoria. vnde exiguntur ad certificandum ecclesiam de contractu matrimonij, de quo latius dicetur in cap. seq. ar. 14.

4 ¶ Quintò no. ibi, quo ad ecclesiam, † quòd ecclesia non iudicat de mente seu intẽtione alterius, nisi quatenus declaretur per extrinseca, scilicet per verba vel signa, & hoc quo ad forum cõtentiosum, in quo ecclesia non iudicat de occultis, sed sequitur ea quæ apparent, licèt fortè non sint, & ideo fallit, & fallitur. 32. quæst. 5. in cap. Christiana. inf. de sententia excommun. c. à nobis. il secondo. nam de occultis iudicium est solius Dei. 32. d. c. erubescant. 22. q. 5. c. humanæ. & d. c. à nobis, secundum Host. qui exponit verbum ecclesiam, hic positum, ideſt forum contentiosum.

¶ Sextò no. ex prædictis, & ex tex. quod nomine ecclesiæ, intelligetur de ecclesia militante, & quo ad forum cõtentiosum, quod singulariter hic probatur, secundum Zabar.

5 ¶ Septimò no. quod † mutus potest contrahere matrimonium, quia habet consensum, de quo dic vt latè dixi in c. cum apud. sup. eo. ar. 9. quæstio. 15. sed pueri, quia non habent ante annos legitimos firmum consensum, non possunt contrahere matrimonium, de quo latius dicetur infra, tit. proximo, sub. artic. 9.

¶ Octauò no. arg. quod illud dicitur de substantia actus, quo posito, ponitur actus, & quo remoto remouetur actus.

6 ¶ Nonò no. quod valet † arg. a consequenti destructo, vel quod ad destructionem consequentis valet ad destructionem antecedẽtis. sic arguit tex. noster, volens probare quod matrimonium non contrahatur solis verbis, quia si solis verbis contraheretur, tunc muti contrahere non possent. similiter etiam pueri valentes loqui possent matrimon. contrahere. & vtrumque est falsum, vt hic, & pro prædicto notabili vide tex. in l. non solum. §. liberationis verba. tetigi post Bal. in cap. series. sup. de testibus. & in c. super ijs. inf. de accusationibus. notat Zab. in cap. & si Christus. in fi. sup. de iureiuran. cũ ergo sequatur falsam positionẽ, quod verba sint sola necessaria, sequitur quod enixum assumptum est falsum & non uerum: quia vt est apud dialecticos, ex falso verum, ex vero nõ nisi verum. facit de penitentia, dist. 1. §. hoc idem. ver. resuscitatus. alias est capitulum.

¶ Vltimò no. ibi, nam & muti, quod non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, secundum Zab. quod notabile verum est in se, vt in l. non hoc. C. vnde legitimi. & in c. 2. sup. de translatione prælatorum.

¶ Glo. 2. format contrarium, & soluit, & limitat, & declarat. In eadem glo. ibi, tamen si parentes contrahunt, dic vt dixi sup. eod. c. sicut ex literis. ar. 12. In fi. glo. dic de hac materia, vtrum solus consensus

ſit de ſubſtantia matrim. & an verba requirantur. dic vt late dicam in c.ſequenti.art.14.

¶ Glo.3.quærit de intellectu literæ ſolum.

¶ Glo. penultima colligit hic de materia ipſius, vt dicam in c.1.in 14.ar.

¶ Gl. finalis quærit de ratione, quare pueri non poſſunt cõtrahere matrimonium, & ſoluit, de quo dic vt latè dicam inf.tit.prox.

¶ Poſtremò quamuis tex. noſter non bene conueniat 13. principali ar. tamen quia iſta decretalis habet paruam dotem,ideo hic examinabo dictũ 13.articulum.

¶ Decimotertiò igitur principali ar. tractandũ eſt,vtrum & ex quibus cauſis poſſit inuitari ſeu cõpelli † ad matrimonium contrahendum, & dotandum,& qui ſint illi,& quibus remedijs poſſint compelli. circa quem pro clariori ipſius doctrina proſequar infraſcriptas quæſtiones. 7

¶ Prima, vtrum ſimpliciter quis poſſit compelli ad matrimonium contrahendum ratione ſponſalium præcedentium.

¶ Secundò, quid iuris ſi aliquis iurauit vel promiſit accipere in vxorem vnam de filiabus Titij,cũ Titius plures haberet, & deinde vnam ex illis cognouit, vtrum cum illa cogatur contrahere matrimonium.

¶ Tertiò, quid iuris ſi aliquis iurauit ducere in vxorem vnam de omnibus mulieribus mundi, & deinde cognouit vnam, vtrum cogatur cum illa contrahere.

¶ Quartò, quid iuris ſi aliquis oſtenſis ſibi decẽ ſororib. vel conſanguineis ſibi adiunctis infra quartum gradum, iurauit vel promiſit vnam ex illis ducere in vxorem,& ipſę omnes conſenſerunt,& dein de iſte vnam cognouit.

¶ Quintò, per quem, & quibus remedijs quis poſſit cogi ad contrahendum matrimonium.

¶ Sextò de practica libelli & ſententiæ circa coactionem prædictam.

¶ Septimò, quibus ex cauſis quis excuſetur ad matrimonium contrahendum, non obſtantibus ſponſalibus.

¶ Octauò,vtrum,&quibus caſibus pater,mater, auus, frater, vel patruus, cogantur ad maritandum & dotandum filiam, neptem, vel ſororem, & hæc continet ſub ſe plures quæſtiones, vt infra videbimus.

¶ Nonò, vtrum ſupplicari poſſit pro vxore habenda.

¶ Primò igitur quæro, † vtrum ſimpliciter quis poſſit compelli ad matrimonium contrahendũ ex ſponſalibus præcedentibus. circa quã quæſtionem aduertendum,quòd quo ad inuitandum ad matrimonium contrahendum,dicendum eſt, vt dixi ſupra eod.c.ex literis.il 2. ar. 11. & vtrum etiam quis non præcedentibus ſponſalibus,aut alia obligatione teneatur matrimonium contrahere,& ſic vtrum matrimonium ſit in præcepto. dic vt dixi in d.c.ex literis. art.10. quoniam de prædictis hic non quæri mus,ſed ſolummodo hic tractandum eſt, vtrum & quando quis ratione alicuius promiſsionis vel obligationis, puta ſponſalium contractorum, vel ſimil. obligationis poſsit compelli ad contrahendum matrimonium, vel etiam pro alicuius iuris diſpoſitione. & circa hoc videtur primo dicendum, ꝙ quis non poſsit compelli, quoniam matrimonia debent eſſe libera,ad quod vide quod dixi ſup.eod. c.cum apud. verſi.octauum impedimentum.ſed hoc non obſtante dic quòd licet quis regulariter non poſsit cogi ad matrimonium ſi modo ſe ad matrimoniũ non obligauit, quia matrimonia debent eſſe libera, vt dixi:ſi tamen ſe obligauit, poteſt cogi ad fidẽ promiſſam ſeruandam,& ſic ad matrimonium contrahẽdum, niſi aliqua legitima cauſa eum excuſet. quare ſi aliquis contraxit ſponſalia de futuro, promittendo cum illa contrahere matrimonium de præſenti,compellitur ad matrimonium contrahendum, & propter hoc non dicitur tolli libertas matrimonij. quandoque enim matrimonium cauſatur ab aliquo princip.intrinſeco,eo quod a contrahẽtibus cauſatur,propter quod partes ad matrimonium neceſsitantur, & propter hoc matrimonium non dicitur inuoluntarium, alias nihil eſſet voluntarium, vbi ſupponeretur obligatio, quod eſt falſum. ſed hic præceſsit voluntarius actus partium.ſ. ſponſalia,ergo &c. Simile dicimus, quòd non dicitur quis inuitus ordinari, quando ante ſuſcepit beneficium quod exigit ordines.ſupra de æta. & qualita.c.quæris.60.diſt.c.innouamus.

9 ¶ Item non dicitur inuitus,† qui propter volũtariam promiſsionem virgetur ad ſatisfaciendum. 12. q.2.c.quicunque.nec etiam dicitur inuitus contrahere matrimonium,qui propter præcedens delictũ ad hoc cogitur, vt in c.1. infra de eo, qui duxit in matrim.quam polluit per adulterum. Et circa hoc dic,quòd ſi ſponſi ſunt maiores, & iurauerunt contrahere matrimonium,ad ipſum matrimonium cõtrahendum cõpelluntur,vt in c.ex literis.il 2.&c.requiſiuit. ſupra eod.quod intellige eodem ſtatu manente: nã ſi per verba de p̃ſenti, cum alio vel alia contraherent matrimonium,ſoluerentur ſponſalia præcedentia, & ſic propter illa non poſſent compelli, vt in c.1.& in c.duo. infra de ſpon. duorum.dicam in c. penultimo. inf. eod. art.30. nec obſtat lex prima.C.de ſpon.vbi tex.dicit, ꝙ vni deſponſata,alteri nubere prohibetur, quia fateor quod prohibetur,ſed tamen contractum matrimonium tenet, vt infra apparebit.

10 ¶ Si vero alter ex ſponſis vellet intrare † religionem, ex quo iurauit contrahere matrimonium cum aliqua, datur conſilium, vt contrahat matrimonium, & ante copulam carnalem ingrediatur monaſterium,vt in c.commiſſum. ſupra eod. quod qualiter intelligendum ſit,dic vt ibi dixi poſt Doc. ſuper glo. fi. & quod dicam in c.penult. infra eod. art.30. Compellitur ergo quis, dummodo alia legitima cauſa non ſuperueniat, propter quam a ſponſalibus de futuro diſcedere poſsit,de quibus legitimis cauſis dicetur in dicto art.30. & aduerte,quia licet ſponſi maiores videantur compellendi contrahere matrimonium, qui iurauerunt, & ſic ſecus videatur eſſe ſi ſponſalia non ſint iurata, tamen idem eſt dicendum, etiam ſi ſponſalia non ſint iurata;quia,vt dixi in c.ex literis,il 2. ſupra eod. in 7. notabili,illud c.& c.preterea.& c.requiſiuit. ſup.eo. videntur quo ad compulſionem ponderare iuramentum,ſeu fidem præſtitam, ſed tamen D.meus, vt ibi dixi,vult,quod etiam ſi ſponſalia non ſint iurata,

poſsint ſponſi compelli ad contrahendum matrimonium, ſi ſint maiores, & non ſubſit legitimũ impedimentũ, ſeu legitima cauſa diſcedendi a ſponſalibus,quia ratione peccati eccleſia compellit non ſolum iurantem,ſed etiam nudum pactum facientem,vt in c.1.2.& 3.ſupra de pactis. & 22.q.5.c.iuramenti.vbi dicitur,quòd Deus non facit differentiam inter iuramentum & ſimplicem promiſsionẽ, quia vtroque caſu tranſgrediens peccat mortaliter, licet magis peccet veniens contra iuramentum, vt notatur in c.penult.ſupra de iureiuran. ſed iſta fuit opinio Gaſpar is Calder. in c.præterea. ſup. eod. & mihi placet,& pro iſta opinione allego quod tradit Gaſpar Cald. in cap. ex parte. ſupra eod. vbi dicit quòd iuramentum nihil addit ad ſubſtãtiam ſponſalium vel matrimonij, ſed violans contractum iuratum magis punitur, quàm ſi non eſſet iuratus,vt notat glo.in c.penult.ſup.de iureiur.

¶ Et aduerte,quia licet Arch.in c.licet.de ſepultu.li.6.ſuper verbo, fide interpoſita,dicat quòd nõ refert, an dicatur, iuro † ad ſancta Dei euangelia, vel dicatur,iuro ſub fide mea, ſeu promitto ſub periculo animæ meæ:infra de frigidis. c. fraternitatis. tamen Domini de Rota tenent, quòd ſi iurans ad ſancta Dei euangelia ſit periurus, & priuari poſsit beneficio,per c.querelam.ſup.de iureiuran. & ſup. de fideiuſſorib.c.peruenit.non tamen ſic eſt quando quis veniret contra fidẽ ſimpliciter præſtitam, cum pœnæ ſint reſtringendæ, & hoc non reperiatur in iure expreſſum. Item quia magis contemnit iurans ſuper euangelia, argu.legis 3. C.ſi minor ſe maiorem dixerit. ſed dicit præfatus Gaſpar, poſse dici omnia prædicta fore iuramenta, vt in cap.& ſi Chriſtus.& in c.penul.ſup.de iureiuran. facit quod notat Inn. in d.c.& ſi Chriſtus. vbi dicit,quòd maius eſt peccatum fallere iuramentum præſtitum per increata,vel per ſanctiores creaturas, quàm per minus ſanctas, & poſſet ſecundum Zab.in d.c.præterea, non improbabiliter dici, quòd nunquam habeat locum pœna periurij niſi quando violatur promiſsio iurata,expreſsè dicẽdo,iuro,vt fiat reſtrictio in pœnalibus, quod perpetuo notabis ad fugiendam pœnam priuationis beneficij,vel ſimi.pœnas, vel timore periurij. 11

¶ Non obſtant iura ſtatim allegata, quæ loquuntur,ꝙ ille, qui mediante iuramento contraxit ſponſalia de futuro, poteſt compelli:quia reſpõdetur, ꝙ prædicta iura narrant facti contingentiam, quamuis etiam dici poſsit quod eccleſia non ita ſtudioſe compellit,quando non interuenit iuramentum, ſicut quando interuenit, ſecundum Dom.meum,& mihi placet. ſi vero illi,qui contraxerunt ſponſalia, & iurauerunt contrahere matrimonium,† ſunt impuberes, ſi ſunt doli capaces, idem dicendum eſt, quod dixi de maioribus, quia ſunt compellẽdi per eccleſiam ad ſeruandum iuramentum, quod tenet glo.in c.ex literis.il 2.ſup.eod. & ibi dixi poſt Doc. qui hoc communiter tenent: ſed ſi tales non fuiſſent doli capaces,& impuberes, maiores tamen ſeptennio, qui primus peruenit ad ætatem adultam, tenetur expectare minorem,qui minor cum ad ætatem adultam peruenerit,poterit approbare, vel improbare matrimonium,vt in c.de illis. inf.tit.1.niſi prius carnalis copula interueniſſet, vt ibi, & in c.à nobis. eod.tit. tenet Ioan. And. in tractatu ſponſalium, verſ. coguntur. & idem dicendum eſt,ſi alter erat minor,& alter maior, quia maior tenetur expectare minorem, donec peruenerit ad legitimam ætatem,ad quam cum peruenerit poteſt a ſponſalib. diſcedere, & ſic tunc non compellitur, vt traditur dictis iuribus.ad quod vide quod late dicam, infra tit.1.ſub.art.9. 12

¶ Sed contra prædicta fortiter videtur obſtare c.requiſiuit.ſupra eo.vbi etiam ille,†qui iurauit cõtrahere matrimonium cum aliqua, licet ſit maior, ſi præcisè reſiſtit, & non vult contrahere matrimo. debet potius moneri, quàm compelli, vt matrimonium contrahat. ¶ Sol. Gl. ſuper verbo,compellas, in c.ex literis. ſup.eod.dat plures ſolutiones,primo, quod aut loquimur de rigore, & compellitur, vt d. c.ex literis.aut de miſericordia, & potius eſt monẽdus quàm compellẽdus,vt d.c.requiſiuit. Secundò ſoluit,quod conditionaliter ſunt cogendi,vt d.c.ex literis.non autẽ finaliter.i.præciſe,vt d.c.requiſiuit. Sed gloſ. prædicta damnat vtramque ſolutionem, quia quis veniendo contra iuramentum mortaliter peccat,ergo videtur poſſe præciſe cõpelli, Quare gl.dat tertiam ſolutionem,quòd eccleſia ex cauſa non compellit, puta ſi ſponſa mirum in modum diſplicet ſponſo,vel econtra, adeo quòd ex illis inuitis nuptijs vehementer præſumeretur ſcandalum futurum,puta homicidium,aut maxima diſcordia, & guerra. nam mater † eccleſia debet ſubſtinere minus malum, vt maius euitetur, arg.c.duo mala.13. diſt. & hanc etiam ſolutionem tenet glo. 27. q.2.§.ſed cõcedatur.alias in §.ex his. & Hoſt.in d.c. requiſiuit. vbi tex. videtur hoc notabiliter probare in ratione ſui. Conclude ergo,quòd potius quis eſt monendus & poſtea compellendus: ſed hæc compulſio quandoque omittitur propter aliquam rationabilem cauſam, vt dixi, ne propter inuitas nuptias triſtes exitus oriantur,& quæ poſſit eſſe iſta iuſta cauſa,relinquitur arbitrio iudicis, vt d.c. ex literis,il 2.& ibi dixi,& in d.cap.requiſiuit.in fi.& ſi iudex talia non perpenderet, cauſatiue diſtringi monitione præcedente, vt valeat informari, & ſuam opinionem concordare cum arbitrio boni viri, ſecundum Dom.Ant. 13 14

¶ Secũdo quæro,† quidam iurauit accipere vnã de filiabus Titij in vxorem, & poſtea dormiuit cũ prima illarum,vtrũ præciſè cogatur illam accipere. ¶ Sol. Glo.2.in d.c.ex literis.il 2. ſupra eod. arguit primo, ꝙ ſic,argumento legis, ſi in emptione. §.ſi emptio.ff.de contrah.emp.vbi dicitur, quòd ſi emi Stichum aut Pãphilum, in poteſtate venditoris eſt dare quem velit,ſed vno mortuo alter omnino dãdus eſt, quia rerum deductarum in obligatione electio eſt eius,cui debetur,ſi aũt alterũ deſinat præſtari poſſe, aliud remanet in obligatione, ſed hic vna cognita aliæ propter affinitatem ſubductę ab obligatione, ergo obligatio reſtringitur tantum ad cognitam,quam poteſt habere. Ad idem glo. allegat l.2. §.penul. alias fi. ff.ſi quis caut. vbi,qui promiſit ſiſtere, ſi prohiberetur tẽpeſtate, vel vi fluminum, excuſatur, niſi ſe arctauerit, alias ſecus: ſic ergo & iſte qui vnam cognouit,ex quo ſe arctauit,vt aliam habere non poſſit,facit etiam 15.q.1.c.ſi quis. quinimo ſubdit illa glo. quod immo videtur,quòd ſtatim 15

tim ſit matrimonium inter copulatos, per c.is qui ſi dem.inf.eo.& c.de illis. infra de cond.appo.in contrarium vero allegat quæ dicuntur de obligatione generali, quæ non videtur efficaciter obligare, per no.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum. ff.ſi quis caut. & l.quoties.ff.de vſufructu. quia vbi opus eſt ſpecificatione, verba generalia non ſufficiunt, facit c.fi. de procur.lib.6.

¶In hac quæſtione gl. prædicta refert quoſdam dicere hunc non fore compellendum, quia inuitæ nuptiæ,&c. vt in c.præterea. ſupra eod. & 31.qõ.2. §.1. & c.1. & hanc opinionem tenuerunt Vinc. & Philip. qui dicunt eum non compellendum præciſè, ſed fore ſibi de periurio pœnitentiam imponendam, arg.c. de illis. ſup. eod.

¶Glo.ſoluẽdo tenet contrarium, quòd ſit compellendus, & hanc opinionem tenuerunt Lauren. Gofr. & Hoſt. qui dicunt, quod debet compelli, vt de nolẽte fiat volens, & tenet idem Bartholomeus Brixienſis, q. dominicali 29. quæ incipit, quidam propter pacem. vbi dicit, quòd talis videtur contraxiſſe ſub conditione.ſ.cum illa, quam prius eligeret, & per copulam videtur elegiſſe cognitam. & ſic dicit tenuiſſe Tancredum.

¶Sed contra prædicta glo.2.in d.c.ex literis. ver ſic.ſed uidetur, opponit, quòd nullo modo poſſit compelli, quia in veritate nec ſponſalia, nec matrimonium præceſſerunt, quia dum dixit, iuro accipere vnam de filiabus Titij, nulla ſpõſalia cum aliqua illarum contracta fuerunt, quia in perſonam certã
16 debet quis conſentire, quoniam incerta † ſponſalia non ſunt ſponſalia. 31.q. 5.c. noſtrates. & l.in generali. ff. de ritu nuptiar. vbi ſponſalia non demonſtrata certa perſona, ſunt inualida. facit l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tute. vbi teſtator dicit, do Titiũ tutorem filijs meis, & duo ſint Titij, æqua caritate & affectione ipſi teſtatori coniuncti, & ambo poſſint eſſe tutores, nullus intelligitur datus tutor. ſimiliter ſi dico, exhæredo vnum ex filijs meis, cum plures habeam, nullus erit exhæredatus. ff. de libe. & poſth. in l. nominatim. Item facit, quia certus debet eſſe hæres, alias teſtamentum non valet. ff. de hæredib inſtit. l. in tẽpus. §. quotiens. & ff. de manu. teſtamen. l. cum ex pluribus. ¶Sol. glo. prædicta dicit, quòd talis non compellitur ex vi ſponſaliorum ſed propter cognitionem, & copulam, ſeu iuramentum debet ad ipſam compelli, licet ad illam accipiendam ſe directe non obligauerit, & ne deterius inde contingat, admonendo. c. requiſiuit. ſup. eo. facit in fin. inf. tit. 1. c. de illis. in glo. fi.

¶Inno. vero dicit, quòd nec vi iuramenti, nec vi ſpõſalium propter incertitudinem, propter quam ſponſalia non tenuerunt, & ideo poteſt cum alia contrahere.

¶Hoſt. vero dicit, quòd compelluntur vi ſponſalium: quia licet dicta ſpõſalia a principio propter incertitudinem fuerint nulla, tamen incertitudo declarata eſt ex poſt facto propter copulam cũ prima, per quam etiam purificantur ſponſalia conditionalia & incerta, vt in c. de illis. & in c. ſuper eo. & in c. per tuas. inf. de conditionib. app. loquitur tñ Hoſt. ſub dubio forte, & a dicta opin. videtur poſtea recedere, & tenere quòd non ſit opus aliqua compulſione, cum matrimonium inter iſtos iam ſit conſumatum & perfectum, quia eodem inſtanti quo eam cognouit, purificata ſunt ſponſalia. Item, quia cum iurauerit ducere vnam de iſtis, nec poſſit ducere niſi iſtã, tenetur domino reddere iuramentum, & ſic videtur ſequi opin. gloſæ. Copula enim ſuperueniens declarauit ſeu certificauit ſponſalia prius dubia, & eodem momento videtur feciſſe illa tranſire in matrimonium præſumptum, ar. dicti c. is qui fidem. infra eod.

¶Sed Ioan. Andr. dicit, quòd ex ui ſponſalium incertorum nulla fuit obligatio, alias ſequeretur, q̃ quælibet filiarum Titij fuiſſet ſponſa, & ſic nullam eorum habere poſſet propter impedimentum pub. honeſtatis, per c.1. eod. tit. li. 6. Item, quia ſponſalia debent conſiſtere ex parte vtriuſque, quaſi velit dicere, quod licet vir fuerit certus, tamen incertitudo ſponſæ vitiat. & in eo quod dicit Ioan. And. hunc non poſſe cogi ex vi ſponſalium, videtur velle quod poſſit cogi propter iuramentum, & hoc vide tur ſentire in d. cap. ſuper eo, & notatur in capitu. quanto. ſupra de iureiur. & ibi per Zabarel. in 15. notabili.

¶Sed Dom. An. in d.c.ex literis. primo videtur ſequi opi. Hoſtienſis, dicens quod ſtatim ſecuta copula matrim. eſt præſumptum, quia hæc ſponſalia ab initio quantumcunque incerta poſſunt certificari per factum & ſtatim, cum omnes alię ſubductę ſunt de obligatione, propter quod ſola cognita remanet in obligatione, eadem copula declarat in momento ſponſalia, & inducit matrimonium præſumptum, per dictum c.is qui fidem. & ſic non obſtant allegata in contrarium, quod hæc ſponſalia fuerint incerta: quia licet ita ſit, tamen habuerunt ſpem certificandi, & ideo certificata valent, & ſic per hoc non obſtat quod dictum fuit de exhæreda tione, quia ſi filius certificaretur per patrem dicto vel facto, valeret exhæredatio, & ſimiliter tutoris datio, ſi de quo Titio ſenſerit fieret certificatio. nõ obſtat lex, in generali. ff. de ritu nupt. quia loquitur quando perſona eſt incerta, nec aliquo modo eſt certificata. & ſi dicatur, quod iſta ſponſalia propter incertitudinem fuerunt nulla, reſpondetur, quòd ex quo non erant omnino incerta, ſed determinata ad incerta de certis, valere debent ſaltem ratione ſpei certificationis fiendæ, ſicut valet promiſſio, promitto vnum de meis ſeruis vel equis, quia certi
17 ficari poteſt. Non obſtat ratio Ioan. An. quia † ſponſalia de futuro inducunt pu. hon. iuſtitiam, quando ſunt pura, & certa, & ad certam perſonam determinata, & ideo iſte cum qua voluiſſet poterat contrahere. ſubdit tamen Dom. Ant. quòd opin. Ioan. And. plus ſibi placet, quia ſponſalia diriguntur, & contrahuntur principaliter cum ipſis filiabus Titij: vnde ex quo a principio non certificatur perſona cum qua talia ſponſalia contrahũtur, ideo ſunt nulla, & ſic obligatio nulla eſt, quia aliud eſt obligationem eſſe incertam reſpectu rei quæ deducitur in obligationem, & ex quo determinatur ad genus ſubalternum, quia tunc valet obligatio, vt dictum eſt: aut eſt incertitudo ſimul reſpectu rei, & perſonę incertæ, & tunc non valet obligatio: quia licet poſtea certificetur perſona, ſponſalia nulla non reuiuiſcunt, & ſic propter ſponſalia nõ compellitur, ſed quoniam per iuramentum quis obligatur principaliter

cipaliter Deo, qui certus eſt, & per prædictum iuramentum iſte obligauit ſe Deo contrahere cum vna ex iſtis, licet obligatio iuramentalis non habeat ſubiectum certæ perſonæ recipientis & recipere volentis obligationem, tamen pro tanto compellitur ſeruare iuramentum, vt contrahat cum illa cũ qua cõtrahere poteſt, & ſic cum cognita, quia cum alijs obſtante affinitate contrahere non poteſt.

¶Zab. vero in d.c. ex literis. dicit, quòd nec ex vi ſponſaliorum, nec iuramenti compellitur. nec procedit opi. Hoſt. quia ſi ſponſalia fuerunt nulla, non potuerunt purificari. ſed prædicta ſponſalia propter incertitudinẽ fuerũt nulla, vt dixi, ergo & c. facit etiam quod ſtatim dicam in duabus ſequentibus quæſtionib. nec procedit quod dicit gl. quòd iſte cogatur propter iuramentum, quia ſi vera eſſet opi. glo. ſequeretur quod qui iurauit ducere vnam de omnibus mulieribus mundi, cognoſcendo vnã, videretur illam elegiſſe, quod videtur abſurdũ, vt ſtatim dicam. & pro prædicta opi. facit, quia ex ſolo conſenſu meo, etiam accedente copula ex maritali affectu ex parte mea non contrahitur matrimoniũ, niſi cognita etiam maritali affectione conſentiat. cum ergo in caſu noſtro mulieris cõſenſus ad hoc non acceſſerit, meritò ſolo alterius conſenſũ matrimonium non eſt contractum, vnde videtur poſſe contrahere cum alia, licet æquius fuerat cõtrahere cum iſta, ſed non tutius propter bigamiam vitandã. arg. c. ſane. il 1. ſupra de clericis coniug. ſecundum Petrum.

¶Dom. M. dicit, quòd credit opi. Hoſt. ſatis poſſe ſubſtentari, nam ſponſalia tranſeunt in matrimonium per carnis copulam, non tantum ex virtute ſponſalium, quantum ex præſumpto conſenſu, vt d.c.is qui fidem. Sed ex quo iſte iurauit ducere vnã ex filiabus Titij, & poſtmodum ex eis vnam cognouit, ſatis videtur illam elegiſſe, & in eam conſenſiſſe, quia in dubio non debemus præſumere duplex peccatum. ſ. ſtupri, periurij, ſed potius in fauorem, maxime matrimonij, debemus præſumere copulam fuiſſe licitã, & quod ipſe voluerit adimplere iuramentum ſuum, nam in dubio ſemper iudicamus pro matrimonio, vt in c. licet ex quadam. ſup. de teſtib. & in c.fi. de re iudic. Item facimus ſemper interpretationem, vt vitetur peccatum, ut in c. eſtote. in-
18 fra de reg. iur. ad quod accedat, quia quilibet † præſumitur velle facere actum potius permiſſum, quã delinquere, vt in c.1. ſup. de ſcrutinio. & in l. merito. ff. pro ſocio. pro quo etiam allego quod notatur in l. in liberæ. ff. de ritu nupt. vbi dicitur, quòd inter habiles ad matrimonium potius præſumitur matrimonium quàm concubinatus, & ibi Salicetus, & ſic ego arbitror quòd iſta opin. procedat, & ſit ſatis æqua, quando illa quæ cognoſcitur eſſet certificata de ſponſalibus, quia fortè ipſis neſcientibus fuerũt contracta, vnde per copulam vterque præſumeretur cõſentire in matrimonium propter cauſas & rationes antedictas, facit quod ſtatim dicam in 4.qõ. Secus fortè ſi ipſis puellis ignorantibus fuerũt contracta per parentes aut alias perſonas, quia tunc niſi mulier declaretur quod cognoſcitur cauſa matrim. non arbitror contractum eſſe matrimonium, & ſic patet quod quæſtio prædicta eſt ſatis diſputabilis.
19 ¶Tertiò quæro: pone, aliquis iurat † ducere in vxorem vnam de omnibus mulierib. ciuitatis, prouinciæ, vel mundi, vtrum cognoſcendo vnam videatur illã elegiſſe. ¶Sol. Hoſt. tenet, quòd nõ, nec deierat contrahendo cum alia, licet bene faciat cõtrahendo cum ipſa, ſed non tutius, propter bigamiam, vt d.c. ſane. il 1. ſup. de cleric. coniug. ſed dicit Zab. quòd nõ eſt verum, quòd propter hoc contrahatur bigamia, per no. in d.c. ſanè. in glo. fi. Item prædicta opi. Hoſtien. contradicit deciſioni ſuæ, de qua dixi in præcedenti quæſtione. non enim refert vtrum quis promittat accipere vnam de filiabus Titij, ſeu vnam de tota ciuitate, vel toto mundo, & ideo, ſicut ibi non valent ſponſalia propter incertitudinem, ita nec iſta.

¶Sed Ludouicus Bouis dicit differentiam eſſe inter vnum caſum & reliquũ, & bene, quia quando iurat ducere vnã de filiabus Titij, cognoſcendo vnam, debet compelli vt eam ducat, quia non poſſet aliam de ſororibus ducere propter contractam affinitatem, & ſic ad euitandum periurium cogi debet, vt illam ducat: ſed quando iurauit ducere vnã de omnibus mulieribus mundi, ceſſat hæc ratio, & ſufficit ad euitãdum periurium, quod aliquam ducat, & hanc compulſionem dicit faciendam officio iudicis ad petitionem partis, de quo dicam in 5.q.

¶Sed dicit Zab. quòd cũ ſponſalia non teneant, ſimiliter nec iuramentum obligat, cum ſit acceſſorium ad ſponſalia, arg. regulæ, acceſſorium. de regu. iur. li. 6. Item, quia in iuramento eſt eadem ratio incertitudinis, quæ in ſponſalibus, & per hoc tollitur ratio, quæ in contrarium fieri poſſet de c. debitores. ſup. de iureiuran. ſubdit tamen, quod argum. illius cap. ſatis ſubſtentari poſſet, quod ſtatim dixi, quod ex officio ſuperioris iſte poſſet cogi, & ſic intelligendo ſaluari poteſt opinio gloſ. de qua in præcedenti quæſtione. hoc tamen potius videtur procedere de æquitate, quàm de iure, vt in dubio talis fiat interpretatio, quod euitetur periurium. argum. c. cum tu. de teſtib. Sed de iure verius videtur quod dixi, quod incertitudo vitiat etiam iuramentum, per iura allegata in præcedenti q. iuncta regula, acceſſorium. Item tenendo quod iſte cogatur propter iuramentum, dic quòd iſte non cogitur, eo quod ſponſalia incerta validentur per iuramentum, ſed ex vi ſolius iuramenti inducetur officio iudicis, arg. d.c. debitores.

¶Ego tamen non video quod virtute iuramenti iſte potius cogatur iſtam quàm aliam ducere in vxorem, ſi modo talis copula hinc inde maritali affectione non fuit adhibita, quia contrahendo cum alia non incidit in periurium, immo ſeruat iuramẽtum, ſed non ſic eſt in terminis q. præcedẽtis, quia in illis ad obſeruantiam iuramenti neceſſarium eſt, quod contrahat cum cognita, quia cum nulla alia comprehenſa ſub iuramento, obſtante affinitate, contrahere poteſt, vt dixi in q. præcedenti.

¶Quartò quæro, quidam, oſtenſis ſibi decem ſororibus vel decem ſibi adinuicem vinculo conſan-
20 guinitatis attinẽtib. infra quartum gradum, † iurat vnam ex illis ducere in vxorem, & ipſæ omnes ſimul reſpondent, placet, vel ſimul idem iurant, deinde carnaliter vnam ex illis cognoſcit, quæritur vtrum illa ſit vxor. & videtur quod non, propter puhon. iuſtitiam. ¶ Sol. Hoſtien. in d.c. ex literis. il 2.

ſupra

ſupra eo.tenet contrarium, quia ſponſalia non fuerunt cum aliqua prædictarum contracta, niſi poſtquam iſte elegerit,& ipſe elegit per copulam, vnde firmata ſunt ſponſalia.arg.c.ex parte.il 1. de off.deleg. & per prædicta copulam inducitur matrimonium præſumptum,quia ipſo facto conſenſiſſe præſumuntur,arg.l. de quib.ff.de legib. & c.dilecti. & c.vt noſtrum . de appellationib. & finaliter concludit Hoſt.hanc q.ſolui,arg. c.gaudemus. §. qui vero pagani.& §.qui autem.inf.de diuortijs.

¶Sed Zabar. in d.cap.ex literis. quæſtio.3.dicit, quòd per talem copulam non conſumatur matri. ex quo propter incertitudinem nulla ſponſalia præceſſerunt, vt dictum fuit in duabus præcedentibus
22 quæſtionibus.facit,quia ante copulam non præceſſerunt ſponſalia valida,quod eſt neceſſarium,per c. is qui fidem.inf.eo.nam prædicta ſponſalia fuerunt incerta , nec magis cum iſta cognita quã cum alijs firmata fuerunt. Ioan. And.tenet opi.Hoſt.quia licet ſponſalia non fuerint cum omnibus contracta, tamen cum vna ex eis contracta fuerunt, licet eſſet incerta.Sed tamen talis incertitudo per electionem alterius declaratur,ſicut ſponſalia conditionalia purificãtur per carnalem copulam, per c.de illis. infra de cond. appoſi. nam cum vtrique copulanti eſſet nota conditio ipſo facto videntur matrimonium contraxiſſe, argum. legis, de quibus. ff.de legib. & ſupra de appellat . c.dilectis. Carnalis enim copula ſubſequens referenda eſt ad ſponſalia precedentia, ſicut vſus poſſeſſionis ad titulum præcedentem , vt l.quædam mulier. ff. de rei vendica. & in l.ſi a te. ff. ſi ſeruit. vendic. ad quod vide quod latè dixi in c. 1. ſupra de cau.poſſeſ. & propriet. ar.13. & in c.paſtoralis.ar.38. Secus credit Pet.de Anch. ſi talis abſentibus dictis ſororibus iuraſſet ducere vnam ex illis. ſi enim poſtea aliquam de iſtis cognouiſſet,non eſſent contracta ſponſalia,nec matrim. quæ exigũt duorũ cõſenſum, & hoc mihi placet,ad quod vide quæ dixi in fi. 2. q. quia ad ſolutionem q. quod in terminis noſtris ſit matrimonium præſumptum, faciunt rationes,quas ibi allegaui .

¶Quintò quæro,per quem & quibus remedijs, in caſibus prædictis , quando præceſſerunt ſponſalia , quis poſſit cogi ad contrahendum matrimo-
21 nium. † ¶ Sol. Dic, quòd cogitur per eccleſiam, hoc eſt per iudicem eccleſiaſticum, vt d.c.ex literis. il 2. ſupra eod.& ibi hoc tetigi in 13. notabili. & poteſt eccleſiaſticus adiri per laicum , vt cõpellat eos, qui contraxerunt ſponſalia, per excommunicationem,vel per alia remedia ad contrahendum matrimonium ſecundum promiſſionem,fortius ratione iuramenti. nam ratione peccati eccleſia iuriſdictionem exercet contra laicum.dicit etiam Dom.M.in d.c. ex literis.quod credit quod iudex ſecularis poſſit adiri ſuper hoc, dũmodo non vertatur in dubiũ de validitate ſponſalium,ſed ſolum petatur, vt alter adimpleat promiſſionem,etiam iuratam. nam etiã iudex ſecularis poteſt adiri , vt compellat ad obſeruantiam iuramenti laicum, vt in c.licet. de iureiur. lib.6.facit quod notat Bar.in l.Titia. ff.ſol.matrim. ad quod vide quod latè dixi in c. cum ſit generale. ſup. de foro competenti.ſuper glo.ſi.

¶Sed aduerte, quia videtur quod non poſsit excommunicari, niſi poſtquam venerit contra iuramentum , ſed contrauenire non dicitur niſi cũ alia contraxerit matrimonium, quo caſu , etiam ſi eſſet excommunicatus , deberet abſolui, eo quòd præcedentia ſponſalia de futuro per matrim. poſtea cum alia contractum ſoluta ſunt, vt ſupra dixi in prima quæſtio.notat Vguccio 27.quæſt. 2. §.ſed & concedatur.aliàs.§.ex his.vbi dicit, quod eccleſia compelleret per excommunicationem , quæ ſibi debet non proficere, quia matrimonium eſt iam cum alia contractum,abſoluet eam . Sed glo. penultima in d.c. ex his. verſi.ſed quomodo, dicit quòd eccleſia poteſt compellere per excommunicationem, vt iuramentum ſeruet,etiam ſi non ſit trãſgreſſus promiſ-
22 ſionem & iuramentum, quia † eccleſia debet prohibere peccata etiam committenda, vt ſi videat ali quem vicinum præcipitio, vel paratum ad peccandum.23.d.c.diaconi.33. quæſtio.4. cap.ipſa pietas. 22.quæſtio. 5. c.hoc videtur. & quia melius eſt ante tempus occurrere,&c. C. de temporibus in integrum reſtitutio.l.fin.& ſup.de ſeruis non or di.c.1. & quia eccleſia interdum punit voluntatem. 27.d. c.vouentibus .

¶Nec obſtat quod pro futuris culpis excommu-
23 nicatio † ferri non debeat, vt in cap. Romana.§. careant. de ſententia excommunicationis.lib.6. quia verum eſt, niſi ſit aliqua preſumptio de præſenti, vt ibi traditur , vel illud procedit niſi præcedat mora, vel culpa, vt ibi, & ita fieri debet hic, quia non excõmunicabitur niſi prius moneatur, vt dicto c. ex literis ibi,eum moneas, &c. poſt monitionem autẽ dicitur eſſe in culpa vel mora, ſecũdum Zabar. ibi, vel dic, ſecundum D. M. quod ad §.careant.& dictum c.ex literis. poteſt reſponderi, quòd cum ille promiſerit purè illam ducere in vxorem, ſtatim fuit obligatus ad ducendum, vt l.in omnibus.ff. de reg. iuris. vnde ſponſus peccat, ſi requiſitus, vt contrahat, ſine iuſta cauſa contrahere differat . facit l.ſæpe.ff.eod.& cap.præterea.ſup.eod.compulſio ergo ibi fit,non tantum ratione peccati euitandi, quantum ratione puræ inſtantis promiſsionis, vt promiſſa ſeruentur. & hoc mihi placet .

24 ¶ Sextò quæro de practica libelli † & forma ſententiandi circa prædictam coactionem. ¶ Sol. Dic quod libellus in effectu dẽt ſic formari, videlicet : peto talem compelli , vt me in vxorem accipiat, & maritali affectione pertractet. vel ſi eſt vir qui hoc petit,dicat,peto talem compelli, vt me in virum accipiat,&c. & ſententia demum debet ferri conformis libello, vt d. cap. ex literis. il ſecondo. ſup.eo.& ibi dixi in 10.notabili.

25 ¶Septimò quæro, † quibus ex cauſis quis excuſetur à matrimonio contrahendo quod promiſit contrahere. ¶ Sol. Aliquid tetigi ſup.eo. ar.q.1. ſed latius potes hoc colligere ex his quæ dicam inf. eod.c.penult.in 30.prin.art.

¶ Octauò principaliter quæro, quando & quibus caſibus pater,auus,mater,frater,patruus,aut ſimiles,cogantur ad maritandum & dotandum filiã, neptem, vel ſororem,& qui ſint illi, & quibus caſibus intelligantur donare,vel animo repetendi facere. & quamuis prædictam quæſtionem aliqualiter tetigerim in c.penultimo.inf.de raptoribus. tamen quia materia iſta aptius hic conuenit , & materia eſt valde vtilis & quotidiana, ideo inſtitui eam hic pleniſ-

pleniſsimè examinare.pro ipſius igitur materię plena , clara & ordinata doctrina proſequar infraſcriptas quæſtiones.

¶ Primò, vtrum pater teneatur & cogi poſsit ad maritandum & dotandum filiam, & quibus caſib.

¶ Secundò, vtrum onus dotandi filiam tranſeat in hæredem.

¶ Tertiò, quid ſi ſtatutum diſponit , quod ſtantibus maſculis filia dotata non ſuccedat , quanta debeat eſſe dos filiæ , adhoc vt excludatur à ſucceſſione, & vtrum debeat aſcendere ad legitimam , & ſi eſt minor legitima , vtrum poſsit agi vſque ad legitimam .

¶ Quartò, quid iuris, ſi tempore conſtitutæ dotis pater dotauit filiam arbitrio boni viri, & ſic cõgrue, deinde patris facultates ſunt plurimum auctæ, adeo quod habita conſideratione facultatum patris, quæ nunc ſunt, filiæ amplior dos conſtitui deberet,utrum poſsit agi ad ſupplementum.

¶ Quintò,quid ſi pater pro filia promiſit dotẽ, deinde filia ipſi patri ex teſtamento vel ab inteſtato ſucceſsit ſimul cum filio vel alijs, vtrum cohæres filiæ teneatur ad ſoluendum dotem promiſſam pro ſua virili portione.

¶ Sextò, vtrum pater cogatur ſe & ſua bona pro dote filij obligare.

¶ Septimò , vtrum mater teneatur maritare & dotare filiam .

¶ Octauò, vtrum auus paternus teneatur dotare neptem.

¶ Nonò, quid iuris de auo materno.

¶ Decimò, vtrũ frater teneatur dotare ſororem.

¶ Vndecimò , vtrum filius teneatur ad dotandum matrem viduam.

¶ Duodecimò, vtrum patruus teneatur dotare neptem ex fratre.

¶ Decimotertiò , quo iure & quibus remedijs poſsint compelli, qui tenentur ad dotandum.

¶ Decimoquartò , de quibus bonis pater poſsit dotare filiam.

¶ Decimoquintò, vtrum quis dotando videatur dotare animo donandi, ſiue ſit pater, mater, frater, vel extraneus , vel quicunque alius , vel animo repetendi .

¶ Decimoſextò , de quibus bonis pater uel alij poſsint dotare .

¶ Decimoſeptimò, quid ſi pater promiſit mille pro dote filiæ, & apparet quòd hoc nõ fecit animo liberali,eo quod filia promiſit eum ſeruare indemnem,quid iuris,ſi maritus dotem petat, &c.

¶ Decimooctauò,quid ſi pater promiſit dotem pro filia nupta , & iam maritata , quo tempore filia habebat bona aduentitia , an præſumatur ſoluiſſe de bonis filiæ .

¶ Decimononò, quid ſi frater dotauit ſororem de communi patrimonio,puta, quia fundum communem ſibi dedit in dotem, & frater poſtea veniẽs ad diuiſionem cum ſorore velit ſibi refici quãtum valuit pars ipſius fratris qui dotauit.

¶ Vigeſimò, qui d iuris in matre , quæ fundum communem ſibi & filię dediſſet in dotem pro filia.

¶ Vigeſimoprimò , quid ſi frater ita dixit, promitto tibi in dotem de bonis ſororis meæ mille, quæ mille non poſſunt redigi niſi ex venditione prædiorum ſororis meæ, ſoror vero poſtea nõ vult prædia vendere,nec dicto contractui dotium conſentire,vnde quæritur, vtrum frater ex tali promiſſione poſsit conueniri.

¶ Vigeſimoſecundò , vtrum vaſalli teneantur vel compelli poſſint ad dotandum filiam domini.

¶ Vigeſimotertiò , vtrum pater vel ſimiles , qui tenentur dotare, poſſint dotem dare de bonis ſubiacentibus reſtitutioni , vel quæ ſint prohibita alienari.

¶ Vigeſimoquartò, vtrum pater, auus, vel ſimiles, qui ſemel dotauerunt puellam, teneantur iterũ dotare , ſi forte puella dotem amiſit , ita quòd non habet dotem cum qua ſecundo nubat.

26 ¶ Primò igitur quæro, vtrum pater † teneatur maritare & dotare filiam . ¶ Sol. Dic quod ſic,nã ex quo pater compellitur ad dotandam filiam, fortius compellitur ad filiam nubendam , cum matrimonium ſit neceſſarium præambulum ad dotem, vt l.3.ff. de iure dot. quamuis hodie de iure canoni co conſenſus patris non ſit neceſſarius , vt dixi ſup. eodem , in capitu. ſicut ex literis . art. 12. quòd autem pater teneatur dotare , eſt tex. in l.obligamur. §.lege. ff.de acti. & obliga. & in l.qui liberos . ff. de ritu nupt. & l.fin. C.de dotis promiſ. & hoc procedit ne forte filia meretricetur, aut fornicet, & ideo ad maritandum eam cogitur, facit auth.lenones. C. de epiſc. & cler. & quod infra dicam in ver.3. limitatur.in fi. Item procedit,ſiue filia nulla habeat bona, ſiue etiam habeat propria bona aduentitia , ſecundum Salicetum in l.cum pater.ff. de iure dotiũ. & in l.fi.C. de dotis promiſ. Item procedit etiam ſi pater furioſus de facto cepit vxorem , & genuit filiam , quoniam effectus ſanæ mentis tenetur ipſam filiam dotare.tradit Bal. in auth. res quæ . C. commun. de leg.per tex.in l.hæredib. §.fi.ff.ad Trebell. ad quod vide quod ſtatim dicam in prima limitatione.Item procedit , ſiue filia ſit in poteſtate , ſiue emancipata , ſecundum Salicetum in l. filius. ff.ad Maced.per dictam l.fi. C.de dotis promiſ.

¶ Aduerte tamen , quia prædicta regula plures recipit limitationes.

27 ¶ Primo limitatur,ſi modo † filia ſit legitima, ſecus ſi ſit ſpuria,vel naturalis, vt l.vxorem.§. pater naturalis . ff. de legat. 3. per quem tex. hoc tenet Bal. in l.fina. C.de dotis promiſ. & Salice.in l.filiusfam. ff. ad Macedo. & ſic non videtur eſſe validum arg. de dote ad alimenta: nam pater tenetur talem filiam alimentare, vt in auth. licet. C. de naturalib.lib. & tamen non tenetur eam dotare,ſecũdum prædictam opin.

¶ Sed aduerte,quia idem Bal. in l.neque mater. C. de iure dot. dicit quod illud procedit , quando filia naturalis non eſſet inops, ſecus quando filia naturalis eſſet inops , quia tunc teneretur eam dotare, mouetur auctoritate Petri,Iac.de Are. & Cini, qui dicunt , quod idem iuris debet eſſe de dote , quod de alimentis,& hoc tenet etiam Ange.& Sal.in d.l. neque mater. & Pontanus in l.1. ff.ſolu.matrim.facit quod notatur in l.ob æs,C.de prædijs mino.iuncta glo.quia vel fauorabilior eſt dos, vel æque fauorabilis, ſicut alimenta, facit quod traditur in d.authen.res quæ.C.commun.de leg. Vnde ſicut pater tenetur alere filiam naturalem inopem , ſic etiam

tenetur

tenetur dotare vſque ad congruam quãtitatem, ex qua poſſit alimẽtari,& ꝙ teneatur eam dotare,procedit etiam de iure canonico, cui hodie ſtandum eſt,etiam de iure ciuili,nam ius canonicum hoc induxit ex quadam naturali æquitate, vt dicit D. M. in c.cum haberet. infra de eo, qui duxit in matrimonium quam pollu.per adul.tenet Bar.in extraua ganti,ad reprimendum,ſuper verbo, denunciationem.& Bar.Bal.& Salicetus,in authen.ex complexu. C. de inceſt.nupt. & Bal.in l.fi.C.de do.promiſ.

¶ Aduerte tamen, quia Bald. in dicta authent. ex complexu. dicit, quod putat hoc non habere locum in filia inceſtuoſa, ſed cõis opinio Doctõ. in dictis iuribus eſt in contrarium. cum ergo valeat
28 arg.† de alimentis ad dotem,quod etiam tenet Cinus in dicta l.neque mater. C. de iure dotium. & Barto. in l.fin.ff. de his quibus vt indignis. & l.Mæuius.§. duobus.ff. de legat.2.in 3.quæſtio. iuxta fin. quod tamen procedit,vbi eſt eadem ratio,prout eſt in terminis noſtris,per ea quę dixi,& ſtatim dicam: ſecus ſi ratio eſſet diuerſa,& iſto modo poſſunt procedere quæ in contrarium allegantur per Ioan. de Imo.& Pontanum,in l.1.ff.ſoluto matrim.vt ſtatim dicam, quæſtio. 11. debent ergo dotari prædictæ filiæ,licet illegitimæ, ſecundum facultatem, & qualitatem, & conſuetudinem regionis, quod intelligo habito etiam reſpectu, an ſit ſpuria, ſeu naturalis, commenſurando dotem debitam ad quantitatem alimentorum, vt traditur in dicto c.cum habe
29 ret.quoniam quicquid ex cauſa percipit, † vel promittitur, debet ſecundum illam cauſam moderari & menſurari. l.Lucius. ff. de exercitoria, cum alijs vulgatis. cum ergo dos detur vt alatur ex illa, vt l.ſi cum dotem.§.ſin autem. ff.ſoluto matrim. ideo debet eſſe condecens vſque ad congruam quantitatem,ex qua poſſit ali. vnde l.vxorẽ. §.pater naturalis. debet intelligi vt dixi, quando filia naturalis nõ eſſet inops, vel quæ exhoneſto artificio non poſſet ſibi dotem querere. ſed dicit Pontanus in dicta l.1. ff.ſoluto matrimo. quod longa eſt differentia inter alimenta & dotem, prout etiam vult dictus §.natu-
30 ralis. quod patet, quia ſi filia eſt diues, pater † non tenetur eam alimentare, vt in l.ſi quis à liberis. verſ. ſed ſi filius. & verſ.denique. ff. de liberis agnoſcen. & quod notatur in Authen.de quæſtore. §.ſi quis. & tamẽ tenetur dotare, vt l.fin. C.de dotis promiſſ. Sed fortè dici poſſet, quòd licet filiã legitimam, ẽt non inopem,pater teneatur de ſuo dotare, vt d.l.fi. non tamen tenetur eam alere,vt dixi. Sed ſi filia nõ ſit legitima,& non ſit inops,pater non tenetur eam nec alimentare, nec dotare, ſed inopem & dotare, & alimentare tenetur, vt dicto c.cũ haberet,quod etiam tenet Bar.in l.fi.ff.de his quibus,vt indignis. & Bald.in l.1. C.de ſacroſanctis eccleſ.& l.id quod pauperibus.C.de epiſcopis,& clericis, traditur per Moderniores in l.qui teſtamentum.ff.de probat.in c.2. & c.cum tibi de teſtam.

¶ Aduerte tamen,quia quod dixi de filia illegi-
31 tima,† quod pater non tenetur ad alimentandum, nec ad dotem ſi de honeſta arte uiuere poſsit,quia forte hoc procederet,niſi eſſet filia alicuius notabilis vel nobilis & magni patris, propter quod eſſet indecens ipſi filiæ prouidere ſibi texendo vel ſuendo pannos,aut ſimilia exercitia faciendo,per nota-

ta per Azonem in ſumma. C. de patria poteſta.vbi
32 vult, quòd licet mater † teneatur lactare & nutrire filium vſque ad triennium,vt l.nec filium. C.de patria poteſtate. & in c.fi.ſupra de conuer.coniug.tamen hoc procedit, niſi mulier ſit nobilis, ita quod ſecundum patriam conſuetudinem hoc eſſet ſibi indecens,quod etiam tenent Ioan. And.D.Ant. & D.M.in d.c.fi.licet aliqui contra, moti,quia talis cõ ſuetudo potius videtur corruptela, & ideo non videtur excuſare, per c.ad eius vero concubitum. 5. diſt.ſed præcedens opinio, eſt communis, & ideo ego dixi ſecundum conſuetudinem patriæ, quia in
33 vrbe Romana†quantumcunque mulieres ſint nobiles & Comitiſſæ,ſeu Principiſſæ,tamen filios proprijs vberibus lactant, quod videtur ſatis rationabile,eo quod lac matris veriſimiliter debet eſſe magis conforme filio quam extraneum. Item quia filij lactati multum ſe conformant in natura mulieribus lactantibus,vt experientia docet, & ideo dicit Plutarcus in lib.de educandis liberis, quod nutrix bonis moribus dotata eſt eligenda, ſicut etiam pedagogus. ex quo ſequitur, quod ſi vxor aliquando eſſet peruerſa,& malorum morum,& fortè parum ſapida,paternum eſſet conſilium, vt filium ſuum alteri traderet lactandum.& hæc ex tempore venerunt in mentem.

¶ Nec obſtat tex.in Auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi.§.fi.vbi tex.dicit,quod filius ſpurius nulla participatur clementia, nec naturalis vocari meretur,nec ſuccedit, vt d.auth.ex complexu. C.de inceſt.nup. vbi idem dicitur,& in auth.licet patri. C.de naturalib.lib. vbi dicitur,quòd nati ex illicito coitu non paſcuntur, infra qui filij ſint legi.c.per venerabilem. in fi. facit c.cum multi.15.q. vltima.quia reſpondetur, vt dicit glo.fi.in d.c.cum haberet, quod illa iura loquuntur de rigore iuris ciuilis inducto in deteſtationem criminis, ſecus de æquitate canonica, quæ vigorem ſumit à naturali,
34 quoniam filiorum † educatio eſt de iure naturali, 1.diſc.ius naturale.& ex inſtinctu naturę procedit, & ideo præfertur iuri ciuili, & ad hoc ſingulariter allegatur illa glo.& dicit ibi Zab.quòd non meminit eam alibi vidiſſe, & de alimentis præſtandis a parentibus,dicetur latius in d.c.cum haberet. ſi ergo patẽr tales filios inopes tenetur alere, ergo & dotare, vt dixi, & hoc tenet Bar. in d.auth. ex complexu.& in conſilio quinquageſimo,quòd incipit,Dominicus,per D.M. & per eundem in d.c.cum habẽret. quinimmo fortius dicit Barto. quod pater tali filiæ legare poſſet pro dote, quod dicit Salicetus apud eum eſſet ſatis dubium: quia licet ſibi a patre debeantur alimenta, non tamen debentur ab hæredibus patris,quia de facili fieret fraus legi.Sed mihi plus placet præcedens opinio.

¶ Non obſtant allegata in contrarium, quia ſi pater tenetur ad hoc, ergo debet poſſe hoc iniungere hæredi ſuo, nec poteſt fieri fraus, quia dos eſt commenſuranda ad neceſsitatem alimentorum, vt ſupra dixi. facit etiam, quia pater tenetur dotare filiam ex cauſa naturali,non accidentali,vt l.cum pater.ff.de iure dotium.

¶ Aduerte tamen, quia pater videtur teneri ad dotandum talem filiam ſimul cum matre,vt dicam inf.q.7.ver.4.ſi filia.

¶ Secun-

¶ Secundò limitatur,ſi modo filia ſit carnalis,& ſic ex matrimonio nata, ſecus ſi ſit ſpiritualis,& ſic ſacro fonte leuata,& ad hoc reperio allegatum Bar. in l.1.ff.pro dote. ſed in meo Bar. hoc dictum non reperio, ſed tamen dictum mihi placet.

35 ¶ Tertiò limitatur, ſi modo filia † patre volente nuptias contraxit,ſecus ſi eo ignorante, vel inuito. ſed aduerte,quia in hoc ſunt variæ opiniones,quas tetigi in cap.penult.infra de raptorib. ſed hic latius examinabo. glo.enim 32.q.2.tenet, quod pater nihilominus teneatur dotare, & expreſsius idem tenet glo.36.q.1.c.de raptorib. dummodo puella elegerit ſibi virum idoneum, & dignum, & ſic ſentit glo. quod ſecus eſſet ſi elegiſſet indignum, & hoc tenent ibi Ioan. de Fantuc. & Archid. per tex.in l. non tantum.§.ſi emancipatus.il 1.ff.de contratabulas.Sed Gugliel.de Cunio, quem ſequitur Bar.in l. cum his. §.ſi mulier. ff.de cond.indeb. in l.obligamur. §.lege. ff.de actio. & oblig. tenet contrarium, dicens, quod vbicunque filia contraxit matrimonium ſine patris conſenſu,quod pater non tenetur illam dotare.mouetur, quia pater tenetur dotare filiam ad hoc,vt reperiat maritum,vt d.l.qui liberos. ff.de ritu nup. ergo ſi eſt nupta, ceſſat obligationis ratio, pro quo etiam facit, quia pater non cogitur alere filiam, quando habet vnde ſe alat,vt ff.de lib. agnoſc.l.ſi quis a liberis.& dos & alimenta æquiparantur, vt ſupra dixi,& inf. dicam. & ſic patet,ꝙ maritus tenetur eã alere de ſuo, & proprijs ſumptibus onera matrimonij ſubire.& hoc etiam ſequitur D. M.in c.1.infra de adul.& in c.accedens. ſup.de procurat.nam imputandum eſt viro contrahenti matrimonium ſine dote, quia eo ipſo quòd contrahit matrimonium ſine dote, tacitè videtur ſe obligare ad ſubeundũ onera matrimonij, vt in c.per veſtras. infra de dona.facit l.ſi cum dotem. §.maritus. & §. ſequenti.ff.ſolu.matrimo.& hanc etiam opin.tenet D.An.in d.c.accedens. & ſequitur Põtanus in l.1. ff.ſolu.matrimonio.

¶ Sed aduerte, quia Bartolus voluit, quòd ſi fi-
36 lia, † prius quam maritaretur promiſit dotem proſe maritando, quòd pater hoc caſu teneatur, per l. & ideo.§.fin.cũ l.ſequenti.& l.fi.ff.de in rem verſo. ſed dicit Dom.M. in d.c.penul. de rapt. quòd contra opin.Gul. & Bar. facit, quia maritus melius alimentabit vxorem dote ſibi a patre conſtituta, quã nulla recepta dote, vt d.§.ſi maritus, & §.ſeq.

¶ Sed aduerte, quia prædictam rationem tradit Bal. in auth. res quæ. C.commu. de leg. qui etiam aſſignat aliam rationem, videlicet ne maritus vxorem indotatam contemnat. arg.tex. in Authen. de nup. §.ſi quis enim. facit ff.de verbor.obliga. in l. ſi ita ſtipulatus.& quod tradit Spec.in tit.de inſtrum. edit.§.vt autem.ver.ſed ſuper fama. quare licet ceſſet prima ratio,quia eſt nupta, non tamen ceſſat ſecunda, & ideo remanet poteſtas cogendi patrẽ. ar. Inſtit.de nup. §.affinitatis. & no.per glo.in l.liberorum.ff.de infamib.dixi latè in c.cum ceſſante.ſupra de appellat. ſubdit Do. M. alias rationes, videlicet, quia dos dicitur quaſi patrimoniũ mulieris, vt l. in cauſæ.ff.de minorib.& l.Põponius Philadelphus.ff. fam.erciſcun.Item videtur dotanda, ad hoc vt forte ſol.mat. per mortem viri poſſit cum alio cõtrahere,& hæc opin.vĩ verior de iuris vigore,ſcđm D.M.

¶ Sed tu aduerte,quia ſi vir eſt mortuus, viuente patre,videtur ceſſare ratio Dom.M. quia hoc caſu indifferenter videtur poſſe compellere patrem, ad hoc vt poſſit reperire maritum,per dictam l.qui liberos.ff.de ritu nup.& l.fin.C.de dotis promiſ.ad quod vide quod dicam inf. q.24. Præterea viuente patre, & etiam mortuo, videtur obſtare diſpoſitio auth. præterea. C.vnde vir & vxor,quæ vult,quod uiro prædecedente, ſi vxor non habet dotem,dẽat habere certam partem bonorum mariti, qua habita poterit de bonis ſuis aduentitijs ſibi prouidere, ad quod vide quæ dicam infra,q.14.

¶ Et hæc procedunt, quando puella non promi
37 ſit dotem,quando contraxit matrimonium:† ſi vero promiſit dotem, quia forte vir nolebat cum ea aliter contrahere matrimonium, tunc pater dotem promiſſam ſoluere tenetur, & hoc tenet Dom.M. in c.1.inf.de adul.vbi dicit,quod in iſtis clãdeſtinis ſponſalibus ſeruatur cautela, vt puella promittat dotem,& hæc etiam fuit opin.Bar.de qua ſupra dixi,per l.& ideo.§.fi.ff.de in rem verſo. quod tamen debet intelligi, quando nupſit & promiſit digno, & idoneo,& dotem ſibi condecentem promiſit, ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij,& loci conſuetudinem, ſecundum Moder. in l.cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. & tenet Salic.in l.qui liberos. ff. de ritu nup. Sed Bal. in authen.res,quæ. C.commu.de lega.ſimpliciter tenet, quod pater tenetur illam dotare,quod etiam tenet Ioan.de Imo.in c.accedens. ſupra de procurat. vbi dicit, quod pater tenetur etiam ſi filia nubat indigno,ſed non tenetur tantam dotem dare, quãtam teneretur ſi digno nupſiſſet,quia dos conſtituenda eſt ſecundum viri qualitatem, vt l.vir ab eo.ff.de iure dot. & l.2. C.ſi aduerſus dotem. In contrarium tamen fortiter facit, quia pater ingratam filiam nõ tenetur dotare,ſecundum Bal.in l.fi. C.de do.promiſſ. nec eam tenetur inſtituere, ſed cauſa inſerta poteſt eam exhæredare, vt in Auth. vt cum de appel.cognoſcitur. §.aliud quoq. capitulum. §.cauſas hinc inde.collatione octaua, & d.l.3. §.ſi emanc.in fi.ff.de contratab. tenet Goffr. in c.1.inf.tit.1.quod tamen non placet Hoſt.niſi elegerit turpem vitam, & hæc opi.Hoſt.communiter approbatur,& ſequitur Dom.M.in d.c.1.infra tit.1.

¶ Ego ad ſaluãdas prædictas opiniones arbitror
38 poſſe diſtingui,† quòd aut pater commiſit moram in maritando filiam: & hoc caſu,ſi nupſit digno,in dubitanter pater tenetur eam dotare, ſiue filia dotem promiſerit, ſiue non. & ratio eſt, quia iſta nullam videtur feciſſe iniuriam patri, cum hoc fecerit iure permittente.facit l.Gracchus.C.de adult. licet Dom.M.aliter ſentiat in capit.1.inf.tit.1. vbi dicit, quod ſi filia nupſit ſine promiſſione dotis,non poteſt pater cogi ad dotandum: quia,vt ſupradictum fuit, pater cogitur dotare, vt filia virum reperiat, quare cũ filiam virum reperit ſine dote, ceſſat cauſa compulſionis,& ſubdit,quòd fortius ceſſat ſi cõtraxiſſet in minori ætate:ſed non placet,per ea quæ ſupra dixi,& per ea quæ ſtatim ſubijciam, & D.M. ibi eſt ſibi ipſi contrarius,quia dicit,quod ſi filia nupſit ante 25.annum,quod cum pater teneatur alere filiam,fortius tenetur eam dotare, cum cauſa dotis ſit fauorabilior, vt notat Cinus in l.non omni. C.

de adminiſtrat.tutorum. & notatur in l.ſi quis à liberis. ff.de liberis agnoſc.iuncta l.1.ff.ſoluto matri.
39 & dicitur pater fuiſſe in mora, † ſi ante 25.annum non maritauit filiam, vt dicto §.cauſas. & l.uiduæ. C. de nup.dixi in c.ſicut ex literis. ſupra eod.ar.12. & forte etiam poſſet attentari, quod in hoc eſſet attendenda conſuetudo patriæ circa ætatem filiarum maritandarum, quia ſi pater filiam differt maritare in ætate,in qua communiter omnes patresfamilias filias ſuas nuptui tradere ſoliti ſunt, dicitur conſtitutus in mora, ne forte ipſam uideatur inducere ad meretricandum uel fornicandum, argum. auth. lenones. C.de epiſcopis, & clericis, ad quod vide quæ latiſsimè dixi in cap. cum conſuetudinis. ſupra de conſuetud.ar.15. ſi verò pater non fuit in mora,dic quòd aut loquimur de iure ciuili, & non tenetur dotare filiam quæ eo inuito nupſit, quia ſi filia inuito patre nubat, matrimonium eſt nullum, vt dixi ſup.eod. c.ſicut ex literis. ar.12. vnde ſi matrimonium eſt nullum, ergo non poteſt conſtitui dos,quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt, vt l.3.ff. de iure dotium,ſecundum Ponta.in l.1. ff.ſolu.matrimo.præterea filia propter hoc dicitur committere quandam ingratitudinem contra patrem, propter quam poteſt emancipari, vt dicta l.3.§.ſi emancipatus.ff.de contra tabulas. & exhæredari, ut dixi. facit, quia cum pater teneatur dotare filiam ex prouiſione iuris ciuilis, vt dicta l.qui lib.ff.de ritu nup. & l.fin. C. de dotis promiſſ.merito potuit ius ciuile lucrum ſeu prouiſionem ab eo inductam certis ex cauſis,maxime honeſtis,ſubtrahere, etiam in acceſſorijs ad matrimon. ad quod vide gloſ. notabilem in c.cum ſecundum. de hæretic.lib.6.aut loquimur de iure canonico, quo iure filia etiam inuito patre nubere poteſt, & tenet matrimonium, ut dixi in d. c.ex literis.art.12. & hoc caſu licet puella uideatur aliquantulum fuiſſe præſumptuoſa nubendo inuito patre, quod patet, quia tex.32.quæſtio.2.c.honorantur.dicit, quod non eſt virginalis pudoris quærere maritum, ſed curæ paternæ, hoc relinquendũ eſt, maximè cum per hoc conſulatur ipſis mulieribus ſæpe contra propria commoda ob ſexus fragilitatem laborantibus: prædicta tamẽ procedunt de honeſtate,non de neceſsitate, vt ibi notatur, & ẽt notatur ea. cauſa,& q.c.fin. & per glo. & Docto.in
40 c.1.eo.ti.lib.6. quoniam in iſtis ſpiritualibus † conſenſus patris nõ eſt de neceſsitate requirendus:hoc tamen caſu videtur diſtinguendum, quod aut nupſit digno, & dotem promiſit condecentem, & pater tenetur illam ſoluere:& ſi non promiſit, ſatis æquum, videtur quod teneatur condecenter illam dotare. moueor,quia iſta videtur geſsiſſe negotium patris vtile & neceſſarium,arg.l.qui liberos. ff.de ritu nupt.& eorum quæ ſuperius dicta ſunr,& notatorum per gl.& Arch.36.quæſtio.1.c.de raptorib.
¶Item, quia,vt dixi, in iſtis ſpiritualibus patria poteſtas non attenditur, vt in c.ſi annum. de iudicijs.
41 lib.6.& 27.quæſt.2.c.ſufficit. nec ualet † ſtatutum per quod etiam ad tempus libertas matrim. impeditur,vt in c.penultimo.& fin.inf.de ſecundis nup. ad quod vide quod dicam infra eod. cap. is qui fidem. art.19.

¶ Et prædicta videntur procedere patre viuente, ſed mortuo patre poteſt oriri dubium, utrum
42 filia † poſsit petere dictam dotem. circa quod repe rio plene conſultum per D.M. conſil.12.quod incipit,caſus tali eſt,Magnificus Dominus Iſal,&c.vbi diſtinguit,quod aut pater, eo quod filia nupſerit in uito eo, eam expreſſe non exhæredauit, ſed prætereundo eam ſubticuit, & non poteſt ipſi filiæ per hęredem patris obijci ingratitudo,immo ratione præteritionis poterit teſtamentum irritari, de quo latè traditur in auth. ex cauſa. C.de liberis pręteritis.& in corpore vnde ſumitur,in Authen.vt cum de appel.cognoſcitur.§.aliud.& §.ſi autem.& l.omnimodo. C.de inoffic. teſtamento. ſi verò pater expreſsè ob cauſam prædictam filiam exhæredauit, licet ſit maius dubium, tamen Dom.meus arbitratur illam cauſam non fore ſufficientem de iure canonico,cũ matrimonia debeãt eſſe libera ab omni coactione, etiam pœnæ, vt in c.cum locum. & in cap.ſequen. ſup.eo. & in c.Gemma. inf.eo. & in c.penult. & fi. inf.de ſecund.nup.& quod ibi notatur.& ex prouiſione iuris ciuilis nedum impeditur libertas matr. in expectando conſenſum paternum; quinimmo præſtatur quandoque cauſa mulieribus ad fornicationem committendam,cum nõ poſsint matrimonialiter cõiungi ſaltem vſque ad 25. annum ſine ingratitudinis vitio,ad quod faciunt no.per Io.And.
43 in cap.ſtatutum.de hæret.lib.6.ubi poſt multa concludit,quod non valet † ſtatutum, per quod imponitur pœna contrahenti matrimonium cum filiafamilias ſine conſenſu patris, ad quod vide quæ latè dicam in c.is qui fidem.inf.eo.ar.19.

¶Nec obſtat glo.ſuper verbo,certoque caſu. in dicto c.ſtatutum. quia poteſt reſpõderi dupliciter. primo quod prędicta glo.non ſituera, & contra eã eſt glo. Io.37. q.2.cap.de puellis. alias §.quibus. & etiam contra eam faciunt not.37.quæſtio.2.c.ſtatutum.& 2.quæſt.3.§.notandum.in fine. & quod notatur in dicto c.penultimo.& ſi.inf. de ſecun.nupt. Secundo modo poteſt reſponderi, quod illa gl. loquitur in mero lucro à lege ciuili conceſſo, ſed in caſu noſtro imponeretur pœna, cũ dos ſit propriũ matrimonium mulieris, ut ſupra dixi, per l.3. ff.de minoribus.& l.Pomponius.la prima.ff.familiæ erciſcundæ. & ſuccedit loco alimentorum,ut in c.cum haberet.inf.de eo,qui dux.in matrim. immo fauorabilior eſt alimentis, vt ſupra dixi, & quia legiti-
44 ma † debetur filiæ iure naturæ, licet quantitas ſeu quota ſit per legem ciuilem determinata,vt in cap. Rainaldus.ſup.de teſtam. & 1.diſt.cap. ius naturale.& per Dinum in reg.indultum. de reg.iur.lib.6. ideo ſi liceret patri, ex eo quod filia nupſit ſine ſua licentia, eam exhæredare, & dotem ſibi denegare, maximam pœnam ſibi imponeret, cuius pœnæ timore ſaltem ad tempus matrim. impediretur,& pęnæ appoſitio non valet,vt ſupra dixi. ſubdit tamen D. M. quod ſi legitima debita filiæ eſſet ſufficiens ad dotem conſtituendam iuxta dignitatem ſuam, non poſſet agere contra hæredem patris ad conſtituendam ſibi dotem, eo quod ceſſaret ratio compulſionis, nam pater compellebatur ad dotandam filiam, vt inueniret cui nubere poſſet,vt ſupra dixi. quare,cũ hæc ratio ceſſet contra patrem,eo q̃ mortuus ſit, & ex legitima poſſet ſibi prouidere & dotem conſtituere, ceſſaret tñ remedium extraordinarium,ex quo ſibi competit ordinarium, vt l.in cauſę.ff.

ſę.ff.de minoribus.& quoniam ex bonis patris non debet habere dotem & legitimam, vt in auth.ex teſtamento.& in l.filiæ. C.de collationib. hoc tamen quod dicit D.M.procederet,quando filiæ eſſet relicta legitima, vel ex inſtitutione facta poſſet agere ad ſupplementum legitimæ, & vide ad hoc quod latius dicam in ſequenti quæſtione. Si vero nupſiſſet indigno, quia maximam iniuriam patri videtur intuliſſe, meritò concludendum videtur quòd pater non teneatur eam dotare, quicquid dixerit Ioã. de Imo.cum hoc caſu poſſit eam exhæredare, vt in Auth. vt cum de appel. cogn. §.ſi alieni. & in auth. ſi poſt. C.de inof.teſt.& ſi pater propter prædictam cauſam eam exhæredaſſet, non poſſet petere etiam legitimam, vt arbitror, per ea quæ ſuperius dicta ſunt, & prædicta notabis, quia pluries vidi contingere.

¶Quartò limitatur, ſi modo filia ſit catholica,
45 ſecus ſi ſit hæretica vel infidelis,& pater † ſit catholicus.gl.eſt ſing.in l.ſi vero. ff.de in rem verſo.per l. cognouimus. C.de hæretic.facit quod notat glo.in l.ſi.C.de dotis promiſ.& ibi hoc tenet Sal. & Pont. in l.1.ff.ſol.matrim.Sed ſi pater eſſet Iudæus,& filia Iudæa,poſſet etiam cogi,vt arbitror,niſi forte diceretur, quod cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, videtur q̃ eccleſia non compellat exiſtentes extra eccleſiam. Sed tamen quia eccleſia permittit eos contrahere ſecundum ritum ſuum, vt in c. de infidelib.infra de conſan. & affinita. & iure Romano aſtringuntur,vt C.de Iudæis,per totum.merito videtur quod filia Iudæa poſsit compellere patrem ad eam dotandam, maxime, quia vt dictum eſt, ex hoc quodammodo iure naturali pater videtur teneri.

¶Quintò limitatur, ſi pater ſit potens, ſecus ſi
46 ſit inops, † quia tunc non cogitur dotare filiam, cum non poſsit, q̃m impoſsibilium nulla eſt obligatio, vt in reg.impoſsibilium.de reg.iur.lib.6.& ſi forte pater in fraudem creditorũ genero promiſiſſet dotẽ, poſſet agi reuocatoria, vt in l.ait prætor.§. ſi cum mulier.in l.hac actione.& in l.ſi.§.j.ff.de his, quæ in fraudem creditorum.& l.2.C.de his,quæ in fraud.credit.ad quod vide quæ dicam infra eod.ar. q.14.& q.23. quamuis tamen pater ſit debitis prægrauatus, tenetur filiam dotare, ſi tamen debitum non exhaurit facultates ſuas, vt probatur in l.ſi. C. de dotis promiſ.alias ſecus, ſi fortè exhauriret facultates ſuas, quia dos non debet conſtitui niſi ſoluto ære alieno,vt l.ſi.in princ. ff.de his,quæ in fraudem credit.tenet Bal.in d.l.fin. C.de dotis promiſ.quod perpetuo notabis, quia de facili contingere poteſt, maxime propter reuocatoriam.

¶Sextò limitatur, ſi modo filia non fuerit ingrata, ſecus ſi fuit ingrata tali ingratitudine, propter quam potuit iuſte exhæredari,vel iuſtè alimenta ſi-
47 bi denegari potuerint, quia talis ingratitudo † ex qua filius poteſt exhæredari, tollit omne debitum, etiam naturæ,quo pater filio aſtringitur, vt in Authen.de nuptijs.§.optimè. & ideo talis ingratitudo priuat iure petitionis alimentorum, vt l.ſi patrem. C.de alendis liberis.& l.ſi quis à liberis. §.ſi quis ex his.ff.de libetis agnoſcendis. & ideo etiam priuare debet facultate petendi dotem ſibi conſtitui, quæ ob eam cauſam datur vt maritus vxorem alimẽtet, cum maritus onera matrimonij ſubire teneatur, vt l.pro oneribus. C.de iure dotium. cum ſimilibus. tenet Bald.in d.l.ſi.C.de dotis promiſsione.& Pontanus in l.poſt dotem. ff. ſoluto matrimon. & probatur in l.3. §.ſi emancipatus.in fi. ff.de contra tab.
48 ¶Secundo quæro, vtrum ius † cogendi patrem vel auum,&c. ad dotandum,tranſeat contra hæredem. ¶Sol. Pontanus in l.poſt dotem.ff.ſolu.matrimonio.dicit quòd Bart.ibi refert opin.& nil clarè determinat. ſed ego in Bart. meo non reperi. & ſubdit Pontanus hanc diſcuſsionem non uideri neceſſariam, quia aut filia fuit inſtituta hæres per patrem vna cum fratribus, & tunc, ſi dotem pro primo matrimonio habuerat,ſequitur,quod poſito q̃ pater ſoluto matrimonio morte viri illam decepe-rit,cum ipſa dos & reliqua bona paterna veniãt inter eam, & fratres ſuos diuidenda, vt l.fin. C.communia vtriuſque iudicij, meritò cum ipſa poſsit ſibi prouidere de proprijs bonis ad eam ſpectantib. non poteſt fratres, vel alios hæredes cum quibus ſucceſsit compellere,ut. l.cum plures. §.cum tutor. ff.de adminiſtr.tuto.ad quod vide quod dicam inf. eo.ar.quæſtio.10. vnde ſiue filia ſit inſtituta vna cũ fratribus ſuis, vel etiam cum extraneis, non poteſt compellere cohæredes ad eam dotandam.

¶Nec obſtat l.fin. C. de dotis promiſsione. ubi etiam filiam propria bona habentem pater dotare compellitur, ergo pari ratione videtur etiam quòd hæres ipſius, qui regulariter iure defuncti vtitur, poſsit compelli, quia dicta l. fin. loquitur, quando filia haberet bona ex alieno patrimonio, quàm paterno.

¶Aduerte tamen, quia hoc quod dicit Pontanus, non videtur ſimpliciter procedere, & ideo vide ad hoc quod dicam inf. eod. ar.quæſtio.14. aut pro primo matrimonio iam ſoluto dotata fuerat,& hoc caſu, cum ipſam dotem debeat habere præcipuam, ex quo nõ eſt inſtituta ſimul cum fratribus, vt d.l.ſi. C.communia vtriuſque iudicij. merito cũ ipſa poſsit tam ex dote, quàm ex ſua hęreditatis portione dotare ſe, cohæredem ẽt extraneum cõpellere nõ poteſt. Aut ipſa filia fuit exhęredata,& tũc,ſi iuſte fuit exhęredata, non põt petere dotem ſibi cõſtitui,etiã ex paternis bonis,quia ingratitudo, propter quã poteſt exhæredari, tollit ẽt debitum ẽt naturę,quo pater filio aſtringitur, vt ſup.dixi,etiam ſi ſit debitum alimentorum,ergo & dotem,quã maritus recipit propter onera alimentorum, & matrimonij, vt ſupra dixi. Aut fuit exhæredata iniuſtè, & tunc, ex quo hæreditatem ab hærede ſcripto iuſtè aduocare poteſt, ſequitur quod cum ipſa ſit habitura bona intentando querelam inofficioſi teſtamenti, nõ poteſt compellere hæredem ſcriptum ad eam dotandam, ſecundum Pontanum.

¶Sed tu aduerte, quia hoc apud me ſatis uidetur etiam dubium, nec videtur uerum, quia ſi filia petit dotem ab hærede ſcripto, uidetur teſtamentum approbare,quod poteſt, & ideo dico, quod ſi fortè filia eſſet excluſa à querela inofficioſi teſtamẽti propter lapſum quinquennij,ſecundũ ea quę traduntur in l.ſi.C.de inoffic.donat. & in l.ſi filius. C. de inoffi.teſtamento. dico quod hoc caſu poſſet pe-
49 tere dotem,quia † condictio, quæ competit ex lege ad petendam dotem, durat ſpatio 30.annorum,

vt l. omnes, & l. ſicut. C. de preſcript. 30. vel 40. annorum. quod notabis, quia poteſt hoc de facili cõtingere, & Docto. non tangunt. faciunt quę ſtatim dicam de filia præterita, nã ſi pater preterijt filiam, quod membrum fuit etiam à Pontano prętermiſſum, ex quo teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, vt in authen. ex cauſa. C. de liberis preteritis. & in corpore, vnde ſumitur, merito poteſt filia ſibi prouidere, aduocando hereditatem, vel totam, vel pro ſua virili portione, ſi tamen ipſa nollet dicere teſtamentum nullum, ſed illud confirmare, quod facere poteſt, vt l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtamento, vel forte ſi teſtamentum eſſet inſinuatum de conſenſu ipſius filię, hęres etiam extraneus hoc caſu teneretur eam dotare, per ea quę notant Dinus & Bar. poſt eum in l. inſulam. in princ. ff. ſoluto matrimo. quod ſequitur Bald. in l. fin. C. de dotis promiſsione. verſ. ſed pone, pater inſtituit. ubi idem dicit ſi ex forma ſtatuti bona ſunt confiſcata, quia fiſcus teneretur conſtituere dotẽ de bonis cõfiſcatis, quoniam ratio prædictorum deſcendit ex vinculo naturali, quo pater tenebatur ad dotandũ filiam, vt dicta l. obligamur. §. lege. ff. de actionib. & oblig. & idem dicit Bald. in nepte ex filio, per l. dedit. ff. de collatione bonorum. ad quod vide quod dicam ſtatim, q. 8.

¶ Deinde dicit Pontanus in dicta l. poſt dotem. quod unus eſt caſus, in quo poteſt quæſtio procedere, ſcilicet ſi ipſa filia ex forma ſtatutorum quæ ſunt communiter per Italiam, excludatur à ſucceſſione paterna, fratribus vel agnatis extãtibus: nam hoc caſu cum ipſa non habeat unde ſe poſsit dotare, merito fratres & agnatos ſuccedẽtes ad eam dotandam compellere poteſt, & ad hoc non poteſt allegari melior text. ſecundum Pont. quam l. ſiquis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liberis agnoſcendis. vbi patet heredem ſuccedere in onere ea faciendi ad quę teſtator pietatis officio aſtringebatur, ſed ad dotandam filiam pater pietatis officio aſtringebatur, vt dicta l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & dicta l. ſi. C. de dotis promiſs. ergo, &c. & hanc opinionẽ ſequitur Bal. ibi, licet non alloget. §. item reſcriptũ. & notat Dinus in l. ſi marito publico. §. ſi voluntate. ff. ſol. matrim. & idem tenet Pon. in l. 1. ff. ſol. matrimo. motus per ſimilitudinem alimentorum, per dictum. §. item reſcriptum.

50 ¶ Sed aduerte, quia prædictam quęſtionẽ,† quãdo filia ex forma ſtatuti exiſtentibus fratribus uel agnatis à ſucceſsione excluditur, plenius examinat Dominus Ant. de Prato veteri in repetitione legis, in quartam. ff. ad leg. Falcidiam. verſ. ſed an ſuppoſitis dictis ſtatutis. fol. 48. & pro parte negatiua arguit, quia ſi talis hæres ex aliqua cauſa obligaretur, ex eo tenetur, quia defunctus cui ſucceſsit ad hoc eſſet obligatus, ſed pater dum viuebat non potuit compelli ad dotandum filiam, niſi per officium iudicis, vt ſtatim dicam, quæſtio. 13. ſed officium iudicis nullam præſupponit obligationem, vt l. qui per colluſionem. ff. de actionib. empti. & per not. per Barto. & Docto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. ergo & hæredes non poſſunt dici obligati.

¶ Secundò probatur, quia pater ex paterna pietate & affectione tenetur ad dotandam filiam, ut dicta l. qui liberos. cum alijs iuribus ſuperius allegatis. ſed hæc ratio ceſſat in fratribus, & alijs agnatis ergo ceſſare debet effectus, vt in c. cum ceſſante. ſupra de appel. & ibi latè dixi.

¶ Tertiò, quia dos ſuccedit loco legitimæ, vt l. quoniam multa. C. de inoffic. teſtam. ſed filia ſtantibus dictis ſtatutis non admittitur ad legitimam, ergo nec ad dotem, in cuius locum ſubrogatur, ut l. ſi quis eum. §. qui iniuriarum. ff. ſiquis cautionib. in l. item illa. ff. de conſtituta pecu. cum ſimil.

¶ Quartò, quia ex diſpoſitione dicti ſtatuti filia ſimpliciter excluditur à ſuccedendo, ergo ſimpliciter debet intelligi, ut l. 1. §. generaliter. ff. de legatis præſtan. in cap. ad audientiam. ſup. de decimis, cum alijs vulgatis. Sed in dote eſt ſucceſsio, ut in l. filiæ dotem. C. de collationibus, ergo à dote uidetur excluſa.

¶ Quintò probatur, quia ſi diceremus hanc filiam non excludi à dote, ſequeretur quod hoc ſtatutum eſſet ludibrio factum; primo, cum in dubio filia debeat dotari inſpecta qualitate patrimonij mariti & filiæ, vt ſuperius dictum eſt. De raro continget quod filia legitimam non habeat, & fortius etiam ſupra legitimam. quod enim ſi iſte pater tantum hanc filiam habuiſſet, & eſſet dives, & deceſſiſſet ab inteſtato, relicto fratre ſuo, aut alio agnato, certè quilibet debet extimare dotem filiæ legitimam tranſcendere, ex quo pater alios filios non haberet, & ſic ſequeretur quod potentius eſſet ius filiæ in dote, quam in legitima; quod iure cautum non reperitur, ergo &c. arg. l. illam. C. de collat. & quia iura indiſtinctè vocant filiam ad legitimam, & non ad dotem, licet uelint dotem loco legitimæ imputari.

¶ In contrarium uero facit; primo, quia non eſt
51 dubium quod † omnes actiones actiuæ & paſsiuæ à defuncto in hæredem deſcendunt; vt l. in hæredem, & l. ſed ſi ego. §. partus. cum ſua glo. ff. de publiciana. ſed clarum eſt, quod pater erat obligatus ad dotandam filiam, vt ſupra demonſtratum eſt, ergo & ipſius hæres, quoniam ex ſucceſsione & hæredum perſona obligationis conditio mutari non debet, vt l. 2. §. ex his. ff. de verborum oblig. & notatur in l. 2. ff. de prętorijs ſtipulationib. ſed talis obligatio & conditio mutaretur, immo tolleretur ſi ſecus diceremus, ergo &c.

¶ Secundò probatur, quoniam ſtatutum non te-
52 net, † per quod filius à iure petendi alimenta excludatur, quia eſſet contra ius naturale, per notata in l. 1. ff. de iuſtitia & iure. & dos ſuccedit in locum alimentorum, propter quod ille qui ſubſtinet onera matrimonij dotem debet habere, vt l. pro oneribus. C. de iure dotium, & in l. ſi filia. ff. familiæ erciſcun. ergo ſi dictum ſtatutum excluderet filiam à dote tacite, & per indirectum ius alimentorum auferret, quod non eſt admittendum.

¶ Tertiò, quia ſi filia à iure petendi dotem excluderetur vigore dicti ſtatuti, ſtatutũ prædictum eſſet contra publicam vtilitatem, ad quam inducendam iura uoluerunt mulieres eſſe dotatas, & ipſas dotes maximis priuilegijs & fauoribus ſunt proſequuta, vt l. 1. & per totum titulum. ff. ſol. matrim. & C. de priuileg. dot. per totum. ergo prędictum ſtatutum contrariam interpretationem recipere non debet,

debet, per no. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. & l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. cum ſimilib.

53 ¶ Quartò probatur, quia verba † ſtatuti & legis quo ad interpretationem fiendam æquiparantur, ut l. ſeruus hac lege. ff. de manumiſſ. & l. ſi ita fuerit. §. fin. ff. de manumiſſ. teſtam. Sed conſtat, quod licet lex faciat filium ſpurium alienum à ſucceſsione paterna, vt l. 1. & per totum. C. de naturalib. liberis. in tantum quod etiam pater volens ei relinquere, non poteſt, vt in Authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi. & in l. ſi is qui. ff. de vulg. & pupilla. tamẽ pater a poteſtate dotandi nõ excluditur, vt l. fin. ff. de his quibus, vt indignis. licet non poſsit compelli ad eam dotandam, de quo tamen dicendum eſt vt dixi ſupra in præcedenti quæſtio. verſ. primo limitatur.

¶ Quintò poſſet etiam ad prædicta allegari, q̃
54 ſtatutũ † prædictum, in quantum auferret legitimã in totum, non valeret: quam opin. tenuerunt Rainerius de Forliuio & Bal. in l. 1. C. de ſummâ Trinitate. & in l. hac edictali. C. de ſecundis nupt. & Alberic. de Roſa. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. & Domini de Rota deciſione 17. & Sal. in l. ſancimus. C. de nup. & Bar. conſi. 58. quod incipit, ex facto proponitur. & in hac prima opin. reſidet præfatus Dom. Ant. de Prato veteri in dicto loco. quoniam ius ſuccedendi cauſatur ex primo capite, & ius dotandi cauſatur ex alio capite. ſ. pietatis, vt l. cum is. §. ſi in ea. ff. de condictio. inde. & ex officio paterno, vt l. ſi. C. de dotis promiſ. & ſæpius dictũ eſt, & quia ius dotis potentius eſt quam legitimæ, quia dos a patre viuente peti poteſt, vt dictum eſt, legitima vero non poteſt, vt traditur in l. ſi. C. de pactis. licet aliud ſentiat glo. in Auth. de hæredib. & falc. §. exhæredatos. Sed primam opi. tenẽt Dinus & Bar. in l. ſi. ff. de libe. agnoſc. de qua materia latius per Bar. in repetitione l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & hinc eſt, quòd ſi pater legitimam aſſignauit filio, cedit potius in cauſam quaſi peculij, quam profectitia, vt l. profectitia. ff. de iure dot. & ideo viuente patre ipſi filio nihil quæritur, per no. in l. placet. ff. de acquiren. hæredita. & l. 1. ff. ſi quis a parente fuerit manu. & quod traditur in l. ſi filio. ff. de lega. 1. quoniam etiam ordine in profectitijs nihil eſt immutatum, vt no. in l. cum oportet. C. de bonis, quæ lib. & ibi per Bal. & l. penultima. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. ſed in dote aliud eſt, vt l. 2. §. voluntate. ff. ſolu. matrim. acquiritur enim ipſi filię, & dicitur ipſius patrimonium, vt l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſcun. & in l. pater filiam. ff. ad legem Falcid. facit l. prima. §. videamus. C. de rei vxor. actio.

¶ Et pro prędicta cõcluſione optimè facit quod traditur per gloſ. in l. cum in plures. §. penult. ff. de admin. tuto. a contrario ſenſu, quod argumentum validum eſt, vt l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. cum alijs vulgatis. dicitur enim ibi, quòd frater non tenetur ad dotandam ſororem conſanguineã, quia paternum patrimonium commune erat, vt l. fin. C. de lib. prætc. vel quia pater ei in teſtamento aſſignauerat bona, alias autem fraliunde non haberet, frater eam dotare compelletur, vt ſtatim dicam, q. 10. & prædictam opin. tenet Bar. in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, & glo. Cyn. & Sal. in l. non omni. ff. de admin. tuto. & Pont. in d. l. poſt dotem & l. 1. ff. ſolu. matrim.

¶ Non obſtat primum argumentum in contrarium formatum, quia iudicis officium de quo quæritur, quod poteſt implorari contra patrem ad dotem conſtituendam, habet vinculum obligationis large, ſecundum quod traditur in l. pecuniæ. ff. de verb. oblig. & in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & Inſt. de offic. iud. per totũ. & per Spec. in tit. de offic. iud. & ideo ſicut dabatur contra defunctum, ita & contra ipſius hæredem.

¶ Non obſtat ſecunda ratio, quia, vt ſtatim dicã, q. 10. frater tenetur ad dotãdam ſororem inopem.

¶ Non obſtat tertium argumentum, quia poſi-
55 to quod vigore dicti ſtatuti filia † excluderetur a legitimam, non tamen excluditur a iure petendi dotem, quia cum legitima & dos habeant cauſam ſeparatam, vt ſupra demonſtratum fuit, ergo de vna ad aliam non valet argumentum, vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ. facit etiam reſponſio ad ſequens argumentum, & ex prędictis ẽt patet reſponſum ad quartum argumentum, quia legitimatio eſt titulus cauſatus ab vltima voluntate, & eſt debita ex vltima voluntate, vt l. Papinianus. §. qm̃ quarta. ff. de inofficioſ. teſt. & in l. ſcimus, & in l. qm̃ in prioribus. C. de inoffic. teſtam. titulus uero dotis cauſatur ex obligatione inter viuos, vt l. fin. ff. quæ in frau. credit. quare poſito quod filia excludatur à legitima vigore dicti ſtatuti, non tamen ſequitur q̃ excludatur à dote, ex quo alio iure debetur, & quia ſub verbo legitimæ, non comprehenditur dos, ut l. ſi idem. C. de codicillis, & ſic patet quod non eſt verum quod dos dicatur ſucceſsio, quod etiam probatur in l. mulier bona. ff. de iure dot. & per not. per Bar. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolu. matrim. & quia tale ſtatutum communiter intelligitur de ſucceſsione cauſata ab ultima voluntate, vt voluit Barto. 64. conſilio, quod incipit, quidam.

¶ Nec obſtat l. filiæ dotem. C. de collationibus. quia licet filia non conferendo excludatur à iure ſuccedendi, nõ tamen ſequitur, ergo eſt ſucceſsio: quia antequam eſſet ſucceſsioni ſi dos eſt conſtituta & iam exiuit patrimonium patris dotantis, & effectum eſt patrimonium filiæ, vt ſupra dictum eſt.

¶ Non obſtat quod dos poſſet excedere legitimam, tum quia hoc communiter non contingit, tum quia hoc poſito, non tamen id ſequitur quod ſit ſucceſsio, & idem quod legitima, cum dos ſit titulus ſingularis, & alia vniuerſalis: nam poſito ẽt quòd aliqua dediſſet omnia bona ſua in dotem, tamen diceretur titulus ſingularis, ut tradit Bar. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſoluto matrimonio.

¶ Item, quia cum dos eſſet debitum paternum, ergo tanquam debitum debet diminuere bona hæreditaria, & per conſequens ſi eſſet debita legitima alicui ex illa hæreditate eximeretur hoc debitum à bonis hæreditarijs, & tanto minor eſſet legitima, vt dicto §. quoniam quarta.

¶ Nec obſtat quod non reperiatur iure cautum quod potentius ſit ius dotis quam legitimæ, quia immo potentius eſt, ut ſupra demonſtratum fuit. & ſic ex prædictis concluditur, quod quamuis ſtatutum diſponat, quod fœmina non ſuccedat extantibus fratribus vel agnatis, non tamen intelligitur

excluſa à iure petendi dotem, quę conſtituenda eſt arbitrio boni viri, vt ſæpius dictum eſt.

56 ¶ Tertiò quæro, quid ſi ſtatutum † diſponit, q̃ filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, vt dictum eſt; quanta debeat eſſe dos filiæ ad hoc ut excludatur, & an dos debeat ad legitimam aſcendere, ita ut ſi ſit minor legitima, poſsit agi contra hæredem ad ſupplementum uſque ad legitimam.

¶ Sol. Dinus & Bar. in l. ſi marito publico. §. ſi voluntate. ff. ſolu. matrim. tenent quod fratres & agnati tenentur eam congruè dotare, & idem tenet Bal. in l. fin. C. de dotis promiſs.

¶ Sed aduerte, quia prædictam quæſtionem latius examinat præfatus Dom. An. de Prato veteri in dicta repetitione legis, in quartam, & quòd poſsit agi ad ſupplementum legitimæ, arguit pluribus rationibus.

¶ Primò, quia dictum ſtatutum recipit interpretationem ſicut lex, vt l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſt. cum alijs vulgatis, & ſupra tetigi. ſed vbi lex vult dotem ſubrogari loco legitimæ, ſecundum ea quæ traduntur in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. non intelligitur prohibere ius agēdi ad ſupplementum, vt l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. cum ergo ſtatutum ſubroget hanc dotem loco legitimæ, quod patet, quia filia dotata à ſucceſsione excluditur, ſed non dotata non excluditur, ergo &c.

57 ¶ Secundò probatur, quia verba † ſtatuti debēt interpretari, vt quantū fieri poteſt minus noceant iuri communi, vt l. 2. C. de noxalib. cū alijs vulgatis. Sed dictum ſtatutum excludens filiam dotatam, à ſucceſsione, corrigit ius commune, ut l. fin. C. de liberis præteritis, cum ſimilibus. ergo debet limitari, vt ſaltem non corrigat quo ad legitimam debitam iure naturæ.

¶ Tertiò probatur, quia ſi pater filiam dotatam hæredem in dotibus inſtituiſſet, & dos non eſſet ſufficiens ad legitimam, poſſet ipſa agere ad ſupplementum, etiam ſi pater in teſtamēto dixiſſet, quod filia ſua dote eſſet contenta, vt l. ſi quando. §. fin. C. de inoffi. teſt. ergo ſtatutum prædictum non debet eam excludere à legitima.

¶ Quartò probatur, quia ſi aliud diceremus, ſequeretur abſurdum, quia cum dos poſsit conſtitui in minori quantitate quàm ſit legitima, vt l. cum poſt. §. generi. ff. de iure dot. filia per indirectum ab omni commoditate bonorum paternorum excluderetur, quod cenſetur abſurdum.

¶ Quintò probatur, quia clarum, quod ſtatutū eſt legitima contientio, vt in l. legitima. ff. de pactis, nec eſt credendum ſtatuentes voluiſſe ex ſua generali conuentione conſtituiſſe quòd in ſpecie non potuiſſent ſtatuere, arg. l. obli. generali. ff. de pignoribus. ſed per ſpecialem conuentionem, qua filia fuiſſet contenta dote, non excluderetur à iure petendi legitimam, vt l. pactum. C. de colla. & in l. pactum quod dotali. C. de pactis. ergo minus debet excludi per generale ſtatutum, de quo ſup.

¶ Sextò probatur, quia qua ratione diceremus ſtatutum denegare ſupplemētum legitimæ, eadem ratione diceremus ſtatutum poſſe ius dotis conſtituere arbitrio boni uiri, & ſic data eſſet poteſtas patri, vt dotando filiā etiam in minima quantitate, excluderet eam à ſucceſsione, quod dicere eſt inconueniens, argum. l. qui ante. ff. de acquir poſſeſsione.

¶ In contrarium vero facit. primo, quod filia ſit excluſa à iure petendi ſupplementum uſque ad legitimam, primo quia ſtatutū ſimpliciter vult filiam dotatam excludi à iure ſuccedendi, ergo ſimpliciter eſt intelligendum, vt l. de pretio. ff. de publiciana. & 19. d. c.

¶ Secundò, quia ſi conſideretur verba ſtatuti, titulus ſucceſsionis non poteſt concurrere cum titulo dotis: quia, ſi dotem habet, non debet ſuccedere, ſed ſi ageret ad ſupplementum, non eſt dubium quod ſuccederet, vt l. omnimodo. C. de inofficioſo teſtam. ergo, &c.

¶ Tertiò probatur, ius agendi ad ſupplemētum competit ex teſtamento, vt d. l. omnimodo, ſed ſtatutum prædictum loquitur in ſucceſsione ab inteſtato, ſed cauſa teſtati, & inteſtati penitus aduerſantur, vt l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. & not. in l. 1. §. ex fundo. ff. de hæredib. inſtit. ergo remedium competens à ſtatuto reſpectu cauſæ inteſtati non debet competere in cauſa teſtati, ne idem accidens verificetur in duobus contrarijs, arg. l. 1. C. de furtis.

¶ Quartò probatur, quia qua ratione diceremus quòd filia in caſu noſtro poſſet agere ad ſupplemē tum, eadem ratione ſi ſtatutum diceret filia non ſua legitima ſit contenta vna vncia, quod poſſet ipſa filia ad ſupplemētum agere. ſed hoc eſt falſum,

58 cum ſtatutum † poſsit non ſolum legitimam minuere, ſed etiam in totum tollere, vt voluit Dinus in regula, indultum, de reg. iur. lib. 6. & Io. An. ibi poſt Mar. & idem tenuit Oldradus conſilio 73. & Cinus in l. ſancimus. C. de nup. & Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. & per Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſt. & ibi l. fin. ff. de liberis agnoſc. & in conſilio, quod incipit præmiſsis verbis ſtatuti. & Ange. in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffi. teſt. & Pont. in l. ſequens q. ff. ad Sillanianum.

¶ Quintò probatur, quia non eſt dubium, quod

59 ſi filia † cum iuramento fuiſſet contenta dote ſua, quantacunque eſſet dos, talis non poſſet agere ad ſupplementum, vt in c. quamuis. de pact. lib. 6. tradit Bal. in l. pactū. C. de colla. ergo idem dicendum in ſtatuto, quo omnes ſubiecti ligantur, vt l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. ne plus operetur priuata conuentio, quàm ſtatutum, contra notata in l. clam prohibere. §. 1. ff. quod ui aut clam. & tradit Bald. in l. 2. C. comminationes uel epiſtolas.

¶ Sextò probatur, quia ſi uerba ſtatuti prædicti aliquam exigerēt interpretationē, illam haberent quam in ſimilibus terminis facit ius commune, ut in l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſt. & l. 2. C. de noxalib. ſed ius commune loquens de dote intelligitur arbitrio boni viri, ut ſæpius dictum eſt, ergo prædictum ſtatutum recipit prædictam interpetrationē, vt dotem habeat arbitrio boni viri, non autem ut aliquod ſupplementum petere poſsit, ergo &c.

¶ Sol. Specula. in ti. de inſtru. editi. verſ. ſed ſuper fama præcedente uidetur, inclinare in primam ſententiam, quod agi poſsit ad ſupplementum, ſed ibi loquitur, quando filia eſſet inſtituta in dotem, nullo ſtatuto ſuppoſito, & ſic ſolum de iure communi, quod etiā ſoluit Bald. in Auth. res quæ. C. communia de leg. dicens quod in dicto caſu agi poteſt ad

ad ſupplementū legitimæ: ſed nos loquimur, quando filia non fuit inſtituta in dote, ſubeſt ſtatutum, ſed Dom. An. a Prato ueteri tenet quod non poſsit agere ad ſupplementum legitimæ per rationes vltimo loco allegatas, quam etiam opin. uidetur ſequi Bald. in dicta authent. res quæ. eo caſu quo in

60 ſtatuto † cauetur, quod ſua dote ſit contenta, quia hoc ſtatutum, licet ſit iniquum, & nimis rigoroſum non tamen eſt contra bonos mores, ideo ſeruandū eſt, vt l. proſpexit. ff. qui & à quibus. facit quod notat Cinus in l. ſi publico. C. de adulterijs, & ſic ſentit etiam Sali. in l. Sancimus. C. de nup. & Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi. in quantum vult, quod illud quod in caſu prædicto deficit filiæ ad legitimam accreſcat fratribus.

¶ Non obſtat prima ratio, quia vbi dos ſuccedit loco legitimæ, tunc dos computatur in legitima, nec tunc propter dotem lex excludit filiam à ſucceſsione, hic uero ſecus, & ideo caſus ſunt diuerſi, ex quibus non debet fieri illatio, vt l. Papinianus exuli. ff. de minor.

¶ Nec ob. ſecunda ratio, quia verba prędicta in

61 ſtatuto † poſita ſunt clara, meritò alia interpretatio fieri non debet, vt in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & in d. l. proſpexit. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.

¶ Non ob. tertia ratio, quia licet pater legitimā filij minuere non poſsit, vt in iuribus in ea allegatis, tamen ſtatutum hoc facere poteſt, quia nedum minuere poteſt legitimatam, ſed in totum tollere, ſecundum plurimorum opin. vt ſup. dixi.

¶ Non ob. quarta ratio, quia ſufficit dotem eſſe conſtitutam, & uerificata eſt mens ſtatuētium, qui conſiderauerit titulum dotis, & non quantitatem, quia ex quo de quantitate non fecerunt mentionem, illā habuerunt pro omiſſa, vt l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matrim. & l. quicquid aſtringendæ. ff. de uebor. oblig.

¶ Non ob. quinta ratio, quia illa procederet tenendo gl. in rubrica. C. de decret. decurionum. lib. 10. etiam negatiuè arguendo, cuius intellectus nō

62 eſt uerus, quia † non ſequitur, non poteſt fieri per pactum, ergo nec per ſtatutum, prout ibi traditur, & in l. ſi priuatis. ff. qui & à quibus. & per Bal. in l. 2. C. comminationes & epiſtolas.

¶ Non obſt. ſexta ratio, quia fatendum eſt, quòd ſi filia paſſa eſt ſe dotari arbitrio patris, poſſit officio iudicis patrem compellere, ſi fortè minus competentem dotem recepit, vt pater ſuppleat vſque ad congruam dotem, per dictam l. qui liberos. ff. de ritu nup. & ſic ex prædictis poteſt decidi quæſtio poteſt eſſe valde vtilis & quotidiana, ſtantibus prædictis ſtatutis, excludētibus filias dotatas, prout ſunt communiter per Italiam, quoniam ſi filia non fuit congruè dotata arbitrio boni viri, ſecundum facultatem patris, & viri, & conſuetudinem patriæ, prout ſupra ſæpe dictum eſt, poterit ipſa filia agere, & officium iudicis implorare contra patrem, & contra hæredes patris, vt ſuppleant cōgruam dotem; quia ſicut pater potuit compelli, ita & ipſius hæredes, per ea quæ dixi ſupra, in 2. q. Et ad prædictam vide Bal. in l. ſi. C. de dotis promiſſ. qui ſentit prædictam opin. arg. l. qui volebat. ff. de hære. inſt. & prædicta perpetuo notabis, quod ſi mulieres dotatæ animaduerterent, & prædicta ſcirent, aut viri earum prædictorum ſcientiam haberent, frequenter contingeret, quod agerent ad ſupplementum dotis.

63 ¶ Sed aduerte, quia, ſi filia † eſſet in dote inſtituta, videtur quod non ſolum poſsit agere ad ſupplementum dotis, ſed etiam ad ſupplementum legitimæ, & iſta fuit olim iam ſunt 12. anni maxima quæſtio Ferrariæ inter quendam Dominum Franciſcū de Sacrato, & Dominum Antonium de Maria, in qua ego fui vocatus ab illuſtriſſimo Domino Marchione in aduocatum Antonij, eo quòd aduerſarius ſuus habebat in aduocatos clariſsimos Doctores, Dominū Angelum de Gambilionibus de Aretio, Dominum Franciſcum de Accoltis de Aretio, Dominum Martinum de Laude, Dominum Vgolinum de Armino notabilem practicum, & quendam alium de Papia legentem ibi iura ordinaria, vnde non ſuperfuerant dicto domino Antonio mariæ niſi Dñs Andreas Bentius nepos meus ex ſorore, & in ea quæſtione emanarunt bene 74. vel 76. conſilia pro vtraque parte, & quod magis reprenſibile videbatur, bene 14. Doctores principales Italiæ ſuper eodē puncto pro vtraque parte conſuluerant, quod cum videretur illuſtriſſimo Marchioni nimis reprehenſibile, & multum ægrè, ac moleſtè ferret, & indignationem maximam conceperet, reuocaui eum a dicta indignatione, quia inter prima & vltima contraria conſilia tranſierant bene 15. anni, & materia erat ſubtilis & dubia, & varias clariſſimorum opin. habebat.

¶ Et quia prædicta quæſtio eſt valde vtilis, & quotidie poteſt contingere de facto, maximè in partibus Italiæ, ideo ſub breuibus proſequar prædictam quæſtio.

¶ Et primo pro parte negatiua, quòd non poſsit agere ad ſupplementum legitimæ, arguitur plurib. medijs, primo ex identitate rationis, quia cum ra-

64 tio talium ſtatutorum † excludentium filias dotatas ſit propter conſeruandas familias, vt no. in l. 2. §. quamuis. & §. publice. ff. de ven. inſp. & l. ſuper ſtatu. C. de quæſtionib. & per Cyn. in l. publico. C. de adul. & in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. & traditur in l. maximum vitium. C. de lib. præt. cum ſim. Ita ven dicet ſibi locum ex teſtamēto, ſicut ab inteſtato, ergo ſicut ab inteſtato excluditur a iure petendi legitimam, ita ex teſt. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum alijs vulgatis.

¶ Secundò, quia lex corrigens ab inteſtato trahitur ad cauſam inteſtati, vt no. in l. mem. C. de leg. hær. ergo idem in ſtatuto reſpectu ſubditorū. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

¶ Tertiò, quia non debet diuerſum ius cenſeri ex teſtamento quàm ab inteſtato, arg. l. maximum vitium. C. de lib. præter.

¶ Quartò, quia ſtatutū ab inteſtato regulat cauſam teſtamenti ex præſumpta voluntate teſtatoris. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.

¶ Quintò, quia cauſa teſtati in actu & priuatim videtur ſe connexè habere, arg. l. ſuus. C. de repub. hære. & l. ſi ita ſcriptum. §. regula. ff. de liber. & poſthumis. ergo diſpoſitum in vno, debet trahi ad reliquum.

¶ Sextò probatur, quia legitima filiorū eſt triens

vel semis illius portionis quam quis esset habiturus ab intestato, vt l. parentibus. & l. quem nuper iuncta auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testam. cum ergo filia dotata ab intestato in nihilo succederet, merito ex testamento ei non videtur dari posse portio legitimæ. & istud argumentum videtur valde concludens, quia ex dispositionibus priuatiuis non inducitur habitus, vt l. non hoc. C. vnde cognati. & l. Titia. ff. de testam. manumiss. facit etiam quod statim dicam.

65 ¶ Septimò, quia † de non ente non est dare partem, aut quotam. ff. si certum peta. in l. eius qui in prouincia. & supra de renunc. c. super hoc. & ff. de iureiuran. l. duobus. §. colonus. & l. iuris gentium. §. sed si fraudandi. ff. de pactis. Sed filia dotata ab intestato non erat consecutura aliquam hæreditatẽ, ergo per viam testamenti non potest petere aliquã quotam, & sic aliquod supplementum. facit etiam quod statim sequitur.

66 ¶ Octauò probatur, quia vbi non subest materia, † non potest dari materiatum ex materia, vt in l. qui res. §. qui aream. ff. de solutionib. & l. quæsitũ. §. illud fortasse. ff. de lega. 3. sed vigore prædicti statuti tollitur successio ab intestato, & sic cessat legitima. si ergo legitima cessat, ergo non videtur posse dari eius supplementum, argumẽto eorum, quæ dicuntur in materia iuris accrescendi, in l. re cõiuncti. ff. de leg. 3. & no. in l. sed si manente. ff. de precario. & eorum quæ dixi in c. de causis. supra de officio dele. & in l. Labeo. ff. de arb. & per Bar. in materia fictionis, in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

67 ¶ Nonò probatur, quia † ille demũ videtur posse petere legitimam seu legitimæ supplementum, cui vel inofficiosi testamenti querela, vel ius dicendi nullum competit. l. omnimodo. & l. si quis filium. C. de inoffic. testam. sed filia dotata non potest querelare testamentum, nec dicere illud nullũ, vt d. l. omnimodo. & in Auth. vt cũm de appel. cõgno. §. & hoc quidem. ergo &c. absurdum tamen esset ab eo testamentum impugnari, quia eo impugnato non foret successurus, vt no. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthu. & in l. si post mortem. §. liberi. ff. de contratabulas. facit quod notat Bar. in l. si. ff. ad Trebel. & Bal. in l. fin. C. de libe. præteritis.

68 ¶ Decimò probatur, clarum est, quod extraneus non potest aliquam legitimam petere, sed filia † dotata ex forma prædicti statuti est redacta ad instar extranei, argum. notat. per Bartol. in l. 1. §. si pater. ff. de conium. cum emanc. liberis. & l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitimis, & l. 1 suis. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. ergo filia nec legitimam, nec legitimæ supplementum petere potest, vt l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa.

¶ Vndecimò probatur, quia nimis absurdum esset quod filia imputaret patri quod fecerit testamẽtum, arg. l. posthumum. in princi. ff. de inoffic. testa. ergo hoc nequaquam est admittendum, vt l. nam absurdum. ff. de bonis libertorum. facit quod not. in capit. 1. de concessione præben. lib. 6. ergo &c. maxime quia quo ad filiam dotatam pater videtur habuisse liberam testamenti factionem. facit l. fin. ff. de bonis libertorum, & hoc maxime videtur dicendum, si pater dixisset in testamento, q̃ relinquebat dotẽ pro omni sua legitima vel falcidia, & pro omni portione sibi obuenire in bonis & hæreditate dicti testatoris, quod testatoris præceptum, cum concordet cum dicto statuto, videtur pro lege seruandum, vt in Authen. de nupt. §. disponat. cum similibus.

¶ In contrarium vero videtur facere, quia filia
69 habet † fundatam intentionem ſuam quo ad legitimam omni iure, videlicet diuino, quo iure filius est hæres, Apostolus ad Galatas, dap. 4. 17. q. 4. c. quicunque. notatur in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. ac etiam iure canonico, vt dicto c. quicunque. Item iure naturali, vt l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum. & l. scripto. ff. vnde liberi. in Authent. de trien. & semi. §. hinc nos. Item, quia succedit in locum alimentorum, vt sæpius dictum est, quę alimenta sunt de iure naturali. Insti. de iure naturali. in prine. prima d. c. ius naturale, tradit Cicero 1. officiorum. Bald. in l. 1. ff. de iustit. & iure. & l. fin. C. de dotis promissione. Item ex iure ciuili & positiuo, vt dicta l. cum ratio. & in d. l. scripto. & in Authen. de hæredib. ab intestato, post princi. & in Auth. in successione. C. de legitim. hæred. quod etiam vult philosophus 8. physicorum. vnde merito legitima dicitur omni iure debita, nisi filii sint ingrati, vel demeriti, secundum glo. & Docto. in l. 3. C. de iuris & facti ignorantia, & l. scimus. & l. quoniam in prioribus. & authen. nouissima. C. de inoffic. testam. & in Authen. ut cũ de appella. cogno. §. cæterum. quare ad excludendum filiam a supplemento legitimæ necessarium est hoc demonstrare aliquo iure speciali.

¶ Nec ob. si diceretur, quod hoc demonstratur vigore prædicti statuti, sumptis argumentis supra formatis, quia respondetur hoc esse falsum, quod pluribus ostenditur fundamentis.

70 ¶ Primo, quia † dictum statutum de sui natura stricte intelligi debet, & in proprijs terminis, quib. loquitur, vt l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. oblig. nec est extendendum, maxime cum sit contra ctiuum, vt l. si uero contra. ff. de legibus. & in reg. quod iure. de reg. iur. lib. 6. cum alijs vulgatis, quod prædictum statutum loquitur de successione ab intestato, ergo non extenditur ad causam testati, vt etiam statim dicam.

¶ Secundò, quia posito quod statutum esset ex identitate rationis extẽdendum, vt quidam uoluerunt, tamen hoc non procedit, quando statutum
71 est † correctorium, quia tunc etiam ex maioritate rationis non extenditur, vt l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, & l. 2. C. de noxalibus. & auth. quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. & in regu. quæ à iure, de regu. iur. lib. 6. & in c. statutum. & c. constitutio. de electio. lib. 6. cum simil.

¶ Tertiò probatur auctoritate Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & clericis. & in l. ij, qui ad ciuilia. C. de appel. vbi vult, quod statutum correctiuum non extenditur seu non comprehendit nisi casum expresse in eo dispositum, & idem notat glo. in verbo eligatur. in clem. 1. de electione. & glo. fi. in cap. si pauper. de præben. lib. 6. Io. An. in c. si Apostolicæ. eod. titu. & lib. ergo prædictum statutum, quod loquitur solum de causa intestati, non debet extendi ad causam testati. ad quod etiã vide alia plurima iura, & auctoritates plures quas tradidi in c. translato. sup. de constitutionibus. versicu. 2. princ. regula.

¶ Quartò probatur, ex separatis non fit illatio,
72 vt † l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. & in cap. quod sedes. supra de officio legati. sed separata est causa testati à causa intestati, immo contraria, vt in regula, ius nostrum. ff. de regu. iur. facit. l. quandiu. ff. de acquir. hæreditate, ergo, &c. immo ad positionem vnius sequitur exclusio alterius tanquam repugnantis, vt in regula, ubi repugnantia. ff. de reg. iur.

¶ Quintò probatur per notata in Rubrica iuncto nigro. C. communia de successionib. vbi verbo successionis solum comprehendi videtur causa successionis ab intestato, ergo longè minus causa testati comprehenditur, quando statutum non dicit simpliciter quod filia dotata non succedat, sed dicit, non succedat ab intestato, ad quod etiam facit. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. vbi quando fit mentio successionis intelligitur de hæreditate proueniente ab intestato, non autem de ea quæ prouenit ex testamento.

¶ Sextò, quia si diceremus causam testati comprehendi in dicto statuto, sequeretur quod instituta non posset succedere, quia dispositio vel ratio respiciens duo extrema illa vniformiter & æqualiter modificat, vt l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & l. quamuis. & l. hæreditatem. C. de impuberum, & alijs substitutionibus.

73 ¶ Septimò, quia † statutum prędictum loquitur conditionaliter, dicendo, si quis ab intestato decesserit, ergo impleri debet in forma specifica, vt iacet, vt l. Mæuius, & l. cui fundus, & l. si hæredi. ff. de hæredib. instit. ergo non habet locum in causa testati.

¶ Octauò, qualitas intestati à statuto requisita requiritur tempore mortis testatoris, quo tempore dispositio successionis applicatur ad actum, vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. ergo non habet locum in successione ex testamento. facit quod in simili notat Bald. in l. si mater. C. de suis & legitimis, & Petrus de Anchar. in repetitione c. primi de constitutionibus. in 12. quæst. princ. vers. sed pone per statuta.

74 ¶ Nonò, quia vbi quis † excluditur à successione ab intestato ex alia causa quàm criminis, non intelligitur propterea exclusus ex testamento, Instit. de exhæredatione liberorum. §. emancipati, & bonus tex. in l. fin. C. de pactis. vbi traditur, quod exclusus per pactum ab hæreditate alicuius ab intestato, accedente voluntate illius, de cuius hæreditate agitur, non intelligitur exclusus per viam testati, quod etiam sequuntur Canonistæ in cap. 2. de pactis. lib. 6.

75 ¶ Decimò probatur, quia clarum † est quod si pater fecit testamentum, & filio vniuersaliter instituto filiam instituit in re certa, non est dubium, q̃ talis filia per hanc viam excluditur ab intestato, vt l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & tamen talis filia nõ prohibetur petere legitimam, seu legitimæ supplementum, vt l. penul. §. repletionem. C. de inofficioso testam.

¶ Vndecimò probatur per tex. in l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiestatis. vbi dicitur, quod licet filia excludatur à successione ab intestato, uel ex testamento, vel etiam simpliciter, non tamen prohibetur petere legitimam, ergo longe minus debet excludi in terminis nostris, ad quod etiam faciunt not. in c. vergentis. de hæret. lib. 6.

¶ Duodecimò probatur per not. in l. si arrogator. ff. de adoptio. & l. 1. §. si ab impubere. ff. de colla. bonorum. vbi licet impubes arrogatus qui non admittitur ad successionem patris arrogatoris, tamen admittitur ad petitionem legitimæ.

76 ¶ Decimotertiò, quia prædictum statutum † priuilegiat filios & agnatos circa successionem ab intestato, ergo quantum fieri potest, debet interpretari vt minus lædat ius filiæ, vt l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. & in c. quãuis. in fi. de rescriptis. lib. 6. cum sim. ergo loquens de causa intestati non debet in præiudicium filiarum ad correctionem iuris diuini, naturalis & humani extendi ad causam testati. facit l. impuberibus. ff. de administr. tuto.

¶ Decimoquartò probatur ex notatis in Auth. de hæredibus & falcidia. §. si quis autem non implens. & in authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. in quibus probatur, quod licet quis sit exclusus à successione vniuersali, non tamen excluditur à legitima, ergo idem & fortius dicendum in terminis nostris, quod filia dotata exclusa à successione ab intestato non intelligatur exclusa à petitione legitimæ, seu ipsius supplementi.

77 ¶ Decimoquintò probatur, quia si filia † facto, aut stipulatione promisit non succedere ab intestato appositio etiam iuramento, talis nihilominus ex testamẽto potest succedere, & legitimæ supplementum petere. quinimmo etiam si simpliciter promisit & iurauit non succedere, tamen potest legitimam petere, vt hæc traduntur in c. 2. de pactis, lib. 6. & l. pactum, quod dotali. C. de colla. iunctis his, quæ notantur in l. penult. C. de inoffic. testam. ergo idem dicendum est, & fortius, in terminis nostris, in quibus statutum excludit filiam dotatam solum ab intestato.

¶ Decimosextò probatur, quia stante prædicto statuto quod excludit filias dotatas, &c. si pater in testamento dixit, filios meos hæredes instituo, non
78 intelligitur exclusa filia † dotata, sed intelligitur instituta simul cum filijs, secũdum Pileum, quæst. 63. quam refert Petr. de Anch. in repetitione c. primi de constitutionibus. in 14. quæst. princip. vers. sed occurrit circa prædicta. ergo fortius talis filia debet admitti ad legitimam seu legitimæ supplemẽtum, quàm ius vult deberi & etiam testatore prohibente, ut statim dicam, maxime cum idem ius debeat esse de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum, vt l. quæ de tota. ff. de rei uendicatione. cum alijs vulgatis.

¶ Decimoseptimò probatur ex his, quæ singulariter tradit Bal. in l. quicũque. C. de seruis fugi. vbi dicit, stante statuto quod extantibus masculis filia non succedat, sed debeat congruè dotari, quod si pater in testamento sic dixit, filios meos instituo in partibus quæ debentur eis de iure, seu quæ eos de iure tangunt, quod filiæ pariter succedunt cum filijs

lijs masculis in viriles portiones, sicut succederent de iure communi.

¶ Decimooctauò probatur ex singulari doctrina Ang. in consilio quod incipit, antiquum statutum ciuitatis Perusij, vbi dicit fuisse consultum per collegium Florentinum, quod commendat ipse Ang. quod stante statuto quod filia dotata à patre superstite filio masculo non possit uenire ad successionem paternæ hæreditatis, quod per hoc nõ uidetur excluſa quo minus possit petere legitimę supplementum, eo quod filia quæ excluditur à successione per generalem quietationem factam fratribus suis de non succedendo, non excluditur quo minus legitimam consequatur, per l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inoffi. test. ergo eadem ratione concludit idem debere dici in statuto, facit quod statim subijciam in sequenti fundamento.

¶ Decimononò probatur auctoritate Guigl. de Cnn. quem referunt & sequitur Bald. & An. in l. de his. ff. de transactionibus. vbi dicunt, quod ad hoc vt filia excludatur a consecutione legitimæ vel supplementi ipsius, cautela est, quòd ipsa specialiter renuntiet legitimæ, alias non intelligitur sibi præiudicare, ergo per talia statuta generaliter excludentia filiam ab intestato non debet intelligi filia exclusa à petitione legitimæ, seu supplementi ipsius, maximè, quia de pacto ad statutum, valet argumentũ, vt notat glo. in Rubrica. C. de decre. decu. lib. 10. facit quod statim dicam in seq. fundamento.

¶ Vigesimò, quia mitius agitur cum lege quam
79 cum ministro legis, vt l. Celsus. ff. de arbitris. † sed homo non põt priuare filium legitima, seu eius supplemento, etiam expresè prohibendo in testamento ne filius possit plus petere, nisi ex aliqua iusta causa, de quibus causis in Auth. vt cum de appellatcogno. §. causas, ergo &c.

¶ Vigesimoprimò, quia cum statutum magis ac
80 cedat † ad naturam vltimarum voluntatum, quam contractuum, vt notat Bal. de pace Constantiæ. super verbo, criminalibus. sequitur quod secundum illas statutum regulari debet, sed secũdum vltimas voluntates si filiæ relinquitur minus legitima, potest filia agere ad supplementum, vt dictum est, ergo &c.

¶ Vltimo, omittendo quædam alia argumenta quæ feci in dicto consilio, quod incipit, Francus de Sacrato, prædicta conclusio approbatur auctoritate Saliceti in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. quamuis enim statuto simpliciter excludente filiam propter agnatos à successione, etiam non facta specificatione seu expressione ex testamento vel ab intestato, quando sic simpliciter filia dotata excluditur, licet quidam velint tamen excludi à petitione supplementi, etiam per uiam testati, tamen statuto expresse excludente filiam ab intestato, nec aliter disponendo, aut aliter exprimendo de causa testati, quod filia hoc casu excludatur à petitione supplementi legitimæ, non reperi Doctorem hoc dicentem, immo potius fundamenta eorum quite nent eam excludi à petitione supplementi, si statutum eam simpliciter excludit à successione, & non dicit ab intestato: idem concludere videntur filiam non excludi à petitione supplementi, quando statutum excluderet solum ab intestato, & pater filiæ aliquid in testamento reliquisset, & hoc ẽt tenet Salicetus in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. in finali quæstione. vbi voluit, quod stante statuto quod filia ab intestato cum fratribus nõ succedat, si frater fuit vniuersaliter institutus, & ipsa filia fuit instituta in dotibus suis, & in decem, quod filia poterit petere supplementum legitimæ, quod sibi debetur ex causa testati, & hoc vt iurium correctio euitetur, & ut casus omissus decidatur secundum iuris communis dispositionem, secundum q̃ superius dixi, & quia causa testati & intestati inuicem contrariantur, vt l. generaliter. C. de institutionibus & substit. sub condit. factis, & quia ille qui succedit in legitima, non succedit in iure vniuersali, nec in quota hæreditatis, sed quodammodo succedit titulo singulari, licet aliquid quandoque habeatur pro titulo uniuersali, ad hoc vt cõpetat ius
81 accrescendi. facit, † quia successio in vltimis voluntatibus significat successionem vniuersalem respectu hæreditatis, vel quotę hereditatis, vt l. quędam, §. nec interest. vers. nec iuris successor. ff. de edendo. & dicunt Bald. & Ange. quod Speculator in titulo de testamentis. vers. sed pone, dicit, quod si testator disposuit quod post mortem legatarij domus legata restitueretur successoribus legatoris, quod non comprehenditur filia instituta in re certa. & ratio est, quia ista venit titulo particulari, & sic non comprehenditur appellatione successionis, facit etiam quod notat Bald. in l. liberti. C. de operis libertorũ. & Bart. in repetitione l. pater filium. C. de inoffic. testam. vbi referendo quæstionem disputatam per Iacobum de Beluiso, inter cætera sic dicit.

¶ Non obstat mihi, si tu dicis, quod ille qui agit ad supplementum est successor, quia intendit consequi tertiam partem quam vult habere pro sua rata: quia istud haberet locum quando succedetur in quota hæreditatis, ita quod iura actiua & passiua illam comprehenderent, ut l. 1. §. hæres. ff. ad Treb. secus quando vult habere legitimam, quia illa est quota bonorum, & non dicitur successio, per l. nõ quod. §. non omnes. ff. ad Trebel. & sic vult, quod ille qui agit ad supplementum legitimæ non dicitur succedere, & pro hac parte Salicetus dicit se cõsuluisse Mutinæ, & idem dicit consuluisse Bald. Papiæ, & Dom. Io. de Riccis Aduocatum solennissimum Florentiæ, & quod sic etiam consuluerunt plures alij Docto. & pro hac parte dicit etiam fuisse iudicatum Bononiæ per auditores Vrbani V. & pro hac parte ego etiam consului aliàs plures deducẽs rationes, & etiam aduocatus fui pro hac parte, nec memini legisse auctoritatem in contrarium in, ipsa q. causa tamẽ prædicta fuit decisa arbitrali sententia illustrissimi Marchionis Ferrariæ, adiuncto aduocato partis aduersæ, & me, & tandem satis æqua & discreta transactione sopita.

¶ Non obstat primum argumentum in contrarium formatum, quia respondetur quod falsum est argui posse ex illa ratione quæ est limitata ad causam intestati, vt extendatur ad causam testati, maxime propter ea, quæ dixi supra in primo, secundo, & tertio argumentis factis per vltima conclusione, & etiam ex alijs plurimis argumentis pro hac parte formatis.

¶ Non obstat secundum argumentum, quia licet

82 cet quandoque fiat illa † extẽsio, quando materia non est exorbitans & odiosa, tamen secus est in terminis nostris, in quibus materia est odiosa, dura & correctiua iuris diuini, naturalis & humani, maxime quia petens legitimæ supplementum non venit per viam impugnatiuam testamenti, ut statim dicam.

¶ Ad tertium argumentum incontrarium formatum patet responsio ex his quæ dixi supra in quarto fundamento, & pluribus alijs sequentibus fundamentis.

¶ Similiter patet responsio ad quartum argumẽ
83 tum, ad quod etiam respondetur, quod † statutum disponens de causa intestati, regulat causam testati per uiam, scilicet admisiuam, non autem per uiam excluſiuam, quia alias sequeretur, quod ille qui non succederet ab intestato, non posset succedere ex testamento, quod est falsissimum, vnde argumentum procedit quo ad quid, sed non simpliciter, vt patet ex plurimis argumentis sup. formatis, & quod causa intestati non regulet causam testati, probatur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthum. & in authen. ex causa, C. de liberis præteritis, & in l. filius. ff. de minoribus, & hoc expresse voluit Bald. in l. si emancipati, & l. vt liberis. C. de collat. & idem in facto occurrente Bald. & D. Franc. de Tigrinis de Pisis consuluerunt.

¶ Ex prædictis etiam patet responsum ad quintum argumentum, & quia nõ est verum quod causa testamenti & intestati sint connexæ, immo potius separatæ, & etiam contrariæ, vt in dicta regula, ius nostrum, & in l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & supra dixi.

¶ Non obstat sextum argumentum, quia respon
detur quod text. in Authen. de triente & semisse,
84 quod est ius nouissimum, † dicit quod legitima est triens substantiæ testatoris, nec dicitur ibi portionis ab intestato, quare cum nullam ibi relationẽ faciat ad portionem quã ab intestato esset habiturus, nec nos facere debemus, maxime in odium filiæ, & ad correctionem iuris diuini, naturalis, & humani. præterea legitima est quarta bonorum, scilicet detracto ære alieno, & funeris impensa, ut l. Papinianus, §. quarta. ff. de inoffic. testam. ergo non est simpliciter quota portionis debitæ ab intestato, cũ illa pro rata sua continebat actiones actiuas & passiuas, & commoda, & incommoda, vt l. nihil aliud. & l. hæreditas. ff. de verborum signific. quas non cõtinet legitima, quæ ut dixi, est quota bonorum, per l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum signif. cum ergo legitima sit quota bonorum substantiæ ipsius defuncti, vt dictum est, ergo subest materia, ex qua potest sumi materiatum.

¶ Et sic non obstat aliud argumentum, quod adiungitur ad tertium fundamentum, & ita etiam respondet Sali. licet ipse loquatur in terminis magis dubitabilibus, quam sint termini nostri, ut dixi.

¶ Præterea in terminis nostris ista filia non consequitur supplementum legitimæ, vt ab intestato, sed ex testamento, non impugnando patris testamentum, sed conseruando. hoc tenet Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nupt. ubi dicit, quod prouisio l. penultimę. §. repletione, volentis fieri supplementum non ad infirmandum, sed ad confirmandum defuncti iudicium, emanauit in eo quod testator minus legitima filio reliquit, quod etiam sequitur ibi Salicetus remittens se ad notata in l. scimus. C. de inoffic. testam. ad confirmanda enim testamen-
85 ta, remedium illud supplementi † fuit inuentum, vt attestatur imperator in l. omnimodo. in prin. C. de inoffic. testam. dum dicit, firmum quidem testamentum, &c. facit quod notat Io. An. in c. officij. de testamentis. talis ergo filia dotata petens supplementum minime uenit ab intestato, quoniam hoc dicere, esset nimis ridiculum & absurdum, quia sic concurreret causa testati, & intestati, & hoc etiam sentit Bart. in dicta l. pater filium. ff. de inoffic. testamen. in inuestigatione quanta sit legitima filiorum, & in l. plane. ff. de leg. 1. venit ergo legitima ex iudicio testatoris, vel ex legis prouisione, seu ex vtroque, vt ibi declarat Bal.

¶ Præterea si diceremus quod legitima esset quota eius, quod esset habiturus ab intestato, istud q̃ dicitur, quod esset habiturus ab intestato, intelligendum est, scilicet de iure communi, cum per ius cõmune, & non per statutum legitima fuerit inuenta: quare cum huiusmodi filia, licet dotata, ab intestato successisset de iure communi uel in totum uel pro sua uirili portione, ergo per uiam testati ea nõ instituta vniuersaliter, sed in re certa, debet habere legitimam, hoc est tertiam, vel mediam partẽ bonorum, quæ fuisset habitura ab intestato de iure cõmuni. faciunt notata in simili per glo. & Iaco. Butriga. in l. qui rem. C. de sacrosan. ecclesijs, & sic ex prædictis patet responsum ad septimũ, & octauum argumenta in contrarium formata.

¶ Non obstat nonum argumentum, quia potest negari assumptũ: licet enim uerũ sit dicere, quòd ille potest querelare testamẽtum qui solum ab intestato sit successurus, aut rupto testamento aperiat sibi uiam, tamen in petitione legitimæ, aut supplementi ipsius, assumptum est falsum, per ea quæ statim dixi, & quæ dixi supra in 4. 9. 10. 11. & 12. argumentis pro hac parte factis. pro quo etiam facit,
86 quia vnum remedium, † scilicet petendi supplementum, est perpetuum, ut notat Bal. in l. si quis filium. C. de inoffic. testam. & l. in suis. ff. de lib. & posthumis, & consilio 247. quod incipit, in Dei nomine. & ista est communis opinio, quamuis Barto. quandoque aliud senserit, sed querela inofficiosi est tẽporalis, quia tollitur quinquennio, vt l. si quis filio. C. de inoffi. testam. Potest etiam alio modo responderi, quod ille non admittitur ad petitionem legitimæ, qui non potest querelare testamentum, scilicet attento iure communi, ita quod de iure cõmuni non sit de illis qui præteriti vel exhæredati non possint irritare uel querelare testamentum, secus si de iure communi possent. Sed ex forma statuti excluduntur ab intestato, quia tunc, si de iure communi poterant ex testamento petere legitimã, vel eius supplementum, poterunt etiam nunc, per argumenta superius formata.

¶ Nec obstat quod ille qui non succedit ab intestato, non potest uenire contra testamentum, quia talis filia quæ agit ad supplementum legitimæ non impugnat testamentum, ut uelit succedere ab intestato, vel alijs locum facere, sed uenit ad confirmandum testamentum, ut dixi.

¶ Non

¶ Non obstat decimum argumentum, ad quod facilis est responsio, quia fateor quod uigore dicti statuti filia dotata ab intestato est reducta ad instar extranei, ita quod sicut extraneus ab intestato non posset petere successionem, ita nec filia, quando redacta esset ad instar extranei penitus, quod esset quando per formam statuti excludentis, tam ex testamento, quam ab intestato, secundum plurimorum Docto. opin. quamuis nonnulli teneant contrarium, vt supra dixi. Sed statutum prædictum solum excludit eam ab intestato, ergo &c.

¶ Non obstat vndecimum argumentum, quia respondetur, quod non est verum quod filia imputet patri quod fecerit testamentum: quia, ut plures ostensum fuit, per petitionem supplementi legitimę filia non dicitur impugnare patris testamentum. nec est verum quod pater habeat libera bona quo ad filiam, quia fateor quod ab intestato hoc procedit, sed ex testamento non sunt libera, ita quòd sine legitima causa filia possit priuari legitima, cum statutum solum loquatur de causa intestati, quinimmo si statutum loqueretur de causa testati & intestati, respectu certarum personarum, puta fratrum, vel agnatorum vsque ad certũ gradum, arbitror quod si pater faceret testamentũ, & alios de quibus statutum non loqueretur hæredes institueret, non haberet libera bona quo ad filiam. Sed nunc omitto, quia non est præsentis speculationis, & prædicta bene notãda sunt, & memoriæ cõmendanda, quia non solum ad prædictã quæstionẽ, sed ad alias plures conferunt, & intellectum præstare possunt.

¶ Sed quæro circa prædicta, quid si stante prædicto statuto, quod filia dotata non succedat, &c. pater fuit stipulatus dotẽ sibi & suis hæredibus reddi, vtrum hæredes teneantur istam stipulationem remittere mulieri. ¶ Sol. Dic, quòd sic, secundum Iac. de Arena in l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de legatis 3. & sequitur Bal. in l. fi. C. de dotis promiss. & mihi placet, faciunt quæ sup. dixi, & quæ statim dicam in seq. quæst.

¶ Quartò quæro circa prædicta, de quæstione quam non reperi tactam per Docto. pone quod tẽpore constitutæ dotis pater dotauit filiam arbitrio
87 boni uiri, & sic congruè, † deinde patris facultates sunt plurimum auctæ, adeo quod habita consideratione facultatum quæ nunc sunt, dos amplior deberet filiæ nunc constitui, vtrum filia possit agere ad supplementum dotis, tam contra patrem, quã contra hæredes patris. ¶ Sol. Ego arbitror dicendum quod non, quia quando aliqua qualitas requiritur ad aliquem actum expediendum, exigitur, &
88 consideratur talis † qualitas tempore quo dispositio applicatur ad actũ, vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. & 4. quæst. 1. c. 1. & in c. pia, de exceptionibus. lib. 6. & in l. Mela. in prin. ff. de alim. & cib. lega. cum sim. Sed tempore quo dotis dispositio fuit applicata ad actum dotãdi, dos arbitrio boni viri fuit constituta, ergo &c. facit etiam quod notat Io. An. in regula, factum legitimè, de reg. iur. libro 6. in mercurialibus.

¶ Secundò moueor, quia posito quod pater deuenisset ad inopiam, seu quod ipsę facultates essent diminutæ, non posset pater inuita filia & ipsius marito dotẽ minuere, per regulam, id quod nostrum. ff. de reg. iur. ergo nec potest petere augumentum, vt contrariorum idem sit iudicium, per regulam; secundum naturam. ff. de regu. iur. in c. is qui sentit. de reg. iur. lib. 6.

¶ Quintò quæro, pone pater pro filia promisit dotem, deinde filia ex testamento vel ab intestato
89 succedentes † cum filia, teneantur ad soluendam dotem promissam pro hæreditaria portione. & uidetur dicendum quod sic, quia hæreditarię actiones actiuæ & passiuæ pro hæreditarijs portionibus transeunt in hæredes, ut l. pro hæreditarijs. C. de hę redi. actionibus. & l. 1. C. si certum petatur, & l. pacto. C. de pactis. & l. ea. ff. famil. erciscun. & l. 2. C. si vnus ex plu. cum simil. ¶ Sol. Dic, quòd filia prædicta cogitur fratrem vel alium extraneum sibi cohæredem liberare a prædicta dotis promissione, & ipsa sola de portione sua tenetur integram dotem soluere. casus est mirabilis & singularis in l. 1. §. filiã. vers. consequens. ff. de collat. dotis. per quem text. hoc tenet Ludo. Pon. in l. post dotem. ff. solu. matr. & subdit, quod quilibet homo ignorans illum tex. responderet contrarium, per regulas communes. nam tex. ille mirabiliter probat, quod filia existente hærede, nedum quod onus constituendæ dotis ipsi filiæ non transeat in hæredem pro hæreditaria portione, sed nec etiam transit onus soluendæ dotis promissæ per defunctum, quod dicit, cordi fixè tenendum, quia est nouum, & inauditum.

90 ¶ Sextò quæro, utrum pater cogatur † se & bona sua pro dote filij obligare. ¶ Sol. Dinus in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matrim. tenet quod sic, per tex. in cap. fi. ad finem. ff. de suspectis tut. & l. si quis in tres. §. imperator. ff. de excusa. tuto. & prędictam opin. sequitur Oldradus per tex. in l. quemadmodum. §. 1. ff. de iure dotium, & per tex. in Authen. ut exactio instant. dotis. §. illud. vnde sumitur authen. dos data. C. de donationib. an. nup. Sed contrariam opin. Andreas Zachij de Pisis tenet motus, quia hodie prohibitum est pro dote satisfari mulieri, vt l. 1. & 2. C. ne fideiussores dotium dentur, maximè quia nulla lege cautum reperitur quod pater ad hoc teneatur. Sed Barto. in dicto §. transgrediamur. quem sequuntur Bal. & An. distinguit, quod aut est consuetndo quod post dotem data, ex parte mariti fiat donatio propter nuptias, prout est in hac ciuitate, & tunc non compellatur pater se pro dote vlterius obligare: quia cum hoc casu pater pro filio etiam emancipato compellatur donationem propter nuptias constituere, vt dicto §. illud. & l. fin. C. de dotis promiss. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ergo non compellitur vlterius bona sua hypothecare, ne duplici onere grauetur, quod est regulariter prohibitum, vt l. Titia, qui in dicta. ff. de leg. 2. & l. penultima. ff. de do. præle. cum sim. Aut nõ est consuetudo faciendi talem donationẽ, & tũc aut filius accepit vxorem nõ condignam cõditioni suæ, & pater non potest compelli se obligare, quoniam etiam iure ueteri potuisset pater propter hanc causam filium exhæredare, ut l. Titia. §. si emancipatus. ff. de contratab. supra latius dixi, facit l. si rogatus. §. matrimonij. ff. de manu. vindicta, aut

accepit dignam, & tunc cogitur se obligare, vt dicta l. fi. & dicto §. imperator. Sed Ludo. Pontanus in dicto §. transgrediamur. aliter dicit, uide ibi per eum.

91 Septimò quæro, vtrum mater † teneatur marita re & dotare filiam. ¶ Sol. Tex. probat quod non, in l. pater pro filia. & l. neque mater. C. de iure dotium. vbi tex. dicit quod non tenetur dotare filiam nisi ex magna causa, & hoc tenet Io. An. in additionibus Speculi, in fi. de feudis. §. quoniam. in verficu. & no. quod vasallus. & Salicetus in l. filius. ff. ad Macedon.

¶ Quæ nam autem dicatur magna causa, glo. & Docto. multipliciter exemplificant. glo. enim in dicta l. neque mater. ponit exemplum, quando mater esset hæretica, & filia catholica, per l. cognouimus. C. de hæreticis. tenet glo. & Archid. 32. quæstio. 2. c. fi. & Pon. in l. 1. ff. sol. matr.

¶ Secundò si mater esset Iudæa, & filia Christiana, quia tenetur mater talem filiã dotare, secundũ Bald. in dicta l. neque mater. tenet Ponta. in l. 1. ff. sol. mat. & c. fi. supra de conuers. infidelium.

¶ Tertiò potest poni exemplum, si pater esset inops, & mater diues, vt notat Bar. in authen. res quæ. C. communia de le. facit dicta l. neque mater, & ibi hoc tenet Salicetus, post Iaco. de Lauani, Cy. & Rainerium, quia hoc casu tenetur etiam filiam naturalem dotare, secundum Bal. & An. in authen. ex complexu. C. de incestis nup. cum talis succedat matri, per id quod habetur in l. si qua illustris. C. ad Orficianum. & Insti. eo. §. nouissime, & de successione agnatorum. §. vulgo.

¶ Quartò exemplificatur, si filia sit spuria, ut dixi, quia illam tenetur dotare pariter cum patre, sicut cum patre cogitur præstare ei alimenta, ut in c. cum haberet. in fi. inf. de eo qui duxit in matrimo.
92 quam pol. per ädul. † licèt enim de iure ciuili nõ teneatur talem alere, vt in dicta authen. ex complexu, tamen secus est de iure canonico, ut dicto cap. cum haberet. sicut ergo tenentur ambo præstare alimenta post triennium, vt dicto cap. cum haberet. fortius tenentur dotare, cum dos sit fauorabilior, vt sæpius dictum est. tenet Pon. in dicta l. 1. ff. solu. matrim. ideo autem dixi, post triennium, quia vsque ad triennium sola mater alimentare tenetur, vt traditur in l. penult. C. de patria potestate. & 5. d. c. ad eius vero concubitũ. sed quia non est materia nostra, uide in dictis iuribus per Docto. & per Io. An. in cap. fin. de conuersione coniugat. in fi. & in dicto c. cum haberet. & in l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. & per Cy. Bald. & Doct. in l. alimenta. C. de negotijs gestis.

93 ¶ Octauò quæro, † vtrum auus teneatur maritare & dotare neptem ex filio. ¶ Sol. Dic quod sic, vt l. profectitia. §. si filius. il primo. ff. de iure doti. & est bonus tex. in l. dedit. ff. de collat. bonorum. & l. & ideo. §. fin. cum l. sequenti. ff. de in rem uerso. per quem tex. hoc tenuit Iaco. de Arena in l. fi. C. de dotis promiss. ad quod etiam allegat l. Iulianus. §. sed si filius. ff. ad Maced. tenent glo. Bar. & Saly. in l. fi. C. de dotis promiss. facit l. Nesennius. ff. de negest. & est casus, secundum Salyc. in l. cognouimus. C. de hæreticis, & in l. filius. ff. ad Maced. quod uerum intelligo, si nepos sit in potestate aui filio iam mortuo, uel tam filius quàm nepos sint in potestate aui, secus si pater esset emancipatus, & nepos nõ in potestate aui, sed patris esset, quia tunc auus non tenetur, quoniam auus ex quadam pietate tenetur propter filium, quæ pietas uidetur cessare in dicto casu, ex quo ad patrem ex l. dispositione onus dotandi pertinet, ut supradictum fuit. quod tamen arbitror procedere, nisi forte filius esset inops, & auus diues, quod nota, quia Docto. non tangunt. si tamen neptis esset in potestate aui, & intrasset primũ locum suitatis, ita quod debuisset instituì vel exhæredari, tenetur tunc auus, ut supra dixi, vers. secundò quæro, secundùm Bal. in l. fi. C. de do. prom. per dictam l. dedit.

¶ Sed quæro, quid si pater haberet bona propria pleno iure, quia lucratus haberet peculium castrense, vel quasi, vel fuisset sibi relictum, cum hoc, quod patri suo non quæreretur vsusfructus, vtrum auus teneatur dotare: subsisto, tamen potius videtur dicendum quod non teneatur, quia iura quæ compellunt auum, loquuntur de iure ff. quo iure etiam aduentitia pleno iure querebantur patri, vt l. placet. ff. de acquir. hæred.

¶ Sed aduerte, quia cum hoc uenisset in mentẽ, reperi postea Pon. in d. l. 1. sol. matrim. hoc tenere, Bal. in authen. res quæ. C. communia de leg. in antiqua lectura. sed secundum meum Bal. nihil allegat. sed Pont. qui hoc tenet mouetur per not. per Bar. post Iaco. de Arena in l. non quemadmodum. ff. de lib. agnosc. & Cyn. in l. 1. C. de alen. lib. ubi dicunt, quod tunc auus cogitur alere neptem, si filius est pauper, secus si esset diues, uide Bar. in l. 1. in fi. ff. de iust. & iure. & hoc idem tenet Salyc. in l. filius. ff. ad Mace. mouetur, quia auus tenetur propter filium neptem dotare, ut dicit tex. in dicta l. dedit. ergo magis tenetur filius, quia propter quod est unũ quodque, & illud magis, ut in authen. multo magis. C. de sacrosan. eccles. Item, quia idem est in alimentis, vt pater teneatur alere filiam uel neptem, si non habet unde se alat. C. de bonis, quæ liberis. l. fi. & pro hoc dicit uidere tex. cum glo. ff. de conditionib. in l. patẽr filiæ. vbi Salic. idem tenet.

94 ¶ Nonò quæro, quid de auo † materno, vtrum teneatur dotare neptem ex filia. ¶ Sol. Bar. in d. l. dedit. dicit, quòd nec auus, nec auia materna coguntur dotare neptem, per l. a filia. & quod ibi no. ff. ad Treb. licet glo. in l. fi. C. de dotis promiss. dicat contrarium, & malè, secundum Bar. & idem etiam tenet Sal. in d. l. fi. quia si mater non tenetur, vt dixi supra, quæstio. 7. longè minus tenetur auus maternus, notat Bart. in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de lega. 3. Sed fortè dici posset, vt arbitror, quòd hoc procedit, quando pater vel auus paternus viuerent & possent ipsam puellam dotare, & similiter etiam si mater posset filiã dotare. Sed si ex bonis patris aut aui paterni aut maternis bonis non posset dotari, hoc casu fortè & auus & auia materna tenerentur, si essent diuites, & possent dotare, sicut supra diximus de matre. in q. 7. licèt Sal. in l. filius famil. ff. ad Maced. simpliciter teneat quòd non teneatur, quia sibi non agnascitur, nec est de sua progenie, prout requirit. l. fin. C. de dotis promiss. quod dictum videtur verius de iuris rigore, sed præcedens dictum videtur æquius.

95 ¶ Decimò quæro, † vtrum frater teneatur dotare sororem. ¶ Sol. Doct. concludunt quod sic, in l. cum plures. & l. tutor secundum dignitatem. & in l. cum post. §. fin. & in l. non existimo. ff. de admin. tut. & quidem tenent D. Aut. & D.M. & Ioan. de Imo. in c. peruenit. supra de arb. Idem voluit Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. ver. & no. quod vasalli. Idem Ang. post glo. in l. 1. ff. de tute. quæ procedunt si modo soror sit inops, & non habeat vnde se dotet, & sit ex eodem patre, alias secus, vt traditur in l. non omni. C. de administrat. tut. & ibi Cy. & Sal. & no. in l. qui filium. vbi per Bar. & Bal. ff. vbi pup. educ. debeat. tenet Bart. in auth. res quæ. C. communia deleg. Idem voluit Salic. in l. filiusfamilias. ff. ad Maced. idem Bald. in l. fin. C. de dotis promiss. & in l. cum ex liberis. ff. de liber. agnoscen. Idem Lud. Pontanus in l. 1. ff. solu. matrim. & Bal. & post eum Ioan. de Imo. in l. si sub cõditione. §. si seruum. ff. de hæredib. instituen. qui dicunt fortius, quod immo non tenetur dotare, de quo etiam pet Gul. de Cu. in l. 1. C. de inofficio. dotibus. Primum communiter tenetur, & si ex for-
96 ma statuti frater teneretur dotare † exclusam sororem ab hæreditate, teneretur interim eã de suo alimentare. d. l. qui filium. & ibi Bald. & idem tenuit Bal. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. versic. secundo traditur. facit l. cum vnus. §. fin. ff. de alimen. & ciba. lega. tradunt Doct. in l. alimenta, C. de negoc. gest. & idem tenuit Mar. Silimanni per tex. in Auth. qui bus mod. natu. efficiantur sui. in fi. colla. 7. ad quod Ioan. de Imo. in l. quamuis. ff. solu. matrim. & si frater semel eam dotauit, vtrum teneatur iterum eam dotare, dicam inf. q. 24.

97 ¶ Vndecimò quæro, † vtrum filius teneatur dotare matrem. ¶ Sol. Dic quòd non, etiam si filius sit diues, & mater inops, vt tenet Gugliel. in l. si vineæ. C. de præscrip. longi temp. & in l. 1. C. de inof. don. & est bonus tex. in l. tutor secundum dignitatem. §. in soluendis. ff. de administ. tut. Idem voluit Nico. de Neap. in l. 1. §. præterea. ff. de tute. & ratio. distrahen. & Bal. in d. §. præterea. dicit, quòd ibi est casus singularis de hoc. idem Ang. & Ponta. in l. 1. ff. solu. matrim. vbi dicit etiam hoc verum si mater sit egena. & Gugliel. & Bar. in proœm. Digest. & est bonus tex. in l. si a matre. C. de iure dotium. tenet Sal. in l. filiusfamilias. ff. ad Maced.

¶ Nec obstat quod matri egenæ filius alimenta
98 † teneatur præstare, vt in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tuto. & in l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tut. & rationib. distrahen. & in l. si quis a liberis. ff. de liber. agnoscen. & per consequens videtur quod teneatur dotate, per ea quæ dixi supra, ver. 1. quæro, vtrum pater, in limitatione prima, quia ratio est diuersa, quoniam in alimentis nulla versatur iniuria filij vel mariti defuncti: secus in dotatione, per quã fit iniuria filijs, & defuncto marito, vt in Auth. de non eligendo secundo nubentes. §. Gregoria. & §. aliud vero. & in Authen. de nup. §. nos igitur. & est tex. notabilis in l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. vbi tex. dicit, q̃ ex affectione secundi mariti amor primus sublatus est, & amore secundi vitam etiam filijs primi mariti auferrent, & ideo transeuntibus ad secunda vota, iura ciuilia pœnas imposuerunt, de quibus dicam latè in tit. de secun. nup. ar. 36.

99 ¶ Duodecimò quæro, vtrum patruus † teneatur dotare neptem ex fratre egenam? & videtur quòd sic, per tex. in l. & si nihil. ff. de in rem verso. quem tex. ad hoc singulariter allegat Bal. in l. fin. C. de dotis promiss. Sed Ange. quem sequitur Ioan. de Imo. in l. 1. ff. solu. matrimo. tenet quod non, & sequitur ibi Pontan. qui dicit, quod hoc non reperitur iure cautum.

¶ Non obstat lex, & si nihil, quia loquitur in nepote quo ad auum, & ita respondet Saly. qui istam sequitur opin. in d. l. filiusfamilias. ff. ad Maced.

¶ Decimotertiò quæro, quo iure & quibus re-
100 medijs possint † compelli qui tenentur ad dotandum? & videtur dicendum quod filiæ non competat aliquod remedium cõtra patrem, quia inter patrem & filium non cadit iudicium, vt l. lis nulla. ff. de iudic. traditur in l. frater a fratre. ff. de condict. indeb. & l. sed in seruo. §. 1. ff. de furtis. ¶ Sol. Dic, quod cõtra patrem potest filia implorare officium iudicis, vt compellat eum ad ipsam dotandam, vnde regula dictorum iurium fallit in dote, pro qua contra patrem potest implorari officium iudicis, vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. quod officium habet vinculum obligationis latè sumptæ, vt no. il pecuniæ. ff. de verb. signific. & per Bar. in l. 4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de damno infecto. & Insti. de offic. iud. & per totum, & per Spec. in tit. de offic. iud. Competit ergo officium iudicis, vt d. l. qui liberos. & tenet Bar. in l. dedit. ff. de colla. bono. & Sal. in l. filiusfamilias. ff. ad Maced. & Bal. in l. fi. in fi. C. de dotis promiss. immo glo. in l. obligationum fere. §. fi. ff. de actio. & obl. dicit, quod pater ad hoc tenetur iure actionis: Sed communis opin. est, quod officio iudicis, per d. l. qui liberos. & l. Quintus. ff. de ann. leg. & ad hoc iudicis officium pertinet taxare ipsam dotem, si forte pater sit impeditus, vel velit minorem dotem debito constituere, vt l. profectitia. §. 1. ff. de iure dotium. quam debet taxare secundum facultates patrimonij, & qualitates mulieris, & viri, & patriæ consuetudinem, per l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. & sæpius dictum est, & tenet Ponta. in l. 1. ff. solu. matr. Quinimo filia potest propria autoritate se dotare de bonis paternis, vt tenet Bal. in l. fi. in fi. C. de dotis promiss. allegat l. idemque. §. si ignorantes. ff. manda. dummodo se congruè dotauerit arbitrio boni viri, quo casu potest pater cõpelli, secundum Bal. ar. l. si quis inter tres tutelas. §. imperator. ff. de excus. tut. & no. per Dyn. & Iac. de Are. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrim. & dicit Ludo. Ponta. in repetitione auth. similiter. C. ad leg. falcid. quod eo casu quo pater non maritat filiam debito tempore, potest iudex nemine petente ex officio compellere patrem ad maritandum, & dotem constituendam, si pater esset absens, & ipsa iam matura viro, & pater esset negligens, nam si mulier propter honestatem muliebrem, & præ rubore non auderet petere se maritari & dotari, posset iudex cogere ad maritandum, & dotem constituendam, per tex. no. in l. 3. post prin. ff. de iure dotium. & licet alias circa bona absentis soleat dari curator, vt per totum. ff. de curatore bonis dan. tamen fauore dotis, & sic etiam fauore rei pub. cuius interest mulieres fore dotatas, vt in l. 1. ff. solu. matrim. & ad euitandum circuitum, iudex ex

ex officio sine alio curatore hoc explicabit, vt ibi, facit quod no. Innocen. in c. ad nostram. il 2. infra de iureiuran. vbi vult, quod fauore Reipub. vel in concernentibus bonum publicum, iudex suppleat & idem arbitror dicendum de omnibus alijs, qui tenentur ad dotandum, secundum ea quę superius dicta sunt, vt possint compelli vel officio iudicis, ar. prædictorum, vel condictione ex lege, per id quod habetur in l. 1. ff. de condi. ex lege. Arbitror etiam, quòd sicut propinqui & cognati possunt implorare officium iudicis, vt debita alimenta præstentur furioso, vel similibus ab illis, qui tenentur præstare, vt no. in l. si cum dotem. §. finautem. ff. sol. matrim. Ita etiam possint implorare officium iudicis vt eos compellat, qui tenentur dotare, vt dotent puellas, quas verecũdia tenet, ne propter hoc ad iudicium prouocent.

101 ¶ Decimoquartò quæro, de quibus bonis † pater possit dotare filiam, & vtrum de bonis ipsius filiæ. ¶ Sol. Dic, quòd aut loquimur in patre, aut in alijs. primo casu, si pater dotat filiam simpliciter, intelligitur dotare de suo, non de patrimonio filiæ, licet filia habeat bona vnde posset se dotare, tex. est in l. fi. C. de dotis promiss. nec etiam intelligitur pater dotasse filiam animo compensandi cum ea, si forte erat debitor filiæ, puta quia mortua erat mater filiæ, cuius filia erat hæres, & per consequens tenebatur pater ad dotem matris ipsi filiæ, iuxta l. primam & secundam, cum ibi notatis. C. de bon. mat. nam potius pater dotans filiam videtur suum debitum naturale soluere, quam intelligatur dotasse de patrimonio filiæ, vt d. l. fi. vbi idem dicitur in donatione propter nuptias facta pro filio, vt supra dixi. ver. sexto quæro, vtrum pater. Quod procedit ẽt si pater esset debitor in mille, & promisisset mille pro dote, quia nec tunc animo compensandi intelligitur promisisse, licet in contrarium faciat tex. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matrimo. quia potius videtur pater debitum naturale persoluere, vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. cum alijs iurib. supra alle
102 gatis: Et si pater dixit, † quod dotabat filiã de suo & filiæ patrimonio, illud quidam videntur velle, quod ratione copulæ, pro virili portione quilibet attribuat, vt in l. 1. C. si plures vna sententia. & l. reos. §. cumin tabulis. ff. de duobus reis. & sic de bonis suis pro medietate, & de bonis filiæ pro alia medietate videatur dotasse. Alij vero intelligũt filiam dicto casu dotatam secundum ordinem scripturæ, vt tunc prius de suo intelligatur dotata: s. si suum sufficeret, alias pro eo quod deficeret intelligatur dotata de patrimonio filiæ, tamen ista ambiguitas sublata est in d. l. fi. quia siue dixerit de suo, & filiæ patrimonio, siue de patrimonio filiæ & suo, semper de suo intelligitur dotasse, nã semper quocunque ordine loquatur lex interpretaretur quod de proprio intelligatur dotasse, quatenus sufficit: quatenus vero non sufficit, tunc de filiæ patrimonio suppleatur, & si pater tali interpretationi legali nõ vult se subijcere, loquatur clare quãtum vult quod sit de bonis proprijs, quantum de bonis filiæ, non autem loquatur effuse: i. indiscreto sermone, ne incidat in periculum integræ & totalis obligationis, vt in d. l. fi. licet enim filia sit diues, tamen pater tenetur eam dotare de proprio patrimonio, vt l. obligamur. §. lege. ff. de actionibus & obligationibus.

¶ Et ex prædictis sequitur, q̃ si in instrumento dotis, prout fieri solet, dicitur, quam dotem, puta mille, promisit computato in dicta quantitate omni eo quod dictæ filiæ debetur de bonis maternis & iuribus sibi competentibus ex quacunque cau-
103 sa. nam hoc non obstante poterit filia † petere bona materna, si probetur tot bona esse in bonis paternis quæ sufficiant ad dotem promissam, licet forte pater, si a principio habuisset constituere dotem de suo solo, & sine expressione bonorum filię, non promisisset nisi quingentos, & illa fuisset congrua dos, quod est mirabile, & ita intellexi fuisse cõsultum apud Tudertum, per d. l. fi. quod apud me satis dubium est, nec videtur mihi rationabile, immo contrarium videtur verius, quod ostendi videtur ratione, nam dispositio d. l. fi. fundatur solummodo, quia pater iure naturali tenetur, &c. Sed cũ ista obligatio qua tenetur non extendatur nisi ad arbitrium boni viri, vt supra demõstratum fuit, me ritò vltra dictam quantitatem non debet intelligi dotasse de suo, cum causa regulæ causatur, vt dixi supra. q. 8. ver. primo limitatur. & maxime cũ verba conueniant dictæ interpretationi. l. 1. §. si is qui nauem. cum sim. ff. de exercit. Item, quia omnis ordinata charitas incipit a seipso. l. præses. C. de seruitutib. & aqua. vnde non est verisimile, quod pater sic se voluerit obligare, vt in egestate remaneat, & filia in plena vbertate ex hoc maximè dicendum, si pater alias haberet filias vel filios, de quo infra ageretur, quia non debet altare vnum cooperiri, & alterum discooperiri, vt in cap. cum causa. inf. de præbendis. & in l. assiduis. C. qui potiores in pignore
104 habe. & maxime, quia lex † appetit, æqualitatem inter filios patrem debere seruare. l. cum oportet. post princi. & in §. fin autem. & ibi Bal. C. de bonis quæ liberis, & in l. illud. ante finem. C. de collat. & per Bar. in l. cum pater §. dulcissimis. ff. de lega. 2. & saltem vt alij filij sua legitima non defraudentur. vn de mihi satis iuri consonum uidetur, quod illud q̃ pater vltra promisit quàm esset arbitrium boni viri, intelligatur promissum de bonis filiæ, etiã si simpliciter promisit, moueor per tex. in dicta l. fi. dum dicit, cautum est omnimodo hoc paternum esse officium: sed officium paternum non se extendit ut vltra vires patrimonij obligetur, igitur, &c. ad idẽ facit idem tex. in vers. si vero ipse, scilicet pater substantiam idoneam possidet, & ibi glo. sentit prædictam opi. licet non bene firmet pedes, & ipsam fui imaginatus antequam viderem dictam glo. per rationes prædictas, & ad hoc quod non recedamus à communibus regulis vltra quàm astringat ratio decidendi, & hanc opin. sub paucis verbis sentit Sali. in dicta l. fin. quæst. 7. Cogitabis tamen, & notabis prædicta, quia vtilia & quotidiana. si tamen pater expressit de eius patrimonio dotabat, tũc stamus certo, vt dicta l. fin. circa fin. & ibi Bal. Secus, si non expressisset, & dos fuisset amplior quam esset conueniens patrimonio filiæ.

105 ¶ Sed pone, pater † promisit fundum Sempronianum, qui erat ipsius filiæ, pro dote, vtrum pater intelligatur dotasse de proprio. ¶ Sol. Dic quòd non, quia hoc casu dos consistit in eo quod nõ potest solui de patrimonio paterno, ex quo infertur,

quod pater pro dote filię poteſt alienare bona filię, alias pater teneretur genero ad intereſſe, quod eſſet ſoluendum de proprio patrimonio ipſius patris, quare ad abundantiorem cautelam patris melior modus eſſet, quod tali promiſsioni cõſentiret filia, vel filia ſe dotaret de proprio patrimonio, vt eſt textus notabilis in dicta l. fin. prope finem. ibi, conſentire, vbi hoc tenet Bal.

¶ Aduerte tamen, quia licet pater dotando filiam videatur donare, & ſic non poſsit repetere, ẽt ſi filia habeat bona aduentitia, vt dictum eſt, tamen ſecus etiam ſi facit expenſas pro nuptiis ipſius filiæ, hoc uoluit ſingulariter Bal. in l. fin. ff. de petitione hereditatis. De extraneo dic vt dicam infra, q. ſeq.

¶ Sed circa prædicta quæro, pone auus in teſta-
106 mento † ſuo reliquit dotem nepti ſuæ ex filio, deinde filius mortuo patre dotauit & maritauit filiam, quæritur vtrum videatur dotaſſe de proprijs bonis, adeo quod filia ſua poſsit petere etiam dotem ab auo relictam? & videtur dicendum quod pater uideatur dotaſſe de ſuo, & ſic filia poſsit petere legatum ſibi factum ab auo, cum eius contemplatione factum uideatur. l. auus. ff. de iure dotium. & quia, ut ſupra dictum fuit, pater dotando filiam, de ſuo, & non de filiæ patrimonio dotare uidetur, vt dicta l. fin. Contrarium tamen conſuluit Barto. in conſilio 126. quod incipit, primo arguitur quod dicta domina Burguccia. motus, quia prædictum relictum factum ab auo pro dote neptis, auus in dubio feciſſe videtur contemplatione filij, & propter ipſum filium, non propter neptem. l. dedit dotem. ff. de colla. bonorum. vbi dicit eſſe caſum, & quod ibi etiam hoc tenet Iaco. de Are. & hoc dicit eſſe veriſimum, maxime ſi neptis adhuc non erat nata & ſic non potuit dici quod contemplatione ipſius tale relictum fecerit, & ideo perinde eſt ac ſi filius eſſet grauatus de dando dotem poſt mortem auiip ſi nepti, uel ac ſi filius eſſet grauatus dare dotẽ poſt mortem ſuam, & ipſe dediſſet in uita, quod ſufficit ad liberandum ipſum, & ſucceſſores ſuos. l. Lutius. la piccola. ff. de leg. 2. & in l. cum quo. §. fi. ff. ad leg. Falcid. & in l. etiam. §. ſi debita. verſ. ſed & ſi non mortis. ff. de bonis libertorum, & in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. conſulit tamen Bar. quod fiant articuli, qualiter prædicta neptis adhuc non erat nata, & hoc arbitror ad abundantiorem cautelam, quia idem arbitror dicendum, ſi neptis fuiſſet nata, ex quo auus reliquit pro dote ipſius neptis.

¶ Sed pone, quòd ipſemet pater fecit legatum filiæ ſuæ, deinde viuens ipſam dotauit, & tandem
107 mortuus eſt, quæritur, utrum mortuo † patre poſſit petere legatum? & concludendum eſt, quod aut teſtator reliquit aliquid pro dote filiæ, deinde ipſam dotat, & tunc relictum pro concurrenti quantitate uel extimatione extinguitur, per tex. in l. Lutius. ff. de legat. 2. & in l. filia legatorum. C. de leg. & in l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2. & in l. 1. §. adeo. ff. de dote prælegata.

¶ Aduerte tamen, quia in hoc ardua fuit dubitatio inter Doctores, vtrum prædicta concluſio ſit vera, ſi minus eſt in dote quàm in legato, & ſi illud plus debeatur iure legati. de quo per Bar. in dicta l. Lutius, & Dy. Oldradum & Bald. in dicta l. filia, aut teſtator ſimpliciter reliquit, nõ expreſſo quod relinquebat pro dote, deinde illa cui factum fuit relictum dotatur: & hoc caſu diſtingue, quod aut relictum, & dos ſunt in quantitate, aut relictum eſt in ſpecie, & dos in quantitate, vel econtra, primo caſu Bart. in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1. & in dicta l. filia. voluit, quod vtrunque debeatur, ſcilicet dos & relictum. contrariũ vero tenuit idem Bar. in dicta l. Lutius, & idem Bald. in dicta l. filia. & Bal. & Imo. in d. §. cum pater.

¶ Nec obſtat tex. in dicta l. quinquaginta. quia loquitur quando utraque diſpoſitio fuit ex vltima voluntate. & ideo, ne ſecunda ſit inutilis, intelligitur de diuerſa quantitate, quia lex in teſtamentis abhorret ſuperfluitatem. Sed quando vna diſpoſitio eſt inter viuos, tunc ſecus, quia tũc habetur, ut quilibet obligatus, cum etiam ex vltima uoluntate obligationi accedat promiſsio, ut l. 5. §. conuentionales. ff. de verb. obl. & in l. cum quis. in princi. ff. de leg. 3. & in l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. ut legatorum nomine caueatur. & ideo promiſsio, intelligitur de eadem quãtitate & ex eadem cauſa. facit quod tradit Bar. in l. triticum. ff. de uerbo. oblig. & maxime de quantitate ad quantitatem faciliter fit compenſatio, vt l. fin. C. de compenſationibus. traditur per glo. & Docto. in l. nec ſcriptura. eo. ti. ſecundo vero caſu debetur legatum, non obſtante dotatione facta. ar. tex. in l. ſi pater pro filia. ff. de collat. dot. ſecundum unum intellectum, quem ſequitur Bar. in dicto §. cum pater. ubi hoc etiam expreſsè tenet Imo. & idem Bartholomæus de Sali. in dicta l. filia. bene facit text. in l. ſi alij. ff. de vſufructu legato. Item pro hac parte facit, quia quando relinquitur primo ſpecies, deinde datur quantitas, ſatis apparere poteſt quòd teſtator noluit ſoluere legatũ, quia ſi voluiſſet ſoluere quod relictũ erat, veriſimile eſt quod ſoluiſſet eandem ſpeciem, aut ipſius extimationem, & ſic colligitur, quòd veriſimilis mẽs defuncti fuit, q̃ legatum non extingueretur. Nam ſi hoc voluiſſet, expreſsiſſet in dotis conſtitutione,
108 vel poſtea relictũ reuocaſſet, quæ veriſimilis † mẽs in vltimis voluntatibus in primis eſt attendenda, vt in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & in l. licet imperator. ff. de lega. 1. cum ſim. & in ſpecie, in l. ſi non compenſandi. C. de hæredibus inſtituendis. Præterea, ſpeciei ad quantitatem non fit compenſatio de iure, vt traditur in dicta l. fi. C. de compenſationibus. & de materia prædicta, an & quan-
109 do † debitor legans creditori videatur legare animo compẽſandi. vide in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matr. & in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. vbi Bal. refert Nicolaum de Matarellis & Federicũ de Scalis, Doctorem Bononiẽſem. & in l. quoniam in prioribus. & ibi Bald. & in l. omnimodo. C. de inof. teſtamento. & in d. l. ſi compenſandi. & in l. ſi abeo. ff. de negotijs geſtis. & in l. vt debitum. C. de hæreditarijs actionibus. & in l. creditorem. ff. de leg. 2. & in l. ſi vxor. ff. de bonis auct. iu. poſſi. & in l. Lucius. ff. de leg. 1. in quibus Doct. concludunt, quòd ſi debitum eſt neceſſariũ ex iuris diſpoſitione, quale eſt debitum patris quo ad maritandam filiam, vt ſupra eſt demonſtratũ, intelligitur legatum factum animo compenſandi, quod eſt intelligendum vt ſupra dixi. ex quo ego infero, quod illud quod dixi de patre, dicendum eſt de auo, matre, & fratre in caſibus

caſibus in quibus dixi, quòd tenentur dotare, nam ſi dotem promiſiſſent, & poſtea venientes ad mortem feciſſent legatum, eſſet compenſandum cum dote, his tamen caſibus quibus dixi legatum factũ à patre compenſandum cum dote promiſſa, pro quorum etiam veritate vide omnino Ang. Raphaelem, & Pau. de Caſt. in d. auth. præterea. Secus autem ſi debitũ non eſt neceſſarium, ſed voluntariũ, puta quia extraneus vel frater eo caſu quo non fuiſſet obligatus promiſit dotem, & poſtea legatum fecit, per ea quæ traduntur in iuribus præallegatis. & in l. 1. §. ſciẽdum. C. de rei vxoriæ actione. & ad prædicta vide Bar. in l. vt iuriſuran. ff. de ope. libertorũ. & tex. mirabilem in materia, in l. penultima. §. fi. ff. de alimen. & ciba. legatis.

¶ Decimoquintò quæro, vtrum quis dotando
110 † videatur donare, vel facere animo repetendi.

¶ Sol. Dic quòd pater non intelligitur donare, ad quod vide quod dixi ſupra, q. 14. Sed extraneus dotando intelligitur donare, & dicitur extraneus omnis ille, ad propoſitum noſtrum, qui non habet mulierem in poteſtate, l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxoriæ actione. talis ergo extraneus donare videtur in dubio, eadem l. vnica. §. accedit. Prædicta tamen regula fallit, niſi talis eſſet ſibi ſtipulatus, vel pactus, talem dotem ſibi reſtitui, vt dicto §. accedit.

¶ Et aduerte, quia ſi promiſsio dotis fuit ſimpli-
111 citer facta, † licet tradens ſeu ſoluens poſtea dotem tempore ſolutionis adiecerit pactum vel ſtipulationem quod ſibi reſtitueretur, nihil noceret mulieri, ſecundum Ioã. in d. §. accedit, per l. ex morte, in fi. C. de dotis promiſ. & probatur ratione, ne eadem ſolutio inducat liberationem, & pariat obligationem, & hanc rationem poſuit glo. in l. ſi intra. in l. in traditionibus. ff. de pactis. Sed mihi videtur, quòd hæc ratio parum vrgeat, quia non oriretur obligatio ex ſolutione, ſed ex nouo pacto, vel ſtipulatione, vnde melior eſt ratio, quia pactũ factũ cum viro, non poteſt innouare obligationem mulieri iam quæſitã, non obſtant leges quę videntur velle quod pactum factum tempore traditionis valeat, quia intelligi debent quando dos incipit à precedenti traditione, vt tenet Salic. in d. §. accedit. & in d. lex morte.

¶ Secundò fallit ſi extraneus, qui promiſit dotem, eſſet ipſius puellæ adminiſtrator, vt traditur in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & in dicta l. fi. C. de dotis promiſ. & in d. §. accedit.

¶ Tertiò fallit, ſi talis dediſſet vel promiſiſſet dotem nomine mulieris, & ipſa ratum habuiſſet.

¶ Quartò fallit, ſi ipſe qui promiſit, eſſet debitor ipſius mulieris, vt notat Bart. in l. cũ pater. §. pater naturalis. ff. de leg. 2. dixi late in conſilio meo, quod incipit, D. Guaſparina de Fulgineo. licèt D. meus vt ſupra dixi, q. prima, limitatione tertia, conſulendo contrarium dixerit.

¶ Quintò fallit, ſi talis filia haberet patrem, vel auum aut ſimilem, qui tenentur ad dotandum, vel ſi puella haberet bona, vnde ſe dotaret, quia hoc caſu de patrimonio patris, vel puellæ, non de ſuo dotare videtur, ex quo eius officium non erat dotare talem mulierem, & ideo videtur patris, vel mulieris negotiũ gerere, d. l. Neſennius. & l. cum poſt mortem. §. 1. ff. de adminiſtratione tutorum. & l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & hoc fatetur Iac. de Rauen. ſi promittens eſt mulieris adminiſtrator, alias videtur de ſuo promittere & donare, d. §. accedit. & ad l. Neſennius. reſpondet, quòd ibi loquitur in alimentis preſtitis à matre vel auia. Ad §. verò, pater naturalis. reſpondet, q̃ ibi pater naturalis fuit ſtipulatus ſibi reddi, ideo donare nõ vr̃, & hoc tenet Salic. in d. l. fin. C. de dotis promiſ. q. 3.

¶ Decimoſextò quæro, de quibus bonis pater, vel auus poſsint dotare. ¶ Sol. Dic, vt dictum fuit ſupra, q. 14.

¶ Decimoſeptimò quæro, quid ſi pater promi-
112 ſit † mille pro dote, apparet quod non fecit hoc animo liberali, quia filia promiſit eum conſeruare indemnem, modo maritus petit dotem à patre, pater verò excipit quòd iſta dos debet ſolui de patrimonio filiæ ſuę, & non de proprio, an patri hæc exceptio profit. ¶ Sol. Dicit Bal. in d. l. fi. C. de dotis promiſ. prope finem, quòd iſta controuerſia nõ poteſt referri marito cui ſimpliciter dos eſt promiſſa: nam quicquid actum ſit inter patrem & filiam, tamen ſi gener experiatur contra ſocerum ad dotem promiſſam, ſocer tenebitur. l. & ſi pro parte. C. de dotis promiſ.

¶ Decimooctauò quæro, † pone, filia erat nu-
113 pta, pater poſtquam erat nupta promiſit dotem, & ſoluit, & eo tempore filia habebat bona aduentitia, an præſumatur ſoluiſſe de bonis propriis, vel filiæ. vidi conſultum quòd de bonis filiæ, quia l. fi. C. de dotis promiſ. quæ in dubio vult patrem dantem dotem pro filia cenſeri dediſſe, debet intelligi de bonis proprijs. mouetur, quia pater naturali iure iudicis officio compelli poterat filiam nubere, & dotare, vt dictum eſt, & ſic ille tex. loquitur de patre, qui dotem dat vel promittit pro filia nondum nupta, & hoc innuunt duæ gloſellæ ibi poſitæ in princi. ſed quando dos promittitur, vel datur quando filia eſſet nupta, ceſſat ratio prædicta, ergo &c.

¶ Et pro prædicta opinione facit opinio, quæ
114 vult, quòd maritatam filiam † pater non teneatur dotare, in hoc tamen ſunt opin. vt dixi, facit quod notatur in d. l. Neſennius. & videtur Bart. hoc ſenſiſſe in tractatu de duobus fratribus. in 3. q. princ. in 2. q. dum dixit, quòd l. quæ pater. ff. familiæ erciſcũ dę, habet locum quando pater non tenet aliquid de bonis filiæ, puta maternis vel alijs, quo caſu diceretur quòd pater maritaſſe videtur de pecunia filiæ. d. l. Neſennius. & adminiſtratorio nomine filiæ. l. cum poſt. §. 1. & l. poſt mortem. ff. quan. ex fac. tut.

¶ Non obſtat dicta l. fi. C. de dotis promiſ. quia loquitur in dote & donatione propter nuptias, ad quæ pater tenetur, & cogi poteſt. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Sed hic cogi non poteſt, & idem videtur ſentire Bar. in d. l. Neſennius. verſic. Item nota quòd geſtor. cum enim non ſimus in caſu quo pater cogitur dotare, meritò debemus vti iuribus regulariter diſponentibus, quod videatur facta promiſsio de bonis eius in cuius vtilitatem eſt facta, dicta l. Neſennius. & l. fi. ff. de petitione hæreditatis. Item facit retenta opinione, quod valeat argumentum, quòd ille qui non tenetur alimentare, non teneatur dotare, de quo ſupra dixi: nam clarum eſt, quod pater filiam nuptam non tenetur alimentare. l. creditor. §. ſi inter. ff. mandati. cum ſimil.

Et hæc opinio ſatis mihi videtur ſubſtẽtabilis, quoniam l. fin. C. de dotis promiſ. inducit plura ſpecialia, & inter alia inducit ſpeciale, quod vbi aliàs ne-
115 gotiorum †geſtor vel adminiſtrator alterius facit actum reſpicientem vtilitatem illius, cuius negotia adminiſtrat, intelligitur quòd illum & illius bona, non autem ſe, aut bona ſua obligare velit, vt notatur in l. procurator qui pro euictione. ff. de procuratoribus. & per Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatione. vnde licèt quando pater exercet actum traditiuum vel ſolutiuum, præſumatur animo donandi feciſſe, tamen ſi adminiſtraret bona filij, tunc de filij bonis præſumitur ſoluere, vel ſi de bonis ſuis ſoluit, cenſetur habere animum repetendi, vt probatur in dicta l. Neſennius. & in d. l. ſi. ff. de petitione hæreditatis, traditur plenè per Ludo. Ponta. in l. quæ dotis. ff. ſo. matr. tamen hoc fallit, quando promittit dotẽ pro filia, vt eſt caſus ſingularis in d. l. ſi. C. de dotis promiſsione. vbi eſt hoc ſpeciale fauore dotis, ergo in cæteris in contrarium eſt ius commune. l. 1. in fi. ff. ad municip. cum vulgaribus. facit quod notat Ang. in l. ſi procurator, in fi. ff. ſi quis cautionibus. & Bald. in l. fi. eo. tit. & quod traditur in l. pupilli. §. 1. ff. de negotiis geſt. faciunt quæ dixi ſupra eod. verſ. 1. igitur quæro, vtrum pater. limitatio. 1. ex quo uideatur ceſſare onus alimentorum & dotandi, ut ibi dixi.

116 ¶ Decimononò quæro, pone quod † frater dotauit ſororem de communi patrimonio, puta, quia fundum communem dedit ſibi in dotem, modo iſte frater veniens poſtea ad diuiſionem cum ſorore vult ſibi refici in quantum valuit pars ipſius fratris dotantis, quæritur quid iuris. & videtur quod frater non debeat audiri, nam extraneus dotando de ſuo videtur donare, vt ſup. dixi, & hoc ſentit Iac. de Are. vnde conſulit quod frater faciat ſe conſeruare indemnem à ſorore, alias præſumeretur donaſſe, & hoc etiam placet Salic. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione. Alij dicunt quod non præſumitur dotaſſe animo donandi, ſed gerendi negotia puellæ, ſi puella habebat alia bona, ex quibus ipſi fratri poſsit conſuli, arg. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & hoc placet Cy. poſt Iaco. de Raue. ſi frater gerebat negotia ſororis, quia tunc tanquam negotiorũ geſtor præſumitur feciſſe, & mihi placet, eo quòd quæcunque alia coniectura etiã leuis excludit coniecturam tacitæ donationis. l. ſi cum aurum, ff. de ſolutio. bene facit l. cum de indebito. ff. de proba. & hæc eſt communis opinio, quam etiam ſequitur Bald. in l. fi. C. de dotis promiſ. ad quod uide quod quod dixi ſupra, q. 15.

117 ¶ Vigeſimò quæro, † quid ſi mater fundum communem ſibi & filiæ dedit in dotem pro filia, nunquid intelligatur partem ſuam donaſſe, an verò fiduciam patris adminiſtraſſe, per notata in l. qui aliena, §. quanquam. ff. de neg. geſt. & in l. filiæ. ff. de ſolu. & in l. cùm his. §. ſi mulier. ff. de condi. indebiti. Sed dicit Bal. in d. l. fi. C. de dotis promiſ. circa fi. quod perſuaderi poteſt quod videatur donaſſe. arg. l. liber captus. ff. de captiuis. & quod notatur in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minoribus. quod tamen arbitror limitandum, niſi ipſa mater filiæ aut patris filiæ negotia gereret, per ea quæ ſuperius dicta ſunt, ad quod etiam vide dicta in 15. q.

118 ¶ Vigeſimoprimò quæro, pone quòd † frater ita dixit, ego promitto tibi in dotem de bonis ſororis meæ mille, quæ mille non poſſunt redigi niſi ex venditione prædiorum ipſius ſororis, ipſa verò ſoror non vult prædia vendere, nec huic contractui dotium conſentire, quæritur vtrum frater ex tali conuentione & promiſsione conueniri poſsit? & videtur quod nõ, quia apparet quod frater noluit dotem ſoluere de ſuo. in contrarium facit, quia ille qui promittit ſoluere de bonis alterius, debet facere & curare quod ille conſentiat, alias de ſuo ſoluere tenetur, arg. l. non dubium. §. fi. de leg. 3. quod ſequitur Bald. in d. l. fi. C. de dotis promiſ. prope finem, quia frater debet implere quod conuenit, ſed ſimpliciter & præcisè promiſit ſoluere, quod intelligitur cum effectu, arg. l. huiuſmodi. in princ. ff. de leg. 1.

119 ¶ Vigeſimoſecundò quæro, vtrum vaſalli † teneantur, vel compelli poſsint ad dotandam filiam domini, vel iuuare ipſum ad eam dotandã. ¶ Sol. Hoſti. in ſumma, in ti. de immu. eccleſiarum. §. quibus muneribus. ver. pietatem, tenet quod ſic, quod non debet procedere, quando ex iuſta cauſa talis auxilio indiget, quia neceſsitati, & non prodigalitati ſuccurrendum eſt, vt in cap. penul. ſup. de conſuetudine. Sed Specu. in tit. de feudis. §. quoniam. verſ. & no. quod vaſalli, poſt Goffredum, vt dicit Io. And. in additionib. tenet quod vaſalli teneantur iuuare dominum inter alia pro filia maritanda. Sed dicit ibi Io. And. in magna additione, quod quidam tenent contrarium, dicentes ſe non videre, quare Goffr. hoc dixerit, cum mater non teneatur dotare filiam, nec filius matrem, nec frater ſororem, nec tutor pupillam, de quibus dicendum eſt, vt ſupra dictum fuit, cogitabis.

120 ¶ Vigeſimotertio quero, † vtrum pater vel ſimiles qui tenentur dotare, poſsint dotare de bonis ſubiacentibus reſtitutioni, vel quæ prohibita ſint alienari. ¶ Sol. tex. eſt quod ſic, in auth. res, quæ. C. communia de legatis. & in l. à filia. in princ. & ibi Bar. & in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. & not. Bar. in l. 1. §. ſi ſponſa. ff. de his, quæ in fraud. cred. quod tamen qualiter procedat, dic vt latiſsimè dixi in Rubrica de cauſa poſſ. & proprietatis. tractatu primo, art. 5. q. 9. verſ. 1. fallit pro dotibus. vbi clarè & latè examinaui, in quibus caſibus & quibus perſonis prædicta facultas & poteſtas concedatur, & ſicut pro dote filiæ vel neptis poſſunt res ſubiacentes reſtitutioni in dotem dari, ita etiã poſſunt pariter pro filio obligari, vel ipſe filius pro donatione propter nuptias obligare.

121 Vigeſimoquartò quæro, † vtrum pater, auus vel ſim. qui ſemel dotauerunt puellas, ad quas dotandas tenebantur, iterum teneantur dotare, ſi forte ſoluto matrimonio morte viri dos eſt reuerſa ad patrem, auum, vel ſimiles, vel eius hæredes, & an poſsint talem dotem minuere. & quid ſi prima dos data primo viro eſt conſumpta. Quo ad primum, quando dos eſt reuerſa ad patrem, dic quod licet Doc. ſint varij, quia Ray. de Forliuio ſenſit vnum, quidam alij aliud, Dy. fuit ſibi ipſi contrarius, vt refert Bar. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. columna 8. verſ. Circa tertium. Bart. verò dicit quod miratur quod præfati de iure Digeſt. aliquam habuerint dubitationem

tionem, quia dicto iure ad quemcunque dos reuertetur, ibat cum onere ſuo, ut ex ea iterum filia dotaretur, vt eſt caſus rotundus in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. & miratur Bar. quod nemo illum allegat. hodie vero iure Authẽticorum aliter diſtingui tur per auth. ſed quamuis. C. de rei vxoriæ actione. & aduerte, quia dicta auth. ſed quamuis. hoc addit ad ius antiquum, quia ſecundum d. l. ſi ſocius. ſi dos reuertebatur ad patrem, reuertebatur cum onere ſuo, vt eam dotem dare poſſet ſecundo viro, vt notandum quod dici poſſet: non enim imponit neceſsitatem. vnde ſi pater ipſam filiam minori dote poterat congruè dotare, erat in facultate ſua ipſam dotem minuere. Sed per dictam auth. ſed quamuis, inductum eſt vt non poſsit minuere. vnde dicit Bar. in d. l. poſt dotem, quod ſi pater qñ à principio dedit dotem primo viro fuit ſtipulatus ſibi reddi, hoc caſu nihil eſt innouatum per dictã authenticam, ſed quamuis. Sed ſi pater primo viro dotẽ ſimpliciter dedit, nulla adiecta ſtipulatione, & poſtea dote ad patrem reuerſa ipſam daret ſecundo viro, & ſibi expreſsè ſtipularetur ſine filiæ volũtate, hoc non præiudicaret filiæ, ideo haberet ius conſolidationis, ſicut primo. nam ex quo ab initio exiuit bona patris, & effecta eſt patrimonium filiæ, ſic etiam debet eſſe nunc data ſecundo viro, vt dicit tex. in Auth. vnde ſummitur dicta authen. ſed quamuis. Et quia per talem ſtipulationem pater dotem ſine cauſa minueret, quod facere non poteſt, vt dicta authen. ſed quamuis. quod procedit non ſolum ſi filia fuerit in poteſtate, ſed etiam ſi ſit emãcipata, ſecundum Cy. & Sali. ibi, qui ſubdit, quod etiam hoc procedit, ſi patrimonium mulieris ſit auctum ſupra dotem, de quo dicit eſſe caſum rotũdum in Authen. de æqualitate doti. §. quia vero. Itẽ prædicta procedunt, ſiue filia nubat conſentiente patre, ſiue inuito, ſecundum glo. in dicta authen. ſed quãuis, per l. ſi vt proponis. la prima, C. de nup. & pro hoc etiam facit dicta auth. & tex. in corpore vnde ſumitur, qui dicunt filia nubẽte, & non dicunt patre nubente filiã. Præterea tex. in dicta auth. loquitur nedum de filia in poteſtate, ſed etiã de emancipata, & vtranque dotare cogitur. l. fin. C. de dotis promiſ. dixi ſupra eod. art. verſ. 1. igitur quæro, vtrum pater. & tamen emancipata licet patris conſenſum debeat explere, l. in cõiunctione. & l. viduæ. C. de nup. tamen ẽt de iure ciuili illud eſt ex debito honeſtatis non neceſsitatis, vt l. filius emãcipatus. ff. de ritu nu. & notatur in d. l. viduę. ad quod vide quod dixi ſupra eo. tit. in c. ſicut ex his. art. 12. & dĩ diminuere dotem, ſiue diminuat in quantitate, ſiue in qualitate, puta vbi actio erat prius conſolidata in perſona filię, & pater dando dotem ſecundo viro ſtipulatus eſt ſibi ſoli reddi, ut ſupra dixi, & ſimiliter diceretur dimiuui, ſi rem dotalem ad ſe re
122 uerſam alienaret, nã talem rẽ pater † alienare nõ poteſt, ut notat glo. in d. l. rem quam. C. de iure dotium, quamuis forte extimationem, vel rem æqualem daret. ſed quidam tenent contrarium, dummodo alias ſit ſoluendo, & ſufficiens ad tantundẽ, propter verbum, prioris dotis menſuram, poſitum in dicta auth. ſed quamuis, propter quod imperator quantitatem vel corporis extimationem conſideraſſe videtur, vnde videtur ſufficere, quod pater tantundem refundat. Item quia litera in corpore dicit, quod filia nubente non poterat minuere, ergo non loquitus ſecundũ tempus, quod præcedit ſecundas nuptias, ſed ſecundum tempus ſecũdarũ nuptiarum, quo tempore ſatis eſſe videtur quod effectualiter nõ minuat. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxalibus. Item pro hoc bene facit l. ſi ſocius & filia. ff. pro ſocio. verſ. quod ſi ſalua, ubi dationẽ eiuſdem rei vel alterius ponit in poteſtate patris. Salic. uerò in dicta auth. ſed quamuis, dicit non eſſe diſcedendum à gl. ſane intellecta. vnde concludit, quod pater non poteſt alienare priuſquam nubenti aliam rem eiuſdem extimationis in dotem dederit, vt plenius mulieri cautum ſit, poſtea verò poteſt, ex quo mulieri cautum eſt, & ita dicit poſſe concordari opiniones.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi, quod pater non poteſt minuere dotem, procedit niſi eius patrimonium fortuita clade fuerit diminutum: tunc enim quatenus eius facultates patiuntur, tenetur cõmode filiæ ſecundo nubenti prouidere, per tex. in dicta authentica, ſed quamuis. in corpore vnde ſumitur.

¶ Sed quæro circa prædicta, quis teneatur probare cladem, & patrimonium patris diminutum. ¶ Sol. Glo. & cæt. in dicta authen. ſed quamuis, tenent quod pater tenetur probare, per tex. in corpore unde ſumitur dicta auth. in §. quia vero. Et tenet Salic. in dicta auth. ſed quamuis. allegat tex. in l. publicati. C. de teſt.

¶ Aduerte tamen, quia pater tenetur etiam ſecundo loco dotare filiam, ſi non poteſt recuperare dotem a primo viro ſeu hæredibus primi viri, etiãſi fortè filia illam conſumpſerit, vt dicit gloſ. in d. l. fin. C. de dotis promiſ. quidam tamen dicunt, q̃ Dy. in quibuſdam additionibus tenuit contrariũ, per tex. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. pro qua opin. dicit Bart. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſol. matr. eſſe quaſi caſum expreſſum in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoc. Sed Bar. in d. §. 1. dicit, quod pater tenetur, ſi modo culpa, vel dolus non poſsit imputari filiæ, ſecus ſi culpa filiæ imputari poſſet, per l. etiam. §. licet. ff. ſolu. matr. & pro hoc dicit eſſe caſum in auth. quod locum. ibi, niſi filiæ imputari poſsit. C. de collat. ad l. ſi ſocius. reſpondet, quod ſocius, quia extraneus, non tenetur, vt ibi, ſecus in patre, & ſequitur Sal. in dicta auth. ſed quamuis. q. fi.

¶ Sed aduerte, quia ſi filia exegit dotem, vel ſibi fit ſoluta dos, eo caſu quo actio dotis competebat ſoli patri, vel erat communis patri, & filiæ, ſi fortè filia amiſit dotẽ, & hæredes viri ſint ſoluendo, hoc caſu, cum pater nõ ſit remanſurus in damno, ſi iteratò dotet filiam, non poſsit illam recuperare ab hęredibus viri, qui minus cautè ſoluerunt filiæ, tenebitur pater iterum filiam dotare, arg. dictæ authen. ſed quamuis, & dictę l. fin. C. de dotis promiſ. & ſic poteſt intelligi glo. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſol. matr. referendo illam ad tex.

¶ Sed ſi hæredes mariti nõ eſſent ſoluendo, prædicta glo. diſtinguit, quod aut filia ſua culpa perdidit dotem, & pater nõ tenetur eam dotare, vt ſupra dixi. Non obſtat dicta l. ſi ſocius pro filia, quia ibi
123 loquitur in obligato † obligatione hominis, & ſic in extraneo, qui ex ſola cõuentione tenebatur dotare,

tare, secus in patre, qui est obligatus obligatione legali, vt dicta l.fi. inter quos est differẽtia. facit, quod in simili no. per Doc. & maximè Bar. in l. si is à quo. §. fi. cum sim. ff. vt in possess. leg. secundum Io. de Imo. post Bar. Bald. & Ang. in d. l. si cum dote. §. 1. Dicit tamen ibi glo. quòd licet dos sit soluta filiæ nõ perdituræ, sed tamen filia perdidit, videtur solutum filiæ perdituræ, quod dicit Bart. verum, quando soluitur ex iustis causis voluntarijs, de quibus in l. sed quamuis. ff. sol. matr.

124 ¶ Sed quæro circa prædicta, † quo iure filia petet istam redotationem. ¶ Sol. Dicit Cy. in d. authent. sed quamuis. quod si filia erat in potestate patris, quod petet per officium iudicis: si verò erat emancipata, si quidem dos fuit à principio vtroque modo profectitia, quia tunc filia erat in potestate, & pater est stipulatus filiæ, & tunc de cõmuni transiuit in proprium filiæ patrimonium, & hoc casu non pater, sed filia matrimonio soluto potest dotẽ repetere: si verò non fuit profectitia, nisi propter nomen tantum, vt quia pater dedit dotem pro filia emancipata, & tunc, aut nõ est stipulatus, & dos est filiæ: aut fuit stipulatus, & tũc quidam dicunt idem esse, sicut quando erat in potestate, & postea emancipata, & hoc planum est. Sed alij dicunt, quod per officium iudicis cogitur ad redotandum, vt not. infra, l. 2. C. de pact. conuen. & in l. si socer, in princip. ff. solu. matr. & tunc non poterit dos minui per dictam authẽ. sed quamuis. vbi hanc opinionem tenet Cyn. in 2. quæst. Si verò dos fuit data pro puella ab extraneo, tunc non tenetur extraneus iterum eam dotare, vt est tex. in l. stipulatio. ff. de iure dot. & in d. l. si socius pro filia. & ideo dicit Bal. in l. fin. C. de dotis promiss. quod si frater semel dotauit sororem, non tenetur iterum dotare, si fortè casu est dos perdita, quia lex non astringit eũ duplici dote, sed vna, argum. l. si quis testamento Titio. 1. respon. ff. de le-
125 ga. 1. & quia casus † fortuitus in re cõtingens contingit creditori, cui res est soluta, non debitori, secundum Bal. & hæc etiam procedunt, quando extraneus fuit stipulatus sibi dotem restitui, propter quam stipulationem ad ipsum extraneum dos fuit reuersa, si ipse extraneus nõ consensit secundo matrimonio, vt d. l. stipulatio, & l. seq. Sed si consensit, tunc tenetur denuo eam dotare, argum. l. cùm maritus. §. si Titius. ff. de pact. dotal. secundum glos. in dicta authẽ. sed quamuis. vbi Salic. dicit, quod hoc vltimum non est ita expeditum, quia §. si Titius. loquitur, quando dos non erat exacta: sed quando extraneus consensit, vt reintegraretur matrimonium cum illo, à quo mulier diuerterat. Præterea tex. ibi dicit, si consensit, vt eadẽ quãtitas loco dotis esset, & ideo casus iste nõ videtur sic expeditus, licet glo. ibidẽ dicat, quod præsumitur, per l. stipulationem. ff. de iure dot. quæ etiam hoc non probat, cum ibi videatur velle, quod doti constituendæ debeat consentire, dicit Sal. predictam glo. menti tenendam.

¶ Non ò principaliter quæro, sequẽdo ordinem quæstionum supra in princ. istius articuli formata-
126 rum, vtrum pro vxore habenda † possit ad principem supplicari? & videtur, quod non, quia à principe non est petenda vxor. 36. quæstio. 2. cap. nullus. & qui hoc impetrat, punitur pœna deportationis, & amissionis bonorum, vt l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petantur, & quia matrimonia debent esse libera, vt in cap. Gemma, infra eod.

¶ Sed in contrarium est tex. in cap. fin. infra qui cler. vel vouen. ¶ Sol. Glo. 2. in d. c. fi. dicit, quod impetratio non est licita, per iura superius allegata. Sed quamuis non sit licita, non tamen inducit sufficientem metum ad annullandum matrimonium, ut dicit glo. prædicta in d. cap. fi. super verbo, nutu, arg. l. ad inuidiam. C. quod met. cau. ¶ In contrarium tamen facit l. pen. C. quod met. cau. & 23. q. 8. cap. conuenior. ¶ Sol. Potes dicere, quod imperium non causat iustum metum, nisi ex qualitate personæ, seu ex consuetudine ipsius legis, vel superioris aliud sit præsumendum, vt puta, quia sit crudelis, & tirannicè viuat, vel nisi ad minas cõdescenderit, & non obedientes sit solitus malè tractare, argum. cap. fin. supra de appell. & not. in cap. cum causa. supra de offi. dele. & l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur, secundum Ioan. And. in dicto cap. fin. infra qui cle. vel vouen. & sequitur Dominus meus ibi, & Bar. in tract. de tyranno. facit etiam, quod ipse not. in d. l. ad inuidiam. vbi di-
127 cit, † quod licet sola reuerentia mariti non causet iustum metum, tamen secus est, si præcesserunt minæ, vel verbera. Ad quod etiam vide, quod ipse notat in l. de pupillo. §. si quis. ff. de oper. noui nunciat. & quod not. Innoc. in cap. causa matrimonij. de offic. deleg. & quod habetur in cap. accedens. supra de conuer. coniu. & vide etiam, quæ dixi in c. cum apud. supra eod. in nono princ. artic. in versic. septimum impedimentum. ibi, tertiò quæro, qualis metus. Sed solius principis præsentia, aut inductio, vel rogitus, vel concessio non causat iustum metum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qualiter debeat se gerere cum confitente sibi aliquid occultum.*
2 *Dictio, fortè, aliquando ponitur affertiuè.*
3 *Contrahens licèt loquatur in tertia persona, non tamen vitiatur contractus, dummodo intelligat ex se.*
4 *Contrahens in propria persona obligatur, licèt mutauerit sibi nomen per dolum.*
5 *Defectus probationis, vel solemnitatis probatoriæ nõ inficit actum in veritate regulatum à substantia, dummodo partes consiteantur.*
6 *Matrimonium ex duabus causis fuit principaliter institutum.*
7 *Confitenti creditur in foro pœnitentiali, licèt alleget turpitudinem suam.*
8 *Actus de substantia illud dicitur, quo posito valet actus, & quo remoto vitiatur.*
9 *Copula carnalis plura operatur.*
10 *Matrimonij ad esse quæ sint necessaria.*
11 *Turpitudinem suam allegans non auditur in foro iudiciali.*
12 *Forus animæ, & quasi forus, quomodo dicatur.*
13 *Confessio, an & quando possit pro parte acceptari, & quando non.*
14 *Personarũ habilitas exigitur ad contrahendum sponsalia, & matrimonium.*
15 *Consensus, an ad substantiam matrimonij exigatur.*
16 *Error, an irritet matrimonium.*

Vio-

17 *Violentia, vel iustus metus ipso iure irritat matrimonium.*
18 *Incertitudo irritat matrimonium.*
19 *Consensus præstitus per iocum, vel ludum non inducit matrimonium.*
20 *Obligatio in matrimonialibus aliter consideratur in foro pœnitentiali, & aliter in foro iudiciali.*
21 *Mens hominis inscrutabilis est, & solum per exteriora cognoscitur.*
22 *Ecclesia in foro contentioso non iudicat de occultis.*
23 *Exceptio simulationis contra instrumentum matrimonij opponi potest.*
24 *Itinerantes, an in matrimonium inuicem consentire possint.*
25 *Matrimonium qualiter inter absentes cõtrahi possit.*
26 *Responsio etiam ex interuallo tenet in ijs, quæ consensu contrahuntur.*
27 *Protestatio in matrimonialibus, an & quid operetur.*
28 *Protestatio, cui altera pars non consentit, videtur tolli per actum postea cõtrarium, in foro contentioso.*
29 *Propositum vnius contrahentis retentum in mente, non nocet alteri.*
30 *Protestatio, cui pars consensit, impedit sequentem actum.*
31 *Protestatio facta absente parte, quomodo per factum contrarium tollatur.*
32 *Consensus ad matrimonium contrahendum, an in arbitrium alterius committi possit.*
33 *Matrimonium, & testamentum, quomodo differant.*
34 *Consensus ad matrimonium, qualiter præstari possit.*
35 *Verba, an requirantur ad validitatem matrimonij.*
36 *Mattimonium, an valeat sine verbis inter valentes loqui.*
37 *Matrimonium spirituale contrahitur consensu eligentium, & electi.*
38 *Taciturnitas filiorum sufficit in matrimonijs, vbi pro eis parentes contrahunt.*
39 *Matrimoninm spirituale contrahitur etiam per scripturam.*
40 *Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale non semper procedit.*
41 *Nutu, an & quando legari possit.*
42 *Sufficere illud dicitur, quo posito nihil aliud requiritur ad substantiam actus.*
43 *Filius quando præsumatur iussu patris hæreditatem adiuisse.*
44 *Probationum facultas non est angustanda.*
45 *Subarratio, & anuli traditio, an sit necessaria ad matrimonium.*
46 *Protheus fuit primus inuentor anuli.*
47 *Anuli datio, quando inducat matrimonium.*
48 *Effectus immissionis anuli, quomodo declaretur.*
49 *Instrumentum, & scriptura, vtrum requiratur ad validitatem matrimonij.*
50 *Instrumentnm requiritur, vbi quis contrahit cum concubina, & quare.*
51 *Copula, an sit necessaria ad substantiam matrimonij.*
52 *Dos, an sit necessaria ad validitatem matrimonij.*
53 *Dos probari potest per instrumenta, & testes.*
54 *Statutum deferens lucrum dotis marito habet locum in dote promissa.*
55 *Vir, an lucretur dotem ex forma statuti, muliere nondum traducta.*
56 *Mulier nubendo nulla facta dotis, vel bonorum mentione, an omnia in dotem dedisse videatur. & numero 57.*
58 *Dos, & donatio propter nuptias, procedunt à pari.*
59 *Pater maritando de nouo filiam, an & quando videatur eam cum eadem dote maritare.*
60 *Dos, an ex patientia videantur constituta in bonis acceptis per maritum, & ibi de duplici patientia.*
61 *Patientia, an & quando habeatur pro consensu.*
62 *Titulus, an præsumatur ex cursu temporis cum patientia.*
63 *Alimentorum in causa sufficit, quod quis nitatur ex solo tempore cum cursu triennij.*
64 *Titulus allegatus, an præsumatur ex cursu temporis.*
65 *Extraneus dans dotem mulieri, an illam donare videatur.*
66 *Pactũ contra fauorem dotis iam constitutę non valet.*
67 *Profectitia filij acquiruntur patri, excepta dote filiæ.*
68 *Dos licet dicatur donatio, non tamen indiget insinuatione.*
69 *Dos, an aliquo casu requirat insinuationem.*
70 *Statutum annullans instrumenta non registrata, non habet locum in instrumento doti s, & donationis propter nuptias.*
71 *Sponsalia, & matrimonium, an contrahi possint ad tempus certum, & incertum.*
72 *Sponsalia, an requirantur præcedere ad validitatem matrimonij.*
73 *Solemnitates, quæ ad matrimonij validitatem requirantur.*
74 *Sponsalia licet contrahi non debeant sine licentia, & scientia diœcesani, & parochiani, tamen contracta tenent.*
75 *Benedictio sponsi, & sponsæ omissa, an noceat matrimonio.*
76 *Presbyter benedicens secundas nuptias, quas pœnas incurrat.*
77 *Benedictio nuptiarum non potest impertiri tempore interdicti.*
78 *Sponsi se cognoscentes ante benedictionẽ nuptiarum, an peccent mortaliter.*
79 *Sponsalia de futuro, qualiter, & quibus verbis contrahantur. & num. 80. 81. 82.*
83 *Sponsalia per nuncium, epistolam, & procuratorem contrahi possunt.*
84 *Sponsalia non valent, nisi sint vicissitudinaria.*
85 *Matrimoniũ, quibus verbis, & qualiter contrahatur.*
86 *Matrimonium contrahitur ipso facto, sicut verbo.*
87 *Matrimonium, an inducatur, si vir, & mulier promittunt, quod ab eo tempore se habebunt pro coniugibus.*
88 *Verba, promitto, quod semper prouidebo tibi vt vxori, muliere consentiente, an inducant matrimoniũ. Et quid de verbis, promitto, quod nunquam habebo aliam vxorem, nisi te. num. 89.*
90 *Verba apta ad contrahendum sponsalia, vel matrimonium, quæ sint.*
91 *Consequens qui vult, vult etiam necessarium antecedens ad illud.*
92 *Dictio, nisi, quando sequitur negatiuam, facit positionem.*
93 *Verba ad matrimonium contrahendum apta, & non apta, quæ sint. & num. 94. 96.*
95 *Tacens habetur pro contradicente, quando agitur de obligando ipsum.*

Subiecta

97 *Subiecta talia sunt qualia prædicata demonstrant.*
98 *Matrimonium contractum inter duos impuberes, in quibus malitia non supplet ætatem, an valeat.*
99 *Consensus de futuro, quando transeat in matrimonium, & quando non.*
100 *Verba de præterito in sponsalibus, nullam inducunt obligationem.*
101 *Verba quæ possunt se habere ad sponsalia, & matrimonium, qualiter interpretentur.*
102 *Vir, an mulier debeat prius interrogari in matrimonio contrahendo.*
103 *Vir dicitur à virtute animi, & mulier à mollitie.*
104 *Verba in matrimonio contrahendo, an concipienda sint in prima, vel tertia persona.*
105 *Iudæi matrimonium secundum eorum ritum contrahitur.*
106 *Matrimonium illegitimè contractum non potest sequenti præscriptione iustificari.*
107 *Instrumenta qualiter confici debeant super matrimonio de præsenti. Et quid in hoc seruent Senenses.*

CAP. XXVI.

IEVA nos. Non est matrimonium, vbi alter contrahentium non consentit. hoc dicit: sed nullam habet dubitationem: & ideo, vt aliquam videatur habere dubitationem, hoc dicat, Vbi alter cõtrahentium vtitur verbis dubijs animo decipiendi mulierẽ, & non contrahendi, si eam carnaliter postmodum cognoscit, in foro iudiciali iudicatur pro matrimonio, secus in pœnitentiali: hoc dicit secundum communem intellectum, secundum quem Papa hic tacitè respondet ad quæstionẽ fori contentiosi, & tacitè ad quæstionem fori pœnitentialis, super qua facta fuit consultatio. vel potest legi, secundum Zabar. quod tota decretalis loquatur in foro iudiciali, & secundũ hãc lecturam hoc dicit: Si quis aliquam nullo præsente desponset sub nomine alieno, & cognoscit: prima fronte cognoscitur contra ipsum, sed ex hoc non potest iudicari pro matrimonio, si ille asserit, quod nec prius, nec postea in eam, vt in coniugem consensit. hoc dicit: & primò ponitur consultatio: secundò solutio. ibi, super quo. quæ solutio secundum communem intellectũ est duplex; prima quo ad forum iudiciale; secunda quo ad forum pœnitẽtiale: & dicit Hostien. quòd iste vir verba inepta proponens, & intendens fallere mulierem, cum dicta muliere contraxit, ad hoc, vt extorqueret carnalem copulam, & quòd iste vir ita asserebat in foro pœnitentiali, super quo Papa consultus respondit, præmittendo, quod in foro contentioso esset iudicandum pro matrimonio, licet secus dicat esse in foro pœnitentiali. & in tex. ibi, quidam. dicit Hostien. quod ex hoc colligitur, quod hæc consultatio fuit facta de foro pœnitentiali, aliàs fuissent expressa nomina, sicut fuerunt expressa in c. sicut, & in c. cũ in Apostolica, supra eod. & in c. Gemma, infra eod.

1 ¶ Ex quo ego infero, quòd sacerdos, † qui audiuit aliquem in confessione, & ignorat, vtrum ille sit absoluendus, vel non, vel qualiter cũ illo sit agendum, non debet exprimere nomen illius. dicit tamen hic Zabar. quod argumentum Hostien. omnino non concludit. Dico tamen, quòd si aliquis in discrimine mortis existens confitetur, quòd fortè aliquid restituere tenetur, quod sit occultum, & imponit sacerdoti, quod post mortem hoc propalare debeat, nullo modo debet hoc pati, sed debet infirmum inducere, vt talem confessionem faciat coram ipso, & alijs testibus necessarijs, quia sibi soli postea non crederetur, super quo vidi multos sacerdotes errare. & in tex. ibi, nulla solemnitate. dic, id est sine præsentia sacerdotis, hoc est sine auctoritate ecclesiæ, vel non seruata consuetudine, de quo infra, & ibi, alicuius præsentia. dic per hoc etiam arguit Hostien. quod hic non erat quæstio in foro contentioso, cum nec de prædictis in iudicio potuisset cõuinci, sed ipse hoc confitebatur in foro pœnitentiali. dicit tamen Zabar. vt supra dixi, quòd potest etiã intelligi de foro contentioso, de quo dicam infra post gl. fi. & dissentiatur. Dic, hoc asserebat episcopus consulens Papam, secundum Hostien. dicens, quod sæpenumero conatus est inducere ipsum virum ad consensum præstandum ad matrimonium, ne illa mulier ab eo sic reperiretur decepta: sed tamen ipse nunquam voluit acquiescere, sicut dicit tex. de B. muliere in capit. tua. il secondo. supra de iureiuran. Ex quo etiam hic arguit Abb. quòd hic agebatur de foro pœnitentiali. & ibi, quicquã egerit. dic, per quod scilicet posit cognosci, quod in illam consenserit. & ibi, nisi quod cognouit eundem. & hoc non fuit propositum, vt hic apparet, & ibi, & sub nomine. dic hæc, ideſt licet. Sed tamen hæc expositio non videtur multum necessaria. &
2 ibi, videtur forte. dic istud fortè, † assertiuè ponitur, secundum Ioan. Goffr. & Inno. Simile. 33. q. 2. cap. admonere, de pœnit. dist. 1. cap. quod verbum. vnde potest exponi fortè, ideſt fortiter. & ibi, quod qualiter. dic scilicet, quod non consenserit. & ibi, non videmus. dic secundùm Hostien. & certè nec in foro iudiciali videri potest, quia non licet ei allegare, quod dolosè nomẽ suum mutauerit. supra de donat. cap. inter. & per copulam constabat de consensu. Subdit tamen, quòd hoc bene potest videri in foro pœnitentiali constare, de quo hic principaliter quærebatur. Ad quod Papa principaliter respondet, quia in tali foro videtur allegans turpitudinem suam, vt infra dicam. & ibi, rescribentes. dic scilicet in foro pœnitẽtiali, secundum communem lecturam. & ibi, iudicaui. dic scilicet in foro pœnitentiali. & ibi, substantia. dic scilicet consensus, de quo infra. & ibi, forma. dic scilicet verborum, de qua in cap. penult. infra eod. & infra dicam.

3 ¶ Primò nota, quod † licet contrahens loquatur in tertia persona, nõ propterea vitiatur contractus, dummodo intelligat de se ipso, ad hoc, cap. quod autem. supra de iure patron. & cap. dudum, de conuersio. coniug. facit etiam, quod no. in l. hac scriptura. ff. de donat. & vide, quod tradit Specul. in tit. de instrum. editio. §. 2. versic. antepenult. & in §. instrumentum. versic. item opponitur.

¶ Secundò nota, quod defectus solennitatis extrinsecæ in matrimonio non vitiat matrimonium, de quo infra.

4 ¶ Tertiò nota, quod † cõtrahens in propria persona obligatur, licet mutauerit sibi nomen per dolum: & est ratio in promptu, quia nomina ad designandas res fuerunt inuenta. Instit. de leg. §. si quis in nomine. quare si constat de corpore, error in nomine non vitiat, vt in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1.

5 ¶ Quartò nota, quod defectus † probationis, vel solemnitatis probatoriæ nõ inficit actum in veritate ad consensum regulatum à substantia, dummodo partes confiteantur.

¶ Quintò nota, quod quamuis duæ sint causæ principales, propter quas fuit institutum matrimo-
6 nium, † scilicet causa sobolis procreandæ, & incontinentiæ euitandæ. 27. quæst. 1. in summa. tamen licet quis ex alia causa inducatur ad matrimoniũ cõtrahendum, vt puta propter explendam libidinem, propter ardentem amorem ad mulierem, tamen valet matrimonium, vt hic. ad quod vide, quæ dixi in cap. cum apud. supra eod. in 9. princ. artic. ver. 7. ibi, tertiò quæro, qualis metus. Similiter etiã si ob magnam dotem ad hoc induceretur. ad quod vide, quod dixi in cap. ex literis. il primo, supra eo. in 11. princip. artic. aut etiam propter parẽtelam, vel alias causas, quia multæ possent esse causæ impedientes, vt tradit glo. summę. 26. q. 1. ad quod vide, quod dixi in cap. sponsam. supra eod. in 7. princ. artic.

¶ Sextò nota, quod in foro pœnitentiali credi-
7 tur confitenti, † etiã si alleget turpitudinem suam, & ratio in promptu est, quia ibi solũ agitur de præiudicio ipsius.

¶ Septimò nota, quod solus cõsensus est de substantia matrimonij, verba autem non videntur esse de substantia. & de hoc infra in 14. princip. artic.

¶ Octauò nota, quod illud dicit de substãtia ali-
8 cuius actus, quo posito valet actus, † & quo remoto actus irritatur. 25. distin. cap. 1. supra de translat. prælat. cap. 2. 1. quæst. 1. cap. detrahe. infra de sent. excomm. cap. cum desideres.

¶ Glo. prima in principio opponit, & oppositionẽ fortificat, & soluit, deinde format quæstionem, & soluit.

¶ In eadem glo. ibi, quia simulatæ nuptię. & dic, glo. formaliter non soluit contrarium: quare dic, quòd in foro iudiciali iudicamus per extrinseca, & sic per signa denotantia consensum, secus in pœnitentiali, vt statim dicam in glo. secundum Domin. meum. Vel dic melius, quod immo glo. videtur formaliter soluere contrarium, maximè dum subdit, & propter rationẽ, quæ inferius redditur, quæ concludit, quod cum deficiat in veritate consensus, attenditur hæc veritas, & sic matrimoniũ annullatur.

¶ In fine glo. no. decisionem glo. quæ potest generaliter adduci ad omnes contractus. Host. verò aliter distinguit, sed tu latius dic, vt statim dicam in examinatione 14. artic.

¶ In gl. super verbo, copula. in fi. dic, secundum
9 Hostien. quod talis copula † plura operatur.

¶ Primò, quia verba futuri temporis trahit ad præsentia, vt in c. is qui fidem. infra eod.

¶ Secundò, quia dissensum trahit ad cõsensum, vt in c. veniens. il primo, supra eod. & quod ibi no. glo. 2. & cap. ad id quod, supra eod.

¶ Tertiò, quia conditionalem promissionẽ reddit puram, vt infra de condit. appo. c. de illis, & cap. per tuas. quare & hic non debet esse mirum, si verba tertiæ personæ trahit ad primam, quia ex quo sponsalia, vel aliquid matrimoniale præcesit, omnia ratificat, & supplet, vt in c. de illis, & in c. commissum. supra eod.

¶ Glo. super verbo, qualiter constiterit. soluit q. declarando tex. In fi. glo. de hoc vltimo latè traditur in cap. fin. supra de confess. & statim aliquid dicam.

¶ Glo. penult. colligit notabile ex tex. & adaptat ad intellectum tex. & soluit duas quæstiones.

¶ In fine glo. dic, no. ex glo. iuncta textui, quod
10 ad esse † matrimonij duo sunt necessaria, substantia scilicet & forma. & quamuis multæ dentur expositiones, tamen Domino meo, & communiter Doctoribus placet expositio glo. quòd substantia accipiatur pro consensu, sine quo matrimonium non potest subsistere, forma verò dicantur ipsa verba significantia consensum, vel signa equipollentia, vt in cap. præced. & cap. cum apud. supra eod.

¶ Nec obst. iura, quæ dicunt sufficere solum consensum, quia verum est, sed ipse consensus, qui est de substantia, debet probari ex aliqua forma, & de hoc latè infra in 14. ait. princ. hic tractanda.

¶ Vltimò oppono contra tex. quia tex. noster videtur sibi ipsi contrarius: nam in ver. super quo, videtur iudicare pro matrimonio, & in versic. nos autem contra, iudicat contra matrimonium, quare post solutionem datur duplex intellectus.

¶ Primus, quod vsque ad versic. nos. tex. loqua-
11 tur de foro iudiciali, in quo † non auditur quis allegans turpitudinem suam, vt in cap. inter dilectos, de donat. sed iudicatur ex probationibus, & etiam ex præsumptionibus, vt in cap. ex literis, supra eod. vnde ex quo constat istum desponsasse mulierem in propria persona, & eam cognouisse carnaliter, debet iudicari pro matrimonio, non obstante mutatione nominis: quia aut fuit facta ignoranter, & non nocet, ex quo constat de corpore, vt dixi in notabilibus: aut scienter, & dolus non debet sibi prodesse, sed verba debent interpretari contra dolosum, & intelligi secundum intellectum rectè intelligentium, vt d. c. ex literis. & vt hic dicit glo. 1. in fi. Sed versic. nos autem, loquatur in foro pœnitentiali, vt hic, statur confitenti, & in eo pura veritas consideratur, etiam si alleget turpitudinem suam, vt dicit glo. super verbo, qualiter constiterit, quę allegat ad hoc rationem, & dixi in notab. & idem etiam ar-
12 bitror dicendum in foro quasi pœnitentiali, seu animæ, & dicitur † quasi forus animæ, quando quis non accusatur, vel denunciatur, vel contra eum nõ inquiritur, sed sponte à superiore petit consilium salutare: nam cum nulla extrinseca causa cogente hoc faciat, sed pro salute animæ suæ, sibi tradendũ est, vt in c. significasti. il secondo, infra de homic. & ibi no. Dominus meus super glo. in verbo, credendum. & ibi dixi, pro quo optimè facit iste tex. quia satis videtur innuere, quod iste consuluit episcopum, vt salutare consilium pro anima sua reciperet. quare cum in foro animæ, vel quasi animæ credatur ipsi confitenti, & ipse affereret eum consensisse matrimonialiter, meritò cum deficiat consensus ex parte alterius, matrimonium subsistere non potest: sacerdos tamen, vel consultus in foro animæ debet ipsum inducere, vt de nouo cõtrahat matrimoniũ cum tali, & vt puderet dolum ab eo commissum, & iste est communis intellectus. & prædicta notabis, quia ad alias quæstiones possunt esse vtilia.

¶ Secun-

¶ Secundus principalis intellectus eſt Zabar. qui dicit, quod ſecundum cõmunem intellectum violatur litera, quæ non diſtinguit inter forum iudiciale, & pœnitentiale: vnde dicit, quod text. noſter poteſt intelligi, quod loquatur de foro iudiciali, & in primo ver. videlicet, ſuper quo, procedat allegando, & deinde in ver. nos, procedat decidendo: vnde in primo ver. dictio, fortè, poſita in tex. ſtat propriè. quare autem hic credatur doloſo in foro iudiciali? reſpondetur, quod hic non conſtabat de facto, niſi ex confeſsione viri, cum nulla præceſſerit deſponſatio, & alia fuerint celebrata. quare cum ex ſola confeſsione ipſius conſtaret, & ipſa eſſet qualificata, cum diceret ſe animo non conſentiendi feciſſe, meritò aut in totũ debet attendi confeſsio cum qualitate ſua, aut in totũ reijci, per not. in l. Lucius. ff. de liber. leg. in cap. cum olim. ſupra de teſtib. & in cap. cum veniſſent, ſupra de inſtitu. Sed iſte intellectus non placet Domino meo, quia quando præ-
13 ſumptio eſt contra confitentem, poteſt † confeſsio ſua pro parte acceptari, & pro parte reijci, vt puta, cum quis confitetur ſe occidiſſe alium ad defenſionem ſuam, vt in dicto cap. cum veniſſent. hic enim erat præſumptio contra confitentem, eo quod illicitè extorſit copulam carnalem, & quia in propria perſona deſponſauit iſtam mulierem, & de materia iſta, quæ principaliter pertinet ad tit. de confeſſ. & ibi latè dicã, vide in iuribus præallegatis; & per glo. in l. Publia. ff. de probat. & per Doct. in l. ſi quidem. C. de except. & per Cyn. in l. 1. C. de confeſſ. & per Ioan. And. in cap. 1. de confeſſ. lib. 6. & per Salic. in d. l. 1. Poſtremò iuxta præmiſſum ordinem in Rub. ſupereſt, vt deſcendamus ad decimumquartum principalem articulum.

¶ Quartodecimo igitur principali articulo tractandum eſt, quæ requirãtur ad ſubſtantiam, & validitatem ſponſalium, & matrimonij. pro cuius clariori doctrina proſequar infraſcriptas quæſtiones.

¶ Primò generaliter tractabo quædam, quæ requiruntur ad ſubſtantiam, ſeu validitatem ſponſalium, & matrimonij. Secundò, vtrum conſenſus ſit neceſſarius ad matrimonium. Tertiò, vtrum requirantur verba, & quæ forma verborum requiratur. Quartò, vtrum requiratur ſubarratio, & anuli tranſmiſsio, ſeu immiſsio. Quintò, vtrum inſtrumentum, vel ſcriptura requirantur ad validitatem matrimonij. Sextò, vtrum exigatur copula. Septimò, vtrum requiratur, quòd interueniat dos, & de pactis dotalibus, quæ fieri poſſunt, & aliqua ad dotẽ pertinentia, ſuccinctè, & remiſsiuè tractabimus. Octauò, vtrum matrimoniũ poſsit contrahi ad tempus certum, & incertum, ſeu pro parte temporis. Nonò, vtrum ad validitatem matrimonij requiratur, quòd præcedant ſponſalia. Decimò, vtrum aliæ ſolemnitates requirantur, & quæ, & an aliqua præcedere debeant. Vndecimò, quid ſi ex forma iuris, vel ſtatuti, ſeu conſuetudinis requiratur aliqua ſolemnitas, vtrum defectus illius ſolemnitatis annullet matrimonium.

¶ Circa primam quæſtionem aduertendum eſt, quòd ad ſubſtantiam, vel validitatem ſponſalium, & matrimonij, in primis exigatur habilitas ipſarum
14 perſonarum † ad contrahendum ſponſalia, & matrimonium, ita quod non impediantur ratione ętatis, conditionis, ſtatus, ſeu fidei, vel ſenſus, ſeu intellectus, aut alio impedimẽto, de quib. impedimentis latè dictũ fuit in c. cũ apud. ſup. eo. art. 9. & ibi vide.

¶ Secundò quæro, vtrum ad ſubſtantiam matri-
15 monij exigatur † conſenſus. ¶ Sol. Dic, quod ſic. tex. eſt hic, & in cap. præced. & in cap. dilectus. ſupra eod. & eſt iſte conſenſus adeo de ſubſtantia ipſius matrimonij, quod ſine cõſenſu nullo modo poteſt ſubſiſtere, vt hic, & 27. quæſtio. 2. cap. ſufficit. & 30. quæſt. 2. cap. vbi non eſt, & in cap. 1. & in cap. cum locum, & in c. præced. ſupra eod. & hic, & l. nuptias. ff. de reg. iur. quaſi lex, cum fuerit, in fi. ff. de condit. & demonſtr. tex. & Sali. in l. conſenſus. C. de repud. dixi ſupra in 6. notab. & in cap. cum apud. ſupra eo. vbi tex. dicit, quòd ſolus conſenſus ſufficit, & ibi tetigi, artic. 9. verſic. 1. & debet talis conſenſus eſſe legitimus, vtrinque ſimul interueniens, vt d. cap. dilectus, ſupra eod. & ſic ad ſubſtantiam matrimonij requiritur, quòd vterque cõſentiat in matrimoniũ, vt ibi, & hic, & in iuribus ſupra alleg.

16 ¶ Et ex prædictis infertur primò, quòd † error irritat matrimonium, quia qui errat, nõ conſentit. Ad quod vide, quod latè dixi in cap. cum apud. ſupra eod. in 9. princ. artic. in princ.

¶ Secundò ſequitur, quòd furioſus, demẽs, mentecaptus, & ſimiles non poſſunt contrahere matrimonium, quia non poſſunt conſentire, dixi latè in cap. dilectus. ſupra eod.

¶ Tertiò ſequitur, quod cum talis conſenſus de-
17 beat eſſe liber, meritò vt † violentia, vel iuſtus metus ipſo iure annullat matrimonium, dixi latè in c. cum apud, ſupra eod. artic. 9. quæſt. 7.

¶ Quartò ſequitur, quod cum incertitudo non inducat cõſenſum ratione ipſius incertitudinis, vi-
18 tiatur matrimoniũ. † Aduerte tamen ad id, quod dixi in dicto cap. cum apud. artic. 9. verſic. 17. & in cap. præced. artic. 13. quæſt. 2. 3. & 4.

¶ Quintò ſequitur, quòd ſi non ſeriosè, ſed per
19 iocum, vel ludi cauſa talis conſenſus † præſtetur, non inducitur matrimonium, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. in cap. ex literis. ſi primo, ſupra eod. & traditur per Hoſtien. in ſumma, ſub Rub. de matrimonijs. §. qualiter contrahatur. verſi. quid ſi alter dicat, & ſequen. & idem ferè Vincent. dicens, quòd ſi frater meus ioco aliquam deſponſauerit, quod licet videatur, quòd cũ illa amplius contrahere non poſsim, argum. cap. ſi quis vxorem. 27. quæſt. 2. quia in matrimonijs factum inſpicimus; tamen illã poſſum ducere in vxorem, per tex. 22. q. 2. cap. nè quis. Tenet Vincentius in cap. ad audientiam, ſupra eo. nam taliter deſponſans nullo modo intendit conſentire. facit l. obligationum ſubſtantia. ff. de actio. & obligat. & quia in talibus inſpicimus affectum, & non effectum, vt in cap. nuper. infra de bigam. quia, vt dicunt Innoc. & Hoſtien. in dicto cap. ad audientiam, hoc ſolum attendendum eſt, vtrum contrahens illam, cum qua contraxit, habere voluerit in vxorem, & ſequitur Arch. in dicto cap. ſi quis vxorem. faciunt not. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. & ibi hoc tenet Dominus meus poſt Doct. Et prædicta procedunt, ſiue loquamur in foro contentioſo, ſiue pœnitentiali: vtrobique enim ad validitatem matrimonij requiritur legitimus conſenſus, vt hic, quamuis aliter, & aliter probatio ſufficiat,

¶ Et

20 ¶ Et hinc ſextò ſequitur, quòd ſi iuuenis, † non animo contrahendi matrimonium, ſed decipiendi mulierem, & extorquendi copulam carnalem, expreſsit verba apta ad matrimonium, & mulierem cognouit, in foro pœnitentiali non eſt iudicandum pro matrimonio, tex. eſt hic valde ſingularis: & hoc maximè dicendum eſt, quando verba ſunt inflexa, & ambigua, licèt ſecus ſit in foro contentioſo, vt hic, ſecundum communem intellectum, & ſupra dixi: & ratio differentiæ in promptu eſt, quoniam in foro contentioſo iudex procedere, & iudicare debet ſecundum allegata, & probata, vt l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis. vnde intentio in mente retenta, quo ad hunc forum nihil videtur operari, vt l. ſi non repetendi. C. de condict. ob cauſam. quamuis enim nuptias nõ concubitus, ſed conſenſus faciat, vt ſupra demonſtratum eſt, tamen in foro contentioſo poteſt ſibi dici: Amice non deficit tibi ius, ſed probatio, vt l. duo ſunt Ti-
21 tij. ff. de teſtament. tute. cor enim, & mens † hominis in perſcrutabilis eſt, & ſolum per exteriora cognoſcitur, vt in cap. & ſi quæſtiones, & in cap. tua nos, infra de ſimonia. & in capit. primo, ſupra ne ſede vacante. 32. diſtinctio. capit. erubeſcant. not. in l. vbi autem non apparet. ff. de verborum obligatio. notat glo. in l. 2. ff. de interrogat. actio. & in cap. nouit, ſupra de iudicijs. nam ex quo in caſu prædicto verba, & facta concludunt ad matrimonium, non debet credi confeſsioni viri in præiudicium matrimonij, vt in cap. ſuper eo. infra de eo, qui cognouit
22 conſanguineam vxor. ſuæ. vnde eccleſia † in foro contentioſo non iudicat de occultis, vt dicto capit. erubeſcant. & 2. quæſtio. 5. capit. conſuluiſti. 6. quæſtio. 1. capit. ſi omnia. 32. quæſtio. 5. cap. Chriſtiana, & cap. tuæ. & cap. ſicut tuis, & ſequenti. infra de ſimonia. & in clemen. multorum, de hæret. & quia in foro contentioſo non creditur alleganti turpitudinem ſuam, vt ſupra dixi in glo. prima. quantum verò ad iudicium animæ, in foro pœnitentiali creditur confitenti: ſicut enim infirmo medicus credere debet de corporis infirmitate, ita confitenti in foro animæ, & pœnitentiæ ſacerdos credere debet de infirmitate animæ: & quoniam Deo omnia palam ſunt, licet quo ad nos ſint occulta, tamen iudicat ipſe, ſicut de ſibi manifeſtis, quare ſi conſenſus non affuit, non poteſt eſſe matrimonium, qualitercunque conſenſus defuerit propter defectum qualitatis ſubſtantificantis matrimonium, per tex. noſtrum, in fi. ſecundum Abb. Hoſtien. Ioann. And. & Doctor. communiter hic, vt ſupra dixi, cum quibus concordat Raimundus in ſumma, in titulo de matrimonijs. §. 4. & Thomas, Petrus, & Abbas in tractatu de matrimonijs, diffinitione 28. & frater Ioann. in ſumma, in tractatu de matrimonio, quæſtio. 14. verſic. pone quod aliquis. & propter prædicta conſului, quòd cum quidam iuuenis, vt extraheret quandam mulierem de publico lupanari, vt ipſe ſolus ea potiretur, verba ad matrimonium contrahendum apta cum ea expreſsiſſet, & eam carnaliter cognouiſſet, non erat obligatus in foro pœnitentiæ, & animæ, ſtante hac veritate. incipit conſilium, quidam Petrus, &c. quinimmo fortius vult præfatus frater Ioannes in titu. de bonis matrimon. quæſt. prima. quod ſi intentio libidinis extorquendæ fuit, quod talis intentio, cum non fuerit ad matrimonium, ſed ad finem libidinis duntaxat, quod cum hoc ſit contra ſacramentũ, & matrimonij veritatem, inficit matrimonium; ſed ſi propter auaritiam induceretur ad matrimoniũ, & in hoc non ſit contra veritatem matrimonij, ſed contra vtilitatem, matrimonium tenet, quam diſtinctionem ſequitur etiam hic Henricus Boich, dixi latius in dicto conſilio.

¶ Septimò ſequitur, quod cum contractus ſimulatus non ſit verus, quòd ſimulatæ nuptiæ non tenent, & ſic contra inſtrumentum matrimonij po-
23 teſt opponi exceptio † ſimulationis, hoc notabiliter tenet Bald. in capit. primo. §. naturales. ſi de feu. fuerit controuerſia. allegat glo. in l. neque, la prima. C. de nuptiis. & mihi placet, quia contractus ſimulatus non habet veram eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, eo quòd verus conſenſus deficit, ideo non dicuntur contrahentes verbo dixiſſe, quod nõ gerebant in mente, vt l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupelle. legata. notat Salicetus in l. ſi donationis. C. de contrahenda emptione. contractus enim ſimulatus dicitur figuratus, ſeu depictus: extrinſecus enim apparet aliquid, cum intrinſecus nihil habeat, vt notat Bald. in l. ab Anaſtaſio. C. mandati. ad quod vide, quod dixi in capit. fin. de ordine cognitionum. argumen. 37. quæſtio. prima. facit tex. optimus, & quod ibi dixi, in cap. quanto, ſupra de conſuetud. in ſexto notabili. & vide, quod tradit Bald. in Rubrica. C. qui admitti. & ideo tex. in l. ſimulatæ. ff. de ritu nuptiarum. quem allegat hic glo. prima, in principio, dicit, quod ſimulatæ nuptiæ nullius ſunt momenti: quia, vt ſupra dixi, deficit conſenſus. Vtrum autem dolus irritet matrimonium, vide quod latè dixi in capitulo, cum apud. ſupra eodem, artic. 9. verſic. 20.

¶ Et aduerte, quia conſenſus viri, & vxoris debet eſſe ſimultaneus, mutuus, & legitimus, vt infra capit. primo, ſupra tetigi. & ideo dubitatur. Pone, Titius eundo per viam vidit Sempronium, & à ſe ipſo in ipſam conſentijt in vxorem, & Sempronia ſimiliter videns Titium, in ipſum conſentit, vt in virum ſuum, quæritur, vtrum inter eos ſit matri-
24 monium? Et videtur dicendum, quòd ſic, † quia hic eſt cõſenſus vtriuſque ad matrimonium, & hoc tenuerunt quidam. Sed Innoc. tenet contrarium, dicens, quòd non erit matrimonium, etiam tenendo opinionem, quòd ſolus conſenſus inducat matrimonium: quia, vt detur conſenſus, neceſſarium eſt, quòd ſit voluntas vtriuſque ſenſus. Sed ſi ego conſentio in te, & tu in me: ſed ego de te ignoro, & tu de me, hic non eſt ſimul conſenſus, quia tu ignoras, quod habeo in mente, & ſimiliter ego ignoro, quod tu habeas in mente: ergo non eſt propriè conſenſus, & per conſequens, nec matrimonium: & hæc eſt veritas, ſecundum Dominum Antonium in capit. præcedenti. nam hic magis eſt diſſenſus, id eſt diuiſus ſenſus, & mihi placet, & pro hoc eſt bonus tex. in l. 1. ff. de pact.

¶ Item facit, quia inter abſentes ad hoc, vt inter
25 eos dicatur conſenſus, † debet inter eos declarari per alium medium organũ, puta per nuncium, vel epiſtolam, aut quid ſimile, vt l. prima, in fine. ff. de contrahenda emptio. & l. conſenſu. ff. de actionib.

& obligatio. facit etiam, quia in dependentibus à consensu ita demum quis obligatur, quando datur certificatio, & scientia eius, quod agitur, vt in clement. prima, de procurat. & ibi dixi: vnde cum ille ignoret de mente mea, & ego de sua, nō possumus dici consentire. facit l. si per errorem. ff. de iurisdict. omnium iudic. & 28. distinctio. cap. quamuis. & de præben. c. si beneficio, lib. 6. Sed pone, vnus ex contrahētibus profert verba apta ad consensum in matrimonium, ita quod apparet ipsum consentire, vt puta dicendo, accipio te in vxorem, vel similia verba, per quæ inducitur matrimonium de præsenti, de quibus dicā statim, ar. 16. Deinde his verbis prolatis iste statim recedit, & postea dum redijt mulier respondet, consentiendo in eum, vtrum dicatur interuenisse talis consensus, qui sufficiat ad matrimonium? & videtur dicendum, quod sic, per l. 1. 2. respon. ff. de ver. obl. vbi si præsens interrogauit, & statim discesit, si eidē statim reuerso alter respondet, valet stipulatio. ad quod etiā facit, quia in his, quæ
26 consensu cōtrahuntur, responsio † ēt ex interuallo tenet, vt l. si stipuler. §. fi. ff. de verb. obl. In contrariū verò facit tex. in c. pe. infra eo. ibi, mutuo consensu. quod verbum, videtur importare, quod simul consentiant. Itē, quia actus perfici debet sine interuallo, vt in c. quia propter, & in c. cum post petitā. supra de elect. & hanc opin. fuit sequutus Bonaguida de Aret. in c. tuis. infra de spon. duo. dicēs, quod in matrimonio requiritur, quod contrahētes sibi inuicē respondeant, antequam ad alia diuertant, arg. l. continuus. ff. de verb. obl. Sed Archid. 27. q. 2. c. sufficit. tenet primam opin. per iura ibi alleg. & dicit idem Archid. hanc fuisse glo. Rodorici glossatoris antiqui, quam tamen Io. And. dicit se non inuenisse, & sic residet hic, nihil aliud dicendo. & hanc etiam opin. tenet Gasp. Cald. in d. c. pen. & Zab. ibi, dummodo primus consentiens non pœnituerit ante responsionem secundi, arg. c. fi. de procur. lib. 6. secus si pœnituisset, per not. in c. super eo. infra de cond. appo. vbi de hoc gl. 2. & ad cōtraria respondet Zab. & primò ad c. pen. dicit, q̄ consensus dicit mutuus, dummodo alter nō pœnituerit ante responsionem secundi, nec est vis, quod responsio fiat ex interuallo, per d. l. si stipuler. §. fi. ff. de ver. obl. licèt secus sit in stipulatione, vt d. l. 1. §. 2. ff. de verb. obl. quinimo etiam in stipulatione idem dicendum est, dummodo alius actus extraneus non interueniat, vt dicit glo. in d. §. 2. Sed in matrimonio videtur sufficere, quod primus consentiens non pœnituerit, etiam si ad actus extraneos diuerterint, per prædicta. Non ob. quæ dicuntur in c. quia propter, & in c. cū post, de elec. quia ibi hoc ideo est, quia electio est quoddam totum cōstans ex varijs partibus. adhoc ergo, vt appareat eas esse partes vnius totius, debent simul expediri, & prædictam opin. in effectu tenet ēt do. Ant. in d. c. pen. & tandem sentit do. Domin. in c. 2. de lit. contest. lib. 6. & prædicta opi. mihi placet. pro qua facit, quod no. Host. in c. dilectus. supra eo. vbi dicit, q̄ ad matrimonium contrahendum non requiritur, q̄ consensus præstetur simul in eodem tempore: sed satis est, quod vnus sentiat per prius, & duret in proposito eo tempore, quo alterius consensus accedit. & idem tenet Host. in c. ex literis, supra eo. Sed D. M. dicit de hoc dubitare per no. per glo. in l. 2. ff. de act. & obl. & in l. 1. ff. de cōtrah. emp. In quibus iuribus glo. dicit, quod etiam in contractibus, qui perficiuntur iure gentium, debet consensus simpliciter præstari. Et idem quo ad materiam nostram videtur sentire Specul. in tit. de sponsalib. in 1. colum. vbi dicit, quod responsio alterius debet sequi incontinenti, per l. cōtinuus, & l. 1. ff. de verbor. oblig. & subdit Dominus meus, quod hoc saltem videtur tutius, & verius de iuris subtilitate. Sed primum videtur æquius. Ego verò arbitror, quod etiam de iuris subtilitate verior sit præcedens opi. quam etiam sentit Ioan. And. in cap. ex literis. il primo, supra eod. tit.

¶ Item quæro de quæstione, quā format glo. hic.
27 Pone, quod † aliquis protestans coram pluribus dicit, quod omnia quæcunque dicet, vel faciet cum tali muliere, nō facit animo contrahendi matrimonium, deinde postea publicè dicat illi mulieri, accipio te in in vxorē, vel similia verba, & ipsa similiter consentit, vtrum hoc sit matrimonium.

¶ Sol. Gl. prædicta dicit, quod ecclesia iudicare debet pro matrimonio, nisi constaret, quòd iocosè hoc fieret. 30. q. 5. c. 1. & 32. q. 2. c. quod ait. de quo supra dixi. Hanc tamē exceptionem, seu limitationem quædam glos. non habet. Dicit tamen glo. recurrendum esse ad communem intellectum verborum, per c. ex literis. supra eod. & finaliter glo. concludit, quod propter talem protestationē non irritetur matrimonium, quia posito, quod iste probet de protestatione præmissa, tamen poterit ab ipsa recedere, & voluntatem mutare. & si fortè quis diceret, q̄ adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate, non credatur sibi, propter id, quod præterea in contrarium fecit, & quia cōtra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet, per nota. in d. c. ex literis. & pro dicta opin. facit, quia tenendo contrarium, daretur materia omnibus matrimonia contrahentibus, quod sic protestati fuissent, vt discedere possint ab vxoribus eorum, si postea illæ sibi displicerent. Host. verò hic dicit hoc esse verum, quando protestatio fit sine iusto metu, aliàs secus, vt statim dicam: & quo ad casum istius capit. dixerunt Ioan. & Vinc. quod iste vir, de quo hic, coram aliquibus fuerat protestatus, quod non intendebat contrahere cum ista, sed simulatè facere. Sed non placet, quia in tex. nihil de protestatione dicitur. Nec ex eo hoc colligi potest: vnde dicere, quod prę dicta protestatio præcesserit, est diuinare. Itē quia est contra tex. nostrum, in eo, quod dicit hic Papa, quia nō videt qualiter constiterit huic episcopo cōsultanti, quod iste vir noluisset in ipsam mulierem consentire: nā constitisset, si potuisset de protestatione docere. Sed vtrū talis protestatio simpliciter operetur, vel quando, & quibus casibus operetur, distingue post dom. Ant. & Dom. meum, quod aut probatur protestationem fuisse factam altera parte non cōsentiente protestationi, & post protestationem interuenerunt verba omnino certa ad matrimonium contrahēdum; & subdistingue, q̄ aut præcesit aliqua legitima causa, pp quam facta fuit talis protestatio, vt quia fortè protestās vir similiter timebat metū, prout postea intercesit in ipso cōtractu, & tunc non videtur recessum à protestatione per contrarium factum repugnans protestationi, & sic matri-

matrimonium non tenet. facit c. 1. supra quod met. cau. & 31. q. 2. cap. Lotharius. aut nulla fuberat legitima causa protestādi, vt quia primo sit protestatus sub forma prædicta, & tunc glo. nostra, vt supra dixi, concludit, quod videtur recessum à protestatione, & contra eum fieri debet interpretatio propter dolum per eum adhibitum: hoc tamē procedit secundum dom. Ant. in foro contentioso, secus in pœnitentiali, in quo non induceretur matrimonium, si in veritate tunc nō consensisset, arg. tex. nostri in fi. & sic potest intelligi tex. noster, ex quo nos sumus in actu dependenti à voluntate duorum: vnde pro-
28 testatio, † cui altera pars nō consentijt, videtur tolli per actum postea contrarium, & hoc in foro contentioso, licèt secus esset etiam in foro cōtentioso, quando essemus in actibus dependētibus ex voluntate vnius, quia tunc protestatio præcedens actui sequenti contraria facit præcisè, vt subsequēs actus non teneat, vt in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acq. hæred. vbi ex eo, quòd aditio hæreditatis dependet solūmodo à voluntate vnius, per cōtrarium actum postea factum tollitur protestatio præcedēs: secus, vt dixi, si actus penderet ex voluntate mea, & alterius, vt hic in terminis nostris, quia tunc protestatio deberet innotescere vtrique parti, aliàs protestatio non valeret. l. 1. §. idem si prædixerit. ff. nau. caup. stabul. & per Doct. in l. pacta nouissima. C. de pact. facit bonus. text. in l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. & quod not. in cap. solicitudinem. supra de
29 appell. sicut enim † propositum in mente non nocet alteri contrahenti. l. si repetendi. C. de condict. ob caus. ita & talis protestatio clam facta non nocet alteri contrahenti mecum, quod tamen intelligit Hostien. vt supra tetigi, nisi propter iustum metum fuisset facta talis protestatio clam, quia propter talem metum non fuisset ausus protestari in præsentia alterius partis: & sic procedit, quod not. Dyn. in dicta l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. hæred. vbi dicit, quòd si aliquis timet, ne cogatur ab aliquo ad aliquem cōtractum faciendum, consilium est, quod protestetur, quod si illum actum faciet, non sua sponte, sed per metum faciet, & sic sequēs actus nihil operatur, quod perpetuò notabis, quia potest esse vtile ad multa, & maximè respectu vxorum, & puellarū, quæ timēt maritos, aut parentes, vel fratres, & sic superioribus diebus consului cuidam mulieri, quæ timebat compelli à viro suo, vt consentiret quibusdam alienationibus bonorū sibi obligatorum, quod consilium fortificatur, si per eam præstetur iuramentum de non alienando, vel consentiendo alicui alienationi fiendæ per maritū.

¶ Sed si pars aduersa consensisset protestationi,
30 talis protestatio † impediret sequētem actum, per d. l. 1. §. item si prædixerit. & per ea, quæ tradit Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui nunciat. in materia protestationis certificatoriæ: & tradunt dom. Ant. & Dominus meus in cap. cum M. supra de constit. de qua materia ego latè dixi in clemen. gratia, de rescrip.

¶ Sed aduerte, quia prædicta procedunt, nisi sit secuta copula, nam si secuta sit copula, indistinctè videtur recessum à protestatione etiam facta ex iusta causa, secundum Host. & sequuntur Doct. quia tunc etiā si per prius vtraque pars consensisset protestationi, tolleret protestatio per cōtrarium factū, si verba ad matrimoniū apta, & copula fuisset secutæ, quia protestatio, velut turpis ordinata ad inducendum copulam fornicariam non valuisset, secundum dom. Anton. hic, & in cap. veniens, supra eod. quod est valde mirabile, & fortè potius procedit iudicio meo, quando de copula partes nihil protestatæ fuissent: sed si protestatio, cui ambæ partes consensissent, contineret, quod nec per verba, nec etiā per copulam intendebat cōtrahere matrimonium, cum hic deficiat consensus, non video qualiter possit dici matrimonium, per ea, quæ superius dicta sunt. & quamuis protestatio videatur cōtinere rem turpem, tamen excludit consensum, decisio tamen ad obuiandum peccatis videtur etiam satis æqua. Quādoque verò præcesserit protestatio, & ex postfacto sequuta sunt verba dubia ad contractum matrimonij, prout est in tex. nostro, vbi qui alio nomine vocabatur dixit, Ioannes te desponsat, & tunc non induceretur matrimonium, quia illud, q̄ dicitur, q̄
31 protestatio † facta absente parte tollitur per contrarium factum, habet locum qñ factum est determinatum, & certum: sed si esset dubium, non esset ita potens ad tollendum protestationem præcedentem, secundum Io. An. & Doct. Ad quod facit, q̄ no. Inno. in c. 1. supra quod met. cau. & de materia protestationis vide latius in d. §. morte. & d. c. cū M. & d. clem. gratia. & vide etiam Host. in sum. de matrimo. §. qualiter. vers. quod si promittat. & ad prædicta etiam vide glo. sing. in l. at si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sump. fun. quæ not. dicit, quod si aliquis fuit protestatus, q̄ si desponsabit talem in vxorem, nō faciet animo habendi eam in vxorem, sed vt eius parentes relinquant sibi hæreditatem, q̄ talis postea desponsata ab eo non erit eius vxor, q̄ dictū est valde durū, & contra ea, quę superius dixi, maximè secundum opin. fratris Ioan. & Henr. Boi. & ideo est regulandum, & limitandum, secundum superiora. & sic prædicta procedunt, quando præcessit protestatio: si verò nulla præcesserit protestatio, & interuenerunt tātum verba sine copula, quia dixit, Ioan. te desponsat, & hoc casu dicit hic Hostien. quem sequuntur Doct. q̄ non inducitur matrimoniū, ponderantes hic in tex. nostro, pro causa finali, & matrimonij inductiua, ipsam copulā, quæ tamen non fuerit secuta, non videtur matrimoniū; ex quo dixit dicta verba animo extorquendi copulam carnalem. Sed dom. Ant. hic distinguit, quod aut constat tam in foro pœnitentiali, quām contentioso, q̄ per illa verba voluerunt contrahere, & casus est clarus: aut constat in vtroque foro de contrario, quod noluerunt cōtrahere matrimonium, & similiter casus est clarus: aut sumus in dubio, & in foro pœnitētiali stamus confessioni partis. In contentioso verò dicit, q̄ aut constat, quod mulier consenserit in corpore, licet negauerit in nomine, & erit matrimonium: aut est dubiū quid senserit, & dic, quod aut mulier habebat istud notum, & præsumitur, quod consenserit: aut non habebat istud notū, sed Ioannem, & tunc non erit matrimoniū, quia præsumitur errasse in corpore: aut neutrum habebat notum, & valebit matrimonium, quia consensisse videtur: & ad prędicta vide, quę dixi de errore in c. cum apud. supra eod. artic. 9. in princ.

32 ¶Vlterius quæro, vtrum iſte † conſenſus ad matrimonium contrahendum poſsit committi in arbitrium alterius. Sol. Tex. facit quod ſic, in cap. ſuper eo. infra de condi. appo. vbi valet matrimonium, ſi aliquis contrahit illud ſub conditione, ſi pater ſuus conſenſerit, & hoc videtur ſentire ibi gl. 2. in quãtum opponit d. l. ſi quis Sempronium. ff. de hæredibus inſti. in l. 1. ff. de leg. 2. ad quæ iura glo. prædicta reſpondet, quod loquuntur in vltimis voluntatibus, quę non poſſunt conferri in alienum arbitriũ, de qua materia plenè in c. cum tibi. ſupra de teſtamentis, & in l. captatoriæ. & in l. illa inſtitutio. ff. de hæredibus inſtituendis, & ſic ſentit glo. prædicta, q̃ ſecus ſit in matrimonio, & hoc tenẽt ibi communiter Doc. & Hoſt. in ſum. in titulo de matrimonijs. §. qualiter. verſ. quamuis autem. vnde dicit gl. 2. in d. cap. ſuper eo, quod vbi ſubſtantia contractus cõfertur in arbitrium expreſſæ perſonæ, prout eſt in terminis noſtris, cum conferatur in arbitrium tertij, conſenſus, qui eſt de ſubſtantia matrimonij, vt dictum eſt, non valet matrimonium, niſi ille arbitretur, per l. fin. C. de contrahen. empt. quod etiam tenet Hoſt. in ſumma, in d. verſ. quamuis. per nota. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. oblig. & ſic ex prædictis habes vnam differentiam inter matrimonium,
33 & teſtamentũ. † Et ratio differentiæ poteſt eſſe, quia matrimonium, eſt de iure diuino, vnde ſufficit ſolus conſenſus qualitercunque habeatur, vel per ſe, vel per medium organum: ſed teſtamentum depen det ex gratia, quia confertur in illud tempus, in quo de bonis eſt futurus non dominus, vt notabiliter di cit glo. in dicta l. illa inſtitutio. Et prædicta procedunt, quando contrahitur matrimonium ſub conditione, ſi pater vel alius arbitratus fuerit, vel conſenſerit, videbimus in d. c. ſuper eo. vbi etiam videbimus, quid ſi aliquis contrahat matrimoniũ per verba de præſenti, ſub conditione, ſi talis conſenſerit, & ipſum pœniteat ante quam ille arbitretur, vel præſtet conſenſum, vtrum matrimonium valeat, ex quibus etiam videbimus quid iuris ſi aliquis cõſentit in matrimonium, & ante quam actus ſit perfectus pœniteat, nam propter defectum conſenſus matrimonium non videtur valere.

34 ¶Poſtremo, quia iſte † conſenſus poteſt præſtari per ſe, & per curatorem, nuntium, vel epiſtolam, ad quod vide Hoſt. in ſum. de matrimon. §. qualiter, propè prin. & vide quod dixi in cap. cum apud. ſupra eo. in 9. princ. artic. quæſt. 29. Aduerte tamẽ, quia per ſolam acceptionem epiſtolæ continentis matrimonium, non contrahitur matrimonium, per recipientem, niſi recipiens aliud exprimat, hoc tenuit Archid. & poſt eum, Io. And. in cap. fin. de procuratorib. lib. 6. nec refert, vtrum ipſi volentes contrahere matrimonium, per ſe ipſos inter ſe ſtipulentur, vel alij pro eis ſtipulentur, vnde ſi A. ita dicit B. accipis C. in vxorem, & ipſe B. reſpondet, dicens, accipio. C. in vxorem, & poſtea iterũ A. ita dicat ipſi C. accipis B. in virum tuum. & ipſa reſpondet ſic, vtrum inter tales per verba prædicta ſit iudicandum matrimonium. & videtur dicendũ quod ſic: quia, etiam ſi ſe non intelligant, ad communem verborum intelligentium referuntur, vt in cap. ex litteris. il primo, ſupra eo. nec refert, vtrum B. ſeu etiam C. ad interrogata reſpondeat, dummodo cõſenſum exprimat, vt patet ex prædictis, & clarius patebit ex his quæ ſtatim dicam in 3. princip. q. Et ita etiam contingit in alijs contractibus qui ſolo conſenſu efficiuntur. ff. de verbor. oblig. in l. ſi ſtipuler. §. ſi in locando. nec etiam refert, vtrum tabellio in tertia, vel prima perſona loquatur, vt in c. dudum. ſupra de conuer. coniu. & pro hoc optime facit iſte tex. ibi, quod qualiter tibi conſtiterit, &c. vbi minus videbatur pro matrimonio præſumendum. non ergo refert, vtrum ipſis perſonis ſtipulantibus fiat reſponſio, vel alijs mediantibus præſentibus vel abſentibus, dum tamẽ hoc ſcientib. fiat, ſeu tractantibus, vel poſtea ratificantibus ipſis principalib. ff. eo. l. ſufficit, & l. ſequenti, ſecundum Hoſt. in dicto §. qualiter. in princ. & verſic. quid ergo ſi aliquis, & ſi puella patitur ſe deſponſari, quid iuris. Collige ex his quæ dicam ſtatim, in 3. q. princ. & ex his quæ dicam infra in 16. princ. art. & in quibus caſibus exigatur conſenſus parentum, & aliorum, vide quæ dixi ſupra eo. in c. ſicut ex litteris, ar. 12. & ad materiam etiam iſtius 2. quæſt. de conſenſu, videbimus infra eo. ar. 15. & 16.

¶Tertiò principaliter quæro, vtrũ ad ualiditatẽ
35 matrimonij requirantur verba. † Sol. Quidam dicunt quod in ualentibus loqui verba ſunt neceſſaria, vt not. in capit. licet, infra de ſponſa duorum. in ualentibus enim loqui non videntur ſufficere ſigna, vt l. cum notiſſimi. C. de præſcript. triginta annorum, & probatur in c. 1. §. non eſt. infra de ſponſa duorum, vbi tex. videtur requirere conſenſum præſtandum corde, & ore. dicit tamen Alanus in d. c. licèt. quòd dummodo agatur inter partes ſufficerent ſigna ad matrimonium, argumen. l. 1. ff. mandati, & ad prædictum c. primum, de ſponſa duorũ, dicit Zab. poſt Doct. quod primũ, ſcilicet cor, hoc eſt ſenſus requiritur de neceſsitate, quia ſine tali cõſenſu omnia fruſtrantur, vt in c. fin. infra de ſponſa duorum, & ſolus conſenſus ſufficit ad ſubſtantiam matrimonij, vt in c. 1. ſupra eod. dixi plene, ſupra in 2. quæſt. in princ. ſecundum vero quod tex. in dicto c. 1. videtur requirere, ſcilicet de ore, ſupplent ibi Hoſt. & Ioan. An. vel alio modo vel ſigno, quod ſit æquipollẽs, vnde dicit Hoſt. quod ſi vir dicit mulieri, volo te in vxorem, & ſi tu conſentis, oſculeris me: quod ſi mulier oſculatur eum, erit matrimonium, argumen. c. 1. infra de matrimo. contracto contra interdictum eccleſiæ, & C. de donatio. ante nupt. in l. ſi à ſponſo.

¶Sed aduerte, quia in prædicto exemplo verba ſaltem interuenerunt ex parte viri, vnde maius eſt
36 dubium, vtrum matrimonium teneat, † ſi verba ex nulla parte interuenerunt, & contrahentes ſint tales qui loqui poſſunt, quia alias non eſſet dubiũ, quod ſine verbis valeret matrimonium, vt patet in multis qui per ſigna matrimonium contrahere poſſunt, vt latè dixi in c. cum apud. ſupra eo. in 9. prin. articu. quæſt. 15. in his ergo, qui fari poſſunt, ſolummodo procedit quæſt. & dubitatio noſtra, in qua tres principales requirũtur opiniones, quę colliguntur ex tribus lecturis, quę dantur ad tex. c. precedentis. quidam enim volunt per c. precedens ibi, etiam ſentit gloſ. quod in fari valentibus verba requirantur, vel ipſorum contrahentium, vel eorum qui pro eis cõtrahunt, & hũc intellectũ ponit gl. 2. in

in cap. præcedenti, ſcilicet non perſiſtat in eo, immo ſentit, quod ſufficiant ſigna, & idem ſentit gl. penul. quæ dicit, quod verba vel ſigna, & conſenſus ſunt neceſſaria.

¶Sed alij dicunt, quod in ualẽtibus loqui ſigna non ſufficiunt, ſed verba contrahentium, vel eorũ qui pro eis contrahunt, vt ſtatim dixi, quod tenent Tancre. Goffr. & Innoc. & inducit Tancredus ſimi
37 le, nam & matrimonium † ſpirituale contrahitur conſenſu eligentium & elect. ſup. de transl. prælatorum. c. inter corporalia, & tñ neceſſaria ſunt verba, vt in c. cum inter canonicos, & in c. quia propter, & in c. eccleſia, il primo, ſupra de elec. Item pro hac concluſione facit, quia quando quis fari poteſt non baptizatur, niſi reſpondeat, de conſecra. diſt. 4. cum pro paruulis. Ad q̃ etiam accedat, quod no. in cap. ſi inter. infra eo. & in d. c. licèt. infra de ſponſa. duorum, ibi vtroque dicente, &c. & quod not. 43. diſt. cap. ſit rector, quinimmo plus videtur velle Innoc. quod etiam ſi nunc conſtet, quod adinuicem conſenſerunt, quia hoc confitentur, tamen hoc nõ eſt matrimonium ſine verbis, vt in cap. præcedenti, & ratio eſt, quare ſic eccleſia ſtatuerit, quia licèt ſit cõtra ius naturale, ſecundum quod matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, tamen iuſta videtur fuiſſe cauſa cui ita ſtatutum ſit, ne tantum ſacramentum eſſet ibi incerto, & quia ſi contrarium diceremus, ſequeretur abſurditas, quod ſi vir, & mulier eundo per viã in corde ſuo deſiderarent inter eos eſſe conIugium, eſſet inter eos matrimonium, quo nihil eſt periculoſius, vt dixi ſupra in 2. quæſt. verſi. & aduerte quia conſenſus viri, & mulieris, &c. Idem tamen
38 Innocen. dicit, quod ſi † parentes contrahunt pro filijs, ſufficit taciturnitas filiorum. 22. q. 2. c. quando dantur. ff. de ſponſalib. in l. ſed quæ patris, & in ti. 1. c. acceſsit, & c. de illis, & idem vult glo. 1. in cap. præcedenti, etiam ſi per alios contrahatur ſtante anuli ſubarratione, ad quod vide quod dixi, in cap. ſicut ex litteris, ſupra eod. artic. 12. & pro eo quod dicit Innocen. de abſurditate quę ſequeretur, facit, quia in contractibus non attenditur, quod contrahentes in mente gerunt, ſed quod exprimunt, vt l. ſi maiores. C. de tranſactionibus, & l. cum te. C. quod metus cauſa, & l. ſi repetendi. C. de condictione ob cauſas, & hanc opinionem, quod verba requirantur, tenet magiſt. in 4. Sententiarũ. diſt. 27. vbi Beatus Thomas. q. 3. ar. 2. dicit, quod coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis quę fit in contractibus, contractus enim fieri nõ poſsũt, niſi contrahentes ſibi indicent volũtatem ſuam verbis pro matrimonio, vnde etiam in matrimonio vetba requiruntur, quæ ſe habent ad matrimonium ſicut ablutio exterior ab baptiſmũ, vnde cum illa ſit neceſſaria, 1. quæſt. 1. cap. detrahe, ergo verba in matrimonio. Et quamuis votum ſine verbis obliget quo ad Deum. 17. quæſt. 1. c. qui bona. tamen ſecus eſt in matrimonio, quia in voto non eſt aliqua ſacramentalis obligatio, ſed ſpiritualis tantum, ideo non oportet, quod ſint ad modum materialiũ contractuum, & pro hoc etiam facit, quia in voto eſt obligatio vnius tantum, in matrimonio vero duorum. Deo autem non expedit fidem fieri, quia ipſe intuetur cor, & omnia ſibi palã ſunt, 14. quæſt. 5. c. ſi quid inueniſti. dicit tamẽ Beatus Thomas quod puellis tacentibus ob verecundiam verba parentum ſufficiunt, quæ reputantur ipſarum filiarum.

¶Sed contra hanc opinionem fortiter ob. iura quæ dicunt, quod ad validitatem matrimonij ſufficit ſolus conſenſus, de quibus dixi ſupra in 2. q. in princ. Sed tenentes hanc opinionem ad dicta iura poſſunt reſpondere, quod verum eſt quod matrimonium conſenſu perficitur, ſed conſenſus debet exprimi verbis, ſi contrahentes fari poſſunt, vel loquitur in nõ valentibus loqui, vt in c. cum apud. ſupra eo. vel habent locum vbi præceſſerunt verba apta ad ſpõſalia, vnde poſtea et ſola copula ſufficit ad matrimonium perficiendum, vt in cap. is qui fidem. infra eod. & hoc etiam voluit Inno. facit quod not. in c. veniens. infra de eo. qui. dux. in mat. quam pol. per adul. & in cap. fin. infra de coniugio ſeruor. Non obſt. quod ſtatim dixi, quod parentes cõtrahunt pro filijs, quia tunc interueniunt verba, quæ ab ipſis filijs videntur prolata. 2. princip. opinio eſt, quæ colligitur ex ſecundo intellectu. c. præcedẽtis, quæ vult, quod etiam in valentibus loqui verba nõ ſint neceſſaria, ſed ſolus conſenſus, & hoc videtur ſentire gloſ. 2. & penult. in c. præcedentis gloſ. 3. in c. tenore, de re iudicata, & hoc tenet Vincen. in c. fi. infra tit. 1. & Alan. in c. licèt. inf. de ſponſa duorum, & Hoſt. ibi, qui ad hoc inducit. l. nutu. ff. de legat. 3. quia ſi ille, qui loqui non poteſt, aptus eſt contrahere matrimonium per nutum, qualis eſt mutus, vt ſupra dixi, in quo ſufficiunt ſigna, fortius debent poſſe illi qui fari poſſunt, quia nõ quærimus an verba ſint apta, ſed quærimus conſenſum. ff. de verbo. oblig. in l. ſi ſtipulen. §. ſi in locando, ſed melius facit dicta l. nutu. inducendo vt ſtatim dicam. allegat etiam ad hoc Hoſt. quia mulier etiam tacendo dicitur conſentire, vt l. in ſponſalibus. & l. ſponſa. & l. ſequenti. ff. eo. & l. 2. ff. de ritu nupt. vnde licèt forma verborum deficiat, ſi tamen de conſenſu euidenter conſtat de violenta præſumptione, etiã in foro contentioſo pro matrimonio iudicatur, quicquid ſit de pœnitentiali, vt hic dicitur, & ſupra tetigi intellectu tex. & de hoc per Hoſt. in ſumma, in titu. de matrimonijs, §. qualiter. verſ. 1. 2. 3. & 4. vbi ad prædicta inducit. c. 2. infra de clandeſtina deſponſatione, vbi ſola publicatio videtur facere matrimoniũ, pro quo etiam facit, quod quis ſcribat voluntatem ſuã, & ſic verba non requiruntur, vt l. iubemus. in princip. & l. vlt. in fi. C. de teſtam. Item, quia etiam
39 per ſcripturam contrahitur † matrimonium ſpirituale. 1. quæſt. 7. cap. ſaluberrimum. 20. quæſt. 1. in cap. vidua. 27. quæſt. 1. cap. omnes fœminæ. & quia plus eſt conſentire factis, quàm verbis, vt l. de quibus. ff. de legib. & in ca. dilecti. il ſecundo, ſupra de appel. Ad idẽ facit bonus tex. in c. fi. infra de coniu. ſeru. ibi, dum tex. dicit, nec facto, nec verbo conſenſerunt in eandem: & hanc opinionem tenet Vgo de ſancto Victore, qui, vt refert Ioan. Calder. dicit, quòd oportet eos, qui coniunguntur cõſentire inuicem, vt ſe ſponte neè recipiãt, quod iudicatur fieri, ſi in deſponſatione non contradicant. Ad rationes verò inductas pro præcedẽti opinione reſpondit Hoſtien. ad primam. dum dicit, quòd in matrimonio ſpirituali requiruntur verba, reſpondet, q̃
40 non ſemper procedit † argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale, & ecõtra: de hoc infra eo.

cap.fin.artic.37. Ad illud de baptiſmo reſpondet, quòd in baptiſmo forma verborum eſt de ſubſtantia, vt dicto cap.detrahe. Sed in matrimonio ſolus conſenſus eſt de ſubſtantia, vt hic in fi.& ſupra dixi in princip. ſecundæ quæſt. Et tenendo hanc opin. poteſt dici, quod ſigna ſuccedunt loco verborum, per id, quod ſtatim dicã, & ad abſurditatem quam inducit Innoc. de ciuibus euntibus per viam, Reſpondet Hoſtien.ſe fateri, quòd eccleſia non iudicabit pro matrimonio, niſi ei conſtet per verba,vel alia ęquipollentia: ſed in exẽplo prædicto Inno. nõ poſſet fieri fides eccleſiæ de conſenſu, nec pñt dici conſentire, cum alter de altero ignoret: vnde licèt vtriuſque ſit ſenſus, non tamen eſt conſenſus,quia inuicẽ non coniungitur vtriuſque conſenſus, quod requiritur, vt dixi ſupra quæſt.2. verſic.& aduerte. Vnde ad iura, quæ dicunt, ꝙ verba ſint neceſſaria, poſſumus ſubintelligere, vel aliud, quòd idem importet, puta ſigna, pro qua conſtet de conſenſu: nam paria ſunt aliquid exprimi per verba, vel per circũlocutiones,vt c.licet.il ſecondo,ſupra de teſti.

¶ Tertia opi.eſt, ſecundum quam legitur etiam cap.præcedens, quod quandoque præceſſit tractatus de contrahendo matrimonio, quandoque nullus præceſſit tractatus. Primo caſu procedit ſecunda opin.Hoſtien. Secundo verò caſu procedit prima opin. Ad quod facit, quod not.in cap.fin.infra de coniugio ſeruor. Ad quod etiam alij inducunt, quod no. Archid. 17.q.2.c.duobus.quod eſt palea. vbi dicit, ꝙ per oſculum quãdoque cõtrahitur matrimonium. Ad idem c.pen.infra eo. vbi tex.videtur velle, quod ſufficiat conſenſum exprimi per ſigna: ſed iſta opin.Archid.& glo.in dicto cap.pen. melius faciunt pro ſecunda lectura. Sed idem Archid.43.diſtinct.cap.ſit rector.ad fin.dicit, quod ſi verba aliqua præceſſerunt, licèt non habuerint effectum,tamen poſtea ipſo facto contrahitur matrimonium, vt in cap.fin.de coniug.ſeru. ſecus ſi nulla verba præceſſerunt, & ſecundum Archid. quando non præceſſit tractatus,qui ad notitiã vtriuſque peruenerit,nõ ſufficit conſenſus: aliàs videtur ſufficere, ex quibus verbis colligitur hæc tertia lectura,quam tenet Ioan.And.in cap.prꝫced. Sed Gaſp. Calder. dicit, quod inter iſtas opiniones eſt partua differentia: nam prima opinio vult,quod non contrahatur matrimoniũ ſine verbis: ſecunda verò per contrarium,quòd non requirantur verba,quando facta ſunt æquipollentia verbis. Calder. tamen videtur ſubiungere ad primam opinionem de verbis ac ſignis, quæ tamen opinio requirit, quod verba ſint neceſſaria, ſed fortè Gaſpar habuit reſpectum ad glo.ſecundam,& penultimam cap.præcedentis. quæ dicit de verbis, vel ſignis, ſed in hoc glo.tunc accederet ad ſecundam opinionem. Sed Zabar.hic dicit, quod licèt in hac tanta varietate nõ ſit tutum præcipitare ſententiam, tamen ſecunda opinio videtur verior: nam ſiue præceſſerit tractatus, ſiue non, iudicandum eſt pro matrimonio, ſi ſigna ſunt ſufficientia ad conſenſum in matrimonium: cum enim non ſit tradita certa forma in exprimendo conſenſum matrimonialem,ſufficit quomodocunque detegatur conſenſus vtriuſque. pro quo facit,quod tradit Zabar.in cap.1. ſupra de iudic.& videtur caſus in cap.ex parte,ſupra de reſtit.ſpoliat. vbi per ſolam traductionem, quam non præceſſerunt ſponſalia, vel conſenſus, &c. inducitur matrimonium, nam alternatiua ibi poſita debet cadere inter diuerſa, & ſufficit alterum eſſe verum, ſupra de reſcrip.cap.inter cæteras. & in regula, in alternatiuis,de regul.iur.lib.6. vnde quod ibi dicit tex.vel conſenſus, debet intelligi, ſiue verbis, vt differat à verbo, ſponſalia. & ad hoc eſt ille tex. ſingularis,ſecundum Zabar.pro hoc etiam faciunt iura, quę di-
41 cunt, nutu † legari poſſe, ſi modo qui legat ſit talis qui loqui poſſit, hoc eſt, non ſit mutus,ſed ſi talis impediretur loqui propter morbũ, bene poteſt legare, vt dicit glo.ſi.in d.l.nunquid. Probant ergo illæ leges, quod etiam illis, qui fari poſſunt, ſufficiunt ſigna, & ſic etiam quo ad matrimonium debent ſufficere. Pone enim, quod erat conſuetudo, quod volentes contrahere matrimonium, accederent ad eccleſiam, & ſacerdos benediceret vtrunque,vel imponeret manum ſuper caput eorum,vel quid ſimile,quo facto reputabatur contractum matrimonium, ſine dubio hoc ſufficeret: & idem dicendo de deſponſatione, vel alio ſigno, ſi conſuetudo habebat; quod tali ſigno interueniente cenſeatur matrimonium, & hoc tenet Zabar.in cap.1, & cap.fin.quæſtio.2.& 3. quia tamen eſt varietas in conſuetudinibus, & in ipſis probandis difficultas; videtur,ꝙ ceſſante conſuetudine difficile ſit exemplificare, quomodo poſsit de conſenſu ad matrimonium conſtare inter eos, qui fari poſſunt, vt dicit Zab.quod licet ſecunda opinio ſit verior,tamen tutior eſt prima, quod verba interueniẽt, & ita obſeruatur ſecundum D. meum, quia ſaltem ex parte viri verba interueniunt, & interrogata mulier, an conſentiat, ſatis videtur eſſe, quod annuat capite, & ita dicit ſeruari Paduæ, & ſimiliter etiam videtur ſufficere verba parentum apta ad matrimoniũ contrahendum, argum.notat.in cap.vnico,de deſponſat.impuberum. lib.6. quo caſu ſufficit taciturnitas filiæ, etiam ſine alijs ſignis, ſecus ſi alij verba facerent,quia ſine ratificatione expreſſa non ſufficeret, ad quod vide quod dixi ſupra eo. c.ſicut ex litteris, art. 12. & prædictam opinionem Hoſt. tenet etiam idem Hoſt.in ſumma. in tit.de matrimonijs. §.qualiter.& D.Ant.in cap.prꝫcedenti, qui dicunt,quod ad ſubſtantiam matrimonij exigitur ſolus conſenſus,in hoc quod ſit legitimus, ſed ad ſolemnitatem probationis violenter exigi verba, ſed non ita præciſe exiguntur, quod alia probatio non ſufficiat, quia ſolemnitas probationis,vt inſtrumentalis non eſt de ſubſtantia actus, ſed ad bene eſſe, & ad certiorem probationem, & prædictam opinionem tenet etiam D.M. in cap. præcedenti, per illum tex. nam conſultatio ibi fuit facta in genere,& Papa reſpondendo probat verba non eſſe de ſubſtantia, adducendo exemplum de muto. Si enim quo ad validitatem matrimonij noluiſſet equiparare mutũ & loqui valentem,inepte adduxiſſet exemplum de muto, & licet poſtea dixerit verba neceſſaria eſſe, habuit reſpectum, quia communiter loqui valẽtes per verba ſuũ exprimunt conſenſum,mouetur etiã per id quod dixi ſupra de legato,& fideicommiſſo, quæ nutu fieri poſſunt,&c.Item quia iura commu-
42 niter dicunt,quod ſufficit conſenſus,ſed † illud dicitur ſufficere, quo poſito nihil aliud requiritur ad ſubſtantiam actus,vt not.gloſ.in capit.ſtatutum,in princ.de reſcriptis,lib.6.denotat enim tale verbum omnem plenitudinem, adeo vt nihilo indigeat, vt not.D.M.in c.fi.ſupra de ſucc.ab inteſt.traditur per glo.& Doct.in c.extirpanda,in princ.ſupra de præbendis. Item facit, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat,vt in cap.licet ex quadam, de teſtibus, cum ſim. Item quia matrimonium eſt de iure diuino,vt in cap.1.de voto.lib.6. Sed de iure diuino non diſtinguitur inter mutum, & loqui valentem, & clarum eſt, quod mutus poteſt contrahere per ſigna,vt ſupradictũ eſt,ad quod etiam facit'c. cum apud. ſupra eod. vbi Papa reſpondet non ſtatuendo de nouo,ſed reſpondendo ſecundum modum antiquum,& quia,ſi ſigna ſufficiunt in muto, fortius debent ſufficere in ualẽte loqui, qui melius nouit conſenſum, & ſigna neceſſaria ad illũ,nec eſt verũ, quod dicit Inn.quod eccleſia hoc ſtatuit,&c. vt ſupra dixi, ſcilicet quod verba requirantur, quia nullibi reperitur hoc ſtatutũ,mouetur etiam D.M. per cap.ex parte. de reſtit.ſpol.allegatum ſupra per Zab.& hanc etiam opi.tenet Petrus in cap.præced. vbi dicit, quod opinio Hoſtien. videtur multum ęqua,videlicet quod probatis actibus communiter conuenientibus marito,& vxori intelligatur proba tum matrimonium, licet Innoc.teneat contrarium in d.cap.ex parte.nimis enim eſſet durum dicere ſecundum Petrum, quod ipſe, qui duxit D.ſuam ad ciuitatem Venetiarũ, & cum omni honore ipſam retinebat,& tractabat vt vxorem, quod quia teſtes ibi non haberet de matrimonio contracto, quod non ſit pronunciandum matrimonium. facit l.in liberæ.ff. de ri.nup. Item pro actibus rerum deputatis, & certè rei conuenientibus, debemus præſumere, & iudicare, ſupra de regular. cap. vidua, & de electꝫ.c.quod ſicut.Item facit, quod habemus in vulgari prouerbio,in quo dicitur,*alli ſegnali ſi cono ſcono le balle*. Nec obſt.quod quandoque volentes tegere peccatum,& verecundiam ſuam fingunt matrimonium vbi non eſt,vt dicit Innoc.in cap.illud, ſupra de præſcriptionibus, quia illud rarò accidit, & iura nõ ad ea quæ raro, ſed quæ frequenter fiũt, adaptantur, vt l.nam ad ea. ff.de legib. facit etiam, quod de matrimonio ſpirituali, & ſacerdote in longo tempore ſe geſsit pro tali,not.Ioan.And.in cap. innotuit. infra de eo qui furtiuè ordin. recepit, & quod dicimus in aditione hæreditatis, quam facit filius,ad quã eſt neceſſarius iuſſus patris, vt in l.qui in aliena.§.iuſſum.ff.de acquir.hæred.& tamen ſi fi-
43 lius † patre ſciente diu retinuit bona hæreditaria, iuſſus patris præſumitur præceſiſſe, vt l.ſi filius. de petitione hæreditatis. traditur in l.1.C.qui admitti ad bo.poſ.& l.pro hærede.ff.de acquir.hæreditate. & hæc opinio plus mihi placet, & eam tenet gl.27. quæſtio.2.cap.ſufficit, vbi etiam exponit, dum textus dicit,quo ad eccleſiam ibi, quo ad probationẽ, probatio autem conſenſus non debet reſtringi ad
44 verba,ad quod etiam adduco,quia † probationum facultas non eſt anguſtanda,vt l.Arrianus.C.de hę retic. & pro hoc etiam facit tex. noſter, qui ſolum pro ſubſtantia exigit conſenſum, & hoc idem voluerunt Hoſtien. & Ioan. And. in c.ex literis. il primo,ſupra eo.vbi dicunt,quod ſi ſponſus ponit anulum in digito, dicendo verba in Theutonico, quæ

mulier Italica nullo modo intelligat: & ſic perinde eſt, ac ſi muta eſſet, ſed tamen ipſa parat manum, & recipit anulum, non contradicendo,ſed annuendo, quòd licet verba omnino deficiant,dicitur cõſentire, & erit contractum matrimonium. faciunt etiam not.per glo.in cap.tenor. ſupra de re iudica. & quod ibi tradunt Doct. & ad prædicta etiam faciunt,quæ ſtatim dicam in 4.quæſt.

45 ¶ Quartò quæro de ſubarratione, † & anuli traditione, vtrum ſit neceſſaria ad matrimonium.

¶ Sol. Satis clara colligitur ex his,quæ dixi in præcedenti quæſt. & in ſecunda quæſt.in princ.ex quibus concluditur, quòd non eſt neceſſaria ad matrimonium, ſed eſt ſignum ad probandum matrimonium, vt not.Hoſtien. & Ioan.And.*in cap.ex literis.*il primo,ſupra eo. dicunt tamen Vincen.& glo. in cap.fin.infra titu.1. quod ſubarratio, quæ *ſit* per anuli immiſsionem, iuxta illud; Anulo ſuo ſubarrauit me,quod legitur in legenda Sanctæ Agnetis, & ponitur 27.quæſt.1. cap.de liberis. quæ ſit in digitum proximũ minimo ſiniſtræ manus,dicit enim Aulus Gellius in libro 9. noctium Acticarum hæc verba. Item veteres Græcos anulum habuiſſe in digito accepimus ſiniſtræ manus,qui minimo eſt proximus, Romanos quoque aiũt ſic pleroſque anulis vſitatos,& cãm eſſe huius rei Apion in libris Aegyptiacis hanc dicit, quod ſectis apertisque humanis corporibus,vt mos eſt in Aegypto,repertũ eſt quẽdam neruum tenuiſsimũ ab eo vno digito, de quo dixi, ad cor hominis pergere,ac peruenire,propterea non inſcitè viſum eſt eum potiſsimũ digito tali honore decorandum, qui continens, & quaſi connexus cũ principatu cordis videatur:memini etiam quod Macrobius in lib.Saturnalium aſsignat etiam alias rationes, ſed ad præſens videre nõ potui: qui-
46 dam dicunt,quod primus inuẽtor anuli † fuit Protheus, qui illum de ferro in ſecto lapide fabricauit, & dicitur anulus ab anno, quia ſicut annus voluitur in girũ,ſic & anulus,& ad prędicta vide 30.q.5. in c.fœminæ. datur ergo vxori anulus, vt ratum ſit matrimoniũ,& eodem pignore corda iungãtur: eſt ergo ſignum matrimonij,quod per tale ſignum declaratur, quia non intereſt, vtrum verbo, vel factis quis declaret voluntatem ſuam,vt l.de quibus.ff.de legibus.43. diſtinct.cap.1.& 46.diſtinct.cap.1.cum ſimilib. & ideo non ſolum per anuli traditionem, ſed etiam per donationem aliarum rerum, & aliorum inſignium probatur matrimonium, quod facit ad ea, quæ dixi in præcedẽti quæſtione,& quando que talis ſubarratio ſit interueniente expreſſo cõſenſu, quandoque verò non interueniente, ſed ſiue interueniat, ſiue non, dummodo conſtet de ſubarratione ad matrimoniũ, præſumitur matrimonium, niſi probetur contrarium, arg. 30.quæſt.5. cap.noſtrates,& cap.fœminæ.& 27.diſtinct.cap.interrogaſti. quia nihil intereſt, vt dixi, verbis, vel factis quis declaret volũtatem ſuam: quidam tamen volunt, quòd talis ſubarratio facta à parentibus inducat ſponſalia, ſi autem fiat à ſponſis præſumatur pro matrimonio, vt d.c.tuæ. infra tit.1. niſi ętas repugnet,ſecundum Rodoricum. Sed dicit Goffr.in dicto cap.fin. quem refert Archid. 30.quæſt.5.cap. ſi quis vxorem. quod dicta diſtinctio, vtrum anulus tradatur à parentibus, vel à ſponſo, non habet

ratio-

47 rationem : vnde dicit, quod si sponsus † ante fores
ecclesiæ in die benedictionis, sicut fieri consueuit,
donet anulum sponsæ, sacerdote benedicente, &
dicente; Benedic Domine has arras, tunc anuli da
tio inducit matrimonium : & sic intelligi debent,
cap. si quis vxorem, cum cap. sequen. 27. quæst. 2. &
sic resident Archid. 30. quæst. 5. cap. si quis. & ad præ-
dicta vide glo. 3. in cap. tenor. supra de re iudi. quæ
dicit, quod subarratio quãdoque sumitur pro fide
data de consensu de præsenti. Subdit tamen, quod
subarratio propriè fit per immissionẽ anuli, interue
niente consensu tacitè, vel expressè, & potestate
superiorũ quandiu contrarium probetur, quia præ-
sumitur pro matrimonio, vt dicto cap. quod inter-
rogasti, & dicto cap. nostrates, & dicto cap. fœmi-
nę: quia, vt dixi, nihil refert, an factis, vel verbis, &c.
præsumitur ergo pro matrimonio : si pars probet,
quod id non fecerit animo contrahendi, argumen.
22. quæst. 2. cap. quod ait. ff. de actio. & obligat. in l.
obligationum substantia. per immissionẽ ergo anu
li probatur matrimonium de præsenti, nisi contra-
rium probetur, quod poterit probari per coniectu
ras, vel verba præcedentia, vt dicto cap. ex literis. il
primo, supra eo. & in l. si seruus plurium. & in l. qui
filiabus, de legat. 1. & l. si quis, in princ. de legat. 3. vt
quia consuetudo loci sit in contrarium, arg. cap. il-
lud, de præsump. & quod ibi not. & l. quod si nolit,
§. quia assidua. ff. de ędil. edic. facit, quod tradit Bar.
in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. tenet Do-
minus meus in dicto cap. tenor. & vide Hostien. in
summa, in cap. de matrimonijs. §. qualiter. versic. il-
lud tamen consueuit quæri. vbi dicit, quod pubes
anulata præsumitur sponsa, nisi consuetudo loci
aliud habeat, vt dicto cap. illud. vel nisi fortè puel-
la coactè fuisset adducta, quæ statim recepta bene-
dictione a fugeret, argu. ca. consultationi. infra eo.
Ex prædictis conclude, quod qñque immissionem
anuli præcedunt verba, & tunc ad præcedentium
48 verborum sensum declaratur effectus † immissio-
nis anuli, nam si præcedunt verba apta ad contra-
hendum matrimonium, de quibus dicitur in ar. 16.
& tunc subarratio, & anuli immisio declarat ma-
trimonium: si vero præcedunt verba apta duntaxat
ad sponsa. de quibus dicetur, infra art. 15. & hoc ca-
su immissio anuli solũmodo denotat spõsalia, quia
traditio anuli ex se non denotat aliquem contra-
ctum, sed regulatur secundum præcedentia, sicut
dicimus de datione arrarũ. Instit. de contrahenda
emptio. in princ. aut præcesserunt verba ex parte
vnius tantum, & tunc idem dicendum est, quod se-
cundum verba ab illo expressa denotantia matri-
moniũ, vel sponsalia, cõtractum intelligetur matri-
monium, vel contracta sponsalia, vt no. gl. in dicto
cap. penul. inf. tit. proximo. Si vero verba non præ-
cesserunt, & tunc, si non apparet aliqua consuetu-
do, vel ex circunstantijs, aut præparatorijs aliquid
certi colligi possit, & hoc casu non iudicatur pro
matrimonio, quia cum hoc signũ anuli sit ad mul-
ta æquiuocum, non probat certum quid decisę, vt
in c. illud, de præsumptionibus, aut constat de con-
suetudine, puta quia in matrimonio contrahendo
solet tradi anulus cum certa solemnitate, & tunc,
ex quo anulus cum dicta solemnitate probatur tra-
ditus, meritò intelligitur contractum matrimoniũ,
& hoc casu potest intelligi glos. in dicto cap. tenor.
in dubio tamen semper est iudicandum pro matri-
monio, quia res est fauorabilis, vt in cap. ex litteris,
supra de probatio. & in cap. fi. supra de re iudicata.
Dicit tamen D. Anton. prædicta procedere si anu-
lus ponitur in digito, sed si anulus poneret in manu
seu gremio, tunc præsumeretur donatio. Sed D. M.
in cap. fina. infra tit. 1. dicit quod etiam in hoc spe-
ctanda esset consuetudo loci. Si vero anulus da-
tur à parentibus, dicit D. Anton. quod præsumitur
donatio, non autẽ præsumuntur sponsalia: quod sa-
tis potest admitti, nisi cõsuetudo esset in contrariũ.

¶ Quintò quæro, vtrũ ad validitatem matrimo-
49 nij requiratur instrumentum, & scriptura. † Sol.
Dic quod nõ, quamuis enim lex ciuilis hoc deside
ret, quando liberta contrahit matrinonium cum se
natore, vel vbi illustres contrahunt matrimonium,
exceptis barbaris, vt in Authen. vt liceat matri, &
auiæ. §. quia vero dudum. colla. 8. secundum Host.
in summa de matrimonijs. §. qualiter. ver. fin. quod
tamẽ procedebat, de iure Digestorum, vt in l. lege
Papia. ff. de ritu nup. tamen iure nouissimo Auctẽ
ticorum possunt sine instrumentis contrahere liber
tę cum senatoribus, vt in Authentico, vt liberti de
cætero. §. si quis. vnde sumpta est Auth. nouo iure.
C. de nupt. Sed illi tex. requirunt instrumenta dota
lia, hoc est nuptialia. Sed de iure canonico etiam in
ter tales nulla instrumenta sunt necessaria, quia nul
lus ex prædictis reperitur prohibitus cõtrahere ma
trimonium, & ad matrimonium contrahendum so
lus consensus est de substantia, vt dictum fuit. sup.
quæst. 2. & satis est, quod talis consensus possit pro-
bari per testes, vel instrumenta, vt l. neque, & l. si do
nationum. C. de nupt. & de materia vide infra de
coniugio seruorum. art. 9. vbi principaliter tracta-
bo de impedimento ratione seruitutis vel libertinę
conditionis. videntur tamen requiri instrumen-
50 ta, † quando quis contrahit cum concubina sua, vt
Instit. de nup. §. fi. quod tamen solum procedit quo
ad hoc, vt per matrimonium sequens legitimentur
filij quiuis ex concubina habiti, quia secundum le-
gem aliter non intelliguntur legitimati, de qua ma-
teria in cap. tanta, infra qui filij sint legitimi, dicam
latius in dicto tit. ar. 30. vel 29.

51 ¶ Sextò quæro, vtrum copula † sit necessaria ad
substantiam matrimonij. Sol. Dic quod non, quia
nuptias, non cõcubitus, sed consensus facit, vt l. nu-
ptias. ff. de regul. iur. & supra dixi in 2. quæst. A duer
te tamen, quia copula plura operatur, de quibus di
xi supra in gl. super verbo. Cõpula, & vltra in dicta
operatur, quia post copulã non pôt solui matrimo-
nium, quod est consummatum, & ratum, nisi per
mortem, nec alter ab altero potest discedere, etiam
transeundo ad religionem, quod fieri potest ante
consummatum matrimonium, secundum ea quæ
traduntur in cap. ex parte, & in cap. ex publico. su-
pra de conuer. coniuga. & vide quod dicam infra
in cap. 1. de diuor. art. 32. & vtrum copula operetur
quando promisi accipere in vxorem vnam ex plu-
ribus puellis, & postea aliquam ex eis cognoui, vi-
de quæ latè dixi in cap. præcedenti. art. 13. quæst. 2.
3. & 4. & nota, quod si vir & mulier consentiant in
perpetuam cohabitationem, & copulã, si alia non
adminiculantur, non inducitur matrimonium, se-

cundum

cundum Ioan. And. post Philippum, nisi aliud esset
actum inter eos. 28. quæst. 2. c. sufficit, & sic loqui-
tur cap. 1. infra de sponsa duorum, tenet Ioan. An.
in cap. cum apud. supra eo.

52 ¶ Septimò principaliter quæro, vtrum dos † sit
necessaria ad validitatem matrimonij. & circa hoc
aliqua sub compendio in materia dotium expedie
mus. Sed quo ad principalem quæst. dic, quod dos
non est necessaria ad matrimonium, vt l. fina. C. de
dona. ante nupt. licet enim dos non possit constitui
vel in esse produci sine matrimonio. l. 3. ff. de iure
dotium, & dicta l. fin. tamen ad validitatem matri-
monij non est necessaria, vt dicta l. fina. & l. fina. in
princ. C. de repudijs. & ideo vbi matrimonium nõ
tenet, nec etiam tenet dotis cõstitutio. & ideo, sup-
posita inualiditate matrimonij, dos debet restitui
cum fructibus, vt l. incertæ. ff. de ritu nupt. nec etiã
valet pactum de lucranda dote, si matrimoniũ non
tenuit, secundum Salic. in l. à Diuo. ff. de ritu nupt.
tetigi in capit. cum apud. supra eo. articu. 9. propè
finem. vers. 5. regula. Et aduerte, quia dos est illud
quod datur à muliere vel à patre mulieris, aut ab
alio pro muliere viro suo, vel patri viri pro onerib.
substentãdis, quod qualiter procedat, vide per Bar.
Bald. & Ioan. de Imo. in Rubri. ff. sol. mat. & ibi vi-
de, vtrum dos dicatur quid vniuersale, vel singula-
re, maximè per Io. de Imo. in dicta Rubri. propè fi.

¶ Nota, quod dos meretur donationẽ propter
nuptias, vt in authen. dos data. C. de donatio. ante
nupt. & quare fiat ista donatio propter nuptias, &
de ipsius notabilibus effectibus dicam latè in tit. de
dona. inter virum. ar. 30. Et quandoque dos appel-
latur donatio à muliere facta, scilicet in substenta-
tionem onerum matrimonij, vt l. fi. C. de dona. an-
te nup. & ideo dicit ibi tex. quod donatio propter
nup. non distat à dote, quia vtraque propter caus-
sam matrimonij conceditur, sed nõ propterea ha-
bet eadem priuilegia, vt l. fi. C. qui potiores in pig.
habeantur.

53 ¶ Et nota, † quod dos potest esse in scriptis, &
sine scriptis, & sic potest probari per instrumenta,
& testes, vt l. vnica. in princip. C. de rei vxo. actio.
& ibi per Sali. 2. nota. quod ex sola promissione do-
tis mulier dicitur dotata, vt dicta l. vnica. §. accedit,
& ibi Salicetus. vnde eo ipso quod promissa est dos
pro muliere, dicitur habere dotem, vt l. cum post. §.
1. ff. de admini. tut. & ibi glo. ex quo infertur, quod
si statuto cauetur, quod mulier dotata excludatur
à succesione parentũ existentibus fratribus, vel a-
gnatis &c. quod mulier pro qua dos est promissa, li-
cet nondum tradita, dicetur excluſa, & similiter
54 si † maritus lucratur medietatem dotis ex forma
statuti vxore mortua in matrimonio, tale statutum
locũ habet in dote promissa, licet nondũ sit soluta.

¶ Prædicta tamen arbitror procedere, quando
matrimonium per uerba de præsenti esset contra-
ctum, secus si essent cõtracta sola sponsalia, & dos
promissa, vel etiam soluta, quod est potius, nec mu
lier excluderetur à succesione, nec maritus lucra-
retur, quia sine matrimonio non potest dos esse, ut
supra dixi. Quid autem si dos sit promissa vel solu-
ta, & matrimonium contractum per verba de præ-
senti: sed mulier nondum sit ducta ad domum,
55 vtrum vir † faciat lucrum ex forma statuti. uide la
tè per Saly. in l. cum tẽ. C. de dona. ante nup. dixi la
tissimè in disputatione, quæ incipit, vxorem duxit
Titius Corneliam.

56 ¶ Tertiò noto, quod mulier † nubendo, nulla fa
cta dotis vel bonorum suorum mentione, bona
sua in dotem data esse intelliguntur, si sunt tradita,
licet aliter non appareat quod dotis nomine sint
tradita, secus si non essent tradita, ut l. mulier bona
& ibi glo. quæ allegat Aristotelem in Topicis. & l.
quod autem. ff. de iure dotium. tradit Bal. in cap. 1.
circa fin. an maritus succedat vxori in beneficio. vbi
vide. dicit tamen Bald. quod nomina debitorum
non intelliguntur data nisi de illis specialis mentio
fit habita, per l. fin. C. de pactis conuen. & l. fin. C.
de repudijs.

¶ Et aduerte, quia si mulieris habentis plura bo
na, quædam reperiũtur inscripta ad dotem, & quę-
dam ad dotem scripta non reperiantur, non præsu
muntur dotalia, sed paraphernalia, secũdum Bal. in
l. fin. C. de sententijs, quæ sine cer. quant. profe. &
subdit, quod si nulla dos promittitur, posito quod
mulier esset diues, non præsumitur dedisse in do-
tem omnia bona sua, sed debent constitui secun-
dum dignitatem uiri, & uide per Barto. in l. fi cum
nulla. C. de dotis promiss. facit tex. in l. cum post. §.
gener. ff. de iure do.

¶ Sed aduerte, quia Barto. solenniter disputauit
hanc q. & incipit quæstio sua, quædam mulier ha-
bens patrimonium magnum, &c. vbi formaliter
quærit de muliere, quæ cum haberet amplum pa-
trimoniũ, nũpsit nulla dotis habita mentione, quæ
bona maritus diu possedit, & fructus ex eis percep-
it: vnde quæritur, vtrum bona prædicta uideitur
fuisse data in dotem, adeo quod posit maritus lu-
crari dotem, uel partem dotis concessam ex forma
statutiuel consuetudinis, & ibi Bar. formatis plури-
mis argumentis ad utramque partem, solenniter de
cidit. & quia decisio sua est ualde notabilis & uti-
lis, non solum quo ad quæst. propositam, sed etiam
quo ad alia plurima, ideo ipsam quibusdam addi-
tis recitabo. Dicit ergo Bar. quod quæst. prædicta
habet tria puncta.

¶ Primum est, vtrum eo ipso quod matrimoniũ
57 est contractum, mulier † videatur omnia bona sua
dedisse in dotem, si aliud non agatur.

¶ Secundum est, posito quod matrimonium
non sufficeret, vtrum ex eo quod vxor passa est ui
rũ possidere, fructus colligere, & ex eis onera ma-
trimonij subire, vtrum saltem ex tali patientia dos
in dictis bonis intelligatur constituta.

¶ Tertium est, posito quod prædicta non suffi-
cerent, vtrum ex dicta patientia cum temporis cur
su, quia passa est per plura tempora, præsumatur seu
probetur titulus dotis, & dos constituta.

¶ Ad primum dic, quod glo. istud tangit in di-
cta l. mulier bona. ff. de iure dotium, in princ. & ibi
tenet quod sic, vt supra dixi. sed Barto. distinguit,
quod aut ista mulier erat minor, & uidetur consti-
tuta dos tacitè, quia si voluisset expresè non potuis
set immobilia in dotem dare sine decreto, C. de ad
ministr. tu. in l. lex, quæ tutores. §. 1. & C. de prædijs
minorum. in l. prædia. & notatur. ff. de iure dotium.
in l. Titia, & hoc perpetuo notabis, quia potest ope-
rari magnum effectum, quoniam quotidie mino-

res

res 25. annis dant bona immobilia in dotem ſine aliquo decreto. vnde, ſi præmoreretur vxor, non videtur maritus poſſe lucrari de dictis bonis immobilibus partem ſibi conceſſam ex forma ſtatuti, ſed hæredes mulieris poſſent totam dotem aduocare, ex quo talium bonorum conceſsio non tenuit.

¶ Sed aduerte, quia licet Bar. dicat q̃ de bonis immobilibus mulier minor non poſsit dotem conſtituere ſine iudicis decreto, tamen arbitror attenta ri poſſe, quod ſi minor in talibus bonis dotem conſtituit, quod ſpeciale ſit in dote, quod ſi maior facta per quinquennium tacuit, valeat dotis conſti-
58 tutio. moueor, † quia dos, & donatio propter nuptias procedunt à pari, & æqualis debet eſſe earum conditio, vt l. ex morte, & authen. æqualitas. C. de pactis conuentis, & in corpore vnde ſumitur. ſed ſi minor faciendo donationẽ propter nuptias ſine decreto de bonis immobilibus, factus maior tacuit per quinquennium, non poteſt amplius contrauenire, vt eſt tex. in l. fina. C. ſi maior factus. ergo, &c. cogitabis. Aut talis mulier erat maior, & tunc, aut iſta bona fuerunt alias in dotem data, forte priori viro, aut nũquam fuerunt data in dotem. Primo caſu, aut ex ipſo matri. primo nulli extant liberi, & tunc dos videtur repetita in ſequens matrimonium, vt ff. de iure dotium. l. diuus, & l. dotem, & ff. ſolu. matr. l. penult. §. vxorem. & ff. de pac. dota. l. cũ maritus, §. Titius. & nota. per Cy. C. de rei vxo. act. auth. ſed quauis. quod procedit etiam ſi prius matrimonium, ſolum de facto tenuit, vt l. ſeruus, in princ. ff. de iure dotium. Secundo caſu, quando ex primo matrimonio extant liberi, non videtur dos pro ſecundo matrimonio repetita, per l. hac edictali. C. de ſecundis nuptijs, & l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt. & quod notat. in l. nulla. C. de iure dotium, & in Authen. de nup. §. ſed arg. quod dictum arbitror limitandum, niſi dos primo viro
59 ſit data à patre, quia tunc pater † maritando de nouo filiam videtur eam cum eadem dote maritare, cum non poſsit, niſi ex magna cauſa dotem imminuere, vt authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio. & idem dicendum arbitror, ſi extraneus dediſſet dotem, & ex pacto vel ſtipulatione incontinenti apposita dos ad eum fuiſſet reuerſa; nam ſi ipſe conſentit ſecundo matrimonio, tenetur de nouo dotare, vt l. cum maritus. §. Titius. ff. de pac. dota. ſecus ſi non conſenſit, ſecundum gl. & Cy. in d. authen. ſed quamuis. Sed dicit ibi Salic. quod etiam ſi conſenſit matrimonio, ſi non conſentit in dote, non videtur ita expeditum, quod teneatur eandem dotẽ dare, nec hoc probat. §. Titius, quia loquitur quando dos non erat exacta, & quãdo conſenſit, vt diſſolutum matrimonium reintegraretur cum illo à quo diuertebat. Præterea tex. ille dicit, ſi conſenſit, vt eadem quãtitas loco dotis eſſet, & ideo caſus iſte non videtur ita expeditus. & licet pro hac opinione allegetur l. ſtipulatio. ff. de iure dotium. tamen non videtur probare, cum etiam ille tex. videatur probare, quod doti conſtituendę debeat conſentire. Prædicta tamen opinio glo. eſt ſatis æqua, rationabilis, & fauorabilis rei, ſcilicet vt mulier ſit dotata. Sed rationes Saliceti multum vrgent, & vide quę dixi in cap. præcedenti. ar. 13. quæſt. 24. Si verò bona nunquam fuerunt in dotem data, tunc in dubio non videntur data in dotem, ſecundum Barto. per tex. in l. ſi. C. de repudijs, & in Authen. de nupt. §. ſi quis enim. vbi patet, quod mulier fuit accepta, & inſtrumenta fuerunt celebrata, & tamen bona quæ habebat non intelliguntur dotalia, vnde dicit Bart. quem etiam ſequitur Salic. in l. ſi. C. de repud. quod non eſt curandum de illa authoritate Ariſtotelis in Topicis, de qua facit mentionem glo. in dicta l. mulier bona. ff. de iure dotium. quia cũ ſit contra l. non eſt ſeruanda, ſicut in ſimili dicitur in l. in tantum. cum l. ſequenti. ff. de rerum diuiſione. Sed aduerte, quia poſſet fortè attentari, & media via eligi, quia ſi contrahentes ſunt æqualis cõditionis, & certa quãtitas dotis conueniat viro ſecundum patriæ cõſuetudinem, quod ſi bona ſint tradita viro, licet nullã ſit facta expreſsio dotis, & conueniant iuſtæ doti, quod intelligantur data in dotem. faciunt nota. in ſimili, in l. ſi ex pretio. C. locati. Sed ſi fortè bona transcenderent debitam quantitatem, tunc vſque ad debitam quantitatem intelligatur dos conſtituta, ſecundum l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotiũ, & vide quod nota. per Bar. in l. ſi cum nulla. C. de dotis promiſ. & in veritate iſtud videretur eſſe magis æquum & rationabile, & conſeruatiuum amoris, & charitatis inter coniuges. faciunt etiam notata in l. fina. C. de fideiuſ. & in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. ad quod vide quod dixi in c. ex litteris. ſupra eod.

Circa ſecundum principalem punctum, Barto.
60 vtrum ex patientia videatur conſtituta † dos in bonis acceptis per maritum, multa poſſunt dici, tamẽ quantum ad propoſitum dicit Bar. quod quædam eſt patientia formis, quædam informis. Patientia formis eſt, quando circa rem meam, vel circa aliud quod me tangit aliquis facit aliquid, quod cadit in certam ſpeciem contractus, vel quaſi: & tunc vtrum ſcientia, vel patientia habeatur pro conſenſu, nota. per glo. in l. Gallus. ff. de liber. & poſth. & per Cyn. in l. maritus. C. de procu. & per Dy. in regula, qui tacet, de regulis iur. libro 6. & per Barto. & moderniores in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio: ſed non pertinet ad præſentem indagationem, cũ hic nõ præſupponamus titulum forme procedere. Quædam uero eſt patientia informis, vt quãdo circa rem meam fit aliquis actus, qui non cadit in ſpeciem ſeu formam alicuius contractus vel quaſi, vt puta, incipis tenere & poſsidere rem meam, conuertens fructus in tuas neceſsitates, & hic eſt caſus noſter, an onera matrimonij ad virum de neceſsitate pertineant, & hoc caſu, an talis patientia habeatur pro conſenſu, Bar. hic diſtinguit: Aut præcedit cõtractus, de cuius natura quis ad hoc tenebatur, &
61 tunc patientia † habetur pro conſenſu, vt l. 3. C. de acquir. poſſeſ. Aut non præcedit talis contractus, & tunc, aut tractamus de his, in quibus modicum vertitur prę iudicium, & patientia habetur pro conſenſu, vt l. quam Tuberonis. §. ſunt quædam. primo reſponſo. ff. de peculio. & l. non ſolum. eo. titu. vbi eo ipſo quod dominus patitur ſeruum habere, videtur peculium ſibi cõſtituere: aut loquimur in caſibus in quibus tractatur de magno præiudicio, & tunc patientia non habetur pro conſenſu, ut d. §. ſunt quædam. ſecũdo reſponſo. vbi ex patientia nõ videtur conſtitui libera adminiſtratio. Idem tenet glo.

glo. l. 2. C. de acquir. poſſeſ. cum ergo in caſu noſtro præceſſerit contractus matrimonij, licet uideatur eſſe obligata ſe dotare: tamen, quia tractatur de mag. præiudicio, ſcilicet de amiſsione dominij, & adminiſtrationis, dicit Bar. quod credit quod patiẽtia non habeatur pro conſenſu, & per conſequens bona non intelligãtur data in dotem. quod tamen procedit ſecundum Dominum meum, niſi forte vir diceret quod talia bona eſſent ſua dos, vel quod fuiſſent ſibi data in dotem, aut ſimilibus verbis vſus fuiſſet, vtendo ipſis rebus vt dotalibus, & tunc patientia mulieris eſſet formis, & per conſequens induceret conſenſum ad bona dotalia, alias autem patientia non præiudicaret ſibi. Nec ob. l. ſi ſtipulatus. cum l. ſequenti. & ſeq. ff. de iure dotiũ. quia licet ibi non exprimatur in ſtipulatione, quod eſſet pro dote: tamen, vt ibi ſentit glo. ex alijs verbis hoc poterat comprehendi, videlicet ex ſtipulatione quam vxor recepit à viro, ſcilicet de quantitate ipſi mulieri reddenda ſoluto matrimonio, quia dos ſoluto matrimonio redditur, ſed ſecus eſſet ſi vir ſimpliciter promittens reſtituere, & non adijceretur ſoluto matrimonio, ſecundum Bar.

Circa tertium punctum, vtrum ſcilicet ex patien
62 tia cum curſu temporis præſumatur titulus. † aduerte, quia adhoc, vt dubium procedat, oportet, q̃ titulus allegetur, & ſic, ſi eſſet dubium, vtrum fuerit celebratus contractus dotis, vel nõ, quod per virum allegetur celebratum fuiſſe titulum. Itẽ oportet ponere, quod mulier longo tempore fuerit paſſa, & ſic per decennium: alias enim ſi maritus ex ſolo curſu temporis niteretur, vel etiam ex titulo, & concurriſſet minus tempus decennio, expeditum eſſet quod titulus non præſumeretur, vt plenè not. C. de vſuris. l. creditor. & ff. de operis libertorum. l. operis, & præmiſsiue in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. de qua materia latè per Canoniſtas in c. peruenit. infra de cenſibus. Nec obſtat quod dicitur, quod cum dos, & alimenta ſint pariter fauorabiles, immo conſtituendę, vt probatur in l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure dotium. & l. 1. de dotis promiſ. iuncta l. fin. de annuis legatis. & l. Sticus. ff. de leg. 3.
63 Quare cum in cauſa alimentorum † ſufficiat quod aliquis nitatur ex ſolo tempore cũ curſu triennij, vt l. 1. C. de fideicom. & notatur in d. l. cũ de in rem verſo. ergo idem videtur dicendum in dote, quia adhoc reſpondetur, quod in l. 1. C. de fideicommiſ. hoc operatur duplex fauor. ſ. alimentorum, & vltimæ voluntatis, q̃ hic ceſſat. Præterea, illa l. loquitur in faciente, videlicet in ſoluente aliquid annuũ nomine alimentorum, quæſtio verò noſtra loquitur in patiente, contra quem non ita de facili præſumitur, vt infra dicetur, & ideo conceditur, quod ſi ex vltima voluntate aliquid eſſet præſtitũ nomine dotis per triennium, quod hoc caſu eſſet idem quod in alimentis, per dictam l. 1. Poſito ergo quod in quæſt. noſtra titulus allegetur, & ad probationem inducatur longi temporis patientia, vtrum titulus præſumatur, eſt dubium nõ paruum propter diuerſas Doct. opiniones. & videtur quod ſic, per d. l. cũ de in rem verſo. in fi. quæ expreſſe loquitur in dote. & licet tex. ille loquatur in faciente ſeu ſoluente, tamen gl. ibi poſita intelligit idem in qualibet patientia, & idem nota. ff. de ſeruitutibus, in l. ſeruitutes. & l. 1. §. fin. de aqua pluuia arcenda, & hanc opinionẽ ſequuti ſunt plerique Doctor. in d. l. cum de in rem verſo. Sed alij plures ibidem tenent contrariã opinionem, dicentes quod illa l. loquitur dumtaxat in faciente, hoc eſt in ſoluente, contra quem non ſic de facili præſumitur titulus, vt voluit Cy. in l. ſi certis annis. C. de pactis. quæſt. 8. Sed pro prima opinione, quam tenet glo. videtur caſus. C. de peti. hæreditatis. in l. qui in aliena. circa prin. & §. ſi nõ adijcitur. Sed contra glo. facit, quia licet rẽ tuam longo tempore te ſciente & patiente poſsederim, & velim allegare quod mihi vendidiſti, vel alio modo titulo conceſsiſti, & velim hoc probare ex patientia tua, hoc non iuuat me, ſecundum omnes Doct. de quo etiam per glo. & Doctor. in l. penultima. C. communi diuidundo. quod clare oſtenditur, quia iura volunt quod in præſcriptione talium iurium ſeu rerũ præcedat titulus, & poſſeſsio, ſi aliquis vult niti præſcriptione longi temporis, vt C. de rei vendicat. l. nullo, & de præſcriptione longi temporis. l. diutinam. & ff. de vſucap. l. Celſus. cum ſim. quare Bar. pro ſolutione dictarum dubitationum diſtinguit,
64 quod cum quæritur, vtrum † titulus allegatus ex curſu temporis præſumatur, aut loquimur in aliquid faciente, puta in ſoluente, & præſumitur, vt C. de agric. & cenſitis. l. litibus. lib. 10. ff. de vſur. in l. cum de in rem verſo. de quo dicendũ vt ibi, & in c. peruenit. ſupra de cenſibus. Aut loquimur in patiente, & tunc, aut titulus allegatus reſpicit principaliter lucrum & commodum patris cui acquiritur hæreditas patientis, & allegatus iuſſus præſumitur præceſsiſſe ad commodum patris tui acquiritur hęreditas per filium, vt dicta l. qui in aliena. Aut titulus allegatur reſpicit damnum patientis, & ſubdiſtingue, quod aut reſpicit magnum damnum, aut paruum. primo caſu exemplica, ſi tractaretur de amiſsione rei ſuæ, & tunc non præſumitur titulus, vt dicta l. nullo. C. de rei vendi. & d. l. diutinam. de præſcrip. lon. temporis, & nota. per glo. & Docto. in l. penultima. C. communi diuidundo. fallit in caſu l. Procula. ff. de proba. & ratio eſt, quia plura ibi interuenerunt, conſanguinitas ſæpè reuiſa, ratio &c. vt ibi traditur, ad quod etiam faciunt nota. in l. libertis. §. 1. ff. de alimentis, & ciba. leg. Secundo verò caſu, quando reſpicit paruum damnum, tunc titulus præſumitur. ff. ſi ſeruitus vendicetur. in l. ſi quis diuturno, & nota. per glo. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus, & in l. 2. ff. de aqua plu. arcen. & illa eſt ratio deciſionis illarum legum, quia ibi tractatur de modico præiudicio, vt etiam nota. per Dy. in regula, poſſeſſor, de regul. iur. lib. 6. Ad idem etiam facit, quod not. glo. in d. l. penult. C. communi diuidun. quæ dicit, quod præſumitur allegata diuiſio inter fratres, vel habentes rem communem, ſi habent res hæreditarias, vel res communes ſine longo tempore poſſeſſas pro diuiſo, ſi modo non ſit magna inæqualitas, quia tunc tractaretur de magno præiudicio, vt ibi traditur. cum ergo in quæſt. noſtra tractatur de magno præiudicio, videlicet de tranſmiſsione dominij in virum, & amiſsione fructuum, & lucrorum, meritò ex patientia longi temporis allegatus titulus non præſumitur, & de materia vide latè per Canoniſtas in dicto capit. peruenit. de cenſibus. Et vide quæ dixi in capit. fina. ſupra de dilationib.

tionib. articu. 22. quæſt. 4. verſ. ſecundus effectus.

65 ¶ Quarto noto, ꝙ extraneus † dans dotem pro muliere videtur illam donare ipſi mulieri, niſi aliter paciſcatur, & ideo ſoluto matrimonio non poteſt repetere, vt l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ act. & dicitur extraneus omnis ille, qui non habet mulierem in poteſtate, vt d. l. vnica. §. extraneus. poteſt ergo extraneus dans dotem paciſci, quod ſibi reddatur, dummodo paciſcatur incontinenti. Sed ſi ex interuallo vellet paciſci, non poteſt, etiã ſi tempore ſolutionis ſeu traditionis ipſius dotis vellet paciſci, quando dos non incipit à ſolutione, vel traditione, ſed promiſsione, ſecus ſi inciperet à traditione, vt not. glo. & ſequuntur Doctor. in d. §. accedit, & gloſ. & Doct. in l. in traditionibus. ff. de pactis, & vide quod dixi in cap. præcedenti. artic. 13. quæſtione 15.

66 ¶ Quintò noto, † ꝙ pactum, vel ſtipulatio patris, vel alterius contra fauorẽ dotis iam conſtitutæ non ualet. unde pater mulieris non poteſt paciſci, ne uiro præmortuo ẽt liberis extantibus pars dotis retineatur, etiam pro ipſis liberis, vt l. quamuis. C. de pactis dotalibus, & ibi vide per glo. & Docto. & quę pacta ſuper dote poſsint, vel non poſsint interuenire, vide latè. ff. de pactis dota. & C. de pactis conuen. tam ſuper dote, &c. per totum.

67 ¶ Sextò noto, ꝙ licet † profectitia à patre non acquirãtur filio etiam hodie, immo ſtatim reacquirantur patri, ita quod etiam vnico momento non dicantur acquiri filio, vt l. placet. ff. de acquir. hæreditate, & dicuntur profectitia omnia, quæ ad filium perueniunt à patre, vel patris contemplatione, vt l. profectitia. ff. de iure dotiũ. tamen dos à patre profecta acquiritur filiæ, & eſt ſpeciale fauore dotis, vt dicatur proprium filiæ patrimonium, vt l. Pomponius philadelphus. ff. fam. erciſ.

68 ¶ Septimo noto, quod † dos licet dicatur donatio, etiam hodie non indiget inſinuatione, licet tranſcendat quingentos aureos, vt eſt tex. in l. ſi. in prin. C. de iure dotium, & traditur in l. ſi. C. de dona. ante nup. & ratio eſt, quia licet titulus dotis ex parte mulieris ſit lucratiuus, & ſic uideatur donatio ſimplex, tamen ex parte mariti eſt oneroſus, ad quæ ui de quæ traduntur in l. 1. C. de imponenda lucra. de ſcriptione. lib. 10. & in l. ſi. §. 1. ff. de his, quæ in fraudem credi. & in l. Męuia. ff. ſol. mat. vnde cũ ex parte mariti dicatur oneroſus, propter ſubeunda onera matrimonij, ideo dicitur donatio ob cauſam, quæ donatio ob cauſam, nõ indiget inſinuatione, vt ſtatim dicam, & ita dicendum eſt in donatione propter nuptias, quoniam nec ipſa indiget inſinuatione, licet excedat quingentos aureos, ut d. l. ſi. C. de dona. ante nupt.

¶ Aduerte tamen, quia hoc procedit, quando uir hanc donationem propter nuptias facit uxori, quia donatio propter nuptias & dos debent procedere à pari, vt ſæpius dixi. Sed ſi donatio propter nuptias fieret ab extraneo uxori pro uiro, tunc extraneus dicitur donare uiro & uir mulieri, & ſic vna donatio occultaẽ, vt in ſimili dicitur in l. licet. §. 1. ff. de iure dotiũ. & ſtatim declarabo, & ut no. in authen. eo decurſum. C. de dona. ante nup. meritò cum ex parte viri quo ad extraneum cui diciur ſimpliciter donare, dicit Salicetus in d. authen. quod credit quod tanquam ex parte uiri requiratur inſinuatio, ſed ex parte mulieris, in quãtum uir dicitur donare mulieri, nõ indiget inſinuatione, ſicut nec indiget dos quam dat mulier uiro, eo quia, ut dixi, paribus paſsibus debent ambulare, vt l. cum multæ. C. de dona. ante nup. & in authen. æqualitas. C. de pactis conuen. Et quia talis donatio propter nuptias dicitur ob cauſam reſpectu mulieris, ex quo propter nuptias fit, ideo non requirit inſinuationẽ, vt l. Aquilius regulus. ff. de dona. & in d. l. fi. & authen. eo decurſum. C. de donation. ante nup. Sed vbi tertius facit donationem propter nuptias pro viro, ipſe dicitur donare uiro, & illa donatio eſt ſimplex, & ideo requiritur inſinuatio, unde facta ſine inſinuatione reſpectu ipſius uiri non ualet in eo ꝙ tranſcendit quingentos aureos, vnde uiro pro illo pluri in quo non tenuit donatio nõ daretur actio, ſed mulieri ſic, licet non ſit inſinuata, ſecundum Salicetum in d. authen. eo decurſum. licet alij Docto. non tangant, ſecundum Dom. meum, & eſt caſus notabilis, in quo una & eadem res diuerſo iure cenſetur, contra l. eum qui ædes. ff. de vſucapionib. Sed hoc contingit ratione diuerſæ qualitatis perſonarum, de quibus agitur, ad quod vide gl. & ꝙ ibi dixi in c. capitulum ſanctæ crucis, ſuper verbo relatis. ſupra de reſcriptis. & quod no. gl. in verbo experiri, in l. ſæpè. ff. de re iudicata, & mihi placet. Sed quæro nunc pro maiori declaratione præcedentis quæſtionis, quid econtra, ſi tertius pro muliere daret dotem viro, cum dicto caſu breui manu dos intelligatur eſſe donata mulieri, & ab ipſa muliere intelligatur data viro, vtrum hoc caſu requiratur inſi-

69 nuatio, † ſi tranſcendit quingentos aureos. & videtur ꝙ ſic, reſpectu mulieris, ſed reſpectu viri nulla videtur requiri inſinuatio, argum. prædictorum, iuncta l. licet. §. 1. ff. de iure dotium, vbi eſt caſus val de ſingularis: dicitur enim ibi, quod quidam, &c. pone, Titius erat creditor Sempronij, puta in mille, qui Sempronius volebat accipere Corneliam in vxorem, Titius cauſa conſtituendæ dotis ipſi Corneliæ, accepto tulit ipſi Sempronio dicta mille, in quibus tenebatur, quærebatur de viribus prædictę acceptilationis. reſpondet in iuriſconſultus, quod cum creditor eo modo eſſet donaturus ipſi mulieri, tres actus, vt dicit ibi glo. breui manu fieri intelliguntur, quia Sempronius debitor fingitur ſoluere Titio creditori, Titius verò videtur donare Corneliæ vxori, & vxor tandem videtur dare in dotem marito olim debitori, & ideo dicit ille tex. quod ſecutis nuptijs, & tandem ſoluto matrimonio morte viri, vxor ſtatuto tempore illam dotem exigere poteſt, niſi forte ipſe extraneus, qui ſic accepto tulit in caſu ſoluti matrimonij reſeruauerit ſibi actionem, quia tunc, non mulieri, ſed ſibi actio dotis competeret. ſicut ergo ſi donatio eſſet facta mulieri ab extraneo nõ teneret vltra quingentos aureos, ſine inſinuatione, vt l. ſancimus. C. de dona. ita videtur, ꝙ hoc caſu non debeat tenere, quamuis quo ad virũ integra dotis conſtitutio teneat, niſi forte aliud diceres fauore dotis. Cogitabis, quia Doctor. non tangunt. Et vide ad prædicta alium caſum ſingularem in ſimili in l. 3. §. fi. ff. de dona. inter vir. & vxo.

¶ Octauò nota ex prædictis, ꝙ ſicut in dote, & donatione propter nuptias nõ obſtat defectus inſinuationis,

nuationis, ita ẽt non obſtat defectus regiſtrationis. pone exemplũ, ſtatuto cauetur, quod inſtrumenta non regiſtrata in archiuio publico &c. non habeãt

70 vim, certe inſtrumenta † dotis, & donationis propter nuptias, licet nõ regiſtrata, habebunt vim. hoc tenet Salice. in l. fina. & in authen. eo decurſum. C. de donationib. ante nupt. & in l. fina. C. de iure dotium. Poſtremo circa hanc 7. quæſt. principalem de dote plura videbimus. inf. in tit. de dote poſt diuortium reſtituenda, artic. 35. & reliqua ad materiam poteris videre per te, in titulo de iure dotium. ff. & C. & ff. de pactis dotalib. & C. de pactis conuen. ſu per dote.

71 ¶ Octauò principaliter † quæro, vtrum ad tempus certum, & incertum ſpõſalia, & matrimonium contrahi poſsint. Sol. Sponſalia contrahi poſſunt ad tempus certũ, & incertum, ad certum vſque ad annum, vel biennium ſeu quadriennium, &c. vt l. penultima. ff. eod. & ad tempus incertum, ſi certum tempus ad matrimonium in ſponſalib. non ſtatuitur, vel ſi forte ratione infirmitatis, aduerſæ valetudinis, ſeu peregrinationis longæ, ſponſalia differantur, vt dicta l. penult. & ſi ad certum tempus ſunt contracta, licet altero diſcedente à ſponſalibus ante finitum tempus, contrahendo matrimonium cũ alio, matrimonium teneat, vt in cap. penult. & fi. infra eod. tamen pœnam amiſsionis arrarum non euitat, ſecundum Salic. & Doct. in d. l. penul. dicam in d. c. penult. ar. 31. Sed matrimonium ad tempus certum contrahi non poteſt, quod indubitanter procedit reſpectu matrimonij cõſummati, quia illud ſolui non poteſt niſi morte: tamen reſpectu non conſummati, licet quis non debeat illud contrahere ea intentione vt ab illo diſcedat per tranſitum ad religionem, tamen ſi forte id fecit, vt iuramentum ſeruaret, videtur hoc poſſe admitti, de quo tamen dic vt latius dixi ſupra eod.

¶ Nonò quæro, vtrum ad validitatẽ matrimonij

72 requiratur ꝙ præcedant † ſpõſalia. Sol. Dic, ꝙ nõ, vt dicit glo. in l. 1. ff. eo. ꝙ de ſe iudicio meo eſt ſatis manifeſtũ, cum vir, & mulier pro congreſſu, & prima conuentione poſsint cõtrahere matrimonium per verba de præſenti, ad quod vide quæ dicam infra in 15. principali art. facit quod nota. in cap. fina. de procur. lib. 6.

73 ¶ Decimò quæro, † vtrum dictæ ſolemnitates requirãtur ad validitatem matrimonij, & an aliquę ſolemnitates matrimonium præcedere debeãt, vel ſequi. Sol. Quo ad ſubſtantiã matrimonij clarum eſt, quod ſolus conſenſus ſufficit, 27. q. 2. ſufficit, dixi plene ſupra, q. 2. vnde iuramentũ non eſt de ſubſtantia matrimonij, ut not. glo. in c. 1. infra eo. licet ſolidius ſubſiſtat quod iuramento roboratur. 22. q. 2. c. omne. quod tradunt Doct. in d. c. 1. Item li-

74 cet † ſponſalia ſine licentia, & ſcientia diœceſani ſeu parochiani contrahi non debeant, ad quod vide quod dixi in c. ex parte. ſupra eo. ar. 24. tamẽ contracta tenent. & quamuis pompa conuiuij communiter conſeruetur, quod eſt laudabile iudicio meo, iuxta illud euãgelij, Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, tamen dicit tex. quod nec pompa, nec talis celebritas eſt neceſſaria. l. ſi donationum. C. de nupt. nec etiam ductio ad domum. c. cum in te. de dona. ante nup. Defectus ergo ſolemnitatum extrinſeca-

rum non uitiat matrimonium, ut not. hic D. Anto. & dixi ſupra in notabilib. & licet à iure diſpoſitum videatur, vt primo debeat interrogari vir quàm mulier, tamen ſi primò interrogaretur mulier, non nocet matrimonio, ad quod vide quod ſtatim dicam

75 infra, ar. 16. Item quamuis ſponſus, † & ſponſa ſint benedicendi. c. conſultationi. infra eo. & monendi, vt triduo, vel biduo, vel ſaltem ea nocte in virginitate manerent, ut dicit Io. And. in d. c. conſultationi, & traditur 33. d. c. fin. & 30. q. 1. c. alter. licet hoc communiter non ſeruetur, tamen hæc ſolemnitas tanquam extrinſeca, & maximèquia hæc benedictio debet dari poſt matrimonium contractum ad ualuas eccleſiæ, vel penes altare, ut nos Senenſes ſeruamus, ſi deficeret, non noceret matrimonio.

¶ Et aduerte, quia hæc benedictio fit de primis, & non de ſecundis nuptijs: quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio quæ eſt ſacramentum, non ſcriptæ, ſed tanquam rei ſacræ ſignum, reiterari non debet. capitulo, vir autem. infra de ſecundis nupt. Item, quia ad exhortationem cõtinentiæ non fit benedictio ſecundarum nuptiarum, & quia ſicut fornicatores benedicẽdi nõ ſunt, ſic nec ſecundo contrahentes, quia alias benedicti fuerũt, ſecundum Hoſtien. in capitulo primo, infra de ſe-

76 cund. nupt. Immo † presbyter, qui in ſecund. nup. talem benedictionem impertitur, ab officio, & beneficio ſuſpenditur, & abſolutio reſeruatur ſummo Pontifici, ut eſt tex. in dicto capitulo primo.

¶ Et nota, quod ſicut ſacerdos clandeſtinis nuptijs intereſſe non debet, infra de cland. ſpon. cap. cum inhibitio. §. ſanè. multo minus illas benedicere debet, ut not. gloſ. in dicto capitulo primo.

¶ Item aduerte, quia dicit Hoſtien. in dicto cap. vir autem, & ſequuntur Doctor. quod cum in illo tex. ponderetur ſola benedictio præcedens, non debet inſpici conſummatio matrimonij, nec quod ſola mulier dicatur benedicta, ſed inſpicitur benedictio ſemel utrique data, quæ vtrique eſt communis, nec benedicitur mulier ſine viro. & ſic patet, quod quicunque ad ſecunda uota tranſit, non reiteratur benedictio, ſed ſatis eſt ſemel fuiſſe benedictum, quia per carnem benedictam non benedicta, quæ per copulã coniungitur, intelligitur benedici, ſicut in ſim. alias dicitur de oleo ſacrato, cap. aqua, & cap. quod in duobus. ſupra de conſecra. eccleſ. vel al. ubi ſi non conſecratum immittetur conſecrato, totum fit cõſecratum, nam & ſanctificatur vir in fide per mulierem fidelem, & econtra. ad Corin. 1. cap. 7. 28. quæſt. 1. §. 1. & cap. ſi quis frater, alias eſt in eo. §. dictus verſ. Vnde dato quod mulier ſit corrupta, ſi tamen nec ipſa, nec vir aliquando fuerunt benedicti, benedicentur nuptiæ ſuæ, quia non reperitur prohibitum, ſecundum Hoſt. in ſumma. in tit. de ſecund. nupt. §. an licitum, verſ. quod ſi duo. & ex his ſequitur, quod non procedit ſolutio gloſ. 2. in fi. in d. capit. vir quæ de. quod quando quis ducit ſecundam virginem iteratur benedictio ſecundum conſuetudinem quorundam locorum, nam talis conſuetudo non videtur admittenda, ſecundum Ioan. And. per d. c. vir autem, & per nota. per Pet. & Ab. in d. c. 1. de ſecun. nup. ſed dic quod pro dicta conſuetudine facit ſecundũ aliquos, quia in quibuſdam locis nõ benedicitur vir, ſed tantum

mulier. Sed dicit Ab. ibi, quod hoc casu ita demum mulier benedicetur, si vir nō fuit benedictus etiam si alias sit corrupta, dummodo aliàs non sit benedicta, secus si vir, vel ipsa alias fuerunt benedicti, & mihi placet, quia ex quo benedictus participat benedictionem non benedicto, si mulier est benedicta, & sic participat viro, & vir sit benedictus, & sic participat vxori, si iterum alter, vel ambo benedicerētur, benedictio reiteraretur, etiam in persona alias principaliter non benedicta, sed ex participatione.

77 ¶Item nota, quod dicta benedictio † non potest impertiri tempore interdicti, secundum Zab. in capit. non est, in fi. supra eod. qui remittit ad ea quæ dicuntur per eum in capit. fina. infra de excess. prælatorum.

78 ¶Vtrum autem cognoscēs sponsam suam, † vel sponsa patiens se cognosci à sponso ante benedictionem nuptialem, peccet mortaliter. Enric. in c. is qui fidem, infra eod. Petrus & Astensis distinguunt, q̄ aut quis facit hoc affectu fornicario, & est mortale, nec talis copula facit tunc verum matrimonium, sed tantum præsumptum, & in foro iudiciali; Aut cognoscit affectu maritali, & tunc, aut personæ taliter commiscentes sunt ignari iuris, & consuetudinis, & non est peccatū mortale, quia quælibet iuris ignorantia excusat à dolo, quod not. glos. C. ad l. Fauiam de plagia. l. plagi. & regulariter excusat in damno euitando. l. iuris ignorantia, & l. si licet. C. de iur. & fac. igno. aut non sunt ignari, & tūc est peccatum mortale, & maxime in illis locis in quibus ecclesiæ prohibitio communiter scitur, secundum Petrum. Sed Beatus Thomas dicit, quod si sponsa, credens sponsum velle consummare matrimonium, admittit eum, excusatur à peccato, nisi aliqua expressa fraudis signa appareant, vtputa si esset multum distantis conditionis, vel quantum ad nobilitatem, vel quantum ad fortunam. Enric. tamē allegat fratrem Ioan. in summa, tenere, quod qui ante benedictionem nuptialem, etiam post cōsensum de præsenti, cognoscit uxorem, mortaliter peccat, si absque dispensatione ecclesiæ, & sine iusta causa hoc faciat, in illis locis in quibus consuetum est benedictionem nuptialem exhiberi. Vgo verò 27. quæstio. secunda, sufficit, dicit quod si quis cognoscit sponsam ante quam eam traducat, hoc est ante benedictionem, est ei pœnitentia vnius anni indicenda, secundum quosdam canones pœnitentiales, qui tamen non habentur in corpore canonum. Vide prædicta in locis prædictis.

¶Vndecimo quæro, quid si ex forma iuris positiui, statuti, vel consuetudinis, aliqua solemnitas requiratur ad validitatem matrimonij, vtrum defectus illius solemnitatis noceat matrimonio. decisio apparebit ex his quæ dicam infra eod. capit. is qui fidem. & infra eod. 19. art. & ex his habes plenè expeditum 14. artic.

¶ Quintodecimò principali articulo tractandum est, qualiter, & quibus verbis sponsalia de
79 futuro contrahantur. † Circa quem in primis dic, quod contrahuntur, per consensum de futuro, vel per signa, aut uerba apta ad talem consensum de futuro, vt accipiam te in uxorem, cap. penult. infra eod. & infra titu. 1. capitulo primo. vel promitto, quod te desponsabo. Ioan. Andr. in dicto cap. penultimo, & ut dicit Ioan. And. in summa de sponsalibus, iuxta illud,

Iuro tibi sane, per numina sacra Dianæ.
Me te sumpturum dominam sponsumque futurū.

Secundum Spec. eod. titu. in princ. per verba enim futuri, seu habentia tractum ad futurum, etiam si sint executiua, sponsalia contrahi dicuntur, vtputa, promitto me te ducturum in sponsam, capit. de illis, & ibi nota. supra eod. Et idem si dico, promitto me copulare tecum matrimonio, vt not. D. An. in capitulo, ex litteris, il. secondo, supra eodem, & idem si dicam, accipiam te in meam vxorem, vel mulier dicat, accipiam te in meum virum. capit. is qui fidem, & capit. penultimo, infra eod. & in cap. 1. infra tit. proximo. Vel si dico, promitto, uel do fidem de matrimonio contrahendo, uel promitto contracturum, ut not. in cap. commissum. sup. eod. & ibi D. Ant. Item si quis promittit ducere aliquā in uxorem sub conditione, uel sine conditione, vt in capitulo primo, §. est autem. infra de sponsa duorum. Vel si dicat, placet me te desponsare, vt tecū contraham. Ioan. And. Dom. meus, & Doctor. in capitulo, ex litteris, supra eod. Aut si dicat, promitto te ducere in uxorem, sponsalia contrahuntur. capitulo, ueniens, il secondo, & ibi D. Anton. & Dominus meus, supra eod.

¶Quid autem si dicat, placet mihi talem habe-
80 re in uxorem, utrum inducantur † sponsalia, uel matrimonium. dicam statim, artic. 16.

¶Et aduerte, quia dicunt Innoc. Hostien. & Io. And. D. Anto. Zab. & Enri. in cap. 1. infra de sponsa duorum, & Io. And. in summula. 4. decretalium, & Hostien. in titu. despon. §. quot sunt species,
81 quod † quatuor modis contrahuntur sponsalia de futuro. Primo per uerba de futuro, de quibus plura exempla statim posui. Secundo, cum minores apti ad sponsalia exprimunt consensum, non solum per verba de futuro, sed etiam per uerba de præsenti, vt in capitulo fina. infra titulo proximo. & in cap. 1. de despon. impuberum. in 6. Item per dationem arrarum, pecunię, & aliarum rerum. l. arris. C. eod. tit. & intellige de alijs rebus, scilicet quæ de futuro matrimonio dari solent. Quarto per anuli immissionem, vt in cap. fin. infra titu. proximo. & 27. quæst. 2. capit. si quis desponsauit. Nam secundum Innocen. per anulum non contrahitur matrimonium nisi interueniant verba apta ad matrimoniū de præsenti. Sed tu vide ad hoc qualiter intelligi debeat, ut latè dixi supra in 14. præcedenti articu. quæstio. 4. Addunt etiam, quod per iuramentum contrahuntur sponsalia de futuro, per cap. ex litteris, & cap. ex illis. supra eod. quod intelligo quando iuramentum refertur ad futurum matrimonium, vt dicto cap. ex litteris, & uide quod dixi, in capit. præcedenti, articu. 13. quæstione prima, vbi dixi quod iuramentum nihil addit ad substantiam spōsalium, vel matrimonij, tenet Zab. in capit. licet, infra de sponsa duorum, & Calder. & Zabar. in capitulo, ex parte, supra eod. dicentes, quod solum operatur fortius uinculum, quo ad hoc, quod uiolans contractum iuratum magis punitur, quam si non esset iuratus, & ideo per hæc verba, iuro de contrahendo matrimonio, contrahuntur sponsalia,

sālia, vt est tex. & ibi not. Dom. Anton. in cap. veniens, supra eodem. Item per hæc verba, iuro me ducere te in uxorem, ut in capitulo, ex litteris, el secundo, & ibi notat. Dom. Anton. supra eodem. Et aduerte, quia si quis utatur uerbo, desponso, nō propterea ex hoc solo inducerētur sponsalia de futuro, nam hoc verbum cōgruit etiam matrimonio de præsenti, vnde si alia verba conueniunt matrimonio de præsenti, & adiunctum sit verbum, desponsare, tunc desponsatio potest dici, ideſt promissio respectu traditionis, & copulæ futuræ, & sic respectu excusationis matrimonij, non autem respectu contractus, & substantiæ matrimonij, quia propriè sponsus idem est, quod futurus maritus, secundum Dominum meum, in cap. veniens, il secondo, supra eod. & in cap. 1. infra eo. ad quod uide quod dixi supra in Rubr. art. 1.

¶Quid autem si aliquis dicat, iuro quod te de cætero habebo in vxorem, & econuerso mulier idem dicat, habebo te pro viro, utrū dicantur sponsalia, uel matrimonium. glos. & Doct. in c. ex parte, supra eod. & ego dicam statim, art. 16.

¶Sed pone, uir dicit mulieri, promitto quod te ducam in uxorem, & de cætero tenebo te ut uxo-
82 rem, utrum matrimonium † uel sponsalia intelligantur contracta. tex. in dicto c. ex parte, supra eod. facit, quod sit matrimonium. Sol. Dic quod sunt sponsalia de futuro, propter illa uerba, ducā te, &c. quæ sunt futuri temporis. Sunt enim uerba de futuro requirentia interuentionem actus extrinseci, & cum sint futuri temporis, sunt extensiua, & habent tractum, & intellectum ad tempus futurum. ff. de uerborum oblig. l. si quis stipulatus sit Sticum aut Pamphylum, facit l. filij. ad Tertullianum, & per uerba prædicta restringūtur sequentia, dum dixit, tenebo te in uxorem, argum. l. Titia. §. 1. ff. de uerborum obliga. tenet Zab. in capit. ex parte, supra eod. Sed tū ad intellectum prædictorum adde quæ statim dicam, art. 16. ubi latius uidebimus, quid iuris, quando commiscentur uerba præsentis temporis, & futuri, seu quæ sapiunt præsens, & futurum.

83 ¶No. ulterius, quod sponsalia † per nuntiū, epistolam, & procuratorem contrahi possunt, ad q̄ uide quæ tetigi, art. 14. uers. postremo, & plenius supra eod. c. cum apud. art. 9. quæst. 29. dummodo uerba, & consensus sint apta & cōuenientia sponsalib. de futuro, secundum ea quæ supra dixi. Item possunt contrahi sponsalia purè, & sub conditione, secundum quod latè uidebimus infra de cōdi. appo. art. 23. Item nota, quod consensus iste ad sponsalia de futuro uidetur, quod possit conferri ad alienum arbitrium, & sic partes possunt committere sponsalia de futuro ad arbitrium alienum, ad quod uide quod dixi supra, in 14. artic. quæst. 2. uersi. Vlterius quæritur, utrum iste consensus. Insuper etiam nota. quod hæc sponsalia de futuro non recipiunt incertitudinem. cap. 1. de despon. impub. in 6. Tradit d. Dominicus in repeti. cap. postulasti. supra de rescriptis. colla. 7. & uide quod dixi in cap. cum apud. supra eod. art. 9. quæst. 17.

84 ¶Postremo nota, quod † sponsalia ex una parte dumtaxat contrahi non possunt, sed oportet, quod sint uicissitudinaria, & aliter contracta non tenent, argu. l. litigatores. §. 1. ff. de arbi. ubi tex. dicit, quod arbiter non cogitur laudum dicere si alter dumtaxat ex contrahentibus pœnam promisit. sic etiam & fortius in terminis nostris, secūdum Iac. de Are. & Salic. in l. 2. C. eo. & ex his Deo duce est expeditus 15. articulus.

¶Sextò decimo principali articulo tractandum
85 est, quibus verbis matrimonium † contrahatur, & qualiter. circa quem dic, quod ad contrahendum matrimonium, requiruntur substantia, & forma, vt colligitur ex tex. nostro. Substantia consistit in consensu, de quo plenè dictū fuit supra, in 14. principio artic. quæst. 2. Forma verò consistit in verbis & signis, per quæ denotatur cōsensus de præsenti. vnde dicit hic Zab. quod si alterum prædictorum desit, nihil est quod explicari queat, prima, quæstione prima, capit. detrahe, supra de electio. capit. super eo. nam si consensus deficit, qui est de substantia, res est clara, per ea quæ dixi in dicta 2. quæstione. Sed Gaspar Cald. dicit, quod in quantum tex. noster dicit substantiā, debet intelligi de personis contrahentibus: in quantum verò dicit de forma, debet intelligi de ipso consensu, quod non placet Zabarellæ hic, quia personæ non sunt substantia coniugij. Sed coniugium est qualitas, quæ prædicatur de personis coniugatis, argum. cap. debitum, supra de baptismo. Et quia, vt dixi supra, art. 14. quæst. 2. consensus est substantia coniugij, ideo. verior est expositio glos. nostræ quo ad tex. nostrum, videlicet, quod substantia coniugij est consensus, forma verò sunt verba, & hoc tenet hic Innocentius, & sequuntur communiter Docto. dixi in dicta quæst. 2. Aduerte tamen, quia, vt dixi in dicto 14. artic. quæstione 3. verba non sunt in tantum de forma, quin sufficiat, quod loco verborum interueniant signa, vt not. glo. 2. & vt dixi in dicta quæst. 2. & 3. & secūdum hoc illud quod supra dixi, quod si alterum desit, non est matrimonium, debet intelligi, alterum scilicet consensus, vel alterum, scilicet verba, & signa, ponendo hæc duo pro vno, quia si nec verba, nec signa interueniunt, non est matrimonium, per ea quæ dixi in dicto 14. artic. quæstio. 2. vers. & aduerte, quia consensus. & hoc videtur mihi expeditissimum, quia si nec verba, nec signa interuenerunt, non potest probari, quod ego consenserim in te, & tu in me. Sed si signa apta ad matrimonium præcesserunt, seu interuenerunt, satis est, quamuis verba non interuenerint, quia paria sunt consentire verbo, vel facto, vt in cap. dilecti, de appella. vn-
86 de ipso facto contrahitur matrimonium, † sicut verbo, vt not. glo. in capit. ad nostram, infra de coniugio seruorum. quod tamen intelligit ibi gl. dummodo verba præcesserint, & sic intelligit illum tex. & idem sentit ibi Gotfredus, dicens quod matrimonium verbo ratificatur, aut proponendo verba consueta ad matrimonium contrahendum, vt in cap. si inter. infra eod. vel æquipollentia, vt in capitulo, ex parte, supra eod. Sed etiam si nulla verba de nouo interuenirent, dummodo incipiat eis placere quod factum est, tacito consensu vī firmatum matrimonium, vt in cap. 1. & capit. litteras. infra titulo primo. & ff. de sponsalib. in l. sed quæ patris. Et idem voluit Hostien. dicens, quod ubi non præcessisset tractatus ad matrimonium, carnalis copula nunquam probaret consensum matrimonialem,

vt l. nuptias. ff. de regulis iuris. Sed tu de uerbis dic, ut dixi in d. 14. articu. quæst. 10. & de copula, eod. artic. quæstione 6. & prædicta adde ad ea quæ ibi dicta fuerunt. sufficit ergo tacitus consensus, qui colligatur ex verbis, vel signis significantibus, & ducentibus ad matrimonium, per id quod nota. in cap. præcedenti, & in cap. cum apud, supra eo. & de coniugio leprosorum, cap. fin. secundum Innocen. Host. & Zab. in ca. 1. infra de matrimonio contracto contra interdic. ecclesiæ. & ideo si aliquis dixerit, consentio in te si osculata fueris me, & ipsa fuerit osculata, contractum est matrimoniũ, secundum Hostien. & D. Anto. in capit. 1. infra de sponsa duorum. Est tamen aduertendum, quod verba debent esse conuenientia matrimonio de præsenti, vt puta, si dico, accipio te in vxorem, & mulier dicit, accipio te in virũ, vel consentio quod sis vxor mea, & ipsa similiter respondet: vel etiam si dixero, accipio te in meam vxorem, & ipsa dicit, placet, uel consentio, erit matrimonium, secundum Host. & Ab. cap. penult. infra eod. quia non exigitur, quod concordent in forma verborum, sed in substantia consensus, & in verbis, vel signis exprimentibus, vel denotantibus consensum de præsenti, vt in euangelio Lucæ, capit. 2. vbi habetur, quod cum Angelus dixisset, Dominus tecum, Maria respondit, fiat mihi secundum verbum tuum. quia non refert quid ex æquipollentibus fiat, vt in cap. licet ex quadam. de testibus, & in cap. tua. infra de consang. & affini. secundum Hostien. Ioan. And. & D. Anto. in dicto cap. penult.

¶ Sed quæro, quid si vir, & mulier promittunt, q̃ ab eo tempore se habebunt pro coniugibus,
87 vtrum inducatur † matrimonium. Sol. Tex. facit, quod sic, in cap. ex parte, supra eod. quia licet illa verba, habebo, sint futuri temporis, tamen quia habent consumationem promptam sine interuentu alicuius extrinseci, statim habent effectum, sicut quando duo promittunt, quod tenebunt se pro coniugibus. intelligitur enim quod statim incipiant se habere pro coniugibus, vt dicto capitu. ex parte. Et quamuis in illo tex. sint illa, ab eo tempore, &c. idem tamen est si dicta verba non sint apposita, facit quod ibi dixi, in 4. notabili, l. & in gl. prima, vbi videas, & similiter si duo mutuo se suscipiunt in coniuges ex matrimonio, vt in cap. 1. §. est autem, infra de sponsa duorum. Quid autem si vir
88 dicat, † promitto quod semper prouidebo tibi, vt vxori, & illa respondit, consentiendo: dicit Host. quod nisi aliud protestetur, si tales sunt apti ad matrimonium contrahendum, & ad hoc conueniant, pro matrimonio iudicandum est, argum. capit. ex litteris, supra eod. & in cap. videtur, infra qui matrimonium accu. pos. & supra de iureiurando. cap. quemadmodum, in princ. quid autem si vir dicat, promitto quod non dimittam te pro meliori, vel pro priori. similiter dicit Hostien. quod in hoc, & in simil. casibus iudicandum est pro matrimonio, fauore matrimonij, per cap. licet. supra de testib. & nota. in cap. fi. de re iudic.

¶ Sed quæro, quid si vir dicit, promitto, quod nunquam habebo aliam vxorem, nisi te, vtrum
89 sit † matrimonium. & videtur quod non, & quod non teneatur eam accipere in vxorem, sed sufficiat quod aliam non accipiat, argum. l. si sterilis. §. pen. ff. de act. emp. in contrarium facit, quia quando prę cedit oratio negatiua, dictio nisi, quæ sequitur ponitur affirmatiue, vt ff. si quis cautionib. in l. si eo. in fi. vbi glos. & in regula, peccatum, de regul. iur. lib. 6. vnde videtur esse sensus de proprio significato verborum, quod sit habiturus eam in vxorem, &
90 non aliam. Sed aduerte, quia † circa prædicta, & simi. verba, vtrum inducatur matrimonium, vel inducantur sponsalia, Dominus meus in d. capit. ex parte. supra eo. distinguit, quod quandoque verba ad contrahendum matrimonium proferuntur de præsenti, & tunc sine dubio illico contrahitur matrimoniũ, vt si vir dicit, accipio te in vxorem meã, & econtra, vt in cap. penult. infra eod. quandoque vero verba sonant in futurum, & tunc, aut denotãt principium actus, & sine dubio non matrimoniũ, sed sponsalia de futuro contrahuntur, vt si dico, promitto quod te ducam in vxorem, & me tecum contracturũ matrimonium, vel me ducturũ talem vxorem, vel quid simile. contrahuntur enim tunc sponsalia, & non matrimonium, vt in capit. de illis. supra eod. & in c. penul. infra eod. quandoque vero verba sonant in futurũ, sed denotant executionem actus consummati seu perfecti, exemplum, promitto quod te habebo pro legitima coniuge, quia non potest haberi pro legitima coniuge nisi præcedat matrimonium. hæc enim verba, & similia denotant executionem matrimonij, vnde ex quo obligat se ad executionem matrimonij, tacitè de præsenti matrimonium contrahere, argum. nota. per Doct. in c. cum M. supra de constitutionib. vbi dicunt, quod si præbenda solita conferri tantum canonico, confertur extraneo, videtur collatus canonicatus, & ad
91 hoc facit regula illa, quia qui † vult cõsequens vult necessarium antecedens ad illud cõsequens, vt l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procu. & in ca. translato, supra de constitutionib. & hoc maxime procedit, si prædictis verbis adiungatur verbũ, ab hoc tempore, vel verbum, de cætero, nam immediatè obligat se ad executione matrimonij. subdit tamen Dominus meus, quod idem est si non apponantur dicta verba denotantia extremitatem tẽporis, quia si in obligatione non apponitur dies, videtur incontinenti obligatio contracta, vt l. in omnibus. ff. de regul. iur. & in l. eum qui. ff. de verborum obligat. & itte videtur propriè casus dicti c. ex parte. secundum Dominum meum, qui dicit prædicta bene notanda, quia faciũt ad multa alia. Et hęc procedunt nisi prædicta uerba denotantia executionem sequantur sponsalia de futuro, utputa, promitto quod ducam te in uxorem, & tenebo te pro legitima coniuge, nam propter uerba præcedentia restringitur sequentia in tempus matrimonij contracti, ideſt cum matrimonium erit contractum, argum. cap. sedes. supra de rescriptis, & clem. non potest. de procur. & l. fina. §. cui dulcia. ff. de uino, tri. oleoque leg. ubi dicitur, quod si lego tibi dulcia, & nihil aliud testamento addam, intelliguntur legata omnia dulcia, etiam diuersarum specierum, ut mul sum, vua passa, ficus, dactiles, &c. Sed si dixero, lego tibi uinum Cãphorariũ, Romanum, Græcum, & dulcia oĩa, non ueniũt nisi uina potionis cã lega ta. uide ibidẽ. Et ex prædictis deciditur q. sup. formata,

mata, quæ est satis dubia, quando quis dixit mulieri, non habebo aliam vxorem nisi te, de quo vide per Spe. in titu. de sponsalib. in princi. & per Io. An. ibi in addit. ubi finaliter sentit, matrimonium esse
92 contractum, quia † quando dictio, nisi sequitur negatiuam, facit positionem, vt not. glo. in dicta regula, peccatum, de reg. iur. lib. 6. & supra dixi. sed Dominus Ant. in d. c. ex parte. sup. eo. videtur sentire oppositum, dicẽs, quod dictio, nisi, facit positionẽ quandoque secundum habitum, quãdoque secundum actum, unde per illa uerba, nõ habebo in vxorem nisi te, &c. videtur se disponere in futurum, q̃ si esset contracturus matrimonium, contrahet cum ista. sed si uerba fuissent prolata de præsenti, exemplum: nolo aliam habere in uxorem nisi te, tũc erit matrimonium, quia hoc casu dictio, nisi, denotat actum de præsenti. Sed dicit D. M. quod per prædicta uidetur concludendum pro opi. Io. An. nam si dixisset, promitto quod habebo te in uxorem, sta tim esset contractum matrimonium, ut supra dixi, ergo idem si dico quod non habebo aliam in uxorem nisi te: nam uidetur velle quod istam habebit in vxorem, ergo incontinenti erit matrimonium, ut non sit apposita dies, vt supra dixi.

93 ¶ Vlterius queritur, quid si vir dicat mulieri, † ibi bamus nomine matrimonij. dicit Gaspar Calder. quod non est matrimonium, quia hoc uenit ad declarationem præcedentium sponsalium, & hoc nisi aliud habeat consuetudo. subdit tamen, quod si diceretur, bibamus pro matrimonio contracto, tunc esset matrimonium. Sed dicit Zab. quod potius est confessio matrimonij, cum sint verba enuntiatiua, non dispositiua, vnde uidetur quod utroque casu propter talem cõfessionem sit iudicandum pro matrimonio, secundum Zab. in d. c. ex parte.

¶ Sed pone quod concubina dicit uiro, nolo q̃ me cognoscas nisi tanquam uxorem, & uir tacet, &
94 cognoscit, utrum cõtractum erit † matrimonium.

¶ Sol. Io. de Lignano dicit quod est presumptum matrimonium per cap. penult. inf. eod. Sed Gaspar Cald. tenet contrarium, ex quo aliàs sponsalia non præcesserunt, quo casu loquitur c. is qui fidem. inf. eo. & hoc uidetur verius, secundum Zaba. per not. in cap. ex literis. el secondo. sup. eodem. in glo. 2.
95 ¶ Item, quia † tacens habetur pro contradicente cum agitur de obligando ipsum, vt not. in c. nonne bene. sup. de præscr. de qua materia in regula, is qui tenet. de reg. iur. lib. 6. & in l. Caius. ff. de pignoratitia actio. quæ decisio uidetur mihi aliqualiter dubia, quia hoc cũ taciturnitate est admistum factum per quod cõcubina voluit significari matrimoniũ quod factum est sequutũ, & ad matrimonium contrahendum non sunt necessaria sponsalia, ut dixi supra in 14. princ. arti. q. 9. Et ex prædictis infertur, quod per hæc uerba, promitto te tenere in uxorem inducitur matrimonium de præsenti, secus si dixerit, promitto te ducere in uxorem, quia tunc non matrimonium, sed sponsalia de futuro inducũtur, vt in cap. ueniens. il secondo. sup. eod. & ibi D. M. & Dom. Ant. & ibi dixi in 3. notabili.

¶ Sed quæro ulterius, pone, uir interrogatus dicit, quod placet sibi habere talem in vxorem, & sub
69 simili forma dicit etiam mulier, utrum sit † matrimonium. ¶ Sol. Dicit Petrus de Sassonia, quod non, quia hæc placentia uel uoluntas manet in suis terminis. aliud enim est, cum placet mihi uendere tibi librum. & aliud cum uendo, arg. c. primi, supra de eo qui mit. in poss. Host. uero in c. ex parte. sup. eo. tenet contrarium, dicens quod per uerbum, volo, vel placet, contrahitur matrimonium, quia uox hoc sonat, scilicet consensum de præsenti, & significatus vocis debet attendi. ff. iudicatum solui. in l. iudicatum. & quod uox hoc sonet, allegat. ff. de supelle. legata, in l. Labeo. & supra de success. ab intestato. cap. fin. & quod ibi notat glos. 4. quia sufficit per quæcunque uerba de intentione constet, vt in illis iuribus. Idem etiam patet, secundum Hostien. in interrogationib. & responsionibus quę fiũt in consecratione. supra de feruis non ordin. c. consuluit. & per glo. in clem. unica. vers. nos itaque. de iureiurando.

¶ Sed aduerte, quia in hoc articulo varij varia senserunt, tractantes materiã. l. in vendentis. C. de contrahenda empt. Gaspar Cald. in cap. ex literis. el primo, supra eo. dicit, quod si apparet de intentione contrahentium, secundum illam iudicabitur: si nõ apparet, recurritur ad consuetudinem loci, si qua est: si autem nulla est consuetudo, tunc, si verba alterius contrahentium fuerunt apta ad matrimonium, uel sponsalia, intelliguntur etiam respe ctu alterius respondentis, ex quo fuit facta responsio per uerba de præsenti. videlicet, volo, vel pla-
97 cet. talia enim sunt subiecta, † qualia prædicata demonstrant. supra de fide instrum. c. inter dilectos. quare si quis diceret, uolo uel placet contrahere, & præcessisset tractatus ad matrimonium contrahendum, videretur hoc sufficere. & sequitur Zabar. in cap. ex parte. supra eod. & per hęc uerba, consentio in te, sicut in meã uxorem, vel promitto tibi quod te uolo habere in uxorem, uel placet mihi, te habere in vxorem, vel promitto quod seruabo tibi fidẽ sicut uxori, vel volo, quod ab hac hora in antea sis mea uxor, & ego tuus uir, uel laudo te, uel recipio te in meam uxorem, vel iuro, vel dono, vel promitto tibi quod semper prouidebo tibi tanquam uxori, matrimonium contrahitur de præsenti, & sic de alijs consensum mutuum de præsenti exprimentibus; dummodo verba mulieris sequantur. sup. eod. c. ex parte. inf. eod. c. fin. 30. quæst. ult. c. si quis diuinis, secundum Specu. in tit. de sponsalib. §. 1. prope finem.

¶ Sed pone nunc, quidam contraxit sponsalia per verba de præsenti cum minore, uel duo impuberes contraxerunt sponsalia de præsenti, nec in eis malitia supplet ætatem, dubitatur de duobus.
98 Primò, vtrum dictum matrimonium † aliquo modo valeat. Secundò, posito quod valeat saltem ut sponsalia de futuro, quid si postea perfecta ipsorum ætate uir conuersetur in domo mulieris, seu econtra, & dat sibi munuscula, uel alia signa consensus faciat, utrum ex nunc saltem inducatur matrimonium. quo ad primum, Raymundus in summa, eodem titu. §. sexto, distinguit, quod aut contrahentes intendunt per illa uerba contrahere dum taxat matrimonium, & non sponsalia, & tunc nihil agunt, quoniam matrimonium contrahere non possunt, ut in cap. 2. & 3. & cap. à nobis. inf. titu. 1. sponsalia uerò non contrahunt, quia nolunt. ff. de

ſponſalib. in l. quæſitũ. Aut ipſi intendunt contrahere ſolum illud quod poſſunt, iuxta illud, ſi non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt, & tunc tenet, vt ſponſalia de futuro, vt dicto c. à nobis, & cap. duo pueri. & cap. fina. infra titu. 1. & in c. ſuper eo. infra de condi. appo. ſecundum Albertũ. Sed Vincen. in dicto cap. à nobis, & Ioan. in d. cap. fin. dicunt indiſtinctè quod tales nihil agunt, per iura primo loco allegata, & refert Hoſt. quod idem tenebant Alan. Egi. & Card. antiquus, ſed quod dicit de Alano, nõ eſt verum ſecundum Ioan. Andr. Alan. enim, Tancred. Goffred. & Bernardus in dicto cap. à nobis, & Innocentius in capit. 1. infra de ſponſa duorum. dicunt ſimpliciter, quod quamuis non valeat, vt matrimonium, obſtante ætate: tamen iuris interpretatione, valet vt ſponſalia, vt dicto c. à nobis, & cap. duo, & c. fi. tenet Gof. in ſumma. in titu. de ſponſal. circa princ. ver. ſponſalia. & Hoſt. in ſumma eo. ti. §. & quæ ſponſalia. Hoſt. Ab. & Bernar. in dicto cap. fin. infra tit. 1. & prædictorum opinio eſt hodie approbata, per cap. vnicum, eod. titu. lib. 6. Quo ad ſecundum, Petrus & Ab. dicunt ex hoc non eſſe matrimonium, quod dicit Ioan. And. procedere, quod per talem conuerſationem, & munuſculorum, vel ſimilium receptionem non dicitur contrahi matrimonium, quando ſcilicet à prin. interuenit conſenſus de futuro dumtaxat, quia ta-
99 lis conſenſus † de futuro nunquam tranſit in matrimonium, niſi interueniat nouus conſenſus de præſenti, vel niſi ſequatur copula, vt in capit. is qui fidem. infra eo. Sed nixus ad copulam non ſufficit, vt in cap. fina. infra eod. ſecus ſi à princ. interuenit conſenſus de præſenti, quia tunc, licet iuris interpretatione propter minorem ætatem ſint ſponſalia de futuro, tamen adueniente pubertate cum tacito conſenſu ex præmiſſis coniecturis, vel ſimilibus collecto dicetur contractum matrimonium, vt in cap. 1. eod. tit. lib. 6. & ideo hoc tenent Ioan. An. & communiter Doctor. ad quod facit l. ſi vxor. §. 1. ff. de adult. Aduerte tamen, quia tunc ſponſalia de futuro per receptionem talium munuſculorũ, aut per amplexum, aut nixum ad copulam non tranſeunt in ſponſalia de præſenti, vt ſtatim dixi, quando ſcilicet fuerunt contracta per verba de futuro: ſecus, vt dixi, quando fuiſſent contracta de præſenti, nam tunc ſecus eſt, licet propter ætatis defectum valerent, vt ſponſalia de futuro, & hoc tenent etiã Ioan. And. Do. Anton. Zab. & Dominus meus in cap. 1. infra de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ.

¶ Sed quęro circa prædicta, quid ſi in deſponſatione interueniant verba de præterito, verbi gra-
100 tia, promitto tibi, quod ego deſponſaui † te. Sol. Dic quod ex iſtis verbis nulla naſcitur obligatio, & ſic non ſunt ſponſalia, iuxta id quod notatur in ſimilibus in l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verborum obligat. & Inſti. de litterarum oblig. poſt princ. ita dicit Bal. in l. 1. C. eo. in fi. q.

¶ Item quæro, quid ſi verba quæ pro matrimo-
101 nio contrahendo interueniunt, † poſſunt ſe habere ad ſponſalia, & matrimonium, qualiter interpretentur. ¶ Sol. Tex. in cap. ex literis. il 1. ſup. eod. vult quod recurrendum ſit ad communem intellectum, ideſt communem vſum loquendi, qui communis vſus loquendi præualet etiam proprio ſignificatui verborum, vt l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legat. 3. & in l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo, & in l. Labeo. ff. de ſupel. lega. & in quo differat communis vſus loquendi, vtendi, & intelligendi, not. Barto. in dicta l. Labeo, vbi etiam dicit, quod in probando communi vſu oportet probare ſaltem de tali vſu per ſpatium longi temporis. & quid ſi contrahentes ſunt diuerſæ linguæ, vel loquuntur verbis duplicibus, vide quod dixi in dicto cap. ex litteris. il primo, in glo. 4. & in glo. ſuper verbo, propoſuit, & in glo. fina. tetigi in cap. cum apud. arti. 9. quamuis enim contrahentes ſint diuerſi idiomatis, vel linguæ, valet matrimonium, dummodo ſe ad inuicem intelligant, vel per ſe, vel per alios, puta per interpretem, argumen. l. 1. in princ. & in fi. ff. de verborum obligat. & l. coram. ff. de verborum ſignific. & ita debet intelligi quod dicit Tancred. in dicto cap. ex litteris. ſecus ſi ſe non intelligerent, nec per ſe, nec per medium organum, quia tunc non teneret matrimonium, propter defectum conſenſus, & ita debet intelligi quod not. Goffr. in d. c. licet. infra de ſponſa duorum, & ſequitur ibi Zab.

¶ Vlterius quæro, quis primo interrogari de-
102 beat † in matrimonio contrahendo, vir vel mulier. Sol. Dic quod primo debet interrogari vir, vt colligitur ex ordine litteræ, in cap. penult. infra eo. ibi, ego te accipio in meam, vbi primo loquitur vir, & ad idem tex. in capitu. licet. infra de ſponſa duorum, & ibi hoc not. Ioan. Andr. D. Anton. Dominus meus, & Zabar. hoc tamen non eſt de ſubſtantia, & dicit ibi Ioan. And. quod contrarium ſeruatur Paduæ, & nos Senenſes hoc ſeruamus, quia primo interrogatur mulier, & ſecundum hunc ordinem, Spec. eod. ti. §. ſequitur. in princ. format inſtrumentum ſuper matrimonio, de quo ſtatim dicam. Audiui quod hic olim prius interrogabatur vir, ſed quia qñque viri fuerunt deluſi, eo quod cum ſuum præſtitiſſent aſſenſum, mulier noluit conſentire, & ideo obſeruantia cępit per contrarium eſſe, vt primo interrogaretur mulier, & huius obſeruantiæ ratio poteſt eſſe, quia mulier mobilis, & momentanea dicitur eſſe, vt l. fina. C. qui petant tu. & l. lex, quæ tutores. in fi. C. de adminiſtratione tutorum.
103 mulier † enim à mollitie, & vir à virtute animi dicitur, vt eſt tex. 33. quæſt. 7. §. ſed illud. tetigi in c. paſtoralis, ſupra de iudicijs, & quia, vt dicit Ouid.

Varium & mutabile ſemper Fœmina.

Tradit Ioan. And. in tit. de teſte. §. 1. verſic. quid de vxore, per tex. in cap. forus, propè finem. infra de uerborum ſignifica. dixi in capit. ex litteris, ſupra de teſtibus.

¶ Inſuper quæro, utrum ſit fienda uis, uel diffe-
104 rentia, an † uolentes contrahere ſponſalia, uel matrimonium concipiant uerba, in prima, uel tertia perſona, ut accipio te in uxorem, uel Marianus te accipit in uxorem, tex. eſt hic quod non, dixi ſupra in primo notabili.

¶ Vlterius aduerte circa hanc materiam, quia Iudæi ſecundum ritum eorum matrimonium cõtrahere debent, infra de conſanguin. & affin. c. de infidelibus. vnde licet contrahant in gradu à iure cano-
105 nico prohibito, † ſi tamen ille gradus ſecundum legem

legem eorum non eſt prohibitus, tenet, vt tradit Hoſtien. in ſumma, in tit. de Iudæis. §. in quibus. ver. ſic. item permittitur eis matrimoniũ, &c. & in ſumma, de conſanguinita. & affinita. §. vſque ad quem gradum. verſic. ſi verò infra hos gradus, & in ſumma, in tit. de diuortijs. §. quot modis. verſic. non ſolum. & de hoc, 28. quæſtio. 1. per totum. Sed ſecundum ius ciuile contrahere debent matrimonium, ſecundum legem Romanam, non autem ſecũdum ritus ſuos: ſed cauere debent, ne cum Chriſtianis contrahant, vt C. de Iudæis. l. nemo, & l. ne quis. ad quod vide, quod dixi ſupra, eod. cap. cum apud, artic. 9. verſicu. ſextum impedimentum. ſi verò non contraherent ſecundum ius Romanũ, filij non ſuccederent, vt not. Cyn. & Bal. in l. celebrandis. C. de nup. ad quod vide, quod dixi in dicto verſ. ſextum impedimentum.

106 ¶ Vltimò nota, quòd † matrimonium illegitimè contractum non poteſt ſequenti præſcriptione iuſtificari, vt in cap. non debet, in fi. infra de conſanguin. & affinit. Similiter etiam nec alia præſcriptio currit contra matrimonium, vt dicit glo. penult. in dicto c. non debet. ſicut nec contra votum. 33. q. 5. cap. quod Deo. & ſupra de regul. cap. ſicut nobis.

¶ Poſtremò quæro, qualiter ſuper matrimonio
107 de præſenti inſtrumenta † confici debeant.

¶ Sol. Specul. eod. tit. §. ſequitur, in princip. tradit hanc formam. Ego N. de Venturis de Sena accipio te Dominum meum Socinum vtriuſque iuris Doctorem de Senis in meum virũ, & in te per verba de præſenti conſentio, & me deſponſari, & corporaliter in vxorem duci, hinc ad talem diem permittam. conſenſus enim de præſenti facit matrimonium, vt ſupra ſæpius dictum eſt. Maritus verò ſic dicet: ego M. &c. volo, & accipio te Nicolam, &c. in meam vxorẽ, & in te per verba de præſenti conſentio, & te deſponſabo, & corporaliter in vxorem ducam, hinc ad talem diem, &c. ſecundum Specul.
108 Nos verò Senẽſes ſeruamus communiter, † quod notarius ita dicit; Vos egregia mulier D. N. filia olim Bartholomæi de Venturis de Senis, vultis pro veſtro legitimo ſponſo, & marito, D. M. &c. & in eum conſentire per verba de præſenti, & anuli receptionem, ſicut præcipit, ac diſponit ſacroſancta Romana eccleſia. & ipſa reſpondet, quòd ſic: deinde notarius ſub ſimili forma interrogat virũ, &c. poſſent & aliæ formæ ſeruari, quæ ex ſuperioribus colligi poſſunt, & ita etiam ſecundum varietatem locorum varia ſeruat conſuetudo. Et ex his Deo duce, expeditus eſt decimusſextus articulus. Et ex prædictis etiam patet, quæ ſolemnitates requirantur ad matrimonium contrahendum, de quibus in Rubrica dixi me dicturum, in 17. princip. artic. in cap. non eſt vobis, ſupra eo. Sed ibi emiſi, & hic in hoc artic. 16. tractaui, & non ſeparato, quia intrinſicitatem, & connexitatem habebat cum hoc articulo, & artic. 14.

SVMMARIVM.

1 *Verba intelligenda ſunt ex communi vſu loquendi, etiam contra propriam ſignificationem.*
2 *Edicta qualia proponantur ante contractum matrimonij.*
3 *Fama ſuper conſanguinitate, quantum valeat.*
4 *Spiritualibus iudicis officium eſt latiſſimum.*
5 *Fama, & ſcandalum æquiparantur.*
6 *Teſtis oblatus à parte, licèt non citatus, non dicitur ſe ingerere.*
7 *Probatio admittitur contra probationem famæ.*
8 *Matrimonium impeditur ad ſolam famam deferentem impedimentum.*
9 *Scãdalum graue, quod veriſimiliter dubitari poteſt, impedit matrimonium contrahendum.*
10 *Commiſſa ad arbitrium alicuius, intelliguntur commiſſa tanquam in diſcretum virum.*
11 *Via ſecurior pro anima eſt eligenda.*
12 *Probatio aliàs non integra admittitur, vbi eſt difficultas probandi.*
13 *Verbum, parentes, quot modis accipiatur.*
14 *Sponſalia, & matrimonium, qualiter probentur. & numero 15.*
16 *Teſtes quales eſſe debeant ad probandum, ſeu reprobandum matrimonium. & num. 17.*
18 *Matris teſtimonium, an ſit ſufficiens profilia in ſponſalibus de futuro.*
19 *Parentes, & conſanguinei, an & quando admittantur ad diſſoluendum, vel impediendum matrimonium futurum.*
20 *Specialia plura ad impediendum matrimonia.*
21 *Teſtes ad probandum matrimonium iam contractum quales eſſe debeant.*
22 *Parentes profilijs, & conſanguinei pro cõſanguineis, an in matrimonialibus admittantur.*
23 *Argumentum à contrario ſenſu, an ſit ſumendum ad corrigendum expreſſas iuris regulas.*
24 *Alternatiuæ ad implemẽtum ſufficit alteram partem eſſe veram.*
25 *Teſtes quot requirantur in matrimonialibus.*
26 *Teſtes quid, & qualiter deponere debeant, vt matrimonium probent.*
27 *Teſtes in matrimonialibus qualiter debeant computare gradus.*
28 *Probatio qualis requiratur ad probandum ſponſalia contracta.*
29 *Probationes quales eſſe debeant ad diſſoluendum matrimonium iam contractum.*
30 *Teſtes probantes ſubarrationem, & anuli immiſſionem, an probent matrimonium.*
31 *Iudex poteſt ex officio ſe informare de conſuetudine.*
32 *Verba de præſenti ſola ſufficiunt ad matrimonium ſine alia ſubarratione, vel alio ſigno.*
33 *Subarratio, & anuli immiſſio, quo caſu probent matrimonium eſſe contractum.*
34 *Matrimonium an probetur per inſtrumenta, & qualia eſſe debeant. & num. 36.*
35 *Donatio propter nuptias non habet locum niſi vbi eſt matrimonium.*
37 *Inſtrumenta dotalia, quot modis dicantur.*
38 *Verũ & interueniſſe illud præſumitur in dubio, quod eſt conſuetum.*
39 *Tex. in Auth. vt fratrum filij. perpenditur.*
40 *Scriptura priuata ſacerdotis habet vim publici inſtrumenti quo ad matrimonium, & dotem.*
41 *Confeſſio coniugum, an ſufficiat ad probandum, vel reprobandum matrimonium ſine alio adminiculo. Et quid in foro pœnitentiali. num. 42. & 43.*

44 *Confeſſio pro matrimonio quare valeat, & contra, quare non.*
45 *Confeſſioni alicuius non eſt credendum in præiudicium tertij.*
46 *Confeſſio caſu quo non ſufficit ad probandum matrimonium, an cum alio adminiculo ſufficiat.*
47 *Confeſſio coniugum etiam cum fama, non valet contra matrimonium.*
48 *Fama an faciat probationem, & qualem.*
49 *Confeſſio in matrimonio ſpirituali, quid operetur.*
50 *Eccleſia compellit per cenſuram eccleſiaſticam religioſos ad ſuam redire religionem, non obſtante ſua aſſertione contraria.*
51 *Confeſſioni pro matrimonio carnali contra ſpirituale ſtatur, non econtra.*
52 *Matrimonium, an probetur per præſumptiones, & indicia.*
53 *Matrimonium, an præſumatur ex traductione ſponſi ad domum ſponſæ.*
54 *Matrimonium, an probetur per cohabitationem viri, & mulieris, & carnis copulam, non præcedentibus ſponſalibus de futuro.*
55 *Filiationis, & quaſi matrimonij poſſeſſio, qualiter probetur.*
56 *Teſti deponenti ſecundum iudicium ſuum, non creditur, niſi cauſa expreſſa, licèt non ſit interrogatus.*
57 *Matrimonium, ex quibus probetur.*
58 *Stuprum, non matrimonium, qualiter præſumatur.*
59 *Tractatus vxorij, qualiter probari debeant.*
60 *Iuramentum in defectu probationis, an & quale admittatur ad probandum ſponſalia, vel matrimonium. & num. 61. 62. 63.*
64 *Matrimonio fauendum eſt, quando partium probationes ſunt hincinde pares.*
65 *Reo, non actori, fauendum eſt in dubio circa deciſionem cauſæ.*
66 *Illegitimitatem obijciens, illam probare tenetur.*
67 *Matrimonij ad ſeparationem, vbi agitur ratione frigiditatis, debet probari frigiditas per iuſtum iudicium.*
68 *Mulieri non creditur contra matrimonium, niſi probet metum.*
69 *Mulieres duæ ſi petant aliquem in virum, quæ præferatur.*
70 *Statutum valet, quod probationes factæ coram poteſtate in cauſa matrimoniali valeant.*

CAP. XXVII.

CVm in tva. Ad denunciationem vnius honeſti viri, qui refert cõſanguinitatem, & de fama, & ſcandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum. hoc dicit. & pars iſtius in cap. cum in tua. infra qui matrimo. accuſare poſſunt. & in cap. cum in tua. ſupra de teſti. communis diuiſio. ſecunda ibi, ad quod taliter reſpondemus. & in tex. ibi, editis. dic aliàs edictis, ideſt frequenter dictis, uel propoſitis. 12. quæſt. 2. cap. indigne. ſecundum Hoſtien. ſed prima litera communior eſt. & ibi, publicè. dic, ſed priuatim ſic. & ibi, contrahentium. dic, id eſt contrahere volentium, ſecundum Innocen. & ibi, grauis. dic, ſcilicet moribus, non honoribus, vt in c. licet. il ſecondo, de teſtib. & ibi, edoceri. dic ſcilicet nec tu per te de pla-

no poteris certificari, & ſi perſona ſit grauis, ſecundum Petrum.

¶ Primò nota ibi, bannis, vt tuis uerbis utamur, quod tex. referens uerba alterius, debet uti uerbis illius, & idem in referente argumenta alterius. Sed Ioan. And. tenet contrarium, videlicet, quod hoc non ſit neceſſarium, in cap. Abbate, de verborum ſignificatio. per l. ſcire leges. ff. de legib. ad quod faciunt, quæ traduntur in cap. nihil, de verbor. ſignif. quia nõ pertinet principaliter ad materiam noſtrã, dicam latius in materia teſtium. & vide Speculat. in tit. de inquiſitione. §. nunc capiemus. circa med. & per Bald. in l. teſtium. C. de teſtib. & optimè facit iſte tex. ad vnum facetum reſponſum, quod mihi, & quibuſdam alijs aſtantibus dedit Reuerendiſſimus Cardinalis Cumanus, qui cum in hac ciuitate viſitaretur à quodam epiſcopo Lucerenſi, epiſcopus tandem incidit in hæc verba, Rogo vtatis res mea, ſicut ueſtras, & abeatis pro obitulatis. Cardinalis verò reſpondit; Ego vtam res veſtra, ſicut meas, & abeo pro obitulatis. vnde cum epiſcopus diſceſſiſſet, nec poſſemus continere riſum, adiecit Cardinalis ſic reſpondiſſe, ne aliter dicendo illum vituperaret.

¶ Secundò nota ex eiſdem uerbis, quod quandoque Papa deſeruit uulgari uigenti in loco. ſimile in cap. accuſatus. §. 2. de hæret. lib. 6. & Iureconſultus quandoque vtitur verbis ruſticorum, vt l. ſi chorus. ff. de legat. 3. ex communi enim vſu loquendi
1 verba † ſunt intelligenda etiam contra propriam ſignificationem, vt in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 3. & in l. Labeo. ff. de ſupell. leg. & in l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtruc. tetigi in cap. præced. artic. 16.

¶ Tertiò nota, quod ſicut in matrimonio ſpirituali debent proponi edicta, ſi quis velit ſe opponere, ut in cap. fin. de elect. lib. 6. ita & in matrimonio carnali fiunt bannimenta, & etiam proponun
2 tur edicta, † ſi quis uellet contradicere, aut obſtaret aliquod impedimentum, &c. & iſta, & illa ſunt maioris efficaciæ, quàm ſint bannimẽta per vocem præconis, quoniã uox præconis paucis innoteſcere dicitur, ut in auth. qui ſemel. C. quo. & quan. iud. & de citatione per edicta vide, quæ latiſsimè dixi in Rubr. ſupra de dilat. artic. 23. per vndecim quæſtiones. de citatione verò per præconem, uide eodem loco, artic. 25. per nouem quæſtiones.

3 ¶ Quartò nota, quod fama † ſuper conſanguinitate prẽualet teſtimonio conſanguineorum teſtificantium contra conſanguinitatem: & ſic eſt caſus, quod quandoque fama prævalet plenæ probationi, uidelicet ad impediẽdum matrimonium, ad eligendum ſcilicet ſecuriorem partem.

4 ¶ Quintò nota, quod quãdoque † fama dicitur de eo, quod priuatim famam ad iudicem defert, quo caſu debet iudex de iſta fama inquirere etiam nemine nunciante: in iſtis enim ſpiritualibus iudicis officium eſt latiſsimum, ſupra de elect. cap. cum nobis olim. & eſt ratio, quia in eis uerſatur periculum animarum, de quibus prælati rationem reddere debent, vt in cap. irrefragabili. ſupra de offi. ord.

5 ¶ Sextò nota ibi, fama, uel ſcandalo, quod fama, & † ſcandalum equiparantur quo ad caſum noſtrũ. Nec obſtat, quod ſcãdalum poteſt eſſe paucorum,

fama

fama autem non niſi maioris partis populi, vt in c. cum oporteat, de accuſat. dixi latè in cap. qualiter, & quando. il ſecondo, infra de accuſat. in 9. princ. artic. quæſt. 43. quia reſpõdet hic Zabar. quod licet non ſemper equiparentur, tamen hic equiparãtur, quia primò dicit de fama, & ſcandalo, ſecundò ſolum repetit de fama, ibi, vel contra famam eiuſmodi. ſub quo verbo comprehenditur ſcandalũ, aliàs tex. noſter loqueretur defectiuè: vnde licet fama habeat vim vnius teſtis, vt no. glo. in cap. 1. ſupra de appell. & ſic facit ad ſemiplenam probationem: ad quod vide, quę latiſsimè dixi in dicto cap. qualiter, artic. 9. quæſt. 45. & ſubdatur de ſcandalo, debet intelligi de ſcandalo, quod ſit in maiori parte populi, vel vicinię, non autem in minori, ſicut eſt rumor, vt in cap. ſuper eo. infra de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. ad quod vide, quod dixi in capit. veſtra. ſupra de cohab. cler. & mulier. quia tunc non ſufficeret, vt dicto cap. ſuper eo. vnde hic fama, & ſcandalum idem important. vel expone, vel pro, ideſt, ſecundum Zabar. hic, qui dicit prædicta diligenter notanda, & adde quæ de ſcandalo dixi in dicto cap. qualiter, artic. 9. quæſt. 16.

¶ Septimò nota ibi, offeratur. & ibi, ſponte oblata, &c. argumentum, quod non inficitur dictum te
6 ſtis, licet non fuerit citatus, † ſed per partem producentem fuerit iudici oblatus. non enim ex hoc præſumitur ſe ingerere, ſed potius ſtimulatus à parte producente venire. facit cap. conſtitutus, de teſtib. ſecus vbi teſtis ſe ipſum ingereret, quia tunc non daretur ſibi fides, vt l. vxori. §. 1. ff. de falſ. & ibi Bar. & facit cap. qualiter. ſupra de elect. ſed non eſt principalis materia noſtra, dicam in titu. de teſtibus. vbi conuenit.

¶ Octauò nota, quod cõtra probationem famæ
7 admittitur contraria † probatio, de quo hic in glo. fin. & contrariæ probationi ſtatur, ſi eſt clarior, & plenior, & idem dicendum eſt de infamia: vnde ſi aliquis eſt probatus malę famæ, poteſt probare contrarium, quod ſit bonæ famæ, vt not. glo. magna in cap. is qui. infra eod. & Innoc. in cap. bonæ memoriæ Maguntinus. ſupra de elect. & per eum in cap. cum oporteat. infra de accuſat. & vide, quod traditur per Bar. in l. fin. ff. de quæſtio. & quæ latius dixi in dicto cap. qualiter, artic. 9. quæſt. 41.

8 ¶ Nonò no. † quòd ad ſolam famam deferentẽ impedimentum impeditur matrimonium, ad idem c. ſuper eo. de conſang. & affin.

9 ¶ Decimò no. quod ſcandalum graue, † quod veriſimiliter dubitari poteſt, impedit matrimoniũ contrahendum, & ideo ſi inter magnas parentelas ex aliquo matrimonio contrahendo imminet futurum ſcandalũ, poteſt, & debet iudex impedire. 7. q. vlt. cap. fi. & c. qui ſcandalizauerit. & ibi Archid. & in c. niſi cum pridem. ſup. de renunt. per Io. And. in c. 1. de offi. deleg. lib. 6.

¶ Vndecimò no. ibi, per te ipſum, quod iudex ordinarius poteſt inquirere de fama cõtra aliquem ſimpliciter, & de plano, maximè ſuper matrimonio, & dicit hic Innoc. quod hanc inquiſitionem poteſt iudex facere ſine ordine iudiciorum, & ſine teſtib. quod intelligit D. M. quando non agitur de graui præiudicio, aliàs ſecus. & quid importet uerbum, de plano, traditur in cle. ſemel. de uerbor. ſignif. & per Bar. in gl. ſuper verbo, de plano, in extrauaganti, ad reprimendum, ad quod uide quod latius dixi in c. fin. ſupra de ordine cognit. in 34. princ. art.

10 ¶ Duodecimò no. quod cõmiſſa † ad arbitrium alicuius, intelligũtur commiſſa tanquam in diſcretum virum, vt l. hæc uenditio. ff. de contrahen. emptio. & in cap. cum ad monaſterium. de ſtatu regul. & in cap. nimis, de exceſſ. prælat. vnde committitur hoc arbitrio iudicis, cui magis credatur, vel famæ, vel teſtibus probantibus contra famã: in his enim, quæ in facto conſiſtunt, non poteſt ius inſtruere iudicem, ideo dicit notabiliter tex. in l. 3. §. tu magis. ff. de teſtib. tu magis ſcire debes, quanta ſit teſtibus fides adhibenda, &c. eum enim ex varijs circunſtantiis, & propter varietatem ipſorum, & hominũ malignitates, plus & minus in vno loco, quàm in alio varia præſumantur; meritò, cum certa regula dari non poſsit, arbitrio iudicis relinquitur. facit cap. fi. ſupra de tranſact. quoniam ea, quæ in facto conſiſtunt, iura nõ habent diffinire, vt l. mora. ff. de vſur. facit, quod not. Innoc. in cap. in præſentia. ſupra de probat. ſecundum Pet. de Anch. hic.

11 ¶ Vltimò nota, quòd vbicũque † de peccato eſt aliquod dubium, licèt in contrarium videatur magis certitudo, tamen illud ſequẽdum eſt, quod obuiat poſsibili peccato, quia in his ſecurior pars pro anima eſt eligenda, vt in cap. iuuenis. ſupra eod. vbi notaui, & in cap. ad audientiam. infra de homic.

¶ Glo. prima in fine. dic fortè talia banna dicebant, quod quicunque ſciret impedimentum conſanguinitatis ſubeſſe, ſub pœna excommunicationis deberet illud manifeſtare.

¶ Glo. ſecunda corrigit, & declarat, deinde oppo. & ſol. In fine glo. dic, hæc glo. aliqualiter obſcurè loquitur, & videtur eſſe in contradictione: quia primò videtur velle, quòd fama non ſit ſufficiẽs ad impediendum matrimonium: deinde ſentit contrarium, & ſoluit. tu dic clarius, quod tex. noſter poteſt dupliciter intelligi. Primò, quod de fama conſtabat iudici vt priuato, quia adhuc non erat facta probatio in iudicio, ſed iudex priuatim audierat à multis, & hæc fama, quæ poteſt appellari priuata, non ſufficit ad impediendum matrimonium: ſed dat facultatem iudici, vt inquirat, & probationes de fama recipiat. Secundò poteſt intelligi, exponendo tex. dum dicit, priuatum, id eſt priuatim, & in idem reincidit.

¶ Glo. ſuper verbo, grauis. format contrarium, & ſoluit, deinde colligit argumentum, & de materia ſe remittit.

¶ In eadem glo. ibi, oritur à perſona. dic clarius ad contrarium. Primò, quod ibi factum erat ita clandeſtinum, quòd non poterat probari niſi per illam perſonam, licet vilem: nam vbi deeſt facul-
12 tas probandi, admittitur probatio, † aliàs non integra, vt in cap. cum dilecti. iuncta glo. ſupra de electio. & in cap. præterea, ſupra de teſtib. faciunt not. in cap. fin. ſupra quod me. cau. ſed in caſu noſtro impedimentũ poterat per alios probari, & denunciari. & ad prædicta vide, quæ latius dicam infra in ti. qui matrim. accuſa. poſſ. artic. 12. Et ex prædictis, & ex tex. nota, quod etiam vbi agitur ad impediendum peccatum futurum, nõ admittitur vilis perſona ad denunciationẽ, licet aliud ſenſerit Goffr. in ſumma.

de quo

de quo latius dixi in dicto cap.qualiter.il secondo, de accusat.in 9.princ.artic.Secundò potest responderi ad contrarium, quod ibi ille deponebat vt testis,hic verò ut denunciator: & sic minus fidei adhibebatur, vt dicit glo.sequens. Sed prima solutio est notabilior, vt dicit Dominus meus.

¶ Gl.super verbo,de fama, primò infert ex tex. deinde oppon. & non sol. deinde primò colligit, quòd fama impedit matrimonium, & etiam unus testis, contra quod secundum sentit contrarium de tex.nostro, & soluit.

¶ In eadem glo.ibi,inquisitioni. dic,quod illud cap.solum probat,quod dicta paucorum non infamant,sed fama bene potest probari per duos testes, vt not.glo.4.quæst.3.§.item sæpe.& traditur in l.3. ff.de testib. & per Bart.in l.de minore. §.tormenta. ff.de quæst. dixi in d.c.qualiter,il secondo. infra de accusat.art.9.quæst.22.

¶ Glo.super verbo,de plano.colligit,& declarat, & est satis clara.

¶ In eadem glo.i bi, summaria cognitio. dic de hoc,ut latè dixi in c.fi.supra de ord.cogn.art.34.

¶ Glo.fin.in fine.dic de hoc,vt dixi supra in notabilibus.

¶ Vltimò pro declaratione tex.oppono.videtur enim tex.noster sibi ipsi contrarius: nam primò repellit iuramentum consanguineorum fama in contrarium probata,& in uers.uel contra,uidetur uelle oppositum. ¶ Sol. Multiplex est.

¶ Prima est Petri,& Abbatis, quod principium loquatur de his, qui se ingerebant, pro quibus est litera ibi, dicit tex.dicit,spõte oblati: vnde propter hoc episcopus habuit eos suspectos. facit ff.de procura. in l.quæ omnia. Secunda verò pars tex.loquitur de his,qui non erant suspecti: vnde episcopus primos repellit, & alios admittit, de quibus confidit,quod uerum dicant.

¶ Secunda solutio fuit Boatini, qui dixit, quod iuramenta propinquorum nolentium computare gradus nõ admittunt, vt in primo dicto. Sed si uellent cõputare gradus,admitterentur,vt in secundo dicto. Quæ solutio satis est uera in se, sed continet diuinationem.

¶ Tertia solutio fuit Ioan.And. qui dicit, quod
13 verbum, parentes, † potest accipi dupliciter; vno modo pro genitoribus tantum. 4. quæst.3. cap.parentes.& infra de his, qui fil.occid.cap.fin.alio modo pro consanguineis. 3.quæst. 1.cap.1.35.quæst.6. capit.de parentela. vnde tex.noster debet intelligi, quod in primo dicto repelluntur parentes, id est progenitores tanquã suspecti, eo quod erant principales auctores contractus prædicti. facit capit. super eo.il secondo, supra de testib. In secundo verò casu admittuntur propinqui, & alij consanguinei, non progenitores, quæ sol.in effectu in idem reincidit,quod prima.

¶ Quarta solutio est, quod tex. in princip.ponit regula, in secũdo verò dicto hoc relinquit arbitrio discreti iudicis, qui secundum qualitatem facti,personarum,& aliarum circumstãtiarum admittet, vel non admittet probationem in contrarium.

¶ Quinta solutio est, quod principium tex. nostri loquitur,quando consanguinei nolebant deponere contra famã,& hęc opi.plus placet D.M.mihi plus placet, quod episcopus iuramenta parentum sponte oblata nullo modo recipiat, maximè cum essent promotores sponsalium,sed aliorum propinquorum admittat, vel non admittat, secundum q̃ uiderit expedire, habita consideratione ad varias circunstantias, & qualitates. Et pro declaratione prædictorum vide,quæ statim dicam in 27.principali articulo.

¶ Vigesimoseptimò principali artic. tractandũ
14 est, qualiter † sponsalia, & matrimoniũ probẽtur, quoniam iste artic. bene adaptatur, & conuenit textui nostro, pro cuius artic. clariori doctrina, quia Doct.intricatè loquuntur, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primò, vtrum possint probari per testes.

¶ Secundò,quales esse debeant testes, qui super hoc deponunt.

¶ Tertiò, quot testes requirantur.

¶ Quartò, quid deponere debeant.

¶ Quintò, vtrum possit probari per instrumenta, & qualia debeant esse instrumenta.

¶ Sextò,vtrum per confessionem partium.

¶ Septimò,vtrum per præsumptiones & inditia.

¶ Septimò,vtrum per iuramentum in defectum probationis.

¶ Nonò, quid agendum sit, si probationes sint dubiæ, vel propter ipsas probationes, vel propter probationes hinc inde factas.

¶ Primò igitur quæro, utrum per testes possint
15 probari sponsalia, & matrimonium contracta fuisse,vel contrahi non posse. † Sol. Dic quod sic.tex. est hic,& probatur in l. neque. & in l.si donationũ. C.de nuptijs. & in Authen. de nupt.in §.quia vero legem. vers. hanc autem, & in c.super eo. il secondo,sup.de testib.infra qui matri.acc.poss. cap. videtur.35.quæstio.6.cap.videtur. Inst.de nuptijs.§. fin. & apparebit latius ex sequentibus quæstionibus. est enim hoc regulare, quod testes possunt produci in omnibus casibus & causis cuiuscunque qualitatis. Ideo autem dixi,regulare, quia sunt certi casus qui non possunt probari per testes, eo quod ad substantiam & ualiditatem eorum requiritur scriptura,de quibus per Specu.in titu.de instrumentorum editione.§.restat. vers.sed si alij.& per glo. in c.1.de censib.lib.6.. dixi plenissimè in tractatu de fide instrumentorum. vnde in dictis casibus non debet quis admitti ad probandum per testes,quod probatum non releuaret, ut in c.cum contingat. in fi. de officio delegati, &quod notatur in c.peruenit.inf. qui filij.sint legitimi,& l.ad probationem.C.de probatio.& in c.ad id quod. sup.eo. & in c.examinata. sup.de iudic. cum simil. & ex prædictis sequitur, quod cum olim de iure ciuili circa sponsalia contrahenda pro substantia exigerẽtur instrumenta, talia sponsalia, siue matrimonia non potuissent probari per testes, ad quod uide quod traditur in l.lege Papia.ff.de ritu nupt. & ibi Salicetus. Sed cum de iure canonico etiam in illis casibus non sint necessaria instrumenta, ut dixi in c.præcedenti.artic. 14. quæst.5. meritò probatio per testes simpliciter admittitur.

16 ¶ Secundò quero,quales debeant esse testes † ad probandum seu reprobandum matrimonium.

¶ Sol. Dic quod testes debent esse legitimi, quia, nisi

nisi appareant probationes,matrimonium nõ præsumitur,sed stuprum, uel adulterium. 30. quæst.5. c.aliter.quod intellige in facto recenti: si enim longissimum tempus lapsum esset,puta 40.annorum à tempore contractus allegati, sufficerent præsumptiones probabiles,scilicet quod mulierem semper tenuit in uxorem,scilicet ad mensam,ad lectum,& ad cætera similia. facit l.in liberæ. C. de nuptijs. nec mirum, quia nedum per tales præsumptiones probatur matrimonium,sed etiam impeditur,& separatur,vt in cap.præcedenti. & in cap.3. supra de præsumptio. & ibi de hoc,secundum Hostien.& sequitur Petrus de Ancha.hic.

¶ Aduerte tamen circa prædicta, quia tex. in c.
1.inf.de consanguin. & affinit.uidetur requirere q̃ testes debeant esse circunspecti,de quo tamen Zabar.ibi remittit ad notata, in c.licet ex quadam.supra de testibus. quinimmo tex.in d.c.1. non solum requirit quod sint circũspecti, sed etiam q̃ sint omni exceptione maiores, & est ibi una glo.super uerbo,maiore, quæ quotidie allegatur pro singulari, quæ dicit,quod illi dicuntur testes omni exceptione maiores, qui per nullam exceptionem requiri possunt, facit quod not.glo.Inst.de uerborum obl. §.item verborum, & uide plurimas alias auctoritates,quas allego in d.cap.1.

¶ Sed contra prædicta oppono, uidetur enim
17 clarũ esse quod † parentes & consanguinei nõ sint idonei testes in causis filiorũ & consanguineorum, & per consequens non sint omni exceptione maiores, ut l.parentes. C. de testibus. canonizata 4.q.3. vers.item parentes.& versic.item pater, & filius, & in l.testis idoneus, ff. de testibus. canonizata 4.q. 3.vers.testis idoneus, & tamen parentes & consanguinei admittuntur ad testimonium tãm pro matrimonio coniungendo,quam pro separando,ut in c. uidetur.inf. qui matrimo.accu.poss. & 35. q.6.cap. uidetur. quinimmo ipsi præferuntur alijs testibus, ut ibi traditur: & assignatur ratio, quia ipsi præsumuntur habere pleniorem notitiam tam consanguinitatis,quàm etiã matrimonij: ergo videtur, q̃ non requiruntur testes omni exceptione maiores. Quare aduertendum, quòd circa hunc artic. glo. & Doct.sunt varij, & intricatè loquuntur: & ideo, vt clarius hæc materia intelligatur, prosequar quatuor quæstiones.

¶ Prima, quid iuris in sponsalibus.

¶ Secunda,q̃ si parentes producuntur ad dissoluendum sponsalia,vel impediendũ matrimonium.

¶ Tertia, quid si producantur ad probandum matrimonium contractum, & ipsius validitatem.

¶ Quarta, quid de matrimonio spirituali.

¶ Circa primam quæstionem de sponsalibus de futuro,Hostien.in capit.super eo.il secondo, supra de testib.tenet,quod etiam matris testimonium sit
18 sufficiens, † si non concurrãt qualitates,de quibus in tex.videlicet, quod contrahentes essent ęqualis cõditionis,vel quod filius,vel filia,pro quo,vel qua mater deponeret, excederet alium, cum quo debebat contrahere matrimonium,secũdum ea, quæ statim dicam in secunda quæst. Sed Ioann.And.in dicto cap.super eo.dicit,quod matris testimonium deponentis pro sponsalibus non est ita suspectum, sicut quando deponeret pro matrimonio,& placet Domino meo, & mihi, vt dixi in dicto cap. super eo. quoniam ad dissoluendum sponsalia de futuro competunt multa remedia,vt in cap.sicut.supra eo. & in cap.quemadmodum. supra de iureiuran.quæ non competunt pro dissoluendo matrimonio. ad quod vide, quæ latius dicam infra de diuor.art.32.

¶ Circa secundam quæstionem, quando parenti-
19 tes, & consanguinei † producuntur ad dissoluendum sponsalia, vel impediendum matrimoniũ futurũ,distingue, quod aut proponitur impedimentum consanguinitatis cõtra matrimonium, & tunc admittũtur ad ipsum matrimonium impediendũ, vt in cap.videtur.infra qui matrim. accu.poss.& ibi per Doct.tenet Innoc.in Rubrica, eod.titu.dicens, quod de consanguinitate coniugum contrahere volentium probanda, vel improbanda parentes,& consanguinei admittuntur, & quod speciale est in consanguinitate, quod nunquam debet haberi suspectum testimonium alicuius consanguinei, licèt coniuges, seu contrahere volentes sint inæqualis conditionis, ad quod est optimus tex. 35.quæst.5. cap.1.& bene probatur hic: nam hic in tex. nostro ad impediendum matrimonium, magis creditur consanguineis de impedimento consanguinitatis, quàm parentibus asserentibus nullum esse impedimentum, quibus tamen parẽtibus asserentibus impedimentum creditur.35.quæst.6.cap.1.Item & sola fama sufficit ad impediendum, vt hic dicit glo. super verbo,fama.per cap.super eo,infra de consanguin. & affin. & similiter etiam dicit glo.prædicta, quod sufficit etiam vnus testis ad impediendũ matrimonium,per cap.super eo.il secondo,supra de testib.& in cap.de illo.& ibi not.glo. infra de eo,qui cogn.consang.vxo.suæ.& in cap.præterea.il secondo, supra eod.vnde, vt ibi dixi, quantum ad impediendum matrimonia,plura ponuntur specialia.

20 ¶ Primò, quod † admittitur nunciator ad testificandum, secundum vnum intellectum illius cap.

¶ Secundò, quod tanquam testis non iurat in præsentia partium, contra cap.2.supra de testib.

¶ Tertiò, quod dictum suum cum nomine non publicatur, vt ibi dicitur, contra cap.qualiter. il secondo.§.debet.infra de accusat.

¶ Quartò, quia statur dicto vnius in præiudiciũ alterius,infra eod.licet.& c.veniens.supra de testi.

¶ Quintò,quia quãdoque auditur ad impedien dum matrimonium allegans turpitudinem suam, vt ibi,contra cap.inter dilectos. supra de donat.

¶ Sextò, secundum aliquos,quia creditur vni testi etiam non iurato. contra cap.tuis,& cap.nuper. supra de testib. & contra l.iurisiurandi. C.de testib. canonizatam.4.quæst.3.§.item iurisiurandi.

¶ Nec obst. cap. primum, infra de consanguin. & affin. vbi testi non iurato non creditur in causa matrimoniali, quia ibi testes producebãtur ad dissoluendum matrimonium, quod iam erat contractum de præsenti, ideo non creditur. ad quod etiã est tex.infra de eo,qui cogno.consangui. vxor.suæ. cap.de illo,& capit.super eo.secundum Hostien.in dicto cap.1. de consanguin. & affin. sed nos loquimur, quando agitur de impediendo matrimonio. sed Ioan.And.in dicto cap.1.tenet,quod testi non iurato nõ creditur etiam quo ad impediendum matrimonium.de quo dic,vt latius ibi dicam,circa intelle-

tellectum illius cap. Sed tenendo opinio. Hoſtien. ſimili modo poteſt reſponderi ad cap. fraternitatis. infra de frigid. vbi exigitur, quod matrona iuret, quia ibi agebatur ad ſeparationem matrimonij, nõ autem ad impediẽdum matrimonium: ſed ille tex. habet varios intellectus, de quibus ibi dicam.

¶ Septima ſpecialitas eſt, quia quandoque admittitur teſtimonium de auditu alterius ad probandum conſanguinitatem ad impediendum matrimonium, vt in c. 1. & in c. de tua. infra de conſanguinita. & affinit. quod qualiter procedat, ibi videbimus, & in cap. videtur. infra qui matrim. accuſare poſſunt. & in cap. licet ex quadam, ſupra de teſtib. & ratio omnium prædictorum poteſt eſſe, quia licet ſtantibus prædictis qualitatibus teſtes non probẽt plenè, immo nec in cæteris ex prædictis caſibus ſemiplenè, & ideo tex. quem ponderat Ioan. And. in cap. de illis. infra de eo, qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. vocat occaſionem, & ſic inſufficientem probationem, argum. cap. ſolitæ, in princ. ſupra de maior. & obedien. tamen negari non poteſt, quod etiam per prædictos probandi modos non inducatur aliqua ſuſpitio, præſumptio, vel dubitatio; vnde ratione peccati euitandi, attento quod admiſſo impedimento non inſurgit magnum incommodum in matrimonio non contrahendo, & ex ipſo matrimonio contracto poſſet oriri peccatum, & ſic deterius tamen contingere, cum magis ſit ponderandum periculum animæ, quàm corporis, vt in c. Matthæus, de ſimon. meritò ſecurior pars in fauorem animæ, etiam exiſtente dubietate, eſt eligenda, vt in capit. iuuenis. ſupra eo. & in cap. ad audientiam. infra de homic. & ibi dixi.

¶ Circa tertiam quæſtionem, quales debeant eſſe teſtes, qui producuntur ad probandum matri-
21 monium, quod dicitur iam contractum.† Sol. Dic quod debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores, & illi debent maxime produci qui ueritatem eius ſcire præſumuntur, vt eſt tex. in dicto cap. uidetur. inf. qui matrim. accu. poſ. propter quod dicit ibi Hoſt. quod Tabellio in numero teſtium præ cæteris admittitur. de quo in l. Domitius Labeo. ff. de teſtamentis.

22 ¶ Sed vtrum parentes † pro filijs, & conſanguinei pro conſanguineis admittantur. glo. fin. in c. fi. inf. de condit. appo. tenet quod ſic, quod tamen intelligit, ubi eſſet æqualis conditio filiæ & mariti ipſius, vel ubi filia virum excederet, ut traditur in c. ſuper eo. il ſecondo, à contrario ſenſu. ſupra de teſtibus. nam ibi dicit, quod mater non admittitur ad teſtificandum pro filia petente aliquem in virum, quando eſt diſparitas conditionis inter filiã & uirum quem petit, & idem uidetur ibi velle D. M. in caſibus in quibus non accreſcit utilitas uel honor filiæ, & idem tenet Dom. meus in d. capit. uidetur, quod apud me ſatis eſt dubium, quia regula eſt in contrarium, vt ſupra dixi. Nec videtur ſumendum
23 argumentum à contrario ſenſu † ad corrigendum expreſſas iuris regulas, ut in l. 2. C. de conditionib. inſertis. & in l. nemo. C. de iuriſdict. omn. iudicum. & quia cum ueniat ex tacito ſenſu, ut dicit ſingulariter glo. in cap. cupientes. §. quod ſi per uiginti. de electione. lib. 6. debet ceſſare, vbi contrarium reperitur expreſſum, vt l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum oblig. Item, quia eſt ueriſimile quod mater teſtificetur pro filia ad hoc ut illa adimpleat uolun tatem ſuam, per quod implementum quis ſatis lucrari dicitur. Inſtit. de actionibus. §. præterea. & l. fi. ff. de uſu & habit. cum ſimil. Et ideo in dicto c. ſuper eo. videtur vacare argumentum à cõtrario ſenſu, uel poteſt dici, quod ſpeciale ſit quod ibi admittatur ad probandum matrimonium, in caſu contrario, ſcilicet quando daretur æqualitas, uel quod filia eſſet ſuperior, ſed non in alijs caſibus, & hoc ſentit glo. 1. in dicto cap. ſuper eo. vnde ſi admittuntur parentes, neceſſarium eſt dicere quod ſit ſpeciale fauore matrimonij, quia matrimonia comuniter celebrãtur per filios in præſentia parentũ, vt in ſimili dicitur in d. c. uidetur. & 35. quæſtio. 6. c. uidetur. facit quod in ſimili dicimus in l. conſenſu. C. de repudijs. & l. etiam matris. ff. de probationibus. & in c. continebatur. infra titu. proximo, & ſi tu diceres, quod etiam exiſtente æqualitate pari, uidetur poſſe dici teſtimonium eorum ſuſpectum, quia videtur hoc à parentibus naturaliter appetendum, iuxta illud,

Si qua velis aptè nubere, nube pari.

Poteſt enim dici, quod ideo debet admitti teſtimonium, cum pari ratione ad vtriuſque, ſcilicet viri, & mulieris, tendat vtilitatem.

¶ Et aduerte, quia dicit dom. Ant. in dicto cap. ſuper eo. quod ſi mulier non excederet virum in aliquo, eſſet tamen valde formoſa, quamuis præbeia nata, tamen ex honeſtis parentibus, quam conſtabat virum illum multum diligere, nec erat veriſimile propter puellæ, & parentum honeſtatem, q̃ eam habere potuiſſet niſi in vxorem, nã tunc etiam parentes eſſent idonei teſtes, eſſent tamen arbitrio iudicis admittẽdi, in cuius poteſtate reſideret quanta eſſet eis fides adhibenda, per l. 3. §. tu magis. ff. de teſtib. & hæc eſt concluſio Hoſtien. & Doct. communis in dicto cap. ſuper eo. il ſecondo. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſic. quartò fallit. & ſic eſt concluſio, quod conſideratio q̃ualitatis, & inæqualitatis viri, & mulieris reſidebit in pectore iudicis, & mihi ſatis placet, quoniã plura veniunt examinanda, & conſideranda, vt docet experientia, & ego ſæpiſſimè fui expertus. veniunt enim in conſideratione, ſeu venire debent in primis viri, & mulieris mores, quamuis illuſtris Poeta ſatyricus Iuuenalis dicat, De moribus vltra fiat quæſtio. veniunt etiam in conſideratione qualitates parentum, & genus, mulieris pulchritudo, & viri ætas, & dos, & dotis quantitas, quamuis idem Iuuenalis dicat, quòd in primis quæritur quantum habet in bonis.

¶ Prædicta igitur omnia, & alia ſimilia arbitrio iudicis examinanda, & penſanda relinquuntur, & debent ex vtraque parte pẽſari: poſſet enim eſſe, q̃ mulier excederet virum in aliqua qualitate, & vir mulierem in alia, in quibus q̃alis ad inuicem poſſet fieri compenſatio. & ideo licet Doct. in d. cap. ſuper eo. dicant, quod ad repellendum matris teſtimonium ſufficit, quod vir excedat mulierem in altero ex illis quatuor, de quibus in dicto cap. ſuper eo. videlicet nobilitate, diuitijs, potentia, vel honore. & hoc propter alternatiuam, vel, poſitam in di-
24 cto cap. ſuper eo. † Ad cuius implementum ſufficit alteram partem eſſe veram, vt in l. ſi is qui ducenta.

centa. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in regula, in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. nam illud intelligendũ eſt, ſi alter alterum excederet, nec ab altero in aliquo excederetur, ſecus ſi ſe haberent vt excedentes, & exceſſi, vt puta, quia mulier excederet nobilitate, vir verò diuitiis: & quamuis vna videtur altera excellentior, tamen poſſent eſſe tales, quæ ad inuicem compenſarentur, habita recta cõſideratione: nam hoc exiſtente, vel quod mulier ſuperior remaneret, matris teſtimonium non eſſet ſuſpectum, præſertim quando conſuetudo regionis id iudicaret, vt puta, ſi vir plebeius, & diues deſideraret libenter accipere mulierẽ nobilem, licet pauperem, & cum modica dote. facit, quod traditur per glo. & Doct. in l. diuortio. ff. de verbo. oblig. quinimmo propter huiuſmodi cauſam nonnunquam vir dotat vxorẽ, vt ego quandoque vidi. facit l. cum voluntate. C. de dot. promiſſ. & hanc opinionem ſequuntur Doct. in d. c. ſuper eo. il ſecondo, de teſtib. & ideo ſuper prædictis plurimum verſari debet arbitriũ iudicis, vt qualitates omnes conſideret, & ad inuicem conferat, & penſet quidam tamen diſtinguunt, vtrum ad impediendum matrimonium, allegetur impedimentum conſanguinitatis, an verò allegetur aliud impedimentum: puta voti, cognationis ſpiritualis, vel quid ſimile, facientes in talibus differentiam: ſed communis opin. non facit differentiam. vide ad prædicta Bartholomæum Brixienſem. 3. quæſt. 5. in ſumma. 14. q. 2. in ſumma, & Hoſt. in ſumma, in tit. qui matrim. accuſ. poſſ. §. fin. Et ita etiam voluit Hoſtien. in d. c. ſuper eo. dicens per illum tex. quod inter prædicta impedimenta nõ eſt ſienda differentia.

¶ Circa quartam quæſtio. quid iuris ſit de matrimonio ſpirituali, collige ex his, quæ dicam infra, in 6. quæſt. principali.

25 ¶ Tertiò principaliter quæro, quot † teſtes requirantur. ¶ Sol. Dic, quod aut agitur ad impediendum matrimonium, & ſufficit vnus teſtis, & eſt iſte vnus ex caſibus ſingularibus, in quo ſufficit vnus teſtis, ad quod vide, quod dixi ſupra, quæſt. 2. tradit Specul. in tit. de teſte. §. reſtat. verſic. 13. licet regula ſit in contrarium, vt ſtatim dicam, aut agitur ad impediendum matrimonium contractum, ſeu ad impediẽdum aliud matrimonium, vel matrimonium, quo aſſeritur iã contractũ, & hoc caſu exigitur plena, & clara probatio, & ſic ad minus exiguntur duo teſtes, quia nõ reperitur iure cautum in contrariũ: ergo ſtamus regulę, quod in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, vt in cap. licet, & in cap. in omni, & in cap. veniens. ſupra de teſtib. & in l. vbi numerus. ff. de teſti. 2. q. 4. §. 1. & eſt tex. expreſſus in terminis noſtris. 35. quęſtio. 6. §. fin. & idem dicendum eſt, ſi ageretur de matrimonio diſſoluẽdo. exigitur enim plena probatio, adeo quod non ſufficit vnus teſtis, etiam cum rumore, ſecundum Dom. Anto. in c. de illo. infra de eo, qui cogn. conſang. vxo. ſuæ, per cap. ſuper eo, eo. tit. & quod vnus teſtis non ſufficiat, eſt tex. expreſſus in d. §. fi. 36. q. 6. & vide quod ſtatim dicam in 9. quæſt. princip.

¶ Quartò principaliter quæro, quid & qualiter
26 deponere debeant teſtes † ad hoc, vt probent matrimoniũ. ¶ Sol. Arbitror diſtinguenda tria membra. Primum, quando agitur ad impediendum matrimonium. Secundum, quando agitur ad proban-
da ſponſalia fuiſſe contracta, vel matrimoniũ fuiſſe contractum. Tertium, quando agitur ad diſſoluendum matrimonium.

¶ Circa primum arbitror conſideranda impedimenta, & cauſas impeditiuas ſponſaliũ, & matrimonij, de quibus dixi in c. cum apud. ſupra eod. art. 8. & 9. & ſecundum illas articulare, & probationes facere, ita quod ex probatione, puta conſanguinitatis, affinitatis, vel alterius cauſæ appareat matrimonium non fore contrahendum, ſecundum diuerſas cauſas matrimonij impeditiuas, de quibus dixi in dictis artic. ad quos me remiſi: facilius enim impeditur matrimonium contrahendũ, quàm probetur contractum, vel contractũ diſſoluatur, vt dixi ſupra q. 2. & 3. ¶ Et no. quod ad probandum conſanguinitatem, per quam impeditur matrimonium, vt di-
27 cam in ti. de conſan. & affi. ſub 9. art. teſtes † debent computare gradus, incipiendo à ſtipite, vel ſaltem à germanis, ſeu fratribus, vt infra de conſan. & affi. q̃ qualiter procedat, & qualiter ſit intelligendum, ibi videbimus, & vtrũ ſufficiat teſtimonium de auditu, traditur in c. 1. & in c. tua, infra de conſang. & affin. & ſupra aliquid tetigi, dicam in dictis iuribus.

¶ Circa ſecũdum membrum, qualiter probatio
28 fieri † debeat, ſeu qualis probatio requiratur ad probandum ſponſalia fuiſſe contracta, vel matrimoniũ fuiſſe contractum. quo ad primum de ſponſalibus debes cõſiderare, per qua verba, & p̃ quos modos ſpõſalia de futuro cõtrahantur, de quibus dixi ſup. in c. præce. ar. 15. & ſecundũ illos modos, articulos, & probationes facere, & ſimiliter quo ad ſecundũ, circa probandum matrim. fuiſſe contractum, debes conſiderare per qua verba, & p̃ quos modos, actus, & ſigna matrimonium de præſenti contrahatur, & ſecũdum prædicta articulare, & poſitiones, & probationes facere, quod poteris facillimè colligere ſecundum facti cõtingentiam, ex his, quæ dixi ſupra in præced. cap. art. 14. & 16. & dicit Hoſt. in ſumma, in tit. de matrimo. §. qualiter. verſ. quid ſi dicatur. q̃ ſufficit probare, quod eam in eccleſia publicè deſpõſauerit, & ſubarrauerit, vel quod vir, & vxor matrimonij cauſa fuerint benedicti, & quod poſtea eã duxerit in domum, & habuerit, & tractauerit eam vt vxorem, quamuis etiam non probentur verba, quoniã illa non ſunt neceſſaria, vt dixi in dicto 14. & 16. artic. multoties enim puella ad verecundiam ducta ſuam proprijs verbis non exprimit voluntatem, vt ſupra eo. c. ex literis. C. de nupt. l. in coniunctionibus. ff. de ſponſal. l. ſed quæ patris. & ſtatim ſubiiciam poſt tertium membrum. Vel etiam ſi teſtes deponãt, quod poſt tractatũ de matrimonio factũ, ſeu poſt ſpõſalia traduxit eam ad domum, & ipſam carnaliter cognouit, per cap. is qui fidem. infra eod. quæ copula in foro contentioſo debet euidenter probari per teſtes idoneos, vt in c. per tuas. infra de cond. appoſ. nec ſufficit confeſſio coniugum, quando tractaretur de præiudicio alterius matrimonij, vt dicit Zab. in d. c. is qui fidẽ. de quo dic, vt ſtatim dicam in 6. quæſt. vel etiam probare actus, modos, & ſigna, per quos ſecundũ loci conſuetudinẽ, probando ẽt cõſuetudinem, induceretur matrimoniũ de p̃ſenti, faciunt quę dixi in d. ar. 16. & quæ inf. dicã.

¶ Circa tertium membrum, quando agitur de
29 diſſoluendo matrimonio iam cõtracto, † dic ſimi-

liter, quod probationes debent eſſe plenæ, & claræ, & neceſſariò concludere, propter maximum periculum animarum, quod in diſſoluendo matrimonio valido poſſet contingere, cum ſit cõtra præceptum diuinum, & canonicum, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, de quo dicam in tit. de diuort. artic. 32. faciunt etiam, quæ infra dicam in ſeq. qq.

30 ¶ Sed circa prædicta quæro, † vtrum teſtes probantes ſubarrationem, & anuli immiſsionem, probent matrimonium. Et aduerte, quia iſte articulus eſt ſatis dubius, & intricatus, & glo. in c. illud. ſupra de præſump. videtur diſtinguere, quod aut ſubarratio fit in eccleſia, vel domo mariti, & probatur matrimonium, aut in domo patris, & tunc ſecus. Ioã. etiam 30. q. 5. c. noſtrates. refert vltimam opi. quod præſumptio eſt matrimonij, quando cõſuetudo eſt, quod anulus duntaxat detur in matrimonio, & nõ in ſponſalibus, quæ conſuetudo eſt notoria in tota

31 Italia, adeo quod iudex † poſſet ex officio ſe de ea informare, ſecundum Dom. Ant. in c. fi. de conſue. in repe. & Bal. in l. 3. C. quæ ſit lon. cõſue. Ad quod vide, quod dixi in c. cum olim. ſupra de conſuet. in 10. princ. artic. maximè in 1. quæſt. Sed glo. in c. fi. infra de deſpon. impub. & in c. tenor. ſupra de re iudic. & in c. pen. infra eod. & in c. tuæ. ſupra eo. videtur glo. ſimpliciter tenere, quod ſi etiam alia ſigna non appareant, quæ ſint pro matrimonio, vel contra matrimonium: ſubarratio per anulum inducit matrimonium præſumptum, & prædictam opinio. ſequuntur expreſsè Dom. Ant. & Dom. meus in d. c. fi. infra tit. 1. & Dom. meus in d. c. tenor. & etiam Dom. Ant. in hoc videtur ibi inclinare, licet aliqualiter ſe inuoluat: dicit enim, quod vbi non probatur conſuetudo, nec alia ſigna probantur extrinſeca ad matrimonium, ſola ſubarratio, cum ſit ſignũ æquiuocum, non probat matrimonium, per tex. in cap. illud, ſupra de præſumpt. Sed ille tex. non probat, vt videtur ſentire Dom. Anto. in repetitio. glo. loquitur enim ille tex. de geſtione anuli facta per mulierem, non autem de immiſsione, quæ quidem geſtatio anuli eſt magis ſignum æquiuocum, vt ibi latè declarant Doct. quam ſit immiſsio anuli in digitum mulieris, quam facit maritus, quæ quidem ſubarratio, & immiſsio communiter, & vt plurimũ, non ſolet fieri, niſi contrahatur matrimonium, & ideo oritur præſumptio matrimonij à communiter accidentibus, per l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. pro qua concluſione eſt bonus tex. in d. c. noſtrates. ibi, dum tex. dicit, & poſtquam arris ſponſam, &c. vbi tex. apertè dicit, quod poſt ſponſalia de futuro ſubarratio per anulum inducit matrimoniũ de præſenti: & ſic patet, quod ſubarratio eſt ſignũ matrimonij, quia anulus non datur in ſponſalibus de futuro, ſecundum conſuetudinem communiter apud omnes approbatam, quæ conſuetudo iuri cõſonare videtur: nec mirum, quod id, quod eſt iuris, fiat conſuetudo, ſecundum Dom. Ant. in c. videtur. infra qui matrim. accuſ. poſſ. facit cap. 1. & 2. de præb. lib. 6. ¶ Nec obſt. quod tex. in d. c. noſtrates. loquatur in matrimonio publicè contracto, & præcedentibus ſponſalibus, quia ſi ſubarratio eſt ſignum conſenſus de præſenti ad matrimoniũ, etiam ſi ſponſalia præcedentia non interueniunt, vel alia ſigna, matrimonium præſumendum erit: nam ille tex. non dicit, quod alia conferant ad faciendum præſumi de præſenti, quàm ſubarratio, ſed adhibetur multitudo fidelium, nec matrimonium fit clandeſtinum, & hoc declarat Iſidorus. 30. q. 5. c. fœminæ. vbi dicit, vel propter id magis, & c. dicens, quod ſubarratio ſignificat cordium coniunctionem eodem vinculo, quæ cõiunctio nihil aliud eſt, quàm matrimoniũ per verba de præſenti: nam per ſponſalia de futuro fit potius deſtinatio, & promiſsio cõiunctionis, quàm coniunctio, vt clarè probatur. 27. q. 2. c. ſi quis vxorẽ. & per alternatiuam ibi poſitam clarè videtur probari, quod ſubarratio inducat matrimonium, & conſenſum de præſenti, & ita tenet ibi gloſ. & ille tex. probat hanc concluſionem, ſiue intelligas verbum, deſponſauerit, in deſponſatione per verba de præſenti, quod probatur ibi, dum dicitur, deſponſauerit vxorem: ſponſa enim de futuro propriè non dicitur vxor, vt dixi ſupra in rubr. art. 1. verſ. 3. deciditur. & ſi quis fortè vellet pertinaciter intelligere, quod verbum illud, deſpõſauerit, intelligatur de ſpõſa de futuro, quia poſtea ſubiungendo, vel ſubarrauerit, ponit alternatiuam inter diuerſa: ergo per ſubarrationẽ ſignificatur matrimonium, niſi fortè diceres, quod ſubarratio ibi poſita ſignificet ſponſalia tacita de futuro, & verbum, deſponſatio, ibi poſitũ, ſignificet ſpõſalia expreſſa: ſed prima expoſitio, quod ſignificet matrimoniũ, videtur neceſſaria, propter verbum, vxore, ibi poſitum, vt ſupra dixi, & ſic clarè probatur ibi concluſio prædicta. exponere enim alternatiuam, vel, ibi poſitam, pro, &, vt tangit ibi gl. eſſet abſurdũ, quia eſſet contra proprietatem verbi, & contra naturam alternatiuæ, & maximè, cum nulla ratio, cauſa, vel lex ad hoc faciẽdum vrgeat. Item, quia ſi exponeretur, vel, pro, &, videretur, quod iſta duo requirerentur copulatiuè ad probandum matrimonium, videlicet, verba, & etiam ſubarratio, quod tñ eſt fal

32 ſum, cum ſola verba † ſufficiant de præſenti ad matrimonium ſine alia ſubarratione, vel alio ſigno, vt in c. 1. infra de ſpon. duor. & in c. pen. infra eo. dixi latè in c. præced. in 16. & 14. artic. & quamuis copulatiua poſſet ſaluari, ſecundum opin. quorundam, ſi inciperes ab vltimo, videlicet, à ſubarratione, tenendo, quod ſola ſubarratio nõ ſufficeret, & ſic exponẽdo vel, pro, &, ſequereſ duplex inconueniens; primò, quia verba impropriarentur, contra l. nõ aliter. ff. de leg. 3. Secundò, quia copulatiua nõ poteſt eſſe vera ſecũdum ordinem copulatiuorum, ſed ita demum ſi incipiatur ab vltimo, & ideo iſta peruerſio non videtur fienda: vnde videtur concluden-

33 dum, quod † vbi nulla ſigna, vel indicia in contrariũ appareant, in dubio ſubarratio, & anuli immiſsio probent matrimonium eſſe contractum.

¶ Sed aduerte, quia Henr. Boich in c. tuæ. ſupra eo. diſtinguit, quod aut ſubarratio fit non iocosè, nec cauſa ludi, aut fit iocosè, & cauſa ludi.

¶ Primo caſu diſtinguit, quod aut fit ante puber tatem vtriuſque, vel alterius, & tunc propter defectum ætatis non eſt matrimonium, ſed ſunt ſponſalia, vt d. c. tuæ, in fi. licet etiam contraxerint per verba de præſenti, prout ibi fecerunt, ſecundum Inno. Petrum de Saxonia. Abb. & Ioan. Andr. & eſt hoc expreſſum in c. vnico. §. idem quoque, eod. tit. lib. 6. dixi ſupra in c. præced. art. 16. verſ. ſed pone autem quidam. aut fit tẽpore pubertatis, ſeu à puberibus, & tunc, aut fit alio tempore, quàm tempore ſponſaliorum, pura propter ſponſalia contracta, & tunc aut ſubarratio fit publicè, & ante valuas eccleſiæ, dicente ſacerdote more ſolito; Benedic Domine arras iſtas, & tunc ſubſecuta à viro ſubarratione, ſicut conſuetum eſt, muliere patiente, & non contradicente, quamuis nihil exprimat, probatur matrimonium, ex quo perſonę ad hoc conuenerũt, arg. c. ex literis. il primo, ſupra eod. & ſic intelligi debet. 27. q. 2. c. ſi quis vxorem, & c. ſi quis deſponſauerit. & 30. q. 5. c. noſtrates. & fuit dictum Hoſt. in ſumma, in tit. de matrimo. §. qualiter. verſic. quid ſi dicatur. vt dixi ſupra in 2. memb. & ita poteſt intelligi cap. 1. infra de ſpon. duor. & fortius ſi vir dicendo verba apta ad matrimonium contrahendũ, videlicet, accipio te in vxorem, &c. imponit anulum digito, erit matrimonium, ſecundũ Goffr. non tamen ex anuli immiſsione, ſed ex vi verborum, aut ſubarratur alibi, & tunc nunquam inducitur matrimonium, niſi cõſenſus interueniat de præſenti, ſecundum Hoſt. de quo per Henr. in c. atteſtationes. infra titu. 1. aut anulus datur tempore ſponſaliorum de futuro, & tunc non poteſt aliud ſignificare, quàm contractus exprimat ſponſaliorum, ſi fortè talia fieri conſueuerunt inter ſponſos, infra de matrim. contracto contra interdic. eccleſiæ, cap. 1.

¶ Secundo verò caſu principali, quando ſubarratio fit iocosè, & ludi cauſa: & hoc eſt certũ, prout quandoque fit in cæteris repræſentationibus feſtiuitatum, vt beati Silueſtri, & beati Nicolai, & ſimilium, & tunc non eſt matrimonium, arg. ff. de actio. & obligat. in l. obligationum ſubſtantia. §. 1. ad fi. & 16. q. 1. c. ſanè. & 20. q. 2. c. quod ait. facit ſupra de teſtib. c. ſuper eo. & de præſump. c. quia verifimile. In dubio tamen pro matrimonio præſumendum eſt, & iudicandum, vt in c. fi. ſupra de re iudic. dicam latius infra, in 9. q. princip. Et ad materiam iſtius quæſtionis vide etiam omnino, quæ dixi in c. præced. in 14. princip. art. in 4. quæſt. princip. maximè circa finem. ex quibus omnibus ſimul iunctis potes comprehendere veritatem ipſius quæſtio. & ſecundum varias cauſarum contingentias ad intentionẽ tuam formare articulos, & poſitiones, & probationes inducere, & vide etiam quæ dicam infra, poſt ſextam principalem quæſtionem.

¶ Quintò principaliter quæro, vtrum per inſtru-

34 mentũ probetur matrimonium, † & quale debeat eſſe tale inſtrumentũ ad probandũ matrimonium.

¶ Sol. Glo. ſuper verbo, donationem. in c. illud. ſupra de præſump. dicit, quod inſtrumentũ donationis propter nuptias inducit præſumptum matrimonium, ſed non plenè probat matrimonium, ex quo nõ fuit factum ſuper matrimonio, per l. neque ſine. C. de nup. Sed Inno. in d. c. illud. dicit, quod per inſtrumẽtum, in quo continetur donatio propter nuptias, & in quo vir, & mulier ſe nominauerũt coniu-

35 ges, probatur matrimoniũ, quia † donatio propter nuptias nõ habet locum niſi vbi eſt matrimonium, vt infra de dote poſt diuor. reſt. c. & ſi neceſſe. quod procedit, quando notarius ſolitus fuit ſuũ officium fideliter exercere, & ſic idem dicendum eſſet de inſtrumento dotis, quod tñ limitãdum eſt, niſi agatur de præiudicio alterius matrimonij, nam ſi ageretur de præiudicio alterius matrimonij, cum verba ſint neceſſaria ad contractum matrimonij, exprimentia conſenſum de præſenti, vt in c. tuæ. ſupra eod. non præſumeretur matrimonium. Hoſt. verò tenet contrarium, quod per ſolum inſtrumentũ dotis, aut donationis propter nuptias non probat matrimoniũ, etiam ſi nominauerint ſe cõiuges, alleg. d. l. neque. C. de nupt. vbi etiam glo. hoc tenuit. Et idem tenet Do. Ant. in d. c. illud. ¶ Non obſt. l. optimam. C. de contrah. & com. ſtip. vbi dicit, quod ſi in inſtrumento continetur, quod Stichus ſeruus Titij fuit ſtipulatus, & c. quod per hæc verba enunciatiua, ex quo ſunt neceſſaria ad validitatẽ ſtipulationis, probatur illum eſſe ſeruũ Titij: nam ſecundum D. Anto. illa verba enunciatiua probãt ſolum enunciatum quo ad probandum actum, de quo principaliter agitur, cũ actus ille, ſine enunciato ſtare non poſsit, & ideo quo ad validitatem ſtipulationis, illa verba enunciatiua, ſeruus Titij, probãt, quod ſit ſeruus Titij, quia alias, ſi non eſſet illius ſeruus, non valeret ſtipulatio, ſecus ſi ageretur de ſeruitute quo ad alium effectũ. facit tex. in d. c. illud. & iſta eſt vna notabilis limitatio ad l. optimã. quàm expreſsè ponit glo. ſuper verbo, ſi ſeruus. in d. l. optimã. quæ dicit, quod quo ad acquiſitionem, hoc eſt ſtipul. præſumitur, quod ſit ſeruus illius, ſecus quo ad liberalem cãm, per l. cum aliquis. C. de iu. delib. dixi in clem. vnica, de proba. in 5. memb. princ. & idem tenet Bar. in l. quidam in ſeruo. ff. de cond. inſtit. idem tamen Bar. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. intelligit dictã glo. indiſtinctè, ſentit etiam Cyn. in d. l. cum aliquis. Sed aduerte, quia Bar. in auth. ſi quis in aliquo documẽto. C. de eden. referens opin. Inno. de qua ſupra, dicit, quod tex. ſingularis eſt in oppoſitum in Auth. vt fratrum filij. §. illud quoque, iuxta prin. vbi dicit apertè pro-

36 bari, quod per inſtrumẽtum † donationis propter nuptias inſinuatum probatur matrimonium, quod tamen dicit procedere in præiudicium partium, inter quas confectum eſt tale inſtrũm, ſed in præiudicium aliorum non probat, & ſic dicit procedere dictum Inno. Sed hoc idem voluit Inno. in limit. quã poſtea fecit in additionibus. & prædictã opin. etiam ſequitur Zab. in d. c. illud. & ſentit Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo. Sed idẽ Bal. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. quaſi in fi. dicit, quod quantum ad præiudicium tertij non ſufficit, quod probetur inſtrumentum dotale, ſed eſt neceſſarium, quod cũ inſtrumẽto alia concurrant veriſimilia, & probabilia, puta matronæ honeſtas, perſonarum æqualitas, & ſanguinis dignitas. Idẽ tamen Bal. in addit. Spec. in tit. de reſtit. in integ. §. 1. verſic. ſed huiuſmodi. in addit. quę incipit, per inſtrumẽtum. dicit, quod per inſtrumẽtum dotis probatur matrimoniũ, per tex. in Auth. vt fratr. fil. in prin. per locum à communiter accidẽtibus, quia non conſueuit fieri inſtrumentum dotis, niſi inter veros, & non ſimulatos coniuges. facit quod no. in ſimili in l. neque. C. de proba. ſed idem Bal. in d. l. neque ſine nuptiis. C. de nupt. recitata opinio. Innocent. & facta oppoſitione de contrario d. Authen. vt fratrum filij, ſubdit, quod

37 inſtrumenta dotalia † dicuntur duobus modis; vno modo nuptialia, ſiue matrimonialia, & per tale inſtrumentum probatur matrimonium, vt in auth. ſed nouo iure. C. de nup. alio modo dicuntur

dotalia, ideſt ſuper ſola dote cõfecta, ſiue ſuper nomine dotis, & per tale inſtrumẽtum non probatur matrimoniũ, quia non conficit ſuper matrimonio, & ita intelligatur dictum Inn. & Abb. in d.c.illud. vel dic ſecundum Bal. quod cum matrimoniũ probetur per indicia, inſtrm dotis eſt ſatis magnum indiciũ contracti matrimonij, niſi ex aduerſo probet, ꝙ veritas ſe habet in contrariũ: vnde, ſi ex qualitate perſonarũ, & dotis quãtitate, poſſumus præſumere matrimonium iudicandũ erit pro matrimonio, interueniente cohabitatione viri, & mulieris, arg. l. liberæ. ff. de ri. nup. quod ẽt confirmatur per argum. à cõiter accidentibus, qñ talia inſtra non conſueuerũt fieri, niſi præcedẽte matrimonio, & illud, quod
38 eſt conſuetũ, † præſumitur eſſe in dubio verum, & interueniſſe, vt in l. neque natales. C. de proba. & in l. ſi. C. de fideiuſſ. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. & l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ędil. edic. nam, vno probato, probatur ẽt aliud, qñ vnũ ſine alio fieri non cõſueuit, per tex. in l. cum multa. ver. ſicut enim. C. de don. ante nup. ibi, dum tex. dicit, indicia. Subdit tñ, quod hoc non eſt verũ, quo ad legitimationẽ filiorum naturaliũ, de quo dicam infra in tit. qui fil. ſint le. ar. 29. Sed Hen. Boi. in d.c.illud. diſtinguit, quod aut tractatur de probando matrim. in præiudicium alterius matrimonij, de quo liquido cõſtat, & tunc non probatur per inſtrm dotis vel donatio. propter nupt. quia in matrim. neceſſe eſt interuenire verba, ſecundũ quod ſupra tetigi: & ſubdit, ꝙ fama vnà cũ cohabitatione per lõga tpa, & cum inſtro don. propter nup. ſiue dotis in caſu prædicto non probatur matrimoniũ. Si verò tractaretur de probando matrim. per quod nõ fieret præiudiciũ alteri matr. quid tenendũ ſit, apparebit ex infra dicendis. Sed D.M. in d. c. illud. dicit, quod opi. Hoſt. & D. Ant. & Zab. de qua ſupra, nunquã ſibi placuit; dicẽs, ꝙ tex. eſt in contrarium in d.c. illud. quem, ſalua reuerẽtia prædictorũ Doctorum, ipſi non videntur ponderaſſe, nam ibi nõ agebatur de præiudicio alterius matrimonij, & cõcurrebat non ſolũ tale inſtrm donationis propter nuptias, ſed ẽt diutina habitatio, & anni delatio, & tñ Papa nõ fuit cõtentus prędictis, ſed dixit attendendam eſſe ẽt famã vicinię: ſi enim ſimpliciter per inſtrm dotis, ſeu donat. propter nuptias probaretur matrimonium, Papa mandaſſet abſque alia probatione illam cogi. Præterea tex. d.c. illud, in fi. innuit, quod tale inſtrumentũ ſolũ adminiculabat ibi, dũ tex. dicit, præſertim ſi tale inſtrm, &c.

¶ Nec ob. ſi diceret, ꝙ inſtrm ibi erat vitioſum, quia hoc eſt falſum: iſta enim fuit allegatio partis, vt ibi patet: qñ ſi dictum inſtrm fuiſſet vitioſum, non præſtitiſſet adminiculũ, nec fama aliquid probaſſet, eo quod præſumeretur fuiſſe certa ex inſtro reprobato, vt leg. & no. in ſimili, in c. inter dilectos, de fi. inſtr. vnde ratione fraudis adhibitæ fuiſſet præſumptum contra matrimonium, quod tñ minimè factum fuit, vt ibi patet. Quod autẽ tale inſtrm de iure non plenè probet, qñ principaliter agitur de matrimonio, eſt tex. iunc. gl. 2. in d.l. neque ſine nuptiis. C. de nup. & d.l. cum aliquis. C. de iure delib. iuncta glo. & in d.l. optimã. ¶ Nec ob. tex. in Auth.
39 vt fratrum filij. quia reſpondetur, † quod non probat illud, ad quod inducitur: nam ſi bene põderetur ille tex. ibi ſolum probatur matrimonium quo ad donat. propter nup. & ſic reſpectu eius, ꝙ principaliter continetur in inſtro, & hoc nemo negat, cũ tex. ſit in d.l. optimã, & in d.l. cũ aliquis. non autem probatur ibi matrimoniũ principaliter, cum ibi nõ ageretur de matrimonio. & quod hoc ſit de mente illius tex. primò patet ex rubro illius Auth. nam ibi tractaſ ſolũmodo de modo inſinuandi donationes propter nuptias, & ipſas conſequendi ſoluto matrimonio: & ſic patet, quod in illo rubro non ponitur de modo probãdi matrimoniũ, ſed potius ponitur in Auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. quoniam. & nigrum debet conuenire rubro, vt in c. tibi qui, de reſcrip. lib. 6. & in c. ſi ſuper gratia, de off. dele. lib. 6. & in l. Imperatores. ff. de in diem adiect.

¶ Præterea hoc patet ex princ. §. illud quoque. in d. Auth. de cuius mente ibi vr eſſe, quod mens Imperatoris ibi fuit conſulere, & prouidere mulieribus, ne perditis inſtris confectis ſuper donatione propter nuptias mulier talem donationem cõſequi non poſſet, quod etiam patet ex alio §. ſeq. & ideo probatur ibi dũtaxat matrimonium quo ad finem, vt ſoluto matrimonio mulier cõſequi poſſet donationem propter nuptias, ad quã principaliter agebatur. ſi enim ibi principaliter ageret de matrimonio, Imperator non conſuluiſſet mulieribus, vt facerẽt inſinuari inſtra donationis, ſed potius vt facerent examinare teſtes, qui interfuerunt, ad perpetuã rei memoriam, ſecundum quod traditur in c. ſignifica uit, & in c. Albericus, de teſtib. & in l. lege Aquilia, ſi deletum. ff. ad leg. Aquil. dixi latè in c. quoniam frequenter, in prin. ſupra vt li. nõ cont. Sed D.M. in d.c. illud. dicit, quod ſiue probetur per teſtes, quod vir, vel mulier ſe nominauerint in coniuges, ſiue talis nominatio probetur per inſtrm, non probatur matrimonium, quia ſæpe adulteri, & fornicatores ad palliandum delictũ appellant ſe coniuges, vt no. Inno. in c. ex parte, de reſtiſpol. & vr probari in l. nõ nudis, & l. non epiſtolis. C. de probat. Sed ſi produceretur inſtrm cõfectum ſuper dote, vel donatione propter nuptias, nõ probat plenè, vt d.c. illud. & ſupra dictũ fuit. Ego arbitror ex prædictis poſſe concludi, quod aut inſtrm erat confectum ſuper matrimonio, videlicet qualiter M. ad interrogationẽ N. vtrum vellet ipſum pro marito? Reſpondit, ꝙ ſic, & ecõtra, ſecundum ea, quæ dixi in c. præce. ar. 6. in fi. quare ſi tale inſtrm eſſet publicum, habens requiſita ad publicum inſtrm, de quibus per glo. & Doct. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & de quibus latè dixi in c. 1. ſupra de fi. inſtr. & eſſet cõfectum à publico notario, indubitãter probaretur matrimonium, per l. in exercendis. C. de fi. inſtru. & auth. ſed nouo iure. C. de nup. Idem tamen vr dicendũ, ſi tale matrimonium contineretur in priuata ſcriptura ſacer-
40 dotis, † quoniam illa fauore matrimonij, & dotis habet vim publici inſtri. hoc ſingulariter uoluit gl. in Authen. quib. mod. natur. effic. legi. quam refert, & ſequitur Bal. in prima conſtit. Cod. in §. quibus. quod eſt perpetuò memoriæ commendandũ, quia poteſt prodeſſe ad multa ratione ſtatutorũ: ſi verò inſtrm contineret ſolam dotem, ſeu donationem propter nuptias, de iuris rigore plus placet opinio Domini mei, quamuis aliam opinionem videatur eſſe æquior, & fauorabilior matrimonio: ſi verò produceretur inſtrumentum in præiudicium alterius

rius matrimonij, tunc tale inſtrumẽtum confeſſionis, &c. indubitanter non probaret. ad quod faciunt quæ ſtatim dicam in ſequenti quæſtione. Si verò inſtrumentum ſimpliciter contineret nominationem, quia in eo uir vel mulier nominaſſent ſe cõiuges, non probaret, vt ſup. demonſtratum fuit.

¶ Sexto quæro, utrum per confeſsionem coniugum confitentium pro matrimonio vel contra ma-
41 trimonium, abſque alio adminiculo probetur † matrimonium, uel contra matrimoniũ. & iſta q. propter uarias opi. ẽ aliqualiter intricata & dubia, & iõ pro clariori ipſius doctrina proſequar infraſcr. q. Prima, de confeſsione in matrimonio carnali in foro pœnitentiali uel quaſi. Secunda, quid iuris in foro iudiciali & contentioſo, quãdo emanaret cõfeſſio ſine alio adminiculo. Tertia, poſito quod ſola confeſsio in matrimonio carnali nõ ſufficeret, vtrũ probet cum adminiculo famæ, uel rumoris, uel alio adminiculo. Quarta, quid iuris de confeſsione quę emanat in matrimonio ſpirituali, de quo tantum agitur. Quinta, quid de confeſsione quæ emanat ſuper matrimonio ſpirituali pariter & carnali, concurrentibus in perſona unius & eiuſdem.

¶ Circa primam quæſt. dic, quod tali confeſsio-
42 ni † in foro pœnitentiali in præiudicium confitentis ſeu confitentium ſtari debet, vt in c. præced. tenet Hoſt. in c. veniens. inf. de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuæ. & Haſtenſis in ti. de accu. matrimonij propter conſanguinitatem uel affinitatem. verſ. quæro eſto quod ambo &c. creditur ergo cõfeſsioni in foro animæ, & non ſolum in foro animę, ſed in quaſi foro animæ, ſeu quaſi pœnitentiali, & qualis ſit iſte forus, dixi in c. præcedenti, poſt gloſas, in verſ. vlt. oppono contra tex.

¶ Circa ſecundam q. cum quæritur de cõfeſsione emiſſa ſuper matrimonio carnali in foro iudicia
43 li ſeu contentioſo, † diſtingue, quod aut quæritur vtrũ debeat ei ſtari in præiudiciũ confitentis, ut cogatur pœnitentiam agere, & dic quod ſic, vt no. Hoſtien. in d.c. veniens. & in c. ad audientiã. ſup. eod. aut quæritur quo ad matrimonium coniungendũ vel diſiungendum, & hoc caſu dic, quod aut confeſsio ſit pro matrimonio, aut cõtra matrimonium. Primo caſu debet ei ſtari, & præiudicat cõfitenti, vt 20. q. vlt. §. his ita. vbi de hoc in gl. quæ incipit, ecce aperte. & 31. q. 2. ca. Lotharius. & infra de clandeſt. deſpon. cap. 2. fallit in caſu, vbi per talem confeſsionem factã pro matrimonio fieret præiudiciũ alteri matrimonio carnali, quod diceret prius, vel poſtea contractum, de quo matrimonio clarè conſtaret, ſupra eo. c. veniens. il primo. no. gl. & Hoſt. ſupra de teſti. c. tuis, & no. in d.c. 2. infra de cland. deſpon. & per Inno. in c. 1. inf. de frig. & malef. & per glo. & Arch. in d. §. his ita. Secundo verò caſu, qñ emanat contra matrimoniũ dic, quod aut emanat ad impediendum matrimoniũ, & ſtatur ſoli confeſsioni ipſorum, ẽt ſi in ſponſalibus interueniſſet iurm: & ratio eſt, quia cũ ſponſi poſsint ſibi remittere illã obligationem iuratã, vt in c. 2. ſup. eod. præſumptio eſt, quod nõ confiteantur falſum, ſecundum D.M. in c. ſuper eo. inf. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuę. qui tex. ſic debet limitari, ſecundũ D.M. & hoc indubitãter procedit, ſi ambo cõfiterentur impedimentũ: ſi verò vnus confiteretur, & alter negaret, dic, quod aut confeſsio impedimẽti ſit ab illo, qui ſtat cõtra ſponſalia: & nõ ſufficit, quia talis confeſsio fieret ad ſuã vtilitatẽ, & ideo ſibi ſtari non debet. 14. q. 2. in prin. & in l. nullus. ff. de teſti. qñ ſi diceremus contrariũ, de facili cuilibet ex ſponſis, cui ſpõſalia deſplicerẽt, daretur facultas diſſoluendi ſponſ. Aut cõfeſsio impedimenti ſit ab illo qui ſtat pro ſponſalibus, & uñ ſufficere, arg. c. atteſtationes. & ꝙ ibi tradit per Hoſtien. inf. ti. 1. Si verò agitur de matr. cõtractu, dic, ꝙ aut agitur ad ſeparationẽ thori propter adulterium à confitente cõmiſſum, & tali cõfeſsioni ſtatur, inf. de diuortijs. c. ex litteris. & inf. de adulteriis. c. intelleximus. & 33. q. 5. c. quod Deo pari. Aut quæritur quantũ ad totalem ſeparationẽ matrimonij, & hoc caſu dic, ꝙ non præiudicat matrimonio, nec eſt tali confeſsioni ſtandum, niſi aliud ſubſit adminiculum, ſecundum gl. & Hoſt. in d.c. ſuper eo. inf. de eo qui cog. conſ. uxſuæ. & gl. Inn. & Hoſt. in c. cũ causa. inf. de raptorib. & idem tenet Hoſt. in ti. qũo agitur ad cognoſcendum matr. art. 5. & ratio diuerſita-
44 tis inter confeſsionem † emanantem pro matrimonio, quare ualeat, & tendentem contra matrimoniũ quare non ualeat, eſt duplex. ¶ Prima, quia ſi cõfeſsioni coniugum ſtaretur contra matrimoniũ coniuges, quorum forte unus alij diſplicet, ut qñqs contingit, ad ꝙ inf. de diuortijs. c. quãto. in fi. poſſẽt inter ſe colludere, & ad confitendum contra matr. facile proſilirent, ut d.c. ſuper eo. vnde propter cãm diſplicentiæ qñque ad inuicem iurant ꝙ unus aliũ non repetet, vt in c. tua. il 2. ſup. de iureiu. ¶ Secũda ratio, quia eccleſia, quæ eſt ſponſa Chriſti, ut in c. debitum, ſup. de bigamis, debet, fidẽ ſeruare. quæ fides eſt unum de tribus bonis matrimonij, ut not. ſup. de conditionib. appoſitis. c. fi. & vt dicam in c. is qui fidem. inf. eo. art. 29. cum Deus ipſius matrimonij ſit auctor, vt in c. fi. inf. de frigidis & maleficiatis. in c. unico. de uoto. li. 6. & 26. d.c. deinde. Deber quiſque ipſius Dei factũ tueri atque defendere & occurrere eius officio periculis animarum, & peccata per quę Deus offenditur, toto poſſe corrigere & impedire, & ſic hoc caſu nõ ſolum contra ſe tñ, ſed contra matrimonium, & per conſequens cõtra Deum & eccleſiã confeſsio emanaret, & ideo nonmirum ſi tali confeſsioni coniugum cõtra matr. & ſic cõtra Deum non creditur, quia nec credendum
45 eſt confeſsioni † alicuius in præiudicium alterius, vt in c. 2. ſup. de cappellis monach. 2. q. 5. c. interrogatum. ſup. de do. c. inter dilectos. nec ẽt pro ſe, ſeu ad propriã utilitatẽ ſtatur confitenti. 14. q. 2. §. 1. & in l. exẽplo. C. de probationib. & d.l. nullus. ff. de teſtib. Item quę nõ diuerſitatis ſit inter confeſsionem quæ fit ad ſeparationẽ thori, & illam quæ fit ad totalem ſeparationem matrimonij, dic ꝙ ratio eſt in prõptu, quia qñ agitur de fędere matrimonij, lata ſententia ſuper diuortio quilibet eorũ poſſet cõtra here. 35. q. 6. c. ſicut. in fi. & c. ab ipſa die. & ſic emanet ad propriam vtilitatẽ, & in præiudiciũ matrimonij, & ſic cõtra eccleſiã, & contra Deum. Sed qñ agitur de thoro uiolato, & ad ſeparationẽ thori, licet feratur ſententia ſeparationis, tñ ipſi remanent cõiuges, & remanet firmum matr. 32. q. 1. c. dixit. & q. 7. c. 1. ſecundũ Goſ. ideo magis timetur de colluſione in 1. caſu, quã in 2. ſecundum Hiſt. & Io. An. in d.c. ſuper eo. & Io. Cal. in c. fi. inf. de frigidis. in glo. fin.

¶Tertiò quæro, vtrum eo casu, quo sola confes-
46 sio † non sufficit ad probandũ matrimonium, suf-
ficiat cum alio adminiculo, & cũ quo. ¶Sol. Dic,
quod aut fama vicinię consentit confessioni coniu
gũ, aut rumor particularis. Primo casu, si fama con-
sentit, quę fama est vehemens vulgi, seu maioris par
tis opinio. rei, de qua quæritur cõsentiens, secundũ
Specul. in rubr. de notorijs criminibus. §. fama. di-
xi in cap. vestra, de cohab. cler. & mulier. in 7. quęst.
principali. tradit Bald. in l. de minore. §. tormenta.
ff. de quæst. Sed latissimè de ea tractaui in cap. qua-
liter. il secondo, infra de accusat. in 9. princip. artic.
à quæstione 18. vsque ad 46. & tunc fama consen-
tiens confessioni coniugum, videtur facere plenam
fidem. 35. quæst. 6. cap. si duo. secundum glo. Host.
& Abb. in cap. super eo. infra, de eo, qui cogn. con-
sang. vxor. suæ. & supra de offic. deleg. cap. causam.
Et idem tenent Tancr. & Inn. quidam tamen aliud
videntur sensisse. 34. quæst. 1. ca. in captiuitate. & in
dicto cap. si duo. & ibi Archid. & glo. in cap. tuis. su
pra de testib. Sed dicit Henr. in d. c. super eo. quod
procedit, quod isti malè dicant, saltem quando fa-
ma est orta ante litem motam, secus fortè si post, ar-
gum. eorum, quæ leg. & not. supra de testi. c. licet ex
quadam. vbi Abb. & Io. An. dicunt, q̃ ad hoc, vt fa-
ma in hoc casu probet, debet præcessisse litē motã.

¶Sed aduerte, quia vtraque opi. potest concor-
dari per distinctionem: aut enim ambo coniuges
47 stant contra matrimonium, & non valet † cõfessio
etiam cum fama: & ratio est, quia, vt supra dixi, con
fessio pro se, seu ad suam vtilitatem nihil probat, &
sola fama pro cõsentientibus per se non sufficit ad di-
rimendum matrimonium, vt d. c. si duo. secundum
do. Ant. in d. c. super eo. & sequitur Dom. meus, &
sic debet limitari illud c. si duo. & hoc modo proce
dat secunda opin. Aut confessio emanat à coniugi-
bus stantibus pro matrimonio, vt puta, quia iudex
ex officio inquirit, vel tertius accusat matrimoniũ,
& tunc, si cõcurrit fama cum confessione, videtur,
quod debeat separari, per d. c. si duo. & voluit glo.
in d. c. super eo. respondendo ad contrariũ forma-
tum de d. c. si duo. Sed Abb. in d. c. super eo. dicit
dispositionē d. c. si duo. processisse de iure antiquo,
quando coniugiũ erat prohibitum vsquè ad septi-
mum gradum: & ideo cum probatio consanguini-
tatis illius gradus nõ posset de facili haberi, sufficie-
bat fama de impedimento consanguinitatis cũ con
fessione cõiugum vsque ad illum gradum: sed cum
hodie prohibitio illa sit restricta ad quartum gra-
dum, vt in c. non debet. infra de consan. & affi. non
videtur sufficere fama ad probandum impedimen-
tum. facit, quod no. in c. 3. supra de præsump. Sed
si de alio impedimento, quàm cõsanguinitatis age-
retur, talis fama non videretur sufficere. facit, quod
no. Inno. in d. c. 3. de præsump. vbi dicit, quod aliud
est, quando cõiuges confitentur cõsanguinitatem,
vt d. cap. si duo. & aliud, quando confitentur turpi-
tudinem, vt d. c. super eo. de eo, qui duxit in matr.
quam poll. per adult. quod etiam sentit ibi Tancre.
& placet Dom. meo ibi. Subdit tamen, quod etiam
in primo dicto de impedimento consanguinitatis
videtur sufficere fama cum cõfessione coniugum,
licet Abb. aliud velit: mouetur, quia ex quo cõfes-
sio emanat ab ipsis, qui stant pro matrimonio, non
est præsumptio, quod quis confiteatur falsum con-
tra se, vt l. fin. C. arbitr. tute. & hoc tenet Host. in d.
c. super eo. & communiter tenent Docto. in c. atte-
stationes. infra tit. 1. Non obstat c. licet ex quadam,
quia loquitur, quando non adest confessio coniu-
gum stantium pro matrimonio: & ideo concludit
Dom. meus, quod tex. in d. c. si duo. est indistinctè
intelligendus. facit, quod tradit Zabar. in d. c. super
eo. vbi dicit, quod prædicta differentia, vtrum con
fiteantur consanguinitatem, vel adulteriũ, non pro
cedit, nec aliquo iure probatur, & vtroque casu su-
best eadem ratio collusionis, vt d. c. super eo.

¶Sed aduerte, quia cum Zabar. dicit, q̃ ratio-
ne collusionis, sentit, quod dicta differẽtia nõ pro-
cedit, quando confessio esset contra matrimoniũ.
Subdit tamen Zabar. quod non videtur posse sub-
stineri, quod stetur confessioni coniugum, cum fa-
ma super consanguinitate, quia consanguinitas de-
bet directè probari, vt d. c. ex quadam. Itẽ quia tex.
in d. c. super eo. dicit, quod probationes debent es-
se rationabiles, & fide dignæ. Sed fide dignæ dici
non possunt per famam cum confessione coniugũ,
quia ipsis coniugibus non statur propter rationem
collusionis, de qua in d. cap. super eo. nec etiam ad
48 propriam vtilitatẽ, vt supra dixi. Fama † verò non
facit plenam probationem, sed semiplenam, vt in
c. 1. supra de appel. & supra tetigi, & latius dixi in d.
c. qualiter. il secondo. infra de accus. in 9. princ. art.
q. 46. Sed Zabar. vt dixi, videtur sentire, & opi. sua
videtur procedere, quando coniuges starent cõtra
matrimonium. quo casu, vt supra dixi, confessioni
eorum ad propriam vtilitatem, & propter timorem
collusionis nõ debet stari. Sed nos loquimur, quan
do coniuges starent pro matrimonio, quo casu non
videtur timenda collusio, & confessio in contrariũ
non tendens ad propriam vtilitatem, sed contra se;
arbitror tamen, quod si ex coniecturis, uel aliqui-
bus circumstantiis posset colligi collusio, quod tũc
haberet locũ opi. Zab. Pone enim, q̃ ipsi coniuges
desiderãtes matrimonij solutionem, supposuerunt
aliquem accusatorem matrimonij, & finxerunt se
stare pro matrimonio cõtra accusatorem, vt eorum
confessioni staretur cum fama, & fortè etiam ex eo-
rum facto fuisset in esse producta, quia sæpe fallax
est, vt colligi potest ex illis versibus Maronis.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Et ad intellectum d. cap. super eo, & d. cap. si duo. &
qualiter etiam aliis modis eorum cõtrarietas solua-
tur, vide quod dicam in dicto cap. super eo. Si verò
alter coniugum confitetur contra matrimonium,
alter stat pro matrimonio: dic, quod aut confitetur
ille, qui stat contra matrimoniũ, & non valet, etiam
si concurrat fama, per rationem supradictam: aut
confitetur ille, qui stat pro matrimonio, & hoc casu
dicit do. Ant. in d. c. super eo. quod si allegat turpi-
tudinem suam, non probat etiam cum fama, alleg.
not. per Archid. in d. cap. si duo. Sed Archid. refert
ibi etiam aliam opinionem contrariam, quam Do-
mi. me. in d. c. super eo. putat veriorem, quia vbi agi
tur de periculo animæ, creditur alleganti turpitu-
dinem suam, vt traditur in c. cum super. & ibi per
eum. supra de concess. præben. & est tex. in cap. ex
diligenti. infra de simo. & ibi notaui.

¶Item,

¶Item, quia ex quo stat iste pro matrimonio, &
confitetur contra se, non est præsumptio, quod di-
cat falsum, per c. attestationes. in tit. 1. maximè cum
fama adiuuet cõfessionem suam, quod dictum mi-
hi nõ placet, quia licet debeat credi cõfessioni suæ
in præiudicium suum, tamen non debet sibi credi
in præiudicium alterius ut supra dixi, nisi diceres, q̃
alter stabat contra matrimoniũ, & ideo non erat in
alterius præiudiciũ. Sed videtur esse in præiudicium
Dei, de quo supra dixi. Et ideo de prædicta opinio
ne satis dubito. Sed maximè non probaret quan-
do aliquo modo esset aliquis timor collusionis, ut
dixi. Et nota, quod licet fama debeat esse in toto
populo, seu uicinia, aut maiori parte, tamen potest
probari per duos testes. supra de præsup. capit. quia
verisimile. notat Ioan. And. in cap. inquisitioni. in-
fra de accu. dixi in c. vestra. de coha. cle. & mu. q. 24.
& d. c. qualiter. il secondo. infra de accu. ar. 9. q. 28.
¶Secundo verò casu quando cum cõfessione con
curreret solus rumor, dic quod non facit plenam
probationem, vt d. cap. super eo. infra de eo qui co-
gnouit consan. vx. suæ, de quo ibi latius videbimus,
& ibi videbimus, quid sit rumor. de quo etiam di-
xi in d. cap. vestra. quæst. 8. & vide ad prædicta quæ
dicam infra in 7. quæst. princ.

49 ¶Quarto quæro, quid iuris de cõfessione † quæ
emanat in matrimonio spirituali, de quo tantũ agi-
tur. Sol. Dic, quod aut quis confitetur pro tali ma
trimonio spirituali, & statur suæ confessioni, nisi
cederet in præiudicium alterius matrimonij spiri-
tualis, vel religionis, vt statim dicam. Si vero confes
sio emanat contra matrimoniũ, non statur suæ con
fessioni, nisi alia adminicula efficacia ipsam iuuent,
argum. eorum quæ traduntur, & notantur, in ca. 1.
& in c. cũ dilectus. supra de his quæ vi, metusve cau
sa fiunt. Et sic idem videtur etiã quo ad hoc in ma-
trimonio carnali, & spirituali. Quod videtur tenere
Ioan. 30. quæst. vlt. §. his ita. argum. cap. vidua. supra
de regularibus, & 12. quæst. 2. c. cum deuotissimam,
& idem sentiunt Laurentius, & Ioan. de Fantutijs.

¶Nec obstat c. cum causa, infra de raptoribus,
quia dum tex. ibi dicit, vel ex confessione mulieris,
dictio, vel, exponitur pro &, secundũ præfatos Do
ctores, & ideo dicebat Ioan. de Fantutijs, quod in
contrario non stacur soli confessioni, sed statur ei
cum alijs indicijs præcedentibus, propter quæ habe
tur plena probatio. Constat enim ibi, quod vir ip-
sam puellam à parentibus rapuit in vxorem, de vo-
luntate tamen puellæ eam rapuit, quamuis paren-
tes essent renitentes, & nollent consentire, & ideo
propter indicia statur confessioni suæ, alias non
staretur, quia si staretur, de facili plures possent in
præiudicium monasterij colludere, & monasteriũ
exire, quod esset absurdum dicere, & grauius esset
adimplere, secundum Io. de Fantutijs, & dicit Ar-
chi. quod dicta sententia iudicio suo est tutior, &
verior, & ab ea non est recedendum. Ad quod fa-
cit ratio supra proximè dicta. Sed Goffre. Vincen.
& Ab. in dicto ca. cum causa, tenent quod aliud est
in matrimonio carnali, vbi non statur confessioni
contra matrimonium, vt supra dixi, & aliud in spi-
rituali, & idem sentiunt Innoc. & Host. in d. c. cum
causa, & est ratio diuersitatis secundum eos, quia in
matrimonio contracto cum Deo nulli fit præiudi-
cium, nisi confitenti, de quo non est credendum,
quod sit immemor suæ salutis, 1. quæst. 7. cap. san-
cimus, facit quod legitur, & notatur, in ca. mulieri,
& c. fi. sup. de iureiurando. Item secundum Host. in
matrimonio carnali versatur vtilitas reipublicæ, vt
l. 1. ff. sol. matr. in cap. fi. infra de frigidis, & malefic.
Sed in spirituali versatur sola vtilitas rei priuatæ, cui
præferenda est publica, vt supra de renunciatione,
c. nisi cum pridem. §. nec putes, & supra de regula-
rib. cap. licet. Sed istæ rationes non videntur obsta-
re, quia in matrimonio spirituali quis contrahit cũ
Deo, & cum ecclesia spõsa sua, & ideo in offensam
seu præiudicium Dei, & ecclesiæ non videtur stan-
dum tali confessioni, maximè cum ecclesia iniuriã
suam prosequatur, supra de foro competenti, c. 2.
tradit Enric. in cap. 1. supra de iudicijs, distinctio-
ne 2. dixi latè in cap. olim. infra de iniurijs, & quod
in maiestatem diuinã committitur, in omnium fer-
tur iniuriam. C. de hæreticis, & manicheis. l. mani-
cheos. Item, licet quis iniuriam propriam, vel offen
sam remittere possit, nõ tamen iniuriam, vel offen-
sam Dei, vt legitur, & notatur 22. quæst. 4. capit. si is
pro quo. Item, quia ridiculum esset, & magnũ scan
dalum, & periculum animarum si staretur confes-
sioni alicuius antiqui religiosi cupiẽtis ad seculum
vel ad aliam religionem laxiorẽ migrare, relinquen
do religionem suam, quod non est admittendum,
cum nihil sit cum scandalo faciendum, vt supra de
renuntiatione. ca. nisi. §. pro graui. & infra de ope.
no. nun. cap. cum ex iniuncto. ad quod etiam facit,
50 quia † ecclesia per censurã ecclesiasticam compel-
lit religiosos, non obstante sua assertione contraria,
ad suam redire religionem, vt supra de regularibus
cap. sanè, & cap. cum virum, & cap. significatum, &
cap. porrectum, quod non faceret si suæ confessio-
ni staretur. Vnde dicit Enric. in dicto cap. super eo,
de eo qui cogno. consan. vxo. suę, q̃ credit primam
opinionẽ veriorem, & quod opinio glo. & aliorum
in d. c. cum causa, potest intelligi in casu sequenti.

¶Quinto quæro, quid de confessione quæ ema
nat super matrimonio carnali, & spirituali. Sol. Di
51 ci potest, quod statur confessioni † pro matrimo-
nio carnali contra spirituale, non autem pro spiri-
tuali contra carnale, & ita potest intelligi quod le-
gitur, & not. in dicto cap. cum causa, & ratio potest
esse, quia pro carnali stant duo, scilicet vir, & vxor:
pro spirituali verò, vel nullus, vel vnus solus, puta
ipse religiosus, & vox vnius, vox nullius. Vel dic se-
cundum Hostien. & Ioan. And. post eum, in d. cap.
super eo, quod aut constat, quod confitens omni-
no tendit ad separationem matrimonij carnalis, vel
spiritualis contra quod cõfitetur, & non statur con
fessioni suæ, vt d. cap. super eo. aut constat, q̃ nullo
modo vellet separare matrimonium, contra quod
confitetur, & tunc statur confessioni suæ, vt d. cap.
cum causa. & infra ca. 1. in cap. attestationes, vbi de
hoc, & est ratio in utroque casu secundum præfa-
tos Doct. quia cuilibet creditur contra se, & nõ pro
se, ut supra dixi, per cap. primum, 14. quæst. 2. cum
alijs iurib. sup. allegatis. aut dubitatur, & tunc, si fa-
ma, aut alia adminicula sufficientia adiuuant con-
fessionem, statur confessioni. 35. quæst. 6. c. si duo.
supra de præsumpt. §. tertio autem. Sed si alia admi
nicula deficiunt, & simpliciter dubium sit, pro ma-
trimonio

trimonio carnali contra spirituale, iudicandum videtur,argum.d.c.cum causa., & not.in d.c.aliud,& in cap.ex parte,saltem delato iuramento. Aliqui tamen tenent hoc esse arbitrariũ,vt inspectis,& consideratis præditis, & debitis circũstantijs arbitretur quid seruandum sit, & vide etiam ad prædicta quę dicta sunt in hac 6.quæst. principali, quæ dicam in sequenti quæstio.

¶Septimò principaliter quæro, utrum per præ-
52 sumptiones,& inditia probet matrimoniũ. † Sol. Tex. sentit clare,q̃ sic, in l.neque.la prima, C. de nupt. ibi dum tex.dicit inditia, & ibi hoc not. Bal. Sed ego intelligo, quod inditia debeant esse tot, & talia quæ concludant matrimonium. Probatur ergo matrimonium per sponsalia de futuro, & ductionem ad domum,seu per commixtionem,& copulam,nam præcedentibus sponsal. sequuta copula probatur matrimonium præsumptum, & est præsumptio iuris,& de iure,vt in cap.is qui fidem.infra eo.& ibi dicam latius, art.22. tenet Salicet.in l.sue possidetis.C.de probatio.vers. nunc transeo ad materiam.quinimmo,si spõsalia præcesserunt, sola ductio ad domum sponsi probat matrimonium,vt est tex.singularis,qui non est alibi,secundum Bald. in l.cum in te.C.de dona.ante nupt. & ibi dicit Bald. illam legem menti tenendam, ad probandum matrimonium. sufficit enim probare sponsalia de futuro cum traductione sponsæ ad domum sponsi,& talis præsumptio fundatur per locum à communiter accidentibus, nam communiter non accidit, q̃ sponsa ducatur ad domum sponsi, nisi prius cõtrahatur matrimonium per verba de præsenti, secundum Iac.de Arena,Cy.Bal.& Sali.in dicta l.cum in te. facit l.denique.ff.de sponsalib:& quod dicam in dicto capit.is qui fidem, & vide etiam quod dicam in tit.de dona.inter virum.art.30.

¶Aduerte tamen,quia Hostien.& post eum,Io. And.in cap.fi. infra de coniugio leprosorũ dicunt, quod ex traductione sponsæ ad domum sponsi formatur matrimonium, & inducitur matrimonium præsumptum, vt dicto cap.fina. & supra de restitutione spoliator.cap.ex parte, & c.fin.infra eo.quod intelligi potest indistinctè, si mulier est corrupta. Item si maritus dicat se illam cognouisse, vel si impubes in domo spõsi sit facta pubes.ff.de ritu nup. in l.minorem,vbi tex.dicit, quod facta pubes apud virum incipit esse legitima vxor, quod debet intelligi,quando ante pubertatẽ fuerunt contracta spõsalia de futuro. Et idem etiam si fuissent contracta sponsalia de præsenti,quæ propter illegitimam ętatem ad talia sponsalia solum valent, vt sponsalia de futuro,vnde superueniente legitima ætate, sponsalia tenent tanquam de præsenti, vt in cap.vnico,de despon.impu.lib.6.tenet Zab. in cap.fina. infra eo. Dicunt tamen Hostien. & Ioan. And. in dicto c.fi. de coniugio leprosorum, quod illud quod dictum est, si maritus dicat se illam cognouisse, &c. procedit nisi mulier ex aduerso conuincat virum per corporis aspectum, vt not. in cap. continebatur. infra tit.1.& sic præfati Doct.videntur requirere copulã vltra traductionem ad domum, quod etiam sentit glo.in c.priusquam 26. quæst.2. Sed aduerte, quia pro præcedenti opinione,quod requiratur copula, facit expresse quod dixi in cap. præcedenti, art.16. ver.Sed pone nunc,quidam &c.vbi cõclusi,q̃ consensus de futuro nunquam transit in matrimoniũ de præsenti, nisi sequatur copula,& quod nec sufficit nixus ad copulam. Sed intelligo,quod non transit quando sponsa esset in domo propria,sed quando esset traducta ad domum sponsi, ex traductione præsumeretur matrimonium,vt supra dixi. Vnde arbitror posse dici, quod si sequatur copula, sit matrimonium præsumptũ iuris, & de iure, nec admittatur probatio in contrarium in quocunque loco, & etiã si in domo sponsæ copula fuisset exacta, per d.c.is qui fidem,& ibi dicam. Sed si non probaretur copula,sed sola traductio probari posset,dico quod probaretur matrimonium præsumptum, sed non esset presumptio iuris,& de iure.facit quod tradit Archi. 30.quæst.2. capit.1. vbi dicit, quod tam per cohabitationem post sponsalia de futuro probatur matrimonium, per d.l.minorem.ff.eo.quam etiam per carnis copulam.vide ibi per eum.

¶Nec obst.l.quæsitum.ff.eo.vbi probatur quod ductio mulieris ad domum,nec spõsalia, nec matrimonium probat,quia respondeo,quod illud procedit quando nulla sponsalia præcesserunt, secus si sponsalia præcessissent, vt dixi.

¶Sed quæro nunc,quid econtra si sponsa ducat
53 sponsum ad domum suã,vtrum præsumatur † matrimonium. Sol. Glo.ponit opinio.in Authen. de nuptijs. §.nuptias.coll.4.Arch.verò ĩ d.c.priusquã, post Ioan. de Fantutijs dicit, quod licet sponsa ducat sponsum ad domum suam, non præsumitur matrimonium, quia hoc raro cõtingit, ideo leges hoc non curant.ff.de legib.in l.nam ad ea.in Authen.vt sine prohibitione matres.§.1. Præterea domus mariti est domicilium vxoris,non econtra,vt l.fin.§.2. ff.ad municip.C.de incolis.l.fi.lib.10. Ex prædictis igitur patet, quod matrimonium per inditia & præsumptiones probatur,& idem dicit Hostien. in capitulo sequenti, ubi dicit, quod propter præsumptiones violentas nedum impeditur matrimoniũ, sed etiam separatur.sup.de præsumpt. c.literis. & c. tertio loco,& idem tenet Hostien. in summa. in ti. de matrimonijs. §.qualiter contrahatur. versi.quid enim. hæc enim est differentia inter uerum & præsumptum matrimonium;quia uerum est in quo intercesserit verus consensus, vt dixi in c. præcedenti, articu. 14. in princi. præsumptum uero est,in quo, licet non possit probari verus & expressus consensus, tamen ex aliquibus probabilibus coniecturis, & signis præsumitur consensus in matrimonium. quæ præsumptio insurgit quandoque ex carnali copula, ut supra dixi, quandoque ex traductione sponsæ ad domum sponsi, ut ẽt dixi. Quod etiam tenet Dom.Ant.in c.fi.inf.eod.quandoque ex alijs modis & signis, de quibus Dom. Ant. ibi se remittit ad not.in cap. illud. supra de præsumptionibus. & ideo circa prædicta de pluribus sæpe numero dubitatur.

¶Vnde quæro,vtrum per cohabitatione uiri &
mulieris, & carnis copulam, intellige non præce-
54 dentibus sponsalibus de futuro, probetur † matrimonium. & uidetur dicendum quod non, per ea quæ dixi supra in c.præcedenti.arti.14. quæst.6.tenet Do.me.in c.sequenti,& in repetitione c. ecclesia sanctæ Mariæ. sup.de constitutionibus. in 4.corollario.

rollario.ubi dicit,quod per cohabitationem viri & mulieris,alio non apparente, non præsumitur matrimonium, sed fornicatio. Gl.hanc dubitationem tangit 38.dist. c.is qui. quæ dicit, quod secundum leges si uir & mulier sunt impares, non præsumitur matrimonium, nisi dotalia instrumenta intercueniant. C.de nuptijs.l.imperialis.§.immo & illud. & ff.de dona. l.donationes. secus si sint pares. ff. de ritu nupt.l.in liberæ. sed secundum Canones semper præsumitur adulterium, & sic residet illa glo.

¶Sed aduerte, quia licet de iure ciuili antiquo forsitan sola cohabitatio faceret præsumi matrimonium,vt d.l.in liberæ.ff.de ritu nup.hoc tamen immutatum est per tex.in Authen. quibus modis naturales efficiantur legi.§.secundo.colla.6.& de iure canonico hoc est certũ propter periculum animæ. 30.q.5.c.1. tradit Inno.in c.ex parte M.sup.de restitutione spoliatorum. & Dom. Anton.de Butrio post Inno.in d.c.illud.supra de præsump.Henricus verò in c.sequenti distinguit, quod aut factum est recens, tunc ex cohabitatione & commixtione nõ probatur matrimonium, immo potius præsumitur fornicatio,adulterium, siue stuprum, 30.q.5.c. aliter. Aut factum est antiquum,puta si à tempore contractus lapsi sunt 60.anni, & hoc casu putat sufficere probabiles presumptiones,scilicet quod semper tenuerit mulierem in uxorem, & ad mensam, & in lecto, & extra,& ita debet intelligi l.si uicinis. C.de nuptijs. & d.l.in liberæ. & tex.in Authen.qui bus modis naturales effi. legi. §.quoniam aliter. & idem dicit in clãdestinis matrimonijs,ut d.c.illud. sup. de præsumptionib. nam propter tales præsumptiones nedũ impeditur, sed ẽt separatur matrim. secundum Henric. & Host. etiam, vt supra dixi. &
55 hinc est,quod dicimus,quod ad probandũ † quasi possessione matrimonij, & filiationis, est opus probare q̃ vir, & vxor tractabant se inuicem, & vocabant,& reputabant, vt virum & vxorem,ut probatur in §. illud. in Authent. quib. modis naturales effi. legi.& in §.quia verò, in Authen. vt licet mat. & auiæ,tenet Bar.in l.vxor.§.sed si in ea.ff.de adulterijs,& l.1.§.ad quæstionem. ff. de quæstionib.& l. filium.ff.de his qui sunt sui,vel alieni iuris.

¶Aduerte tamen,quia licet Bar.hic simpliciter dicat de habitu & tractatu, tamen moderniores dicunt,& bene, quod debet probari, quod ipsi se inuicem tractabant, vt vir, & vxor, vicinis & notis scientibus,ut tradit Bal.in d.l.filium, & clarius Sal. in d.l.si vicinis, dicens ita concordari Canonistas cũ Legistis, & hoc forte ita dixit, quia Canonistæ, & præcipuè Anton. de Butr. in dicto cap.illud, de præsumpt.volunt, quod sola cohabitatio non sufficiat, immo requiratur fama viciniæ consentiens, & istis simul iunctis probatur quasi possessio matrimonij, & hunc modum probandi matrimonium, concubinatum,& filiationẽ, ponit eleganter Ang. in Authen. de triente & semisse. §. consideremus. colla.3.facit bonus tex. in cap.Michael. supra de filijs presbyterorum. quinimmo tex.dicti cap.illud. videtur fortius velle, quod per testes probari debeant actus particulares, inferentes ad hoc, quod appareat qualiter vir tractabat aliquam vt vxorem,
56 & est hoc rationabile, quia testes † qui deponunt super hoc,deponunt secundum iudiciũ animi sui, & ideo sibi credi non debet,nisi expressa causa,etiã si non sit interrogatus, secundum ea quæ traditur in l.solam. C. de testib. & in cap.cum causam. supra de testib.facit quod not. Bar. in l.mutum.in fi.principij.ff.de acquir.hæred.vbi dicit,quod ad probandum quem etiã mutum oportet, quod testes deponant de signis particularib.inferentibus adesse mutum,& quod de furioso not.Bald.in l.furiosum.C. qui testa. face. possunt.ad quod vide quod dixi in c.dilectus.supra eod.in 14.q.princ.

¶Et aduerte circa prædicta, quia si tractatur de matrimonio, per quod alteri matrimonio non fiat præiudicium. Henric. in dicto c.illud, distinguit, quod aut uir agit possessorio ad restitutionem uxoris,& tunc cohabitatio unà cum fama viciniæ sufficeret ad probandum matrimonium, immo etiam si fama probaretur per duos, vel tres testes deponentes, quod vir cum muliere habitauit, & iacuit tanquam cum uxore, volens in ea quærere, vel seruare ius possessionis,seu quasi possessionis iuris,vel vinculi vxoris, & talem quasi possessionem acquire re,& quod ipsa mulier hoc ipsum sciebat, q̃ vir intendebat,quo casu vxor iudicabitur restit uenda viro, secundum Innoc.quæ opinio est vera,dummodo prædictam intentionem suam declarauerit coram testibus, alias testes de opinione eorum occulta deponere non possent, cum hoc soli Deo reseruetur,ut in capit.tua nos. infra de simonia,30.dist. cap.erubescant, & l.2. ff.de interrogatorijs actionibus,& in cap.1.ne sede vacante,secundum Host.q̃ dicit Henric. credere verum etiam nõ obstante eo, quod not.Innocen.in dicto capit. illud. vbi innuit contrarium, & eo quod not. per Innocen. in c.ex parte. supra de restitutione spoliator.Si verò vir,aut mulier non agit possessorio, sed petitorio, & tunc dicit Innocen.in dicto ca.illud. vers.nobis videtur, quod fama viciniæ vnà cum diutina habitatione non probat. Hostien. verò dicit, quod fama viciniæ iunctis alijs actibus, scilicet quod in eadem paropside inuicem comederẽt,& vir eam induit sicut vxorem,& ad ecclesiam mittebat,& in lecto secum recipiebat, matrimoniũ tunc præsumptum inducitur:quando verò,licet secũ cohabitet,tenet eã tanquam ancillam,nec tenet eam ad mensam suam,& mittit eam pro aqua,& induit vestes viles,& lectum habet separatum cum viro, licet quando ipsi viro placet, ad eam declinet, tunc non matrimonium sed stuprum præsumitur. 30.quæst.5. cap.aliter, & secundum hoc, verbum magis,positum in dicto c. illud, ponitur comparatiuè, & hic videtur verior intellectus, secundum Host. & Henri. qui dicunt, quod hæc probatio habet locum etiam in contractu matrimonij,per nota.in cap.tua.supra eo.nam, concurrentibus his quæ supra dixi, quodammodo ex presumptione uiolenta videtur constare de matrimonio, & sic dictum c.illud, & ius ciuile,& cap. aliter.reducuntur ad concordiam. nec est bonum simile secundum prædictos Doct. quod tradit Inno.de domo,& fundo ad vxorem: vult enim quod ex possessione domus, & fundi,& perceptione fructuum, & fama vicinię nõ probetur dominiũ, quia contra tales possessores non inquiritur. Sed quando est aliqua puella,non est verisimile,quod parentes sui,aut proximi consanguinei tolerent, quod fi-

lia, vel cõſanguinea viuat in adulterio, vt meretrix, & ideo in poſſeſsione domus, vel fundi non præſumitur de facili ita dominium, ſicut titulus matrimonialis inter uirum, & mulierem, maximè ad fugiendum odioſum delictũ, & quia, ut dicam in ſequenti quęſt. in dubio pro matrimonio iudicandum eſt. Conclude ergo, quod ex ſola anuli portatione nõ
57 probatur matrimonium, † nec ex ſola fama, nec ex ſola cohabitatione, nec ex ſola tractatione matrimoniali, ſed ex fama cum cohabitatione probetur. Innoc. ut dixi, ſentit quod non, licet in princ. videatur ſentire quod ſic, vnde aduerte, quod Do. Ant. in dicto cap. illud. videtur primò velle, quod ſola fama viciniæ, & quod vir tractauerit illam, ut vxorẽ, probent matrimonium præſumptum per d. c. illud. ſed iſte intellectus reprobatur à Do. me. & moderniorib. communiter, nam prædictum ca. illud. non dicit quod fama cum tractatibus ſufficiat, ſed dicit quod fama præcæteris adminiculis magis debet attendi, & ſubdit Dominus meus, quod ſola nominatio, qualiſcunque ſit, non probat matrimoniũ, quia ſæpe fornicator nominat mulierem uxorem ad occultandum delictum, vt tradit Innocen. in ca. ex parte. de reſtitu. ſpoliato. nec ſola cohabitatio, ut dixi, nec ſolum inſtrumentum ſuper dote, uel donatione propter nuptias, ut dixi ſupra in. 5. quæſt. nec etiam ſola fama, ut in cap. veniens. ſupra de teſtib. Et dicit Henr. quod ſi uir, & mulier uiuunt, nec diu ſimul ſteterunt iuncti, præſumitur ſtuprum, niſi ali
58 ter probetur † matrimonium, ſecus quando ſunt mortui illi qui ſemper pro coniugibus ſe habuerunt. facit c. peruenit. infra qui filij ſint legi. & etiã uidetur uoluiſſe Hoſtien. in cap. ſequenti, qui dicit, quod in facto recenti. ex ſola cohabitatione nõ præſumitur matrimonium, ſed fornicatio, per tex. in c. aliter 30. q. 5. in facto uerò antiquo, ſi lapſi eſſent 40. anni, ſufficerent præſumptiones probabiles, puta, quod eam tenuit ad menſam, & ad lectũ, ut uxorem, per l. ſi uicinis. C. de nupt. & l. in liberæ. ff. de ritu nupt. nam per tales præſumptiones non ſolum impeditur, ſed etiam ſeparatur matrimonium, ſupra de præſumptionib. cap. litteris, & cap. tertio loco. & cap. illud. & in cap. ex parte. de reſtitu. ſpol. & ſequuntur Do. Ant. Zabar. & Dominus meus. in c. ſequenti. & dicit Pet. de Anchar. in cap. præcedenti, quod probatis actibus communiter conuenientibus marito & uxori, probatum eſt matrimonium præſumptum, quod poteſt procedere in facto antiquo, vt ſtatim dictum eſt, uel in loco longinquo, ad quod potes uidere exemplum quod poſui poſt Petrum de Anchar. in capit. præcedenti, artic. 14. quæſtione 3. propè finem. & quod prædicta opinio in facto antiquo procedat, ſed non in facto recenti, tenet etiam Dom. Anton. in capitu. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpol. Apparet igitur ex prædictis, qualiter hæc materia eſt ſatis dubia, obſcura, & ſcrupuloſa, in qua ego concludendo arbitror conſiderandas in primis etiam qualitates uiri, & mulieris, qualitatem cohabitationis, & actuum particulariũ ipſorum uiri, & mulieris, nominationem, & famam uiciniæ, & cætera eiuſmodi, ſecundum quæ omnia poterit iudex præſumere matrimonium eſſe probatum, uel non, maximè accedente inſtrumento dotis, aut donationis propter nuptias, quod plurimũ opitulatur, & ſic hæc omnia à iudicis arbitrio pendere uidentur.

59 ¶ Et aduerte diligenter, quia † tractatus uxorij debent probari reciproce, & ad inuicem, unde dico, quod licet teſtes deponant quod uir tractabat mulierem vt vxorẽ, aut mulier reuerebatur & tractabat uirum vt maritum, tamen hoc non videtur ſufficere, ſi ſolummodo probetur talis tractatus ex parte alterius tantum, debet ergo probari, quod uir tractabat talem mulierem ut uxorem, exprimendo particulares tractatus, ut dixi, & uerſa vice per tales tractatus particulares mulier tractabat uirum vt maritum, ad quod optimè facit, quia ſicut matrimonium ex conſenſu vnius non contrahitur, ſed ex conſenſu vtriuſque, ut dixi in c. præcedenti. in 14. princ. artic. ita nec ſolus tractatus uiri ſolius, vel ſolius uxoris debet ſufficere, quod perpetuo notabis pro forma articulandi & probandi matrimonium, ſaltem præſumptum, & reſpectu etiam probandi legitimam ſobolem, & uide omnino quæ dixi in c. præced. in 14. artic. princ. in 3. & 4. q. prin. & hæc dicta, & ibi ſuperius ſcripta, ſunt adinuicem coniungenda.

¶ Octauò quæro, utrum ad probandum ſponſalia uel matrimonium, admittatur iuramentum
60 uoluntarium, † iudiciale, uel ſaltem neceſſarium, in defectũ probationis. pone exemplum, probaui ſponſalia vel matrimonium per unum teſtem, utrũ admittatur iuramentum ad complendam probationem. ¶ Sol. Hanc q. plenè tractaui, dũ eſſem iuuenis, in repetitione ca. fi. de iureiurando. in 1. quæſt. princ. verſ. ſecundo quæro. Sed quia hic plurimum conuenit, repetam quod ibi dixi, ſed plenius, & plurimis additis. & quia glo. & Docto. ſunt uarij, ut ex inf. dicendis apparebit, pro clariori doctrina proſequar infraſcriptas quæſt.

¶ Prima, quid iuris ſit in ſponſalibus.

¶ Secunda, quid iuris ſit in matrimonio quo ad ipſum impediendum.

¶ Tertiò, quid iuris ſit in matrimonio quo ad ipſum confirmandum, in quo tamen non tractetur de præiudicio alterius matrimonij carnalis, uel ſpiritualis.

¶ Quartò, quid iuris quo ad matrimonium diſſoluendum.

¶ Quintò, quid iuris ſi tractatur de præiudicio alterius matrimonij carnalis, ad aliud carnale uel ſpirituale.

¶ Circa primam quæſt. quam Docto. non attingunt, arbitror dicendum, quod ſiue agatur de ſoluendis ſponſalibus ratione impedimenti propter conſanguinitatem, ſiue agatur de ipſis firmandis, an ſcilicet fuerint cõtracta, utrum poſsit deferri iuramẽtum uoluntarium vel neceſſarium, dico quod ſic, dummodo deferatur illi qui ſtat contra ſponſalia, & ratio duplex iudicio meo poteſt aſsignari. Prima, quia hoc caſu agitur de paruo præiudicio. Secunda, quia ſi loquimur de iuramento uoluntario, cũ partes ipſæ propria uoluntate poſsint à contractis ſponſalibus recedere, ut in cap. 2. ſupra eod. & dicam infra eod. cap. penult. art. 31. meritò iuramentum uoluntarium deferri poterit, & illi ſtabitur. Item, quia ſi opponitur conſanguinitas, uel affinitas, aut ſimile impedimentum, & unus ſtat contra

tra ſponſalia, alter pro, per rationem prædictam, poteſt ſibi tale iuramentum deferri. de iuramento autem neceſſario non videtur proprie quæſtio procedere, quia ſi ſemiplene probatum eſt tale impedimentum, non eſt dubium quod matrimonium futurum impeditur, ut dixi ſupra in hoc eodem artic. in 3. quæſt. princ. & ſtatim ſubiungam. ad abundantiorem tamen cautelam poſſet tale iuramentum neceſſarium deferri. Si verò unus ſtaret pro ſponſalib. & alter contra, arbitror, quod ſi de ſponſalibus ageretur, utrum ſcilicet ſint contracta uel non, poſsit deferri iuramentum tam neceſſarium quam voluntarium: ſed ſi tractaretur de impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, arbitror, quod ei qui ſtaret pro ſponſalib. nullo modo eſſet deferendum iuramentum uoluntarium, aut neceſſarium, ex quo non ſtat in poteſtate partium, aut iudicis tollere tale impedimentum, faciunt quæ ſtatim dicam in tertia quæſtione.

¶ Circa ſecundam quæſtionem, qua quæritur, quid iuris in matrimonio quo ad ipſum impediendum. Ala. Tancred. Vincen. & Philip. in cap. ſuper eo. infra de conſangui. & affin. tenent, quod ſit de-
61 ferendum iuramentum † in defectum probationis, per l. in bonę fidei. C. de rebus credit. & capit. ſicut, ſupra de proba. & cap. ex inſinuatione, ſupra de procuratotib. verum ex his quæ ſtatim dixi in præcedẽti quæſtio. quæ inferunt neceſſario ad deciſionem iſtius, iuramentum voluntarium iudiciale videtur ſufficere, cum à matrimonio futuro poſsint partes reſilire, vt dixi in præcedenti quæſt. neceſſario vir ſi ſemiplena facta eſt probatio, non uidetur aliud iuramentum neceſſarium, niſi quod poteſt deferri ad cautelam, ut dixi.

¶ Circa tertiam quęſtionem, qua quęritur, quid iuris in matrimonio quo ad ipſum matrimoniũ cõfirmandum, in quo tamen non tractetur de præiudicio alterius matrimonij carnalis, vel ſpiritualis,
62 maior eſt dubitatio. † glo. enim, & Docto. fuerunt varij: glo. enim in cap. mulieri. ſupra de iureiuran. concludit, quod non poſsit deferri iuramentum, cum cauſa ſit ardua, & ſic loquitur de iuramento neceſſario, & agatur quaſi de ſtatu hominis, cũ per matrimonium cõſtituatur quædam quaſi ſeruitus, infra de conſang. & affin. cap. non debet, & 32. q. 7. cap. omnes cauſationes. & idem tenet glo. in l. 3. §. 1. ff. de iureiur. quam etiam opinionem videtur ſequi Abbas antiquus in cap. fina. ſupra de iureiurando. dum reſpondet ad cap. atteſtationes. infra tit. proximo. vbi erat cauſa matrimonialis, & tamen fuit delatum iuramentum: reſpondet enim, quod ibi non fuit delatum iuramentum ſuper principali quæſtione, ſed ſuper articulo emergenti, ſuper quo erat magna præſumptio contra reum, ſcilicet quod conſenſiſſet poſt ætatem. Sed Ioan. Andre. aliter intelligit illum tex. dicens, quod ſi præſumptio eſt contra reum conuentum pro cauſa matrimoniali, propter quod veniret abſoluendus, non obſtante præſumptione, quod non abſoluetur niſi præſtet iuramentum ad tollendum illam præſumptionem, quaſi ſentiat, quod ibi loquatur ſolum de iuramento purgationis, quando defertur reo, antequam abſoluatur ad purgandum præſumptionem ortã contra eum, non autem loquitur de iuramento neceſſario, quod defertur in defectum probationis, ad ipſam complendam.

¶ Secunda principalis opinio fuit Ioan. & Philip. qui tenent, quod in qualibet cauſa etiam matrimoniali poteſt deferri iuramentum, conſideratis circunſtantijs & qualitatibus perſonarum, figurant ipſi exemplum in muliere honeſta, potenti, & diuite, petente aliquem ſibi æqualem vel inferiorem in virum, qui ſæpius illam ſollicitauit de ſtupro, & probat per unum teſtem omni exceptione maiorẽ, quod illa deſponſauit eam per uerba de præſenti. quare concludunt, quod in caſu prædicto deferetur iuramentum neceſſarium mulieri, argum. c. ex parte. de ſepulturis. & c. ſuper eo. il ſecondo, ſup. de teſtib. Subdunt tamen præfati Doct. quod ſicut eſt ſpeciale, quod ſententia lata in cauſa matrimoniali non tranſeat in rem iudicatam, vt in cap. lator, & in c. conſanguinei. ſupra de re iudicata. ita etiam erit ſpeciale in hoc caſu, ut, lata ſententia in tali cauſa matrimoniali vigore iuramenti, talis ſententia non tranſeat in rem iudicatam, nam poterit probari cõtrarium, & admittetur probatio. facit cap. fraternitatis. infra de frigidis & malef. & ita debet intelligi l. 1. in fi. C. de iureiurando, & etiam limitari tex. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & d. l. 1. in princ. C. de iureiur. quæ voluit quod dato iureiurando nihil vlterius quæratur, & hanc etiam opinionem ſequitur Io. An. eam recitando, & eandem ſequitur Hoſt. in ſumma. in titu. de iureiuran. ſub §. de iuramento aſſertorio.

¶ Tertia principalis opinio fuit Iaco. Butrigarij, quam ſequitur Bart. in d. l. 3. §. 1. ff. de iureiurando. vbi dicit, quod aut iuramentum defertur actori, vt puta, volo eſſe vxor tua ſi iuraueris, & tunc ualet, quaſi de nouo contrahatur matrimonium. nam ſaltem tunc videor conſentire ſub conditione, quæ conditio non impedit matrimoniũ, vt inf. de cond. appo. per totum. Aut petitur deferri reo ad diſſoluendum matrimonium, & non poteſt, cum hoc nõ ſit in uoluntate ſeu poteſtate partium, quia quos Deus coniunxit, &c.

¶ Sed aduerte, quia Bar. ſolum loquitur de iuramento iudiciali, de neceſſario autem expreſſe nihil dicit, ſed per rationem ſuam videtur ſentire, quod etiam tale iuramentum deferri non poſsit in ſupplementum probationis.

¶ Præterea ſecundum Do. me. in quantum Bar. vult, quod ſtatim contra matrimonium non datur iuramentum, quia diſſolueretur coniugium, cuius diſſolutio à partium poteſtate non dependet, non eſt bona & non eſt vera, quia non diſſoluitur, cum etiam per ſentẽtiam per plenas probationes latam non diſſoluatur, ſi poſtea appareant probationes in contrarium, & per hanc etiam rationem reprobatur ratio glo. de qua in d. l. 3. §. 1. quæ videtur velle, quod ideo iuramentum in hac cauſa non ſit deferendum, quia ſi deferretur, amplius non poſsit quęri de legitimitate matrimonij, propter obſeruantiã iuramenti, quia hoc eſt falſum, quoniam ſi non obſtat ſententia lata per plenas probationes, longe minus debet obſtare hoc iuramentum, ut dixi ſupra in opin. Hoſtien. & Phil. Et prædictæ opin. Barto. & Butrig. videtur primo adhærere Lapus de Caſtilione, per not. glo. in cap. iurauit. de probationib. ſed

in

in c. fin. ſupra de iureiurando, videtur recedere à prædicta opinione, & ſequi opinionem glo. in d.c. mulieri. de iureiur.

¶ Quarta principalis opinio fuit Dom. Ant. qui in effectu diſtinguit, quod aut loquimur in iuramẽto iudiciali, aut in iuramento neceſſario. primo caſu, aut iurans ſtat pro matrimonio, & poteſt deferri iuramentum, quia partes poſſunt ſibi in hoc præiudicare, ut ſupra dixi: aut contra matrimonium, & tunc ſecus, & ſic in hoc adhæret opin. Barto. In neceſſario ideo dicit quod actori non poteſt deferri in ſupplementum probationis, propter grauitatẽ, & maximum præiudicium, reo uero bene poteſt deferri ad purgationem, vt dicto c. atteſtationes. inf. ti. ſequenti.

¶ Quinta principalis opinio fuit D. M. qui diſtinguit, quod aut non conſtat de matrimonio, ut quia diſputatur de ipſius contractu: aut conſtat, ſed diſputatur de aliquo impedimento ipſius, ut de conſanguinitate, affinitate, vel ſimilibus.

¶ Primo caſu, aut actor plenè probauit, & non eſt curandum de iuramento, vt in c. ſicut. ſupra de probationib. aut nihil probauit, & idem, quia reus venit ſimpliciter abſoluendus abſque aliquo iuramento, vt dicto cap. fin. de iureiuran. & per Io. An. in cap. 1. infra de clandeſtina deſponſatione. aut aliquid probauit, ſed minus quàm ſemiplenè, & tunc eſt deferendum iuramentum reo ad purgationem, non autem actori ad ſupplementum, vt d. c. atteſtationes. inf. ti. proximo. nam ibi ex nixu ad copulam orta erat præſumptio contra reum, quod poſt legitimam ætatem contraxerit matrimonium. ſed tamen hoc caſu non eſt deferendum iuramentum actori, cum non ſemiplenè probauerit, intelligendo de iuramento neceſſario ad complendam probationem, in uoluntario verò iudiciali dicit Dom. me. quod actor ſine dubio poteſt deferre reo, cum etiam ſine dubio reus abſque iuramento ueniat abſoluendus, reus autem demum poteſt deferre iuramentum actori ſi ſolum de ſuo præiudicio tractatur, quia ſicut poſſet de nouo iure contra here, ita poteſt hoc iuramentum deferre, ut dixi ſupra in opin. Bart. ſecus ſi præiudicaretur matrimonio tertij, ex eo quod Reus eſſet alteri matrimonio alligatus, quod pertinet ad 5. quæſt. ſupra formam, aut actor ſemiplenè probauit, & iſte caſus ſecundũ Dominum meum eſt magis dubius, diſtinguit tamen, quod aut loquimur de iuramento iudiciali, aut neceſſario.

¶ Primo caſu, poteſt deferri reo, cum etiam veniat abſoluendus, ex quo plenè non eſt probatum, vt dicto capit. atteſtationes. Reus verò ita demum poteſt deferre actori, ſi ſibi tantum præiudicat, ſi uarò matrimonio tertij præiudicaret, de quo plenè conſtaret, tunc ſecus, quia ſicut partes ſuper hoc nõ poſſunt exigere, ita nec iuramentum deferre, vt in cap. 1. de clandeſtina deſpon. neceſſarium autẽ poteſt deferri reo ſine dubio, vt dicto cap. atteſtationes. nec actor poteſt de hoc conqueri, cum ipſe nõ probauerit plenè, & ſic veniret abſoluendus, maximè cum ipſe poſſet poſtea probare contrarium, vt dictum eſt, & hoc etiam pertinet ad 5. quæſtionem. Si verò non tractatur de præiudicio alterius matrimonij, an poſsit deferri actori iuramentum. dicit Dominus meus in cap. fin. de iureiuran. quod hoc ſit iudicis arbitrio relinquendum, per l. tertiam. §. 1. ff. de iureiuran. qui videtur conſideratis omnib. circunſtantijs, & omnibus qualitatibus viri, & mulieris, deferet vel actori, vel reo, nã ſi actor eſſet iuuenis, nobilis, pulcher, diues, & probatæ vitæ, & puellã inferiorem, vel ſibi æqualem peteret, vt ſibi matrimonio copulatam, & probaret per unum teſtem omni exceptione maiorem, uel per duos, quorum vnus non eſſet integer, certe iudex omnibus his cõſideratis poſſet deferre hoc iuramentum actori. argum. d.c. fin. de iureiurando.

¶ Nec obſtat ſecundum Do. meum, quod cum cauſa ſit ardua non poſsit deferri hoc iuramẽtum, quoniam non reperitur tex. qui dicat quod in cauſa ardua non ſit deferendum iuramentum, ſed bene dicunt, quod iudex debet arbitrari cui magis ſit deferendum inſpectis circunſtantijs, & qualitate perſonarum, ut d. cap. fin. & ad idem allegat tex. in ſimili in cap. cum cauſa. inf. de raptoribus, & quod not. glo. in cap. vidua. de regularibus. quod tamen intelligo, niſi præiudicaretur alteri matrimonio, quod eſſet plenè probatum, per ea quę ſupra dixi, licet Dom. me. ſimpliciter loquatur.

¶ Secundo caſu principali, quando conſtat de matrimonio, ſed diſputatur de aliquo impedimento, diſtingue per omnia ut in præcedenti membro, niſi in eo quod ſtans pro matrimonio non poteſt deferre iuramentum ſtanti contra matrimonium, cum prædicti non poſsint expreſſe tranſigere, ut in c. fin. ſup. de tranſact. & in c. ſuper eo. inf. de eo, qui co. conſ. uxo. ſuæ. vnde nec ſimiliter poteſt tacitè, & hoc caſu poteſt procedere opinio Bar. quia à matrimonio non eſt recedendum niſi per veras & plenas probationes, ut in c. licet ex quadam. ſup. de teſtib. & hæc pertinent ad 4. q. ſup. formatam, & hæc procedunt in iuramento voluntario, in neceſſario vero, cum non ſit timor colluſionis, tenet ipſe fore arbitrarium, & poſſe deferri etiam actori, arg. c. licet. ſup. de proba. vbi probationes de conſanguinitate non fuerunt neceſſario concludentes, & tamẽ diſſoluitur matrimonium. de quo plenè conſtabat. ſubdit tamen, quod iudex non debet deferre hoc iuramentum actori, niſi ex urgentiſsima cauſa, argum. d.c. licet.

¶ Sed aduerte, quia D. M. in hac q. in materia neceſſarij iuramenti, videtur uelle non eſſe ponderandam arduitatem cauſæ, & tamen in q. prẽced. uidetur ſentire contrarium. ſed potes dicere, quod illa ponderanda eſt à iudice, qui debet arbitrari, an ſit vel non ſit deferendum iuramentum, & an actori vel reo, non autem quod omnino excludatur à poteſtate deferendi, & mihi placet opin. D. M. ſatis tamẽ uidetur eſſe iuſta & rationabilis diſtinctio Domi. Ant. & per prædicta habes deciſas 4. & 5. quæſt. ſupra formatas.

¶ Quid autem iuris in matrimonio ſpirituali ratione profeſsionis, vel beneficij, utrum ſit deferen-
63 dum iuramẽtum neceſſarium, † vide quæ latè dixi in repet. d.c. fi. de iureiu. in 1. q. prin. verſ. tertio quę ro, & verſ. quarto quæro.

¶ Nonò prin. quæro, quid ſi probationes in cauſa matrimoniali ſint dubiæ, vel propter ipſas probationes in ſe, vel propter probationes hinc inde ab vtraque

vtraque parte factas. Sol. Dic, quod ſauendum
64 eſt matrimonio, † & pro matrimonio iudicandum, c. fi. ſupra de re iudic. cap. fin. infra de condit. appoſ. & ibi glo. fina. Eſt enim matrimonium res fauorabilis, propter cuius fauorem multa ſunt ſpecialia, de quibus poſt Hoſtien. & Henric. Boich, in cap. videtur. infra qui matrimonium accuſare poſſunt. ubi tex. formaliter dicit, quod matrimonium res fauorabilis eſt, dicam in cap. is qui fidem. infra eod. arti. 29. Eſt ergo fauendum matrimonio, vt dictis iuribus. & cap. ex literis. il primo. ſupra eodem. & 33. quæſt. 1. cap. ſi quis acceperit. not. glo. ſi. in capit. ſicut ex literis. ſupra de probatio. tetigi ſup. eod. art. in 4. quæſt. princ. prope finem. & ratio in promptu eſt, quare pro matrimonio ſit iudicãdum, quia ſi alias iudicaretur contra matrimonium, quod teneret, nimis magnum verſaretur periculum animę, vnde ſemper pro matrimonio iudicandũ arbitror, ubi non occurreret periculũ animæ, ſi pro eo iudicaretur, tenet Hoſtien. & Ioan. And. in c. ſuper eo, ſupra de teſtib. vnde inter liberos potius matrimonium, quam concubinatus præſumitur, ut l. in liberæ, & ibi Salic. ff. de ritu nupt. Sed ſi iudicando pro matrimonio eſſet periculum animę, tunc non eſſet pro eo iudicandum. facit cap. iuuenis. ſupra eod. & ibi not. Hoſtien. & ſequuntur Doct. in cap. is qui fidem. infra eod. Vnde dixit nobiliter Hoſtien. in ca. ſuper eo. de cogna. ſpirituali, quod ſi reperiretur opinio vnius Doctо. pro matrimonio, illa ſequenda eſt, licet multi teneant contra matrimoniũ. pro qua opinione facit dictum cap. fina. de re iudicata. quoniam ibi in fauorem matrimonij ſtatur ſententiæ unius iudicis ordinarij latæ in fauorem actoris, quamuis alius iudex ordinarius collega in fauorem rei ſuam tulerit ſententiam, & tamen regula eſt, q
65 in dubio circa deciſionem cauſæ reo, † & non actori fauendum eſt, ut l. Arrianus. ff. de act. & obligat. & in cap. inter dilectos. in fi. de fide inſtrumen. Inſtit. de interdictis. §. commodum. & prædicta opinio placet Domino meo in dicto cap. fin. licet ipſe alleget ibi, quod Innocen. hoc tenet, quod non reperi ab Inno. dictum ſubdit. tamen Domin. meus, quod prædicta opinio Hoſtien. procedit, niſi opin. illius Doctо. eſſet euidenter falſa, quia hoc caſu neque vnius dictum attenderetur, ſed etiam communis opinio ſpernenda eſſet, faciunt nota. per Ioan. And. in cap. 1. ſupra de conſtitutionib. & uide quæ latè dixi in cap. ne innitaris. de conſtitutionibus.

¶ Aduerte tamen circa prædicta, quia dicit Innocen. in cap. lator. infra qui filij ſint legitimi, quod matrimonium non præſumitur, niſi probetur. 30. q. 2. ca. aliter. ſed legitimatio filiorum præſumitur, quę alias nõ preſumeretur, & ideo obijciens illegiti
66 mitatem, † illam probare tenetur, ut d. c. lator. & ratio eſt ſecundũ Innoc. quia utrumque dictũ tendit in fauorem matrimonij. Primum, ut clandeſtina matrimonia fiant manifeſta, probatio requiritur. Secundum, ut filij ſint legitimi, pro legitimatione præſumitur, & ſequitur Archi. in d. cap. aliter. Sed dicit Henric. in dicto cap. lator, quod ſalua reuerentia eorum, qui hoc dicunt, non uidetur illud eſſe verum: quia, cum ipſa legitimitas ex ipſo matrimonio oriatur, & procedat ſicut filius à matre, non poteſt præſumi pro legitimitate reſultante ex matrimonio, niſi etiam pro matrimonio præſumatur, quia natura correlatiuorum eſt talis, quod ad poſitionem vnius, ſeu remotionem, alterius poſitio, vel remotio ſequatur. ff. de iureiurando, in l. duo patroni. §. ſi quis iurauerit. & ff. de reſcinden. uenditio. in l. cum emptor. & de officio delegati. cap. præterea, & de præbendis. cap. quia ſæpe. & l. fin. C. de indicta uiduitate. Vnde concludit, ſecundum Hoſtien. in dicto cap. lator, quod quando matrimonium eſt clandeſtinè contractum, uel quando viuunt parentes, nec eſt diu, quod ſimul iuncti cohabitauerunt, ibi præſumitur ſtuprum, niſi probetur matrimonium, ut dicto cap. aliter, & ſæpius dictum eſt: ſecus quando parentes mortui ſunt, qui ſemper pro conjugibus ſe habuerunt, & ſacerdos, & teſtes mortui ſunt, eo quod contractus eſt antiquus, ut in capit. cum inhibitio. infra de clandeſt. deſpon. quare concludit, quod in tali caſu objiciens illegitimitatem non auditur, vel ſi auditur, neceſſe habet probare quod intendit, ſicut quando in facie eccleſiæ contraxiſſent, ut dicto capit. lator. & in capit. 1. & 2. qui filij ſint legitimi. tradit Hoſt. in dicto cap. lator. & cap. ſequenti.

¶ Et aduerte, quia Bald. in conſilio quod incipit, in Chriſti nomine amen, dico q̃ accuſatio, &c. dicit, quod cum non præſumatur matrimonium niſi probetur, quod ſi aliquis accuſatur de adulterio, & plene non probatur matrimonium, accuſator uenit abſoluẽdus, licet probetur coitus illicitus.

¶ Poſtremo circa materiã iſtius 29. ar. nota plura.

¶ Primò no. quod ſi agitur ad ſeparationem matrimonij ratione frigiditatis, debet probari frigidi-
67 tas † per iuſtum iudicium, ut in cap. laudabile. infra de frigidis. & ibi glo. de qua materia dic, ut latius dicam in titu. de frigidis. arti. 9. in materia octaui impedimenti.

¶ Secundò no. quod ſi agitur ad ſeparationem matrimonij fiendâ propter impedimentum arctationis mulieris, debet fieri plena diſcuſsio. cap. fraternitatis. infra de frigidis. de qua materia dicam in dicto loco, & in prædictis caſibus uidetur ſufficere teſtimonium de credulitate, ut ibi dicam.

68 ¶ Tertiò nota, quod non creditur mulieri † dicenti ſe non contraxiſſe matrimonium, ſi uir contrarium probet, niſi mulier probet metum, ut in c. ſequenti, & ibi dicam.

¶ Quartò no. quod mulier admittitur ad probandum etiam poſt benedictionem, dicẽdo quod ueriſimiliter ſeu ueraciter non conſenſit, ut in capit. ſequenti. & ibi dicam, & ſic admittitur ad probandum negatiuam, quia talis negatiua habet incluſam affirmatiuam, uidelicet q̃ conſenſit, ſed per uiolẽtiam uel metum, dixi in cap. cum apud. ſupra eodem. in 9. principali articu. uerſic. ſeptimum impedimentum.

69 ¶ Quintò nota, quod ſi duæ mulieres † petunt aliquem in uirum, & æqualiter probent, ſi altera probat copulam, quod pro ipſa quæ probat copulam præſumendum eſt, ſecundum Vincen. in cap. ſequenti, per cap. licet. ſupra de probationib. Subdit tamen, quod parum operatur copula, niſi in matrimonio præſumpto. de quo per Innocen. & Zab. infra de ſponſa duorum. ſuper rubri. dicit tamen Zab. in cap. penult. infra eod. quod copula non ſuf-

ficit, ut pro unò matrimonio iudicetur contra reliquum, & mihi potius uidetur differenda ſententia, quouſque altera probet de antiquiori tempore, ſecundum Innocen. in dicta rubrica, & Zab. in dicto cap. penult.

¶ Sed aduerte, quia copula videtur multum operari, eo quod quilibet præſumitur bonus, nec præſumitur uelle delinquere, vt in l. merito. ff. pro ſoc. & in c. 1. ſup. de ſcrutinio, & ideo talis copula videtur multum opitulari probâti ipſam copulam, quæ copula etiam alios plures habet effectus, de quibus dixi in c. præcedenti. in gl. ſuper verbo, copula.

¶ Item pro prima ſententia Vincen. facit, q̃ legitur, & not. in c. duob. de reſcriptis. lib. 6. & in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper. ff. de re iudicata. & quod nota. in l. quoties. C. de rei vendi. Cogitabis.

70 ¶ Sextò no. quod valet † ſtatutum, quod probationes factæ coram Poteſtate in cauſa matrimoniali valeant, ſecundum Bal. in l. non ignorat. in fi. C. qui accuſare non poſſunt. quod an ſit verum, apud me ſatis eſt dubium, & deciſio verior colligi poterit ex his quæ dicam in c. ſequenti, uel in c. is qui fidem. infra eo. in 19. princ. art.

¶ Et ex prædictis Deo duce eſt plenè, & notabiliter expeditus iſte arti. 17. à quo leges & prophetæ in materia matrimoniali videntur dependere.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio ſponſalium, an ſit de ſolennitate, vel de ſubſtantia.*
2 *Negatiua non coarctata loco & tempore, eſt improbabilis.*
3 *Vxor admittitur ad probandum, quod in virum non conſenſit.*
4 *Teſtibus duobus magis creditur in matrimonio probando, quam aſſertioni alterius ex coniugibus.*
5 *Conſenſiſſe non præſumitur, qui mox contradicit.*
6 *Matrimonium debet probari per legitimas probationes, alias præſumitur ſtuprum.*
7 *Matrimonium metu contractum copula ſubſequenti firmatur.*
8 *Vox quandoque fallax eſt, exprimẽs quod eſt à mente alienum.*
9 *Metus qui poteſt cadere in conſtantem, annullat matrimonium ipſo iure.*
10 *Cohabitatio ſola, an ſufficiat ad probandum matrimonium.*

CAP. XXVIII.

CONSVLTATIONI. Mulieri, quæ negat ſe in matrimoniũ conſenſiſſe, nõ creditur, marito probante cõtrarium: ſed ſi probat ſe conſenſiſſe per metum, qui poteſt cadere in conſtantem, non tenet matrimonium. hoc dicit. Vel ſic, probato matrimonio, non auditur negans ſimpliciter cõſenſum, ſed afferens meticuloſum, & probare uolens auditur. hoc dicit, & determinat duos caſus. Secundus ibi, ſanè, & in tex. ibi, ueniũt, dic, ſ. matrimonio iam contracto, ſecundum Vincen. & in quibuſdam locis eſt conſuetudo, quod mulier primo die deſpõſatur, deinde die quarto ducitur, & benedicitur. dixi in c. tua. ſupra eo. ar. 14. q. 10. & ibi, valuis, dic. i. fores, ſeu portas. 50. diſt. c. pœnitentes. ſup. de elec. c. in cauſis, ſecundũ Hoſt. & ibi, recepta. dic, forte ad hoc coacta per parẽtes. & ibi, audiẽdæ, dic ſcilicet cum effectu, ut matrimoniũ ſeparetur. ſup. eo. cap. tuæ. & c. ueniens. & c. cum locum.

1 ¶ Primò no. quod ſponſus, † & ſponſa ante conſummationem matrimonij benedicuntur ante ualuas eccleſiæ, alicubi verò ante altare, ut ſeruatur in Luc. ciuitate Senenſi. & ad idem, c. uidetur. infra de ſecund. nup. hæc tamen ſunt de ſolennitate, & non de ſubſtantia, ut in c. 1. & c. cũ apud. ſup. eo. 30. q. 5. c. aliter. dixi in c. tua. ſup. eo. ar. 14. q. 10.

¶ Secundò no. ibi, nũquam in eorum matrimonium conſenſiſſe, quod negatiua † non coarctata loco, & tempore, eſt improbabilis, de quo in glo. 1.
2
3 ¶ Tertiò no. ex prædictis, & ex tex. quod † mulier admittitur ad probandum, quod in uirum non veraciter conſenſit, quia uidetur habere incluſam affirmatiuam, dicam in glo. 1.

¶ Quartò no. q̃ in matrimonio probando potius creditur † duob. teſtibus, quã aſſertioni alterius ex cõiugibus, & ſatis eſt, quod ſint duo, ut l. ubi numerus. ff. de teſtib. ad quod vide quod dixi in c. præcedenti. 27. art. quæſt. 2. ſimplex enim partis aſſeueratio non præiudicat legitimæ probationi, quia teſtibus, & non partibus eſt credendum. dixi in d. ar. 27. q. 6. ſimiliter nec creditur iudici aſſerenti aliqua acta quæ non appareant, de qua materia latè in ca. quoniam contra. de proba. & in c. à nobis. de teſtib.
4

¶ Quintò no. q̃ ille qui mox contradicit, † præſumitur, quod non conſenſerit. arg. 1. q. 1. c. cõſtat. 31. q. 2. c. de neptis, & ſup. eo. c. ad id, & quod ibi dicit glo. dixi in c. cum apud. ſup. eo. in 9. princ. artic. verſ. ſeptimum impedimentum. quæſt. 6.
5

¶ Sextò no. quod matrimonium debet probari † per legitimas probationes: quia ſi non apparẽt legitimæ probationes, non matrimonium, ſed ſtuprum præſumitur. 30. q. 5. c. aliter. & de probatione matrimonij latiſsimè dictum fuit in c. præcedenti, arti. 27. per totum.
6

¶ Septimò no. quod licet † matrimoniũ ſit contractum per metum, tamen firmatur carnali copula poſtea ſubſequente: quare cõſilium eſt mulieri, quod quamprimum poteſt aufugiat, dixi in cap. ad id. ſupra eo. in glo. fin. & maxime ſi poteſt aufugere ante copulam, & uide quæ latius dixi in c. cũ apud. ſup. eo. in 9. prin. art. verſ. ſeptimũ impedimẽtũ. q. 6.
7

¶ Octauò no. q̃ licet uerba † fuerint inuenta ad exprimendum mentis teſtimonium, quia ſunt notæ paſſionũ animæ, ut dicit Philoſophus in li. 1. Periermen. & eſt tex. in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellectili legata, tamen uox quandoque fallax eſt, exprimens, quod alienum eſt, & contrarium à uoluntate & mente exprimentis.
8

¶ Vltimò no. q̃ metus † annullat matrimonium ipſo iure, ſi modo ſit metus, qui cadat in conſtantem, & pondera quod tex. noſter dicit, in conſtantem, & non dicit in conſtantem virum, quia ſatis eſt quod cadat in conſtantem mulierem, cum minor metus uideatur cadere in conſtantem mulierem, quam uirum, ut no. glo. in c. cum locum. ſupra eod. ad quod uide quod latiſsimè dixi in ca. cum apud. ſupra eod. in 9. principali artic. verſi. ſeptimum impedimentum. quæſt. 3.
9

¶ Glo.

¶ Glo. prima, in princ. colligit arg. ex quo infert, & opponit, & ſoluit. in fine gloſ. dic, ſed ſecundum iſtum intellectum primus caſus tex. noſtri nõ eſſet diuerſus à ſequenti, cum tamen tex. innuat contrarium, ideo dic melius, q̃ quo ad primum caſum negatiua poterit indirectè probari probando abſentiã à loco tempore contractus, vt in c. ex tenore, de teſtib. vel q̃ tempore cõtractus erat minor annis, & ſic non poterat conſentire in matrimonio, vt in ca. tuæ, ſupra eo. de quo latius dicetur in ſequenti tit.

¶ Glo. ſecũda quærit & ſoluit. in fi. gl. dic q̃ hoc procedit, niſi appareat quod ẽt copula fuit extorta ab inuita, ſcilicet durante eodem metu, ſeu per violentiam, ita quod non ſit purgatus metus. 50. diſt. c. presbiteros, ſecundum Cal. & arbitror, quod metus probetur durare, & ſic nec purgari, donec data fuerit facultas fugiendi, aut reclamãdi, ad quod uide quod latè dixi in c. cũ apud. ſup. eo. in 9. prin. arti. ver. ſeptimum impedimentum. q. 6.

¶ Glo. penult. quærit de intellectu literæ, & ratione, & ſoluit, & infert. In eadem glo. ibi, agendum, dic vt eſt tex. clarus in cap. ubi periculum. de elect. lib. 6. & ibi concordantiæ ſunt in glo.

¶ Glo. fi. quærit, & ſoluit. in fine dic, Hoſtienſis tamen hic diſtinguebat inter vim præciſam, & conditionalem. Primo caſu figurat exemplum ſi detenta per vim fuit oppreſſa, quia tunc potius dicitur pati quam conſentire, ut in c. ſacris. ſup. quod me. cau. & ideo nõ ualebat. ſed in cõditionali, videlicet propter metum mortis aut trucidatus corporis, Hoſtiẽſis uolebat matrimonium ualere, & malè. Ad quod vide quod dixi in c. cum apud. ſup. eo. in 9. princip. art. verſ. 7. impedimentum. quæſt. 1. 2. & 3.

¶ Sed quæro pro declaratione ſecũdę partis tex. noſtri, quid ſi matrimoniũ non poſsit probari per
10 teſtes, ſed probaretur ſola cohabitatio, † vtrum ſufficiat ad probandum matrimonium. SOL. Hoſtienſis tenet quod non, & quod potius probatur ſtuprum, 30. q. 5. c. aliter. niſi longo tempore, puta per 40. annos eam in lecto, & menſa tenuiſſet, facit l. in liberæ. ff. de ritu nup. Sed tu de hoc dic, vt latiſsime dixi in c. præcedenti, in 27. princ. art. in 7. q. prin.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facti alieni ſub pœna, valet.*
2 *Matrimonium de præſenti ſoluit ſponſalia de futuro.*
3 *Timor ſolutionis pœnæ impedit libertatem conſenſus.*
4 *Conſenſus in ſponſalibus debet eſſe liber.*
5 *Pœna, vt debeatur, debet promitti per ſtipulationẽ.*
6 *Stipulatio pœnalis in matrimonialibus non valet.*
7 *Libertas ad matrimonium omni tempore requiritur.*
8 *Iudex eccleſiaſticus eſt cognitor in matrimonialibus.*
9 *Debitor poteſt agere, ne vexetur occaſione indebitæ obligationis.*
10 *Proximus ſeptennio nondum completo, an ſit ad matrimonium habilis.*
11 *Pœna pro matrimonio futuro, an poſſit apponi in ſponſalibus, & quid in arris, & pignoribus.*
12 *Pœna, an poſsit apponi in matrimonio ab ipſis contrahentibus. Et quando matrimonij libertatem impediat, & non. nu. 13. cum trib. ſeq. & an poſſit apponi à parentibus & cõſanguineis contrahentium. nume. 17.*
18 *Parẽtum appellatione, qui veniãt in matrimonialib.*
19 *Extranei, an poſſint apponere pœnam pro ſponſalibus ſeu matrimonio inter aliquos contrahendo.*
20 *Acceſſorium non tenet, vbi non valet principale.*
21 *Pœna appoſita ab vno ex contrahentibus matrimonium, & ab extraneo, an valeat.*
22 *Pœna, an poſſit apponi ad impediendum matrimoniũ.*
23 *Pœna adiecta diſſolutioni matrimonij, an valeat.*
24 *Diuortium & repudium, an & quo caſu ſit permiſſum.*
25 *Promiſsio facta ſub turpi conditione, non valet.*
26 *Arrarum promiſsio ſuper matrimonio carnali, an cadat, & inter quos.*
27 *Arræ, an poſſint interuenire ĩ matrimonio ſpirituali.*
28 *Arrarum appoſitio in matrimonialibus, an & quando fieri debeat ad hoc, vt valeat.*
29 *Diſpoſita in ſimplicibus, habent locum in mixtim contingentibus, quando eſt vna & eadem ratio.*
30 *Confeſſio ſola vel ſtipulatio arrarum, an ſufficiat ad matrimonium.*
31 *Verbum, accepit, importat veritatem.*
32 *Verba, habuit & recepit, an importent veritatem.*
33 *Confeſſio vallata ſolemni renuntiatione, emanata ab vtraque parte, an probet matrimonium.*
34 *L. fi. C. de ſponſal. declaratur. nu. 45.*
35 *Confeſsio ſola non ſufficit, vbi vera nominatio requiritur.*
36 *Arræ matrimoniales, in quibus reb. conſtitui poſſint. Et quibus ex cauſis amittantur, copioſe, nu. 47.*
37 *Fundus dari non poteſt pro arris matrimonij.*
38 *Statutum loquens de duplatione pœnæ, non habet locum vbi pes vel manus abſcindi debent.*
39 *Arræ matrimoniales, in qua quantitate conſtitui poſſint. Et an poſsint conſtitui diſpares. nu. 40.*
41 *Pœnæ appoſitio in matrimonio, quare non teneat, & tamen tenet arrarum interpoſitio.*
42 *Pœnæ appoſitio in quacunque quantitate eſt odioſa, meritò reſtringenda.*
43 *L. Titiã. ff. de verb. obl. declaratur.*
44 *Donatio propter nuptias, ad quid fuerit inducta, & quid operetur.*
46 *Grauatus in vno, debet in alio releuari.*
48 *Minor, an ſeruetur illęſus à pœna dupli ipſo iure, vel per viam reſtitutionis.*
49 *Tutor vel curator recipientes arras, an teneantur ad duplum.*
50 *Maritare filias vel neptes, pertinet ad parentes, non ad tutores.*
51 *Sponſus vel ſponſa, an & quando ad arrarum reſtitutionem teneantur.*
52 *Arrarum à reſtitutione, quibus ex cauſis quis excuſetur, & nu. 58.*
53 *Sponſi tranſire poſsunt ad religionẽ ſine timore amiſſionis arrarum.*
54 *Factum quod eſt in obligatione, videtur excuſare à pœna conuentionali.*
55 *Promittens cum iuramento, non incidit in periurium ſi facit quantum in eo eſt. & nu. 56.*
57 *Mors omnia ſoluit, & liberat promittentem.*
59 *Arræ ſponſalitiæ, qualiter petantur.*
60 *Pignora pro matrimonio cõtrahendo dari, an poſsint.*
61 *L. 1. C. ſi rect. prouin. declaratur.*
62 *Pecunia, an in ſponſalibus interuenire poſsit.*
63 *Inuitari, an quis poſsit ad matrimonium ſpe indulgentiæ, vel præmij.*

64 *Agi an poſſit ad intereſſe contra illum per quem ſtetit quo minus matrimonium ſequutum ſit, ſi nullæ arræ interuenerunt.*
65 *Stipulatio non debet eſſe ſuperflua, nec interponenda ſi ex ea non poteſt agi.*
66 *Dolus qui poteſt purgari per actionem de dolo, an partium conuentione purgari poſſit.*
67 *Fideiuſſores pro dotibus, an & quibus caſibus dari poſſint.*
68 *Rei duo, an videantur ad inuicem fideiubere.*
69 *Verbum, exigendum, quid denotet.*
70 *Pignora pro dote dari poſſunt.*
71 *Legum correctio vitanda eſt, vbi eſt diuerſa ratio.*
72 *Pater obligans ſe pro filio, videtur intercedere, vt fideiuſſor.*
73 *Statutum & pactum precarij ſi apponatur in inſtrumento dotis, non valet, licet hypotheca teneat.*
74 *Opinio doti fauens, in dubio tenenda eſt.*
75 *Verbum, ſatisdationis, continet & pignoris cautionẽ.*
76 *Vxor, an & quomodo præferatur creditoribus anterioribus.*
77 *Rei duo debendi, quomodo conſtitui poſſint.*
78 *Calori iuuenili occurrendum eſt.*
79 *Filius ratificare poteſt teſtamentum paternum expreſsè, & tacitè.*

CAP. XXIX.

GEMMA. In ſponſalibus, & matrimonijs debet eſſe libertas, vnde in eis promiſsio pœnæ non obligat, hoc dicit. Primò ponitur mulieris querela, ſecundo dat iudices, ibi, cumque. Et in tex. ibi, ab ipſa T. dic filia Gemmæ, vel ab ipſa Gemma. & ibi, contraxit matrimonium, dic ſcilicet ſpretis ſponſalibus prius contractis inter P. filium B. de Alfeno, & dictam T. filiam Gemmæ.

¶ Primò nota. q̃ iſta Gemma promiſit T. filiam ſuam infantem tradere in uxorem P. filio B. de Al-
1 feno ſub pœna, & ſic promiſit factum alienum, † ad q̃ licet quis regulariter non obligetur, iuxta ea quæ traduntur in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborũ oblig. & Inſti. de inutilib. ſtipul. §. ſi alij. tamen promittendo factum alienũ ſub pœna valet promiſsio, de quo tamen dicendũ eſt, ut traditur in prædictis iurib. hic tamen non ualuit promiſsio iſtius pœnæ, quia matrimonia debent eſſe libera, ut dicit tex. de quo dic, ut ſtatim latè dicam, in 20. princ. arti.

2 ¶ Secundò no. q̃ † matrimonium de præſenti ſoluit ſponſalia de futuro, de quo dicam latius inſ. eo. c. penul. art. 31.

¶ Tertiò no. q̃ nedum pater, ſed etiã mater poteſt contrahere matrimonium pro filia, dixi latè in c. ſicut ex litteris, ſupra eo. ar. 12.

3 ¶ Quartò nò. quod † timor ſolutionis pœnæ impedit libertatẽ conſenſus, & dicit hic D.M. ſe putare, q̃ ſi Dñs tẽporalis incuteret metum alicui amiſsionis alicuius rei ſuæ, niſi contraheret matrimoniũ cum tali, q̃ matrimonium ſic per eum contractum non eſſet nullũ, quia iure non reperitur expreſſum, niſi forte eſſet omniũ bonorum, vel maioris partis, per nota. in c. Abbas. ſupra quod metus cauſa. & in c. frequens. de reſtit. ſpol. lib. 6. Ad quod facit tex. in l. & propter litem. ff. de excuſationib. tuto. & Inſtit. de excuſ. tuto. §. & propter litem, dixi latè in c. cum apud. ſup. eo. in 9. princ. ar. verſ. 7. impedimentum. quæſtione 3.

¶ Non ob. tex. noſter, quia licet Papa prohibeat hic pœnæ exactionem, ad hoc, ut matrimoniũ gaudeat omni libertate, non tamen ſequitur, ergo matrimonium eſt nullum.

4 ¶ Quintò no. qualis debet eſſe conſenſus † in ſponſalibus, quia debet eſſe liber, ut in c. cũ locum. ſup. eo. & legitimus, vt in c. tuæ. ſup. eo. vbi dixi latè art. 14. quæſt. 2.

¶ Sextò no. ibi, in ſtipulatione appoſita, & ibi
5 talis ſtipulatio, q̃ ad hoc, vt pœna † debeatur, debet promitti per ſtipulationẽ, & ſic videtur, quod per pactum nudum nõ obligetur quis ad pœnam, ſicut non tenet promiſsio vſurarum, ut l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis exportandis, niſi eſſet adiecta in contractibus bonæfidei, de qua materia dic, ut plene traditur per Legiſtas in l. ſi pacto quo pœnã, & in l. petens. C. de pactis.

6 ¶ Septimò no. quod nedum pœnalis † ſtipulatio non valet inter ipſos promittentes contrahere matrimonium, ſed nec inter parentes promittentes pro filijs, & clarius hoc probatur in l. Titia. ff. de verborum oblig. & de hoc latius hic, inſ. ar. 20. vtrum autem ſpe præmij poſsit quis inuitari ad matrimonium, dixi latè in c. ex his. il ſecondo. art. 11.

7 ¶ Octauò no. quod libertas † requiritur in matrimonio nõ ſolum tempore promiſsionis de eo contrahendo, ſed etiam tempore cõtractus, nam hic in princ. fuit uoluntarium, uide quod dixi in c. tua, ſupra eo. art. 14. & ex hoc poteſt colligi ſecũdum Domi. meum, quod ex ſponſalibus non iuratis non poteſt quis præcisè compelli ad contrahendum matrimonium.

8 ¶ Nonò no. quod iudex † eccleſiaſticus poteſt adiri, non ſolum ubi contenditur de ſubſtantia matrimonij, & de ipſius uinculo, ſed etiam vbi agitur de conſecutiuis ad matrimonium, ut patet hic, vbi Papa fuit aditus ſuper pœna adiecta in matrimonio, & idem ſi ageretur de dote, ad quod uide c. de prudentia, & quod ibi no. infra de dote poſt diuor. reſt. & uide quod latius dixi in c. ex parte. ſupra eo. in 24. princ. art.

9 ¶ Vltimò no. quod debitor poteſt † agere, ne uexetur occaſione indebitæ obligationis: licet enim directè non poſsit quis aduerſarium ſuum compellere, vt agat, ut in rubro & nigro. C. ut nemo inuitus agere, &c. tamen quãdo obligatio eſt inefficax, poteſt quis agere ne moleſtetur, & hoc ideo hic cõtingit, quia B. de Alfeno aſſertus creditor pœnę moleſtabat iſtam Gemmam, intendens extorquere ab ea pœnam, ut patet ibi in tex. dum dicit, nititur extorquere. dicit tamẽ ſingulariter hic Pet. de Anch. q̃ idem credit ſi non niteretur, ſed fileret, nam etiã hoc caſu debitor tutus exceptione poteſt agere, ut ab illa promiſsione inualida liberetur, ſaltem de facto, ut l. ſi contendat. ff. de fideiuſ. ubi agi poteſt, ut alicui ſilentium imponatur, pro quo bonus tex. in l. Aurelius. §. ſi centum. ff. de libera. legata. & per Barto. in dicta l. ſi contendat, & plenè poſt eum Ioan. de Imo. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damno infecto, & per Dominum meum in capitu. ſi quis contra clericum. ſupra de foro competenti, & in cap. dilectus. ſupra de appell. quod eſt valde ſingulare,

gulare, & pluries ego practicari feci, quia hoc caſu non eſt neceſſarium probare aliquam diffamationem, ſicut eſſet neceſſarium. l. diffamari. C. de ingenuis manumiſsis. licet quandoque aliquibus collateralibus hoc fuerit viſum durum, ad quod vide, q̃ latius dixi in capit. ſi autem. ſupra de reſcriptis, ubi alias plures allegaui auctoritates.

¶ Glo. prima, primo colligit, & ſentit contrariũ ad tex. & ſoluit.

¶ In fine glo. dic, ponderanda eſt ergo gloſ. quæ
10 relata ad tex. aperte ſentit, quod † proximus ſeptenniõ ſeu conſtitutus infra ſeptenniũ, ex quo nondũ compleuit, ſit inhabilis ad ſponſalia, cuius contrarium uoluit glo. in cap. ſponſam. ſupra eod. dic vt latius dicam de hac materia in ti. ſequenti. ſub 9. principali art. & dicit hic, Goffre. quod hic tria impediebant pœnæ cõmiſsionẽ, primo libertas matrimonij, ſecundo quia cum non tenuerit principale, videlicet ſponſalia, nec etiam debet tenere acceſſorium, ſcilicet pœnæ adiectio, ut dicit glo. noſtra, quæ eſt acceſſoria. Tertio infantilis ætas, quia infans nõ poteſt obligari, vt l. 1. ff. de nouation. ſed tamen Papa hic ſe fundat ſolummodo ſuper libertate matrimonij, quia hic non contendebatur ſuper defectu ætatis, & hoc ideo forte contigit, quia pœna fuerat appoſita inter parentes, quod ſatis colligitur ex litera, in quantum hic dicitur, quod iſte B. uolebat extorquere pœnam ab iſta Gemma: ſed licet ſit appoſita inter parentes, non tamen tenet, de quo tamẽ dic, ut ſtatim latius dicam in 20. princ. art.

¶ Glo. fin. ſentit contrarium ad tex. noſtrum, & formaliter non ſoluit. In eadem gloſ. ibi, ſed ſecus ſecundum leges. Hoſtien. reprehendit hanc gl. quia idem eſt ſecundum canones, ſecundum quos etiã promiſsio arrarum tenet, non pœnæ adiectio, quod etiam tenet glo. in cap. accedens. de procuratorib. & in cap. ex parte. de conuerſione coniugatorum. ſed gloſ. noſtra poteſt ſaluari dupliciter, ſecundum Io. And. Primo quod glo. loquatur allegando, non decidendo: ſecundo & melius, q̃ intelligi debet, q̃ aliud eſt ſecundum leges, ideſt quia leges improbãt pœnam, & approbant promiſsionem arrarũ, & ideo dixit de legibus, quia canones aperte non tangunt de promiſsione arrarum. ſed difficultas eſt in reddi
tione rationis, quare teneat promiſsio arrarum, & non teneat promiſsio pœnæ, cum eadem ſit ratio, ut dicit gl. noſtra. ſed tu pro ſolutione dic, vt ſtatim dicam in 20. principali art. qui iuxta præmiſſum ordinem in Rubr. venit hic examinandus.

¶ Vigeſimo principali artic. iuxta præmiſſum or
11 dinem in Rubr. tractandum eſt, utrum pœna † pro matrim. futuro poſsit apponi in ſponſalibus, & quid de arris, & pignorib. qui arti. eſt ualde vtilis, & quotidianus, & à Doct. ſatis confuſe traditus, quare pro ipſius clariori doctrina proſequar infraſcr. queſt.

¶ Prima, vtrum pœna poſsit apponi ab ipſis contrahentibus.

¶ Secunda, vtrum poſsit apponi à parentibus, & coniunctis.

¶ Tertia, vtrum poſsit apponi ab extraneis.

¶ Quarta, vtrum poſsit apponi ab vno ex contrahentibus, & patre, vel matre alterius, &c.

¶ Quinta, vtrum poſsit apponi ab vno ex contrahentibus & extraneo.

¶ Sexta, vtrum poſsit apponi ad impediendum matrimonium.

¶ Septima, vtrum poſsit apponi pro diſſolutione matrimonij.

¶ Octaua, vtrum appoſitio arrarum in matrimonio, ſeu pro matrimonio carnali, teneat.

¶ Nona, quid iuris de matrimonio ſpirituali.

¶ Decima, qualiter & quãdo appoſitio arrarum fieri debeat ad hoc, vt teneat, & vtrum requiratur quod fiat ab utraque parte, vel ſufficiat, quod fiat ab altera tantum.

¶ Vndecima, vtrum ſufficiat ſola confeſsio, vel ſtipulatio arrarum.

¶ Duodecima, in quibus rebus conſtitui poſſint arræ.

¶ Decimatertia, in qua quantitate poſsint dari ſeu conſtitui, & vtrum in quadruplum, vel vltra.

¶ Decimaquarta, vtrum tales arræ poſsint dari diſpares.

¶ Decimaquinta, quæ ſit ratio, quod pœnæ appoſitio in matrimonio non tenet, & tamen tenet arrarum appoſitio.

¶ Decimaſexta, quibus ex cauſis arræ amittãtur, & quibus ex cauſis repetantur, & propter quas cauſas quis excuſetur ab amiſsione arrarum.

¶ Decimaſeptima, qualiter arræ petantur, & qualiter in ipſorum petitione debeat formari libellus.

¶ Decimaoctaua, vtrum pignora pro matrimonio dari poſsint.

¶ Decimanona, vtrum in ſponſalibus poſsit interuenire pecunia.

¶ Vigeſima, vtrum quis poſsit inuitari ad matrimonium ſpe indulgentiæ, vel premij.

¶ Vigeſimaprima, vtrum poſsit agi ad intereſſe contra illum, per quem ſtetit quo minus matrimonium ſecutum ſit.

¶ Primò igitur quæro, utrum pœna poſsit appo-
12 ni in matrimonio ab ipſis contrahentib. † Sol. Dic quod regulariter non poteſt apponi, ut eſt tex. in l. Titia. ff. de verb. obli. & in l. ſi. in fi. C. de ſpon. & eſt tex. hic, exponendo verbum illud poſitum in tex. dum dicit, ab ipſa, ſcilicet filia. Notat etiam gl. ſi. in c. 1. de conſang. & affini. & Spec. in tit. de ſponſalib. §. 1. verſ. & not. quod aut &c. & eſt communis opinio Doct. hic, & in iurib. præallegatis. & ratio aſſignatur hic in tex. quoniam matrimonia debẽt eſſe libera ab omni pœna, & ad idem, l. 2. C. de inut. ſtip. & in d. l. Titia. & in l. ſi ſtipulatio facta fuerit. ff. de verbor. oblig. & nota. in cap. veniens. ſupra eo. & in c. cum Abbas. ſupra quod metus cauſa.

¶ Et aduerte, quia prædicta regula procedit, non ſolum ſi pœna ſit ſtipulata ab altero ex contrahentibus tantum, ſed etiam ſi ab utroque contrahentiũ, vt eſt tex. in d. l. ſi. in fi. ibi dum tex. dicit, ex utraque parte. C. de ſponſalib. & ibi notat Sali.

¶ Item prædicta regula procedit non ſolũ ſi pœna ſit ſimpliciter promiſſa, ſed etiã ſi pœnæ ſit adiectum iuramentum, quia quod appoſitio pœnæ valeat in ſpõſalib. & matrimonijs, eſt cõtra bonos mores, ut d. l. Titia. in princ. ergo iuramentum non eſt obligatorium, ut in regula, non eſt obligatoriũ. de reg. iu. lib. 6. cum iuribus ibi allegatis, & hoc tenent Bar. Sali. & Doct. in d. l. Titia.

¶ Est etiam aduertendum, quod prædicta regula recipit plures limitationes.

¶ Primò limitatur, si pœna sit promissa in magna quantitate, secus si sit promissa in parua quantitate, habita consideratione qualitatis ipsorum cõtrahentium, ita quod non sit verisimile quod propter
13 talem pœnam matrimonij libertas impediatur, † nã tunc valeret, secundum Ioan. de Imo. post Doct. & d.l. Titia. & ratio descendit ex his quæ dicam infra quæst. 15. quia, vt ibi dicam, ratio, quare valet arrarum datio, & non valet pœnæ promissio, est, quia facilius quis promittit magnam pœnam, quæ consistit in solo verbo, quã soluat arras, quæ ob eam causam cõmuniter in parua quantitate traduntur, & vide quod ibi de hoc latius dicam. satis enim hoc videtur rationabile si parua est quantitas pœnæ, propter quam nulla sit præsumptio quo minus matrimonium debeat esse liberum. debet ergo valere à cessante ratione, argum. capit. cum cessante. de appel. cum sim.

¶ Secundò limitatur, si modo pœna sit apposi-
14 ta † per solam promissionem, & conuentionem, secus si pars diceret, do tibi centũ pro pœna, si contingat matrimonium non contrahi, nec præcedat, vt dixi, alia promissio pœnæ. hoc enim casu debet valere, sicut si dictum esset, do tibi centum pro arris, quo casu clarum est traditionem valere, vt dicam statim, quæst. 8. In cõtrarium tamen facit, quia pœna est conuentionalis, quæ improbatur, vt hic, & in iurib. supra allegatis, & imputet sibi paris, quæ viam incongruam sibi elegit. argum. l. fi. §. sed quia quidam. C. de iure deliberandi. ¶ Sol. Io. de Imo. in d. l. Titia. tenet primam sententiam, loquitur tamẽ sub dubio. forte mouetur, quia de nominib. nõ est curandum. argumen. l. 1. & 2. C. communia de leg. facit quod nota. in c. ad nostram. infra de empt. & ven. & quod traditur in cap. illo uos. supra de pignorib. & in l. 2. ad fi. C. de constituta pecunia.

¶ Non obst. l. fina. C. de sponsalib. quia loquitur quando pœna consistit in promissione, non autem quando consistit in datione, & ideo littera ibi dicit, cautio stipulationis pœnæ. & eodem modo dico responderi posse ad tex. nostrum, qui loquitur de pœna solum per stipulationẽ promissa: nam cum hoc casu, quando numerata est pœna, eadẽ sit ratio sicut si data esset pro arra, merito idem ius seruari debet, ut l. illud. ff. ad l. Aquiliam. & in l. à Titio. ff. de verborum obli. Nam hoc casu iura quæ loquuntur in stipulatione, & cautione, non uidentur obstare, vt dixi. Subdit tamen Io. de Imo. cogitandum, quia dictũ est nouum, & mihi satis placet prædicta opinio, pro qua optime facit quod not. glos. in l. 2. C. de inutil. stipul. per l. ea quæ. ff. de dona. inter virum & vxorem. nam glo. prædicta soluendo contrarium de dicta l. ea quæ. dicit, quod ideo ibi valet pœna, uel pactio pœnæ, quia incepit à donatione, & sic à traditione, & idem tenet Salicet. in dicta l. ea quæ. in fi.

15 ¶ Tertiò limitatur, si modo sit vera pœna, † secus si sit adiecta loco interesse, quod an sit verũ, & qualiter procedat, dicam statim, q. 21.

¶ Quartò limitatur, si modo pœna adiecta sit im
16 peditiua libertatis matrimonij, secus si sit adiecta † ad conseruandum honestatem matrimonij, vt puta, si pœna sit adiecta marito sub hac forma, videlicet, quod debeat tantũ soluere nomine pœnæ, si cõcubinam retineret. ualet enim tunc, quia non debet aliquid fieri lædens pudorem matrimonij, nec per virum, nec per mulierem, ut est tex. notabilis in l. ex ea parte. §. 1. ff. de verborum obliga. secundum Bal. in d. l. fi. in fi. C. de sponsalib.

¶ Ista tamen non est propriè limitatio, si rectè ponderetur. bt

17 ¶ Secundò quæro, vtrum talis pœna † possit apponi à parentibus vel consanguineis ipsorum contrahentium: exemplum, pater puellæ promittit filiã contracturam matrimoniũ, & promittit pœnam si matrimonium non sequatur, & ita econuerso pater iuuenis promittit, utrum talis appositio ualeat, ut si per alterum stet quo minus matrimonium sequatur, nulla subsistente legitima causa, vtrum teneatur ad pœnam. ¶ Sol. Glo. in l. fina. C. eo. dicit, quod siue inter soceros, siue inter socrum, & soceram, siue etiam inter extraneos pœna promittatur, tenet, & debetur. Sed Vincen. Host. & Ioan. And. hic tenent contrarium, & etiam Spe. eo. tit. §. 1. ver. Et nota, quod aut &c. mouentur, quia sicut nõ potest apponi inter ipsos spõsos, ita nec inter parentes eorum, per tex. nostrum, exponendo illud verbum, ab ipsa, scilicet Gẽma matre ipsius T. quæ Gemma pœnã promiserat, & ista secũda expositio est melior quam illa, de qua dixi in præcẽd. q. nam ex stipulatione pœnę facta per filiam non posset agi cõtra matrem, quia contractus filiæ non obligat matrem. & sic patet, quod non tenuit promissio pœnæ facta hic à Gemma, quę erat mater puellę, facit. l. 3. §. qui in eiusdem. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. Titia. in princ. ff. de verborum obligat. vbi hoc tenet glo. & sequitur Do. Anto. quia pœna parentum afficit ipsos sponsos contrahentes, sicut pœna propria, ut l. heres meus. ff. de condi. & demonst. & sequitur hic Zab. & est communis opinio Doct. facit ff. de in ius uocando. in l. 1. 2. & 3.

¶ Et aduerte, quia vt dicit hic Host. in hac mate
18 ria accipimus parentes † non solum illos, qui habent in potestate ipsos sponsos contrahentes, sicut alibi accipitur in l. unica. §. accedit. C. de rei vx. act. & l. ex morte. C. de pactis conuentis tam super dote &c. & vt tradit Specu. eod. titu. §. 1. in princ. & fi. sed accipimus hic parentes pro omnibus illis, qui attinent vinculo consanguinitatis ad ipsos sponsos, & sequitur hic Henric. Quidam tamẽ volunt, & vere, quod in consanguinitate habeatur consideratio utrum sit tanta coniunctio, vel amicitia inter eos, quod verisimile sit ipsos sponsos propter pœnã promissam nõ debere resilire à contractu matrimonij, argum. l. hæres meus, ad fi. ff. de hæredib. instit. & probatur hoc in tex. nostro, quia mater hoc promisit, quæ non habet filiam in potestate, & tamen pœnæ adiectio non tenuit, secus si sit verisimile, q̃ sponsi non curent de pœna illorum qui promiserunt, sicut statim dicam in sequenti quæst. & sequitur hic Petrus de Anchar. per d. l. heres meus. & per d. l. Titia. & sequitur etiã Dominus meus, & est cõmunis opinio Doct. hic, & sequitur etiam Bald. in d. l. fina. facit ratio, quæ alibi redditur, quod non est verisimile, quod necessarius relinquat cõiunctum suum illaqueatum, ut l. 2. & 3. & quod ibi no. ff. de in

ius vocan. & vide Bal. in l. 1. C. si rector prouinc. super verbo, parentibus. qui dicit per illum text. q̃ parentes iugalium non possunt promittere pœnam, quia tex. ibi dicit, quod metus, & feruor circa parentes dicitur esse circa ipsos spõsos. facit l. 1. §. quę oneranda. ff. quarum rerum actio non datur. & idem tenet Cyn. Salic. & Doct. in d. l. fi. C. eod.

¶ Aduerte tamen, quia in omnibus casibus, in quibus dixi, contrahentes posse apponere pœnam, & teneri ad illam, fortius idem dicendum est in parentibus, & consanguineis, ad quod vide, quæ dixi in limitationibus præcedentis quæst.

19 ¶ Tertiò principaliter quæro, vtrum † extranei pro sponsalibus, seu contrahendo matrimonio possint apponere pœnam. & intellige de extraneis, qui non sint coniuncti ipsis sponsis sanguinis, vel affinitatis coniunctione. ¶ Sol. Glo. Bar. Ang. & Moderniores in d. l. Titia. ff. de verb. oblig. tenent quod sic. idem tenent glo. Bal. & Salic. in l. fi. C. de sponsal. quod tamen limitat Hostien. hic, si modo bona fide, & sine fraude talem pœnam adiiciunt: potest enim talis pœna apponi, sicut potest apponi sub alia quacunque conditione. Instit. de verbo. oblig. §. ex conuentionali. Pone exemplum, duobus loquentibus de sponsalibus, & matrimonio contrahendis dixit vnus extraneus, nunquam inter istos sequatur matrimonium: dicit alter; & ego promitto tibi dare centum, nisi inter eos infra tantum tempus matrimonium sequatur, & tu dabis mihi quinquaginta, vel tantundem si matrimonium sequatur, & sic adinuicem stipulati sunt pœnam. facit ff. de condit. & demonst. in l. cum ita, & l. Titio centum. §. 1. & l. mulieri, & Titio, & l. hęres meus. §. fin. & C. de indi. vid. toll. l. 1. secus si extraneus promitteret spõsalia, seu matrimonium, nomine puellæ, vel viri, adiecta tamen pœna, nomine proprio, vt puta, dicit extraneus, promitto tali, puellæ nomine, quod ipsa contrahet matrimonium cum tali, & si non contrahet, promitto tibi centũ meo proprio nomine pro pœna: nam hoc casu licet puella dissenserit, non valet adiectio pœnæ, quia ex quo propter dissensum puel
20 læ non valet principale, † meritò nec debet tenere accessorium, facit regula, accessorium. de regul. iur. lib. 6. & l. cum principalis. ff. de reg. iur. & quod no. in l. non dubium. C. de legib. secundum Host. hic, quem etiam sequitur Ioan. And. & tenet glo. in d. l. Titia. & Specul. in tit. de sponsal. §. 1. versic. & nota, quod aut. & Petr. de Anchar. hic. & dicit hic Abb. quem sequuntur Ioan. Andr. & Zabar. quod sæpe expedimus, quod ubi dubium est de obligatione principalium, puta cõpromittentium, extranei pro principalibus promittunt, principales ratum habituros sub certa pœna, & se curaturos, & acturos, &c. Tradit Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de arbitr. §. fin. versic. item quid si compromissum. in addit. quæ incipit, Dyn. de quo etiam per Doct. in capit. Quintauallis. supra de iureiuran. nam in pœnis non est necesse, quod interfit eius qui stipulatur, vt in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat. & ideo si promissa non seruantur, seu conditio nõ sequitur, & adimpletur de obseruando laudo, committitur pœna, siue laudum teneat, siue non teneat, quod etiam sequitur Ang. in d. §. alteri.

¶ Sed aduerte, quia Bald. in dicta l. fin. versi. ad-
uerte, si probaretur, colum. fin. dicit, quod non valet consequentia ista, scilicet, non valet stipulatio pœnæ, ex quo non tenuit principale: nam dicit ipse, video, quod interdum non valet principale, & tamen tenet adiectio pœnæ, si modo sit vallata stipulatione, vt d. §. alteri. Item, quia Doct. iuris canonici dicunt, q̃ in spiritualibus, qualia sunt sponsalia, & matrimonia, quæ ad spiritualitatem tradunt, qui promittit factũ alienum, videtur promittere se facturum, & curaturum, &c. & sic debet tenere pœna, secundum Bald. ad quod vide, quod latè dixi in cap. sicut ex literis, supra eod. artic. 12.

¶ Secundò limitatur conclusio superius facta, q̃ valeat adiectio pœnæ per extraneos, si modò talis, extraneus talem promissionẽ fecit proprio motu absque aliquo mandato sponsi seu sponsæ, & promisit proprio nomine pœnam. Secus si extraneus talem promissionem fecit mãdato sponsi uel sponsæ: tunc enim adiectio pœnæ non ualeret, quia idẽ timor subesset, videlicet ne ille extraneus soluendo pœnam haberet regressum contra ipsum, vel ipsos mandantes, & ideo matrimonium non videretur esse quodammodo liberum. facit l. creditor. §. 1. ff. mandati. & hæc limitatio mihi placet, quia qui per alium facit, per se ipsum facere uidetur, vt in regu. qui per alium. de reg. iur. lib. 6. cum sua materia.

¶ Tertiò limitatur, si modo extraneus nullam haberet potestatem in puellam, secus si haberet, ut puta, quia esset tutor, quia tũc arbitror quod appositio pœnæ non teneret, per ea quæ dixi supra, in 2. quæst. in princ.

¶ Quartò limitatur, si is qui promisit pœnam ad quam tenetur, non fecit quicquid potuit. Secus si fecisset quicquid potuit vt matrimonium sequeretur, quia tunc excusaretur à pœna, sicut dicemus in arris infra, quæst. 16.

¶ Quartò quæro, quid si pœna sit apposita ab uno ex contrahentibus sponsalia, & patre ipsius. ¶ Sol. Henr. Boich hic dicit, quod credit, quod pœnæ adiectio non teneat, arg. d. l. fin. C. de sponsal. & mihi placet, quia ex quo nõ valet inter ipsos contrahentes, & eorum parentes, & cõsanguineos, vt dixi supra, quæst. 1. & 2. meritò nec hoc casu valere debet, cum eadem sit ratio.

¶ Quintò quæro, quid si pœna apponi ab vno
21 ex contrahentibus, & extraneo, vtrum † valeat. ¶ Sol. Dic, quod aut vnus contrahentium promittit pœnam extraneo, si non contrahet matrimoniũ, & non tenet, per ea, quæ supra dixi, quæst. 1. quia, si teneret, matrimonium videretur esse liberum, quod requiritur, vt dixi supra, & hoc tenent Cyn. & Salic. in d. l. fin. argumen. illius l. in fi. & Henr. hic. Aut extraneus promittit alteri contrahentium, seu parenti alterius contrahentium pœnam; & hoc casu dicit Henricus, quod credit, quod valeat, sicut si extraneus promitteret extraneo. facit ff. de cond. & demon. l. hæc cõditio, & l. quotiens. & l. cũ filiæ, & l. cum fuerit, & l. in testamento. la 2. & l. cum ita, & l. hoc modo, & l. Titia, & l. mulieri, & Titio, & l. pater Seuerinam, & quasi per totum, & l. legatum, & l. si vxor. C. de condit. inser. Nam isto casu ex parte contrahentis nulla est pœna, sed sola exhortatio. ff. de iureiur. l. stipulatio dotis. Et ratio prædictorum est, quia pœna est attendenda ex parte illius, qui illam

lam promittit, non ex parte ſtipulantis, ſeu eius, cui promittitur, ſecundum Henricum.

22 ¶ Sextò quæro, vtrum pœna † poſsit apponi ad impediendum matrimonium. Exemplum, promittis dare centum, ſi A. non nupſerit B. ¶ Sol. Dic, quod ſi promiſsio ſit ſub nomine pœnæ, non tenet, ſaluo niſi promiſſor ſit omnino cõiunctus, vel amicus mulieri: ſi verò fiat ad incitandum, & ſequatur, quod in conditione deuenit, vt ſcilicet non nubat, tunc ſecundum iura fororum, ſecundum quæ prohibebatur indictio viduitatis, promiſsio non teneret, ſi ſtipulator eſſet coniunctus, vel multum amicus mulieri, ita quod veriſimiliter poſſet inducere mulierem ad non nubendum, aliàs ſtipulatio teneret: ſed hodie fortè indiſtinctè teneret, etiam ſi ipſe ſtipulator eſſet aliàs coniunctus, per authen. cui relictum. C. de indicta viduitate. vbi hodie non irritatur conditio indicens viduitatem, & ita tenet glo. & Ioan. de Imo. in d. l. Titia. ff. de verb. oblig.

¶ Sed tu aduerte, quia in hoc caſu eſſet conſiderandum, vtrum ſimpliciter dictum fuerit, ſi nõ nupſerit, vel ſi non nupſerit tali, quia hoc ſecundo caſu non inducitur viduitas, quia poteſt alteri nubere, quàm illi. Item conſiderare oporteret, vtrũ talis pœna, & conditio eſſet adiecta viduæ, vel virgini, vt traditur in d. authen. cui relictum. Item & tertiò, vtrum talis promiſsio eſſet facta puellæ, vel parentibus puellæ, per quos poſſet induci ad non nubendum, an verò extraneo, puta promitto Titio extraneo centum, ſi B. non nupſerit, quia valebat talis promiſsio etiam de iure Cod. vt l. 1. C. eod.

23 ¶ Septimò quæro, quid ſi pœna ſit adiecta † diſſolutioni matrimonij, utrũ ualeat. Sol. Dic, quod aut quis promittit aliquid ſi matrimonium ſoluatur, aut promittit ſi matrimonium non ſoluatur.

¶ Primo caſu aduerte, quia quæſtio non uidetur poſſe procedere niſi de iure ciuili, quo iure permiſſum erat diuortium. ff. & C. de diuortijs, & repudijs, per totum. & ſecundum ius ciuile, debes ſcire, q̃ ſicut matrimonia debent eſſe libera in contrahendo, vt dixi ſup. in prima quæſtio. in princ. ita debent eſſe libera in diſſoluendo, ut l. 2. C. de inut. ſtip. & in l. ſi ſtipulatio facta fuerit. ff. de uerbo. obl. & ideo talis adiectio pœnæ nõ tenet, ut d. l. 2. quod tamen procedit quando pœna uel pactio pœnæ incipit à promiſsione, ſecus ſi à donatione inter uirum, & uxorem, vt not. glo. in d. l. 2. per l. ea quæ. ff. de donã. inter uirum. & ibi hoc tenet Salic. & in d. l. ſi ſtipulatio facta fuerit, & ſic reſidet hic Henricus, & tenet gl. in d. l. Titia.

¶ Sed aduerte, quia cum hodie ſecundum iura canonica, quæ in hac materia ſpirituali ſeruanda ſunt, vt not. glo. Inſti. de gradibus. §. fin. & latius dicam in c. ſequenti. arti. 19. nullo modo ſit permiſ-
24 ſum diuortium vel repudium, quia quos Deus cõiunxit &c. niſi ex cauſa fornicationis, quo caſu nõ eſt permiſſum quo ad ſeparationem matrimonij, ſed ſolum quo ad ſeparationem thori, dummodo fiat authoritate eccleſiæ, ut in c. 2. inf. de coniugio leproſorum. & in c. porro. inf. de diuortijs. & in c. tuæ. ſupra de procura. de quo latius uidebimus in ti. de diuortijs. artic. 32. & ideo vnus altero uiuente non poſſet cum tertio matrimonium contrahere, ut dictis iuribus, niſi fortè matrimoniũ fuiſſet nullum propter aliquod impedimentum canonicum, quo caſu non eſſet propriè diuortiũ vel repudium, cum priuatio præſupponat habitum, ut in c. ad diſſoluendum. inf. titu. 1. & in l. decem. ff. de uerbo. ob. vnde dicitur potius declarari nullum, quam ſeparari, vt traditur per glo. in l. diuortium. ff. de negotijs geſtis. dicam in d. artic. 32. Si uero promiſsio pœ-
25 næ † facta fuit ad incitandum diuortium, non ualeret, tanquam ſub turpi conditione, & per conſequens impoſsibi. ut l. reprehendenda. C. de inſtitutionibus & ſubſtit. ſub condi. factis. & in l. ſub impoſsibili. ff. de uerb. obl. Si verò non eſſet facta promiſsio ſub nomine pœnæ, nec ad incitandum diuortium ſeu repudium, ſed ſub alia quauis condi-
tione, puta, dabis mihi centum, ſi aliquo caſu contingat fieri diuortium vel repudium inter tales, & hoc modo poſſet ſaluari glo. poſita in d. l. Titia. ſecundum Io. de Imo.

¶ Et aduerte, quia gl. illa videtur ſentire, quod in dubio, quando nulla præcedit conuentio, & fit promiſsio inter omnino extraneos, intelligatur facta promiſsio, non ſub nomine pœnæ, ſed ſub ſimplici conditione, & ſic valet. Si enim dubitaretur, vtrum præſumi debeat, an promiſsio ſit facta nomine pœnæ, vel ad incitandum, vt fiat illud quod in conditione deuenit, vel quod ſit ſimplex diſpoſitio conditionalis, dicendum quod hoc perpendetur ex circunſtantijs, & ex præcedentibus, & ſequentibus. arg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. heres meus. §. fi. ff. de condit. & demonſt. ſatis tamen dici poſſet, ſecundum Ioan. de Imo. in d. l. Titia. quod ſi præcedit conuentio, vtputa, quia promittit quis ſe facturum & curaturum, quod in conditione deuenit, & ſi non fiat, promittit ſoluere centum, tunc videatur facta promiſsio nomine pœnæ. Si verò nulla præcedit conuentio, tunc, ſi ſit promiſsio conditionalis inter extraneos, videatur fieri tanquã ſub ſimplici conditione: vbi autem non eſſent omnino extranei, ſed conuincti, vel multi amici contrahentiũ ſponſalia, vel matrimonium, tunc conſiderandum eſſet, an veriſimiliter pars mulieris abhorreret ſponſalia, vel matrimonium, an verò econtra. nã ex hoc poterit veriſimiliter perpendi, qua de cauſa fuerit facta promiſsio.

¶ Octauò quæro, vtrum appoſitio ſeu traditio
26 arrarum † ſuper matrimonio carnali cadat, & inter quos. Et aduerte, quia arra dicitur à re, quæ datur ſecundum Grammaticos, & ſequitur hic Zabar. & forte dicitur etiã ab arrare, hoc eſt, quaſi firmare, inde ſubarro, ſecundum Vguccionem Grammaticum, quaſi latẽter arrando, iuxta illud quod legitur in paſsione ſanctæ Agnetis, Anulo ſuo ſubarrauit me. ad quod vide quod dixi ſupra eo. c. tua. arti. 14. queſt. 3. vnde arrabo arrabonis, vadimoniũ dicitur, vt hẽtur in tertia comedia Terentij ibi, Ea arraboni tradita eſt, hoc eſt in pignus tradita, nam & arræ quandoque pignora appellantur, vt l. 1. C. ſi rector prouinciæ. vbi tex. quod primo appellauit arras, inde appellat pignora. vtrum ergo valeat appoſitio arrarum in matrimonio carnali, quæritur.

¶ Sol. Dic, quod poteſt arra in matrimonio carnali interuenire, vt l. Titia. ff. de verborum obligat. & l. fina. C. de ſponſalib. & l. 2. C. de inutilib. ſtipul. quod procedit etiam de iure canonico, ſecundum Inno-

Innocen. Hoſt. Ioan. And. & D. Ant. & communiter Doct. hic, & per Legiſtas in iuribus prælegatis, licet Cyn. videatur aliud ſenſiſſe, ut dicam infra q. 15. & iſtæ arræ poſſunt interuenire tam ex parte ſponſi, quam ſponſæ, ut d. l. fin. Sed utrum poſsint interuenire ab utraque parte, dicam ſtatim, q. 10. & 11. & non ſolum à maioribus, ſed etiam à minoribus conſtitui poſſunt, ut d. l. fin. & etiam per parentes pro infantibus conſtitui poſſunt. poſſunt enim conferri in tempus legitimæ ætatis, ſicut etiam poteſt dos deſtinari in ætatem legitimam ad matrimonium contrahendum, vnde pater & ſimiles poſſunt relinquere infanti certam quantitatem pro dote quãdo maritabitur, ſic etiam arræ quadam deſtinatione cadere poſſunt in tempus capacis ætatis, ſecundum Bald. in d. l. fi. prope finem. Item non ſolũ per ipſos contrahentes ſponſalia, ſed etiam per parentes ſeu eorũ aſcendentes arræ conſtitui poſſunt, vt d. l. fi. & ibi Bald. & Doct. hic, & d. l. Titia. Prædicta tamen videntur limitanda, ſi modo arræ ſunt conſtitutę in moderata quantitate, ſecus ſi interponerentur ita magnę, quod veriſimiliter propter dubium amiſsionis earundem, ſeu reſtitutionis dupli, tripli, vel quadrupli, libertas matrimonij impediretur, quia tunc non valeret, ſicut non valet adiectio pœnæ, ad quod tamen vide omnino, quod dicam infra, quæſt. 15.

27 ¶ Nonò quæro, vtrum arræ † poſsint interuenire in matrimonio ſpirituali. Exemplum, promiſi ingredi monaſterium, vel aliquis promiſit ſe acturũ, & curaturum, quod ego ingrediar monaſteriũ, vel quod talis Abbas recipiet me in monachum, & datæ ſunt arræ, quæritur vtrum teneat. ¶ Sol. Dicit Bart. in dicta l. Titia. quod talis arrarum conuentio non valet, quia ſiue metu pœnæ, ſiue ſpe arræ, ſiue alio quocunque modo aliquid interuenit, ſimonia eſt, vt in cap. non ſatis. infra de ſimonia, ſecundum Bart. qui tamen ſe remittit ad not. per eum in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſt. & ſic reſidet hic Petr. de Anchar. Sed dicit Ioan. de Imo. in dicta l. Titia. quod de cõſilio eſt, quod quando aliqua ingreditur monaſterium, quod nullum penitus fiat pactum, ſeu conuentio, ſed purè, & liberè recipiatur, & aliquid detur pro alimentis, ſeu intuitu eleemoſinæ. Sed tu ad prædicta vide, quæ latè dixi in cap. ex literis. il ſecondo, ſupra eod. artic. 12.

28 ¶ Decimò quæro, qualiter & quando † appoſitio arrarum fieri debeat ad hoc vt valeat, & vtrum ſufficiat, quod fiat ab altera parte tantum, an verò poſsit fieri etiã ab vtraque parte. ¶ Sol. Dic, quod ſit tempore, quo ſponſalia contrahuntur, & poteſt fieri ab ipſis ſponſis, & etiam ab alijs pro ipſis, & ipſorum nomine. Et poſuit Martinus de Fano hanc formam, quam ſequitur Specul. in tit. de ſponſalib. §. 1. in fine, videlicet, Ego A. promitto tibi B. futuro viro filiæ meæ decem libras nomine arrarum ſponſalitiarum, quas quidem arras tibi cõſtitutas ſoluere promitto, vt tibi lucrifacias, ſi pro parte filię meę contigerit ſine cauſa legibus cognita, quo minus legitimo tempore matrimoniũ cõpleatur, quo completo, ſeu matrimonio conſummato, dictarũ arrarum promiſsio ad nihilum reuertatur. C. de epiſc. audien. l. ſi legibus, & d. l. fin. C. de ſponſalib. & eandem arrarum promiſsionem faciet vir vel alius pro eo vxori, vel alij pro ea, puta patri, matri, tutori, curatori, ſeu procuratori, ſecundum Speculat. in dicto loco.

¶ Sed aduerte, quia ſecundum prædictam formam videtur, quod ſufficiat promiſsio arrarum ſine traditione, quod non videtur eſſe verum, per d. l. fina. quæ loquitur in vera receptione. Sed dic de hoc, vt ſtatim dicam in ſequenti quæſtio. Inſuper etiam prædicta forma non continet qualiter nõ ſequuto matrimonio, ſi per alterum ſtetit, debeat reſtituere arras duplicatas, & hoc fortè proceſsit, quia quo ad arras duplicatas lex ipſa prouidet, ſed tunc eſſet neceſsaria conuentio, quando partes vellent, quod nõ ſolum duplicatæ, ſed etiam triplicatæ, aut quadruplicatæ reſtituerentur, ſecundum quod dicam infra, quæſt. 13.

¶ Item ſecundum prædictam formam videtur, quod arræ non ſolum poſsint interponi ab vna parte, ſed etiam ab ambabus partibus: vnde ſi ſponſus dedit centum pro arris, & centũ ſimiliter recepit à ſponſa, videtur valere, quod tamen nõ placet Bar. in dicta l. Titia. quia fraus eſt, nec videntur eſſe datæ. facit l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolutio. & fortius dicit, quod d. l. fi. loquitur, quando arræ datæ ſunt ab vna parte tantum. quare cum illa l. fin. in fi. dicat, quod quicquid actum eſſet extra illam legem non valeat, vt ibi in fi. meritò, ſi ab vtraque parte facta eſt traditio arrarum, non videtur valere. Sed Cy. in dicta l. fin. in 6. quæſt. ſentit contrarium. & dicit ibi Salic. quod credit hoc vltimum verum, quia illa l. fi. prouidet in quolibet eorum recipiente: ergo ſiue vnus tantum, ſiue vterque etiam recipiat, & ratio ſit eadem, & nõ diuerſa, debẽt habere locũ illa lex, quia
29 vbi eadem eſt ratio † diſpoſita in ſimplicibus, habent locum in caſibus mixtim contingentibus, vt l. fin. C. de bonis mater. & ideo hoc non eſt iudicandum eſſe extra diffinitionem d. l. fin.

¶ Præterea d. l. fi. in fi. prohibet pœnæ ſtipulationem ab vtraque parte interponi: ergo à contrario videtur permittere arrarum traditionem, quæ ab vtraque fieret parte.

¶ Non obſt. l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolu. allegata per Bar. in contrarium, quia ibi ſolutio nullum affert commodum recipienti, qui immediate retro ſoluere tenetur, & ideo non valet, vt ibi. Verum in terminis noſtris affert commodum danti, & recipienti: nam cõmodum primi recipientis non extinguitur per traditionem tantundem quantitatis.

¶ Sed aduerte, quia licet l. qui ſic ſoluit, non videatur obſtare, eo quia in terminis noſtris duo ſunt contractus, quorũ quilibet eſt firmus in perſona cuiuſlibet, & quilibet in perſona alterutrius poteſt effectum ſuum recipere, ideo uterque contractus uidetur ſubſiſtere. ſed non ſic eſt in caſu l. qui ſic ſoluit, quia per reciprocum contractum obligatio euacuatur, & ſtatim clarius dicam in ſeq. quæſt. Sed licet ita ſit quantum ad ſolutionem d. l. qui ſic ſoluit, tamen remanet magna dubitatio quo ad deciſionem quæſt. prædictæ, propter d. l. fin. quæ uidetur duntaxat loqui quando arra ab altera tantum parte eſſet recepta, ad quod uide quod ſtatim dicam in ſeq. quæſt.

¶ Vndecimò quęro, vtrum ſufficiat ſola confeſ-
30 ſio † vel ſtipulatio arrarum. ¶ Sol. Bar. in d. l. Titia,

tia. tenet quod ſufficiat, per l. Publia. ff. depoſiti. Sed prædicta opinio non placet Ang. nec Ioan. de Imo. in d. l. Titia. quia cum talis confeſsio emanet inter prohibitos, non ſufficit, niſi interueniat uerus actus numerationis, allegat Ang. notata per gl. in verbo, data. in l. aſsiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Mouetur etiam per tex. notabilem in l. qui teſtamentum. ff. de probationibus. & quamuis glo. ibi uideatur facere contra Ange. tamen illa glo. communiter reprobatur, ut etiam traditur per Bar. in l. ſi is qui. ff. de vulgari & pupillari. & ideo cum in d. l. fin. requiratur actualis traditio, ſeu numeratio, & inualidetur quicquid extra diffinitionẽ illius legis factum eſſet, merito confeſsio non uidetur ſufficere, pro quo etiam allegat Io. de Imo. tex. in l. 1. cum ibi notatis. C. de ſuffragi. & q̃ not. per glo. & Bar. in l. per diuerſas. C. mandati. facit etiam ad hoc, quia de facili quis inducitur ad faciendam confeſsionem, cum illa conſiſtat in ſolo verbo, vnde non debet valere, ſicut dicitur de promiſsione pœnæ, quę non valet. cum ergo ſit eadem ratio, meritò idem ius ſtatui debet. l. illud. ff. ad legem Aquiliam.

¶ Non ob. l. Publia. quia loquitur in caſu, in quo non requiritur actualis traditio, & in actu qui non emanat inter perſonas prohibitas, & in quo non eſt præſumptio fraudis. tu dic, quod prædictam opinenuit Bal. in dicta l. ſi. ſuper verbo, extra diffinitionem. vbi dicit illud verbum eſſe valde notabile: nam, cum tota lex illa loquatur de arris actualiter datis, & de vera pena dupli, vel quadrupli reſtituendi, meritò non uidetur habere locum in arris confeſſatis, quod eſt clarum, facta probatione de non facta numeratione: aliàs enim in dubio ſtandum eſſet confeſsioni, ſi renunciatum eſſet exceptioni non numeratæ pecuniæ, per not. in l. 1. C. de dote cauta non numerata. & ſi tu diceres, quod ſponſa confitetur recepiſſe centum à ſponſo, & ſimiliter ſponſus confitetur recepiſſe centum à ſponſa: ergo hinc inde nihil videtur receptum eſſe, ſed videtur eſſe quædam cõfeſsio receptorum ad inuicem, per l. ab omnibus. §. ſi à Titio. ff. de legat. 1. quia reſpondetur, quod non eſt ita: nam ſi mutuo tibi centũ, & tu mutuas mihi centum, non confunduntur ad inuicem, ſed duplex eſt mutuum, & duo ſunt contractus, & duæ cauſæ, & hoc probatur à ſimili de dote, & donatione propter nuptias, in quibus clarum eſt, quod de iure communi tãta debet eſſe donatio propter nuptias, quanta eſt dos. vnde ſi maritus doti receptæ æquialentem facit donationem propter nuptias vxori ſuæ, tales contractus ſe ad inuicem non confundunt, de quo Inſtit. de donatio. circa medium.

¶ Sed tu de hoc vltimo dic, vt latius dicã infra, de donat. inter virum, artic. 30. vult ergo Bal. quod requiratur vera traditio, & ſatis probatur ex tex. d.
31 l. ſin. dum dicit, accepit. † quod verbum pluries ibi reperitur, maximè circa finem, quod verbum, veritatem ſignificat, vt l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. C. mand. & no. per gl. in verbo, data, in d. l. aſsiduis. C. qui pot. in pign. habean. & pro hoc allego, quia receptio, & confeſsio ſunt diuerſa, vt l. 2. §. ſi mutuã. ff. ſi cer. pet. & hoc volunt hic dom. Ant. & Domin. meus: dicentes, quod ex quo l. fin. exigit veram traditionem arrarum, non ſufficit confeſsio, ad quod etiam vide, quod tradit Specul. in titu. de teſte. §. 1. ver. ſed pone, egi contra te. vbi dicit, quod qui egit ex numeratione, non debet obtinere, ſi ſolum probat confeſsionem. faciunt etiam no. per Fede. conſil. 52. & per Bar. in l. ſi debitorem. ff. de nouationib. & per Dominum meum in cap. cum olim Abbas. in fin. notabili. ſupra de offi. deleg. & ibi dixi, & ſtatim aliqua ſubiungam.

¶ Sed circa prædicta dubitatur, vtrum prædicta
32 veritas † de receptis probetur per confeſsionem ſe habuiſſe, & recepiſſe arras. & videtur, quod non, per l. 1. circa fin. C. de ſuffrag. ¶ In contrarium verò facit d. l. Publia. §. fin. ff. depoſ. quod tenet Bart. vt ſupra dixi, niſi per aliquas coniecturas contrariũ probetur. & hoc etiam ſequitur Bal. ſi modo confeſsio ſit vallata renunciatione non numeratæ pecuniæ. facit l. ſi exceptionem. C. de non num. pec. aliàs ſecus, quia quando à principio requiritur numeratio, & ſic nata eſt exceptio non factæ numerationis pecuniæ, numeratio per confeſsionem nõ videtur eſſe vera, ſed ficta, vt l. in cõtractibus. C. de non numer. pec. & ideo tunc non habet locum dicta l. fin. C. de ſponſal. quia iſtæ non ſunt veræ arræ, ſed fictæ, & adde ad hoc, quod ſtatim dicam.

¶ Sed quærò nũc circa prędicta, pone, quod iſta
33 cõfeſsio † ſit vallata ſolemni renunciatione. & emanet, ſeu interponatur ab vtraque parte, vtrũ probet. ¶ Sol. Bar. in dicta l. Titia. tenet, quod non, quia quantitas in veritate nec hinc, nec inde videtur recepta, tum ratione confeſsionis, tum etiam quia ſi in veritate hinc inde eſſet facta numeratio, videtur quod non opituletur, per d. l. qui ſic ſoluit. longè ergo minus debet opitulari confeſsio. Sed Bald. in d. l. fin. tenet contrarium.

¶ Nec ob. d. l. qui ſic ſoluit, quia ſecundum Bal. ibi agebatur de diſtractu fiendo, & actu reſoluendo: & ideo cum id momento agatur, vt reſoluatur, nihil videtur agi, ſed vbi duo actus compatibiles celebrantur, ibi neuter actus reſoluitur, vt l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. faciunt, quæ dixi ſupra ad ſolutionem d. l. qui ſic ſoluit. & ideo conſuetudo generalis approbat iſtam confeſsionem, & arrarum traditionem, & maximè per ſtatuta Italiæ, cum in talibus cõtractibus quarantigia interueniat in præceptum factum in confeſſum, iuxta id, quod not. Cyn. in l. 1. C. de confeſſ. & ita communiter ſeruatur, ſecundum Bal. & prædictam opinionem ſenſit Speculat. ponendo formam inſtrumenti arrarum, de qua dixi ſupra in præcedenti quęſt. Salic. verò in dicta l. ſi. dicit, quod aut conſtat, quod vera traditio interceſsit, & res eſt clara: aut conſtat de contrario, videlicẽt, quod licet confeſsio emanauerit, non tamen fuit facta numeratio, & res eſt clara, quia ſi non eſt traditum, vel receptum ſimplum, nec duplũ, reſtitui poteſt: aut dubitatur, & ſtatur confeſsioni, quæ receptionem probat, vt d. l. Publia, in fine. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verbor. oblig.

¶ Non obſt. l. 2. §. ſi mutuam. ff. ſi cer. pet. quia ibi nihil dicitur de confeſsione, vel, ſi dicitur de confeſsione, loquitur in caſu certo, quando certum eſt, quod ſola confeſsio, & non numeratio interuenit, vt tradit idem Salic. in l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pe.

¶ Sed tu aduerte, quia hanc quæſtionem pluries habui

habui de facto, & ſemel conſului Florentiæ, & etiã ſecundo loco conſului exiſtens Romę, cui conſilio ſe ſubſcripſerũt D. Thomas Doccij ibi exiſtens orator ad Sanctitatem Pij Secundi, & Dom. Ludouic. de Interamne, & plerique alij Doct. Prædictæ enim opinioni plura videntur obſtare.

¶ Primò, quia l. fin. loquitur de vera numeratione, vt ſuperius dixi.

¶ Secundò, quia quicquid ſit etiã reſpectu veræ numerationis arrarum extra caſum d. l. fin. non valet ipſo iure, vt d. l. fin. in fi. Sed illa lex diſponit valere dationem arrarum, quãdo fit duntaxat ab vna parte: ergo ſi darentur hinc inde ab ambabus partibus, eſſemus extra terminos d. l. fin. & per conſequens contractus eſſet nullus: ergo fortius debet eſſe nullus, quando non numeratio, ſed ſola hinc inde confeſsio interuenit.

¶ Et aduerte, quia cum in dicta l. ſi. in fi. ſit ſuppo
34 ſita † clauſula decreti ibi, dum tex. dicit, nullas vires habebit, meritò renunciationes partium renunciãtium exceptioni nõ numeratæ quantitatis, non debent opitulari, nec vires habere, per not. per glo. in cap. diſpendia, & c. ſtatutum, in fi. & vtrobique per Doct. de reſcript. in 6. & per glo. ſuper verbo, non præſumant, & ibi etiam per Doct. in cap. fin. de offi. dele. lib. 6. facit etiã, quod no. gl. in verbo, huiuſmodi. in c. dilecto, de pręb. & ibi Io. de Imo. ad quod vide, quæ latè dixi in c. ſi diligenti, de ſo. comp.

¶ Tertiò facit, quia d. l. fin. dicit teneri minorem ad ſimplum eius, quod recepit, de quo infra ſubijciam: ergo non habet locum in confeſsione, ſed in vera numeratione, & receptione, quia confeſsio tutoris nõ præiudicat pupillo, vt l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſſ. & quod traditur per Bar. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admin. tut. Ad quod etiam accedit, quia vera numeratio arrarum requiritur ratione vitandæ fraudis: ergo non debet ſufficere ſola
35 confeſsio, † per not. in l. 1. C. de ſuffrag. & l. qui teſtamentum. ff. de probat. & quod not. in l. cum quis decedens. §. codicillis. & §. Titia. ff. de leg. 3.

¶ Quintò etiam facit, quia ſi vera numeratio arrarum hinc inde facta non tenet, vt voluit Bart. in dicta l. Titia. & Dom. Ant. & Dom. meus hic, quod etiam ſupra tetigi: ergo longè minus debet valere confeſsio arrarum receptarũ hinc inde facta. quare, ſi contractus principalis nõ tenet: ergo omnes clauſulæ, obligationes, renunciationes, & guarentigia, corruunt, per not. per glo. ſingularem in l. ſi patronus. §. 2. ff. ſi quid in fraudem credit. & in l. fin. C. de conſtituta pecunia, & in l. non dubium. C. de legib. & per Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Falcid. & per Bal. in l. error. C. de iur. & fac. ignor. & in l. ſi hæres pecuniam. ff. ad Trebel. facit quod dixi ſupra de clauſula decreti. cogitabis, maximè quia communiter fiunt confeſsiones per partes de arris hinc inde receptis.

¶ Duodecimò quæro, in quibus rebus tales ar-
36 ræ † conſtitui poſsint. ¶ Sol. Dic, clarum eſſe, q̃ conſtitui poſſunt in quantitate, & pecunia numerata, vel etiam confeſſata, ſecundum vnam opinionem, de qua in præcedenti quæſtione. & idem dico de omnibus rebus cõſiſtentibus in pondere, vel mẽſura, quibus vtimur magis in genere, quàm in ſpecie, in quibus multum cõſiſtit, vt l. 2. & pertotum. ff. ſi certum peta. Sed dubium eſt, vtrum poſſint conſtitui in ſpeciebus, puta libro, equo, veſte, vel ſimili. Circa quod Cyn. in l. 1. C. ſi rector prouinciæ. tenet, quod poſsit. ſed Bart. in dicta l. Titia. tenet cõtrarium, dicens, quod in talibus reb. conſtitui non poſſunt: & ratio eſt, ſecundum M. quia certum corpus non poteſt duplari. ff. de leg. 2. in l. Lucius. §. impuberem. & ff. de legat. 1. in l. planè. §. 1. & ſequitur hic Dom. Ant. qui etiam ſubdit poſt Bar. quod ſi daretur fundus nomine arræ, & qui daret, non actualiter traderet, ſed conſtitueret ſe illius nomine, cui dat, poſsidere, non valeret, quia non videtur datus. & hanc opinionem, quod fundus da-
37 ri † non poſsit, tenet etiam hic Dom. meus, quia l. ſi. loquitur in quãtitate, & annullat omnem aliam pœnam. Sequitur etiam Dom. meus, quod dixi de conſtituto, ad quam materiam vide, quæ latè dixi in rubrica, de cauſa poſſeſſ. & propriet. tract. 1. ar. 5. quæſt. 2. verſic. 22. ibi, primò per conſpicuum, &c. Sed Bal. tenet contrarium, & ſequitur opinio. Cy. Mouetur, quia pignora dari poſſunt loco arrarum, vt infra dicam, quæ tamen conſiſtunt in certo corpore. Secundò mouetur, quia etiam ſi pecunia detur pro arra, illa videtur dari velut certum corpus, non vt genus: cum ergo pignus non conſiſtat in genere, & dari poſsit pro arra, vt l. prima. C. ſi rector prouinciæ. & dicam infra, quæſtio. 18. ergo, &c. Item mouetur, quia ſi ratio Bart. eſſet vera in pecunia, quæ eſſet tradita vt ſpecies, non caderet duplatio, quod eſt falſum, nam ipſum corpus pecuniæ non poteſt duplari, vel multiplicari.

¶ Præterea, vbi non cadit duplatio circa rem, cadit circa eſtimationem rei, vt l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & hæc opinio mihi magis placet, quoniam in actione furti manifeſti, & non manifeſti, & vi bonorum raptorum, & arborum furtim cæſarum, & ſimilibus, quæ dantur pro ſpeciebus, & rebus mobilibus, & ſe mouentibus, dantur ad duplũ, triplum, & quadruplum. Inſtitu. de action. §. dupli. §. tripli. & §. quadrupli. & ideo cõcludendum videtur, quod arra habeat locum etiam in ſpeciebus, vt voluit Cyn. non vt duæ ſpecies tradantur, vel plures, ſed vt tradatur ſpecies inempta, & eius æſtimatio, quæ loco ſpeciei ſuccedit, vt l. ſi cum exceptione. §. quadruplabitur. ff. quod metus cau. & in l. ſi is qui prædam. iuncta glo. ff. ad leg. Iuliam pecul. & in l. hoc edicto. ff. de publica. facit l. Senatus. ff. de contrahen. emptio. tenet Salic. in dicta l. fin. in princip. eod. titu. qui mouetur tali ratione, ſi pars, quæ ſpeciem dediſſet pro arra, fuiſſet ſtipulata duplum reddi, nemo debet dubitare ſtipulationem tenere, vt d. l. fin. verſic. quadrupli. & tamen vnum ſimplum conſiſtere in rei eſtimatione: ſi ergo hoc facit prouiſio hominis, idem debet facere prouiſio legis, vt l. 1. §. ſed cum enim. C. commu. de leg. & ideo datio fundi, vel alterius ſpeciei nomine arræ, debet valere. Fatetur tamen fortius Salic. vnum, quod ſingulare dicit Bart. in l. ſanctio legum. ff. de pœn. in fi.
38 quæſt. vbi dicit, quod † ſtatutum loquens de duplatione pœnæ, non vendicat ſibi locum vbi pes, vel manus deberẽt abſcindi, vel oculus euelli, quia talia eſtimationem non recipiunt, & ſic nõ duplantur nec ratione ſui, nec ratione eſtimationis, ſecundum Salic. & mihi placet.

¶ Deci-

¶ Decimotertiò quæro, in qua quantitate poſ-
39 ſint tradi ſeu conſtitui arræ, † & utrum poſsint cõ
ſtitui in quadruplum, & an poſsint excedere quan
titatem promiſſæ dotis. ¶ Sol. Quod de iure, ſi
aliud non eſt conuentum, arra debet reſtitui du
plicata, ſed ex pacto poſſunt partes conuenire, ut
triplum uel quadruplum reddatur, ut d.l.fin. Sed vl
tra quadruplum non poſſunt partes conuenire, per
d.l.fin. quæ dicit, quicquid ſit extra diffinitionem
illius legis, non ualeat, & hoc tenet hic Henricus, &
Bald. in d.l.fin. per quam legem dicit quod in tali
lucro triplo vel quadruplo ineſt etiam ſimplum, &
hoc mihi placet, quia hoc eſt regulare, ſed fallit in
duplo uel quadruplo furti non manifeſti uel mani
feſti. Inſti. de act. §. ex maleficijs.

¶ Et aduerte, quia tale duplum, triplum uel qua
druplum non poteſt excedere quantitatem dotis
vel donationis propter nuptias, ſecundum Barto.
in d.l. Titia. quia non eſt veriſimile, quod leges uo
luerint imponere maiorem pœnam ſoluenti ſpon
ſalia, quam matrimonium. intellige quod de iure ci
uili ſolui poteſt, ſed pariter debent ambulare, ut l.
neque. C. eo. d.l. Titia. & ſi forte nulla dos fuit con
ſtituta, uidetur quod non poſsit excedere quanti
tatem poſitam in l. iubemus. C. de repudijs. & hanc
opinionem Bar. ſequitur Saly. in d.l.fi. arg. l.ſi ita ſti
pulatio facta fuerit. ff. de uerborum oblig. ſed hæc
opinio non placet Ang. in d.l. Titia. per dictam l.fi.
C. de ſponſalibus, & ſimpliciter concedit poteſta
tem dandi quaſcunque arras, & vult eas reddi du
plicatas, quare cum uerba d.l.fin. indiſtincte, & la
tiſsime loquantur, indiſtincte ſunt intelligenda,
nec ſunt reſtringenda, ut l. de pretio. ff. de publicia
na. & l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerborum obl.
& in l. in fraudem. ff. de teſtamento militis. cum ſi
milib. & ſequitur Io. de Imo. in d.l. Titia. pro quo
allegat, quia in ſponſalibus nulla pœna imponitur
ſi ſoluitur matrimonium arris non datis, quod non
eſt in matrimonio diſſoluto nulla data dote, quia
debetur pœna de qua in d.l. iubemus. ideo nõ mi
rum ſi toleratur, quod maior pœna poſsit eſſe ipſis
arris datis. mihi uidetur quod dictum Bar. quando
dos eſſet conſtituta, ſit valde æquum: ſed, quando
dos non eſſet conſtituta, non placet, quia longa eſt
differenria, vtrum matrimonium contractum ſol-
uatur ſine cauſa, quã ſi non contrahatur, quia tunc
ſoluuntur ſponſalia, & non matrimonium.

¶ Præterea, turpius eijcitur quam non admitti-
tur hoſpes, ut in c. quemadmodum. de iureiuran
do. non minor pœna debetur. Arbitror ergo, ſe-
quendo opinionem Barto. tanquam æquiorem,
quod ubi nulla dos eſſet cõſtituta, quadruplum nõ
debeat excedere debitam dotem quæ eſſet conſti-
tuenda arbitrio boni uiri, ſecundum l. cum poſt. §.
gener. ff. de iure dotium. & notatorum in l. 1. ff. de
leg. 2. & maxime per ea quæ dixi ſupra, quæſt. 8. in-
quantum dixi poſt Io. And. Ia. de Raua, Petrum &
Cyn. uolentes quod arræ non poſsint conſtitui in
tanta quantitate, quod ſit ueriſimile quod propter
periculum arrarum matrimonium non ſequatur
liberum, licet alij teneant contrarium, de quo di-
cam inf. quæſt. 15. Arbitror ergo totum hoc regu-
landum & limitandum à ratione d.l. Titia, & d.l.fi.
& tex. noſtri, in quantum volunt, quod libertas ma-
trimonij non impediatur aliqua pœna, & ideo ſi
dos eſſet parua, habita conſideratione qualitatis, &
quantitatis patrimonij ipſorum volentium contra-
here, & conſuetudinis regionis, arræ poſſent con-
ſtitui ultra dictam dotem, & vſque ad dotem quæ
rationabiliter erat conſtituenda, & ita poteſt ſalua-
ri opinio Ang. Secus ſi dos eſſet rationabiliter con
ſtituta, quia tunc æquum eſt, quod conſtitutio ar-
ræ non excedat ipſam dotem, & ſic procedat opi-
nio Bar. & hæc eſt noua, & æqua conſideratio.

40 Decimoquartò quæro, vtrum tales arræ † poſsint
conſtitui diſpares. Sol. Salic. in d.l.fina. tenet quod
debent eſſe æquales: alias, ſi id quod datum eſſet,
eſſet minus quam illud quod eſſet receptum, tene-
retur ille ſupplere vſque ad æquiualentem quanti-
tatem, cum alias non eſſet pœna dupli, prout requi
rit d.l.fi. C. de ſponſalib.

¶ Et aduerte, quia Salic. in hoc uidetur velle, q̃
arræ poſsint ab utraque parte conſtitui, de quo di-
ctum fuit ſup. in 8. quæſt. & in 11.

¶ Decimoquintò quæro, quæ ſit ratio diuerſita-
41 tis, quod pœnæ † appoſitio in matrimonio non
tenet, & tamen tenet arrarum interpoſitio, cum ẽt
arra in effectu videatur etiam pœna: nam ſi do tibi
decem nomine arræ, poſſum ſtipulari uſque ad qua
draginta, & ſic videtur eſſe centum, quod illa trigin
ta ſunt vera pœna. Vnde ſicut talis arra tenet, vide-
tur ſimiliter, quod debeat tenere ſtipulatio pœnæ
uſque ad triginta, uel uiginti, aut decem ad minus,
vnde lex videtur eſſe poſita verbis, & non rebus,
contra l. quod Labeo, de Carbo. edicto. quid enim
refert, ſiue dicatur iſtam pœnã deberi celebrato con
tractu ſub nomine arrarum, uel celebrato ſub no-
mine pœnæ, unde iſta differentia uidetur etiam ver
boſa, nec uidetur habere ſaporem, aut diuerſitatis
rationem. ¶ Sol. Dicit Cyn. in d.l.fina. C. eo. quod
apud Canoniſtas nulla reperitur ratio diuerſitatis,
& ideo dicunt idem iuris eſſe in arris, quod in pœ-
na, & ideo non ſeruant d.l.fina. quæ ſecundum eos
imponit iura uerbis, & hoc dicit per tex. noſtrum.
Ego arbitror hoc à Cy. fuiſſe dictum propter illud
quod dicit hic glo. noſtra fi. in fi. quæ videtur velle,
quod ſecundum canones nulla ſit differentia inter
pœnam, & arram. Sed Cy. non bene intellexit, quia
gl. habuit alium intellectum, vt apparet ex his quæ
dixi ſuper glo. prædicta. & glo. ſ. tenet, quod de iure
canonico ſit differentia inter arram, & pœnam, in c.
tuæ. de procuratoribus, & ſic tenent cõmuniter Ca
noniſtæ. Vnde Goffred. aſsignat rationem diuerſi-
tatis, quia arra ſtatim traditur, & ideo valet, pœna ve
ro ſolũ promittitur, & non ualet, quia homines fa-
ciliores ſunt ad promittendum pœnam, quam ad
tradendum arras actualiter, prout requirit d.l.fi. &
hoc etiam uoluit Innoc. hic. Item, quia arræ conſue
uerunt tradi in parua quantitate: pœnę uero promit
ti in magna quãtitate, & ideo timore maioris quã-
titatis ſoluendę facilius quis poſſet compelli ad ma
trimonium, & ſic non eſſet liberum, & idem uoluit
Archi. 30. quæſt. 2. cap. 1. Hoſtien. uero hic, & Spe-
culator, eo. tit. §. 1. ad finem, aſsignant rationẽ, quia
arra traditur, & in traditione rei ſuæ quis poteſt ap-
ponere pactum, uel quam vult conditionem. ff. de
pactis. l. in traditionib. & talis arra non amittitur,
ſed retinetur, ſi matrimonium, ſequatur, ſed in
ſtipu-

ſtipulatione pœnæ nihil traditur, & ſic, cum nõ tra-
datur, non poteſt pactum apponi, & ſi contrahatur
matrimonium, nullum lucrũ, & nulla retentio ſpe-
ratur, ſed potius metus incurritur, ſi non fiat matri-
monium: vnde, quando arra datur, præſumit lex,
quod qui ſtipulaſ amicabiliter, inducitur propter
lucrum detentionis arræ, ſi matrimonium impleа-
tur: in pœna verò non eſt liber conſenſus propter
metum incuſſum, & timorem pœnæ, vnde non vi-
detur liberè matrimoniũ contrahi, ſi ſtipulatio pœ-
næ teneret, & ideo ſtipulatio pœnæ tanquã odioſa
reprobatur, & bene: Arræ verò traditio tanquam
fauorabilis conceditur, argum. l. cum quidam. ff. de
liber. & poſth. & cap. cum Apoſtolica. ſupra de his,
quæ fiunt à prælato. & regula, odia. de reg. iur. in 6.
ſecundum Hoſt. hic, & in ſumma, eod. tit. Sed Ioan.
And. hic dicit, quod parum urget hoc dictũ, cum
etiam timor perdendi arras, vel reſtituendi quadru
plicatas, videatur libertatem cõtractus matrimonij
impedire, & ad cõtrahendum matrimonium indu-
cere, q̃ aliàs non contraheretur. Item, quia nullum
lucrum quis ſperat ex fine, quia dato implemento,
& ſic ſecuto matrimonio arrę debẽt reſtitui illi, qui
eas dedit. Vnde Hoſt. in ſumma aſsignat aliam cau-
ſam, videlicet, quia pœna eſt ſignum diſtrahendi ma
trimoniũ, & dubitationis diſtractionis matrimonij,
quia fit per verba negatiua, verbi gratia, dabis mi-
hi centum, ſi non contraxeris matrimonium. Arra
verò eſt ſignũ matrimonij contrahendi, & remune
randi, quæ fit per verba affirmatiua, videlicet, do ti-
bi has arras, vt cũ filia mea contrahas, quia lucratur
contrahẽs ex pœnali pacto, vt l. emptio. §. ſi is qui. ff.
de actio. emp. Sed dicit hic Ioan. And. quod prima
ratio Goffr. cõmuniter approbatur: & ſubdit, q̃ ſibi
videtur ęquum ponderandam eſſe quantitatẽ arra-
rũ, & qualitatem perſonarũ: ſi enim paruus homo
dat magnas arras, quis dubitat impediri libertatem
matrimonij, quare ponderata ratione tex. noſtri, &
l. Titiæ. ff. de ver. ob. & d.l.fi. C. de ſpon. talis arræ ap
poſitio in magna quantitate non videtur valere, &
ſubdit ſe vidiſſe de facto conſtitutam arrã in quan-
titate quatuor milium florenorũ, & per eandẽ con-
ſiderationem dicunt quidã pœnæ ſtipulationem te-
nere, quando inter locupletes, vel magnates parua
pœna promittitur, & ſic ſecundum prædictos, d.l.fi.
& iura ſtatim allegata, quæ fecerũt differentiã inter
pœnã, & arram, ponderauerunt, & conſiderauerunt
frequentiã, & q̃ cõmuniter fieri ſolet. ff. de ver. obl.
in l.ſi ſeruum. §. 1. & prædictã opi. de pœna in parua
quantitate, & arra in magna quantitate, tenuerunt
Iac. de Rau. Pe. & Cy. in d.l.fi. & Io. An. hic, vt dixi.
Alij verò, quos refert Cy. in d.l.fi. dicũt, quod ratio
differentię eſt, q̃ vbi permittitur pœna, graue eſt pœ-
nam exigere à promittente: & ideo, antequã pœna
exigatur ab eo, contrahet matrimoniũ, & ſic matri-
monium nõ erit liberum, ſed vbi data eſt arra, non
eſt difficile repetere illud, quod eſt ſolutũ: & ideo
non eſt præſumptio iuris, q̃ libertas matrimonij im
pedietur. Sed dicit Cy. quod prędicta ratio cõfun-
ditur, quia d.l.fi. dicit arras etiam abſque aliquo pa-
cto reſtitui duplicatas. Bart. verò in d.l. Titia. tenet
indiſtincte pœnã non valere, etiam ſi in parua quan
titate conſiſtat, per prædictã l. Titia. quę ſimpliciter
loquitur prohibendo pœnam apponi, & per l.ſi ita
ſtipulatus. ff. de ver. obl. & per prædictam l.fi. C. eo.
In quãtum videtur præcisè loqui, dicendo, q̃ quic-
quid ſit extra diffinitionẽ illius legis non valet, per
l. neque. cũ ſua glo. C. de nup. quæ uĩ exemplificare
de quantitate decẽ, quę ſui natura eſt modica quan
titas, facit etiam tex. in l. ea quæ. ff. de don. inter vir.
& vxo. vbi tex. dicit, de vrgẽti, & ſic de modica quã-
titate, & tamen non valet. Item mouetur, quia ſtipu
latio pœnalis dĩ contra bonos mores, vt d.l. Titia.
ideo in quacunque quãtitate conſiſtit, non vĩ vale-
re, vt in l. pacta quæ contra. C. de pact. & in reg. non
eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6. facit ẽt, quia tex.
dicit, q̃ debemus eſſe contenti pœnis legalibus. ff. de
ver. obl. in l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit, quod ẽt ſen-
ſit Hoſt. in ſumma huius ti. & hoc ẽt ſequitur Ang.
in d.l. Titia. licet paucis verbis inſiſtat. Sed contra
prædicta facit, quia opi. Bar. ponit differentiã facti.
Nos autem quærimus, quare hoc tam variè diſpoſi-
tũ ſit: nã ſi appoſitio arræ ex pacto excedit duplũ,
ſaltem tunc vĩ eſſe cõtra bonos mores, ſicut ſi eſſet
adiecta pœna. Bal. verò in d.l.fi. dicit, quod perſua-
deri poteſt, quod arra data in quacunque quãtitate
poſsit duplari, triplari, vel quadruplicari, & ratio eſt
virtus fundamenti: nam fundamentum arræ eſt va-
lidũ, & ideo poteſt augeri, & multiplicari. Sed pœ-
na ſimpliciter nullũ habet fundamentum, quod di
ctum etiam poſſet morderi ſicut precedens. vel po
teſt reddi alia, ratio melior, ſecundum Guidonem
de Suzar. quia arræ datio fuit inuenta ad firmãdum
contractũ, cuius contractus ipſæ arræ ſunt ſignum.
ff. de contrah. emp. l. quod ſæpe. & ideo quãdo arra
apponitur contractui, debemus tueri contractum,
arg. c. præterea. ſupra eo. Sed pœna nõ apponitur ad
corroborandũ contractum matrimonij, ſed in defe
ctum, videlicet, q̃ pœna ſoluatur, ſi nõ contrahatur,
& ſic inueniretur pœna ſtare ſoluto cõtractu matri-
monij. Quia ergo arra reſpicit actũ fauorabilem, vi-
delicet, ſi contrahatur matrimoniũ, & pœna actum
odioſum, ſi diſtrahatur matrimoniũ, tenet arra tan-
quam principale, & eius acceſſoriũ, & nõ pœna ſim-
pliciter, ſecundũ Guidonẽ. & ſequitur Bal. in d.l.fi.
Sed tu aduerte, quia licet prędicta verba prima frõ-
te videãtur demulcere aures, tñ non propterea tol-
lunt, q̃ pœnę appoſitio in parua quantitate non de-
beat valere, cum tunc nõ ſit veriſimile, q̃ per ipſam
paruam pœnã matrimonium ſit minus liberum: &
ſimiliter econtra, ſi arra eſt in magna quantitate, q̃
debeat valere, cũ ſit præſumendum, q̃ propter tan-
tam quantitatem, quæ facit hoc, poſsit tolli libertas
matrimonij. Bartholom. de Salic. in d.l.fin. ſequitur
opin. Bar. dicens, quod etiam ſi vnus nummus pro-
miſſus eſſet nomine pœnæ, non valeret, motus pri-
mo per rationes Bar. Item, quia forma nobis eſt da-
ta per d.l.fin. à qua nobis recedere non licet: quare
concludit nullam ſtipulationem pœnalem conuen
tionalem valere, ſed legalem tenere, quamuis ſit in
ſtipulationem deducta, vt duplum, vel etiam qua-
druplum: & ratio ſit, quia licet quis perdat arras,
quas ſoluit, cum illas iam dederit, non de facili re-
ſtabit, quo minus matrimonium cum alio contra-
hat, cum matrimonium inde promiſſum ſibi diſpli
cet, cum ab eo nihil peti poſsit, qui autem recipit,
non tam pœnam renunciationis, ſeu pœnitentiæ,
quàm recepti commodi percipit, ſecundum Salic.

quæ verba ſunt ſatis ambigua,& neſcio quid in ipſis vltimis verbis velit dicere, niſi fortè velit dicere, q̃ qui recipit, recipit præmium commodi, quod conſequeretur ex matrimonio reſpectu, ſcilicet illius, qui ſtat pro matrimonio, & reſpectu alterius recipit præmium commodi, diſcedẽdo à matrimonio, quod ſibi diſplicet, & tranſeundo ad aliud matrimonium ſibi placitum. Dominus meus hic ſequitur opinionem Ioan. Andr. vt conſideretur quantitas, & qualitas perſonarum, maximè reſpectu recipientis, ſcilicet quia haberet duplicatas ex iuris diſpoſitione, vel triplicatas, aut quadruplicatas, ex conuentione. Mouetur, quia per rationem legis naturalis debemus recedere à verbis legis, & ſeruare ſententiam, vt l. non dubium. C. de legib. & in regula fin. de reg. iur. lib. 6. Cum ergo appoſitio pę-
42 næ † in quacunque quantitate ſit odioſa, merito reſtringenda, vt in regula, alia. de regul. iur. lib. 6. & in l. quod verò contra. ff. de legib. Ego miror de Domino meo, quia Ioan. And. non vult hoc, vt ſupra dixi, & prę̃terea verba Domini mei videntur ad inuicem contraria, quia ad recipientem non pertinet habere arras duplicatas, &c. ſed debet ipſe reſtituere duplicatas, vel triplicatas, aut quadruplicatas, ſi de hoc conuenit: vnde dubito, quod lectura mea non ſit corrupta, & mendoſa. Communior opinio eſt in hac materia, vt etiam dicit Cyn. in dicta l. fin. quod ratio differentiæ ſunt, quia arræ datio conſiſtit in facto burſali, de quo homines ſunt auari: & ideo arræ communiter non traduntur niſi in modica quantitate, & ideo non eſt veriſimile impediri libertatem matrimonij. Sed dicit Cyn. iſta ratio non videtur mihi neceſſaria, quia ipſi dicunt, quod aliquis non eſt largus de pecunia ſua, verum eſt hoc, niſi pecunia ſit reddenda in communem caſum, & hæc in omni cauſa redditur, niſi ſtet per eum, qui repetit, quo minus nuptiæ ſequantur. Mihi verò prius videbatur, quod opinio Ioan. Andr. & aliorum dicentium, quod ſi pœna eſſet adiecta in parua quantitate, habita conſideratione qualitatis perſonarum, debeat valere: ex quo non eſt veriſimile, quod propter hoc matrimonium deſinat eſſe liberum, & quod ſi arra eſſet conſtituta in nimis magna quantitate, non valeret, ex quo veriſimiliter libertas matrimonij poſſet auferri, eo quod tex. noſter, & dicta l. fina. & l. Titia. & alia ſimilia iura pro finali ratione videntur conſideraſſe impedimentum libertatis matrimonij. Sed nouiſ-
43 ſimè accuratius legendo † dictam l. Titia. ff. de verborum obligationibus, & dictam l. fin. C. de ſponſalibus. conſideraui, quod in dicta l. Titia, pœnalis ſtipulatio nititur à matrimonio propter duo.

¶ Primò, quia videtur cõtinere turpem cauſam, & eſſe contra bonos mores.

¶ Secundò, quia matrimonia debeat eſſe libera, & hæc vltima ratio ponitur etiam in lege ſecunda. C. de inut. ſtipulationibus. Quare autem ſit turpis, & contra bonos mores videtur eſſe illa ſecunda ratio, quia ſcilicet matrimonia debent eſſe libera. Item & fortè, quia qualitas matrimonij videtur abhorrere pœnam, vt ſcilicet pœna quis aſtringatur ad matrimonium: nam ſi pœna apponitur ab vna parte tantum, contractus videretur claudicare, quia ſi promitto tibi contrahere matrimonium ſub pœna centum, & ex alia parte nihil diceretur, ſi ſtaret per illum, cui pœna eſſet adiecta, ipſe teneretur ad pœnam: & ideo ſi ſtaret per illum, cui pœna non eſſet adiecta, ad nihilum teneretur, quod non videtur eſſe conueniens bonis moribus, cum in matrimonio debeat adeſſe omnis puritas, & vir, & vxor non debeat iudicari ad imparia, vt in capit. gaudemus. infra de diuortijs. 32. quæſtio. 1. cap. ſi quis vxorem. & quæſtio. 5. cap. præcedit. propter quam cauſam
44 inducta fuit donatio † propter nuptias, quę in multis adæquat conditionem viri, & vxoris, ſecundum quod dicam infra, in titu. de donatio. inter virum, & vxor. & ſi ab vtraque parte pœna eſſet promiſſa, hoc eſſet cõtra bonos mores propter pœnam, propter quam matrimonium non videretur eſſe liberum, vt dicta l. Titia. ſucceſsit deinde dicta l. fi. quę conceſsit arrarum appoſitionem, ad quam declarandam plura iudicio meo veniunt conſideranda.

45 ¶ Primò, quod lex illa † videtur concedere ſolum arrarum dationem, ſi modo fiat ab vna parte tantum, & dummodo interueniat actualis datio arrarum, quod patet ex toto progreſſu illius l. final. vſque ad verſic. fin. qui loquitur, quando vna pars duntaxat recepit: & patet etiam, quia tex. ille ſemper loquitur per verbum, accepit, vel per verbũ, ſuſcepit, & per verbum, præſtitas, & per verbum, datas: & ſic patet, quod ille tex. in quantum permittit arrarum conſtitutionem, non habet locũ, quando ab vtraque parte arræ darentur, immo illud in verſ. fin. penitus improbatur, vbi formaliter dicitur.

¶ Extra diffinitionem autem huiuſmodi legis, ſi cautio pœnæ ſtipulationis continens fuerit interpoſita ex vtraque parte, nullas vires habebit. & quamuis Docto. communiter intelligant finem illum loqui in pęnis, propter quod dicunt per d. l. fi. arras conceſſas, & pœnas prohibitas, tamen mihi videtur, quod finis loquatur de arris, ſicut locuta fuerat tota lex. Ad quod facit, quia exceptio debet eſſe de regula, vt not. in rub. de reg. iur. lib. 6. Sed ſi finis loqueretur de ſimplici pęna, exceptio illa non eſſet à regula.

¶ Nec obſt. quod finis illius legis dicat pœnam ſtipulationis, quia d. l. per prius arram appellauerat pœnam, vt patet ibi, ſuper alterius ſimpli pœna, & ibi, dũ ſubditur, quadrupli videlicet pœna: & pondero etiam, quod quando ille tex. loquitur de arris datis, nunquam illas appellat pœnam, ſed quando loquitur de duplo, aut quadruplo reſtituendo, appellat pœnam. Et ſi tu diceres, quare improbat arras dari ab vtraque parte, & non ab vna parte tantum: reſpondeo, rationem eſſe in promptu, quia iura abhorrent ſuperfluitates, & actus inutiles. Ad quid enim eſt neceſſariũ, quod arra detur ab vtraque parte: nam eo ipſo, quod vnus recepit arras, niſi aliud conueniat, conditio viri, & mulieris eſt communis, quia ſi matrimonium ſequatur, qui dedit arras illas recuperat. Inſt. de emp. & ven. §. is qui. vel fortè cõputabitur in dotem. Si verò ſteterit per illum, qui dedit, ipſe amittit arras datas; ſed ſi ſtetit per illũ, qui recepit, ipſe tenetur arras reſtituere, & ad ſimplum quantitatis arrarum receptarũ, propter quod arrę dicuntur reddi duplicatę. ad quem ergo finẽ darentur ab vtraque parte, cum per dationem ab vtraque parte factarũ nullus reſultaret effectus, immo

immo quaſi ipſarum arrarũ deſtrueretur effectus: quia, cum nulli pecunia abſit, ſolummodo remaneret pœna ſimpli, vel dupli ſoluenda, quæ pœna ſimpliciter promiſſa, prout in effectu videret nunc promiſſa, non tenet, vt dicta l. Titia. Satis eſt ergo, quod ab altera parte tantum datur arra, quæ non eſt propriè pœna, imò quoddam pignus appetiti, & adimplendi matrimonij, & ideo in lege vnica. C. firector prouinciæ. arra appellatur pignus. nam quod prius appellauerat arras, poſtea dicit pignora lucratiua.

¶ Nec obſtat ſi diceres, immo ſi ſtipulatio tripli, vel quadrupli reſtituendi interceſsit, quæ poteſt apponi, vt dicta l. fina. vir, & mulier iudicarentur ad imparia, quia qui dedit, amitteret tantum id quod dedit, ſi per eum ſtetiſſet: ſed ille, qui recepit, ſi ſtaret per eum, teneretur reſtituere triplũ, vel quadruplum, prout ſtipulatio concepta fuit: quia reſpondeo, quod talis ſtipulatio tripli, vel quadrupli fuit conceſſa ipſi ſtipulanti, quia ipſe ſibi illas arras exburſat, oſtendendo maiorem ſe habere affectionem ad matrimonium futurũ, & ſic deficit ſibi interea, donec matrimonium ſequatur, commodũ, & interuſurium datæ pecuniæ: ideo non mirum, ſi poteſt ſtipulari triplum, vel quadruplum, maximè quia apertè ſua videtur magis prompta credulitas firmãdi matrimonium, ex quo arras tanquam pignus ad ſeruandum matrimonium, exburſauit, & dedit, vnde ex ipſa exburſatione maius incommodum recipiat, & quia fortè magis de altera parte dubitat, ideo lex ſibi cõceſsit vt triplum, & quadruplũ poſsit ſtipulari, ſed nõ vltra, quia qui in vno
46 grauatur, †&c. vt in l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. & in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iu. & in regula, is qui ſentit onus. de reg. iur. lib. 6. & ſic patet, quæ fuit ratio, quare iura conceſſerunt arrarum dationem, & non pœnarum adiectionem, quia arræ dantur, vt vadimonium, hoc eſt, vt pignus confirmatiuum matrimonij, argum. l. quod ſæpe. ff. de contrahenda emptione. Ad quam traditionem, ſeu dationem homines non ita de facili proſiliunt, ſicut ad pœnarum promiſsionem, vt patet à communiter accidentibus: & quia, ſi ab vna parte pœna eſſet adiecta, non eſſet æqualis conditio viri, & mulieris: ſi verò ab vtraque, matrimoniũ tunc videretur incipere à diffidentia vtriuſque, & ſic cõtra bonos mores, ad quod accedere poſſunt ratio Hoſtien. & aliæ plures, de quibus ſupra. Et ex prædictis videtur ſequi concluſio, quod arrarum promiſsio, vel confeſsio abſque traditione non teneat, de quo dictum fuit ſupra, quæſtio. 10. & 11: Cogitabis, quia hæc omnia nouiſsima ſunt.

47 ¶ Vigeſimoſextò quæro, quibus ex cauſis † arræ admittantur, & in qua quantitate repetantur, & propter quas cauſas quis excuſetur ab amiſsione arrarum, ſeu ſolutione dupli, tripli, vel quadrupli, & ſic tria hæc principaliter veniunt examinanda.

¶ Quò ad primum dic, quod ille, qui dedit arras, illas amittit, ſi per eum ſtat, quo minus matrimonium ſequatur, niſi aliqua ſubſit cauſa, propter quam excuſetur, vt dicta l. fi. & ſtatim dicam. & vice verſa, ſi per eum ſtat, qui arras recepit, abſque aliqua legitima cauſa, quo minus matrimonium ſequatur, debet reſtituere arras duplicatas, ſi aliud non conuenit, vel triplicatas, aut quadruplicatas, ſecundum quod conuenit, vt d. l. fin.

¶ Quò ad ſecundum dic, quod ille, qui arras dedit, eas amittat, ſi per eum ſtetit, nec ad aliud plus tenetur, ſed quo ad illum, qui recepit, in quantum teneatur, dicendum eſt, quod aut inter ipſos nihil aliud conuenit: ſed ſteterunt in medijs finibus iuris, & pœnis legalibus fuerunt contenti, & tenetur reſtituere arras duplicatas, videlicet ſimplum quod recepit, & aliud tantundem ſimplum de propria pecunia, vt dicta l. fin. Quod procedit, ſi modo ille, qui arras recepit, fuit maior vigintiquinque annis, vel ſi erat minor poſt veniam ętatis impetratam arras recepit, vt dicta l. fina. in princ. Si verò eſſet minor, ratione minoris ętatis excuſaretur à pœna, & per conſequens non duplum, ſed ſimplum duntaxat receptum reſtituere teneretur, ſiue virgo ſit, ſiue per ſe, ſiue per tutorem, aut curatorem, vel aliam perſonam eaſdem arras acceperat, vt dicta l. fin. ſecundo reſpon. vnde dicunt hic Goffr. Innoc. Hoſtien. & Henr. quod ſecurius eſt parentibus arras dare. & idem tenet Archidiaco. 30. quæſtio. 2. cap. primo.

48 ¶ Sed circa prædicta oritur dubitatio, † vtrum minor ſeruetur illæſus à pœna ſimpli ipſo iure, vel per viam reſtitutionis in integrum. ¶ Sol. Glo. in dicta l. fin. ponit duas opiniones.

¶ Prima, quòd ipſo iure ſeruetur illæſus.

¶ Secunda, quòd per viam reſtitutionis in integrum. Primam opinionem tenet Cyn. per illam l. fin. quia ſic etiam minor ętas aliàs excuſat ipſo iure, vt l. fin. C. ſi aduerſus delictum. & mihi placet.

¶ Sed quæro, vtrum tutor, vel curator, ſi rece-
49 pit arras, teneatur ad duplum. † Glo. in dicta l. fin. ſentit, quod ſic, loquitur tamen in tutore. ſed Iac. de Rauen. & Richardus Malumbra diſtinguunt, quod aut tutor repromiſit nuptias, & arras accepit, aut ſolummodo recepit arras. Primo caſu procedit glo. prædicta. Secundo caſu non tenetur niſi ad ſimplum, hoc eſt, ſecundum Salic. quod aut tutor, pater, vel mater, qui recepit arras proprio nomine, promittit matrimoniũ pro pupillo filio, &c. & tunc tenetur in duplum. Si verò pro pupilla, filio, vel filia ipſius nomine promiſit, tunc in ſimplum tenetur: vel dicendum eſt, quicquid ſit ſtatutum in parentibus, quod tutor non incurrit pœnam dupli, quia eius officium non ſe extendit ad hoc, vt l. penult. C. eod. & l. in copulandis. C. de nupt. Parentes enim, videlicet pater, & mater pro filijs, & auus, & auia pro nepte, vel nepote in duplum tantummodo arras conuentas tenentur reſtituere. Sed Bald. idem dicit in tutore, ſic ſummando d. l. fina. & in ſummario, ſequendo opinionem gloſſæ. Sed mihi plus placet alia opinio, quando ſimplex receptio eſſet facta, quæ loquuta fuerat de parentibus, tutore, & curatore, & de alijs perſonis, poſtea ſubdit, ipſos parentes teneri ad duplum, ſi idem voluiſſet de tutore, & curatore, idem dixiſſet. Item quia li-
50 cet ad parẽtes pertineat maritare † filias, & neptes, non tamen ad tutores, & curatores, ad quod vide, quæ latè de parentibus dixi in cap. ſicut ex literis, ſupra eo. art. 12. q. 1. & de tutoribus, & curatoribus, eo. art. ver. ſed quæro circa prædicta. Parentes ergo tenentur, & ideo dicunt Goff. Inno. Hoſt. Archid.

& Henr. quod ſecurius eſt parentibus arras dare. Et prædicta procedunt, quãdo arræ ſimpliciter fuerunt datæ. Sed ſi in datione fuiſſet adiecta ſtipulatio tripli, vel quadrupli, tunc ſi per eum ſtaret cui datæ ſunt, ad triplum, vel quadruplum teneretur, niſi excuſaretur ratione minoris ętatis, vel ex alia legitima cauſa, ſecundum quod ſtatim ſubiiciam.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone, quod ſponſus dedit arras, & à ſponſa † ſimiliter recepit arras,
51 & ſtat per eũ, quo minus matrimonium ſequatur: quæritur, vtrum receptas teneatur reſtituere, & ſuas perdere debeat. ¶ Sol. Cy. in dicta l. fin. quæſtio. 5. tenet, quod ſic, quia per hoc peruenitur ad pœnam dupli.

¶ Sed tu aduerte, quia prædicta quæſtio procedit, poſito ꝙ arræ poſſent conſtitui ab vtraque parte, de quo dixi ſupra, quæſt. 10. quod an procedat, dixi latius quæſt. præcedenti.

¶ Circa tertium membrum principale, quibus ex cauſis quis excuſetur à perditione arrarum, vt vi
52 delicet, † quod ille, qui tradidit, non amittat, ſed poſit illas repetere, & ille, qui recepit, non teneatur reſtituere, niſi ſimplum quod recepit. dic quod tex. in l. fin. verſic. his quoque, eod. tit. plures ponit excuſationis cauſas.

¶ Prima, ſi matrimonium futurum eſſet legibus prohibitum.

¶ Secunda, propter turpem, & impudicam alterius ſponſi conuerſationẽ, vt quia meretrix, fornicator, vel ſimilis, vt ibi exemplificat glo.

¶ Tertia, quia ſit alterius ſectæ, vel religionis, puta Iudæus, vel hæreticus, ſecundum quod ibi exemplificat glo. & ex illo tex. dicit ibi Bal. quod ſi ante ſciſma eſſent contracta ſponſalia, & deinde ſuperueniret ſciſma, & vnus ex ſponſis nobilis, & potens adhæſit Papæ, alter antipapę, quod licita eſſet cauſa facere diuortium, ſeu repudium, quod intelligo ſcilicet ſine amiſsione arrarum.

¶ Quarta cauſa, ſi vir coitum, ex quo ſpes ſobolis oritur, facere non potuerit, hoc eſt, ſi propter frigiditatem, vel maleficium coire non poſsit.

¶ Quinta, ſi alia iuſta cauſa excuſationis adeſſet, puta cognationis, affinitatis, vel ſimilis.

¶ Aduerte tamen, quia ſecunda, tertia, & quarta cauſa, & aliæ ſimiles ſunt limitandæ per tex. in dicta l. fin. verſic. ſi quidem probatum, &c. ſi modo prædictæ cauſæ ante datas arras ab ipſis ſponſis, vel à parentibus eorum, qui illas dederunt, ignorabantur. Intellige ſi poſtea erant. vel poſtea ſuperuenerunt, quia tunc qui dedit, licet pœnituerit, ſi ex aliqua iuſta cauſa pœnituit, poteſt illas repetere, & ſimiliter qui recepit ignorans poteſt, ſi ex iuſta cauſa ignorata pœnituerit, ſolummodo ſimplum receptũ reſtituere tenetur. Secus ſi ſciuerit, quia imputet ſibi, quia tunc pœna arrarum ex vtraque parte, vel ex illa, quæ non fuit ignara, ſtat firma, & hoc procedit, ſi nuptiæ non ſunt prohibitæ, abſoluta prohibitione, ſed ſubeſt iuſta, & probabilis cauſa, quare matrimonium non contrahatur. Secus ſi omnino eſſent prohibitæ, quia tunc ſimplices arræ tanquam datæ ſine cauſa reſtituuntur, vt dicta l. fin. quia ex quo nuptię ſunt prohibitę, impoſsibile eſt, quod impleantur, & impoſsibilium nulla eſt obligatio, & ita tenent Cyn. Bald. Salic. & communiter Doct. in dicta l. ſi. licèt glo. ibi videatur velle, quod applicentur fiſco, per l. qui contra. C. de ince. nup. Quod procedit, quando nuptiæ prohibitæ eſſent de facto ſecutę, ſecundum Cyn. & Salic. ibi, de quo latè dicam infra, qui matrimon. accuſa. poſſ. art. 34. Sed quando partes non proceſſerunt ad matrimonium, ſed eas pœnitet, repetuntur à parte per condictionem ſine cauſa, licet glo. dicat per condictionem ob cauſam. Sed dicit Salic. quod glo. errauit. Ego verò credo, quod idem fuerit intellectus dictæ glo. ſcilicet quia fuerunt datæ ob cauſam matrimonij, & hoc intendit glo. quare cum cauſa nõ ſequatur, reperiuntur eſſe penes illum ſine cauſa, & ideo repetuntur per condictionem ſine cauſa, quia ſi matrimonium deficeret ratione conſenſus, vt puta, quia qui contraxit, eſſet furioſus, demens, vel mente captus, fortè etiam non eſſet diſtinguendum inter ſcientem, & ignorantem, ex quo matrimonium nullo modo tenuit propter defectum cõſenſus. Ad quod vide, quæ latè dixi in cap. cum dilectus, ſupra eo. nec etiam ponderandum arbitror, vtrum peruentum eſſet ad matrimonium de facto: quia licet tale matrimoniũ non valeat, tamen contrahentes non dicuntur veniſſe contra iuris diſpoſitionem, & iuris ſpreuiſſe præceptum, & ideo arræ non auferrentur à fiſco. cogitabis. Extra cauſas ſupra expreſſas poſitas in dicta l. fin. aliæ plures reperiuntur, quæ continẽtur ſub quinta generali cauſa ſuperius tradita, & poſita in d. l. fin.

53 Sexta igitur cauſa ſit, ſi alter tranſit † ad religionem, ad quam poteſt, & debet, poſſe tranſire ſine aliquo metu amiſsionis arrarum, vt l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. faciunt not. in c. ex parte, & c. ex publico, ſupra de conuerſio. coniug.

¶ Septima cauſa eſt, ſi ille, qui promiſit pro aliquo ſponſo, quod matrimonium contraheret, & dédit, vel recepit arras, vel etiam appoſuit pœnam, eo caſu quo potuit apponere, ſecundum ea, quæ dixi ſupra, quæſt. 3. fecit quicquid potuit, quod matrimonium contraheretur per illum, pro quo promiſit, quia ſi per ipſum non ſtetit, ſed ſolummodo per illum, excuſantur ab amiſsione arrarum, vel reſtitutione arrarum duplicatarum, &c. & etiam à pę
54 na: nam difficultas, † ex quo factum eſt in obligatione, videtur excuſare à pœna conuentionali, vt l. ſi vehenda. §. penult. & fi. ff. ad leg. Rhod. de iactu. facit l. 2. ff. ſi quis cautio.

¶ Non obſt. l. continuus. §. illud. ff. de verborum obligatio. quia verum eſt, quod difficultas non excuſat à principali obligatione, ſed bene excuſat à pœna: & in hanc partem videtur inclinare Federicus, allegãdo Io. de Pagliarenſibus, conterraneum meum, conſil. 117. facit, quod in ſimili dicitur de
55 promittente † per iuramentum, qui non incidit in periurium, ſi fecit quantum in eo eſt, vt notatur in cap. ex literis, & cap. ſicut ex literis, ſupra eod. ergo etiam excuſat à pœnæ commiſsione. facit cap. ſignificante, ſupra de pignoribus. & hanc opinionem ſequuntur hic Dom. Anton. Zabar. & Domi. meus, tenuit Bart. in dicto §. illud. & mihi placet, & idem reperio tenuiſſe Bart. conſil. 98. quod incipit, Martinus. & ita pluries conſului, & incipit vnum conſilium, Centius Domini Ioannis, &c. & aliud incipit, Antonius Bartholomæi de Plumbino, &c.

Idem

Idem etiam tenet Dom. meus in c. ſignificantibus, infi. de offi. deleg. & quãuis loquantur in pœna, tamen fortius dicendum eſt in arra, nam & arra quodammodo pœnam continere videtur, ad quod vide, quod dixi ſupra, quæſt. 15. prope finem. & prædicta perpetuò notabis, quia non ſolum conferunt ad materiam noſtram, ſed ad quamcunque aliam materiam, in qua quis ad alienum factum obligaretur ſub pœna, & ideo arbitror adhibendam cautelam, quod ille, qui promittit pro alio ſe acturum, & curaturum ſub pœna, &c. quod ille dabit, vel fa-
56 ciet; ſubiungatur, † quod poſito, quod fecerit quicquid potuerit, vt promiſsio ſua opere impleatur, non tamen excuſetur, niſi datum, vel factum fuerit adimpletum, quod perpetuò notabis, quia communiter hæc clauſula non apponitur, & de facili poteſt fraus adhiberi ſine dicta clauſula, quod qui promiſit, colludet cum illo, pro quo promiſit, oſtendendo ſe facere quicquid poteſt, non ſolum veniendo ad minas, ſed etiam deſcendendo ad verbera.

¶ Octaua excuſatio eſt propter mortem, quia cum mors omnia ſoluat, vt de ſe patet, meritò ar-
57 ræ † repetuntur, ſi modo pars aduerſa non fuerit in mora contrahendi matrimonium, & ſic culpa præceſſerit caſum mortis, ſecundum Bart. & Bal. & dicitur culpa præcedere caſum, quia fortè cum alia contraxit, vel diſtulit contrahere vltra tempus à iure diffinitum, ſecundum quod dixi in cap. de illis, ſupra eod. facit l. vt veterum. C. de donat. ante nup. ſecundum Cyn. & Salic. in dicta l. fin.

¶ Nona cauſa excuſationis eſt, ſi alter peccaret
58 contra ius ſponſaliorum, † puta fornicando cum alio, vel alia, vt in cap. quemadmodum. ſupra de iureiuran. & probatur in dicta l. fin. vt dixi ſupra, in verſic. ſecunda cauſa. & ob hanc cauſam conſuluit Domin. me. conſi. 52. quod incipit, caſus talis, quidam Francus, quod ſi duo promiſerunt matrimonium pro aliis, & vnus ſponſor cępit agere iniquam vitam, quod cum principalis poſsit ex hac legitima cauſa pœnitere, vt d. cap. quemadmodum, & l. fin. 33. quæſtio. 7. c. Apoſtolus. meritò & ipſi, qui ſunt acceſſorij, excuſantur, ex quo principalis naturam aſſumunt, vt l. ſociũ. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. quia nõ videtur venire contra promiſsionem etiam iuratam, qui iuſta cauſa illam deſerit. 22. quæſtio. 2. cap. ne quis, & cap. beatus. Item, quia ex quo talis fornicator cauſam dedit, quo minus conditio adimpleatur, intelligitur per partem alteram conditio adimpleta, vt l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonſtratio. & l. iure ciuili. ff. de reg. iur.

¶ Poſtremò aduerte circa hanc quæſtionem ad vnum mirabilem, & ſingularem caſum, in quo ille, per quem ſtetit, quo minus matrimoniũ ſequatur, ſi recepit arras nedum, quod non teneatur illas reſtituere duplicatas, immo ipſas arras ſibi lucratur, videlicet quãdo rector prouinciæ cum ſubdita ſua contraxit ſponſalia, & ſibi dedit arras pro matrimonio contrahendo, quod licet mulier poſtea recuſet contrahere matrimoniũ, & ſic ſtet per eam, tamen lucratur arras, vt l. 1. C. ſi rector prouin. ad quod vide, quod dixi in cap. cum apud. ſupra eod. artic. 8. verſic. item prædicta regula fallit.

59 ¶ Decimoſeptimò quæro, qualiter † arræ petantur, & qualiter formetur libellus. ¶ Sol. Specul. eo. tit. §. reſtat, in fi. ſic format libellum, coram, &c. conqueror de P. qui mihi decem libras nomine arrarum ſponſalitiarum promittendo conſtituit, vel qui mihi ſponſalitias arras decem libras promittendo, conſtituit nomine talis filiæ, quam mihi promiſit matrimonialiter copulare: vnde cũ per eum ſteterit, quo minus matrimonium copularetur, peto dictas arras, ad quod propono certi cõdictionẽ, vel ſi ſolum factũ, & non ſtipulatio interuenit, proponetur condictio ex lege fin. C. eod. ſecundum Specul. & iſta forma fuit Martini de Fano, ſecundum Ioan. And. ibi.

¶ Sed tu aduerte, quia prædictus libellus videtur reſpicere duntaxat, quando arræ fuerunt promiſſę, & non receptæ, quod non videtur valere, pro ea, quæ dixi ſupra, q. 15. Dico igitur, quod qui vult bene libellare, debet ſeriem facti, vt geſtum eſt, aptè narrare, vt dixi in cap. 2. ſupra de libel. oblat. art. 12. quæſt. 1. & per totum illum articulum. & aptè concludere, vt ibi dixi in 12. quæſt. princ. ideo ſic agendum eſt contra eum, qui arras recepit, ſi per eum ſtetit, quo minus matrimonium ſequatur: aliàs ſi ſtaret per eum, qui arras tradidit, ille qui recepit ſibi lucrifaceret, & ſi ageretur contra eum ad arras reſtituendas, poſſet conuentus excipere, quod illas omiſit, & ſi fortè ipſa haberet aliquam excuſationem per viam replicationis, poſſet illam deducere, & ſic arras traditas recuperare. hæc omnia, iuxta ſeriem facti, aptè narranda ſunt: quare concludę, quod aut ſtetit per eum, qui arras recepit: & tunc, qui illas tradidit, ſi nihil fuit ſtipulatus, facta debita narratione agat ad duplum, concludendo, quod aduerſarius condemnetur ad reſtituendum arras receptas: & tantundem, ad quod competit condictio ex dicta l. fin. ſed nomen actionis in libello non eſt de neceſsitate inſcribendum, vt latè dixi in dicto cap. 2. de libelli oblatio. art. 12. quæſt. 11. princip.

¶ Decimooctauò quęro, ſi vir non ſtetit in mediis finibus iuris, ſed ſtipulatus eſt triplum, vel quadruplum, narrata traditione, & conuentione in libello, petat triplum, vel quadruplum, computato ſimplo illi tradito, per d. l. fi. & ſi fortè pro arra fuit tradita ſpecies, puta ſeruus, fundus, vel equus, &c. vt dixi ſupra, quæſt. 12. narrata tali traditione, ſubiungat valorem, & ęſtimationem rei traditæ, & petat illam ſibi reſtitui, & ſimplum valoris, vel ęſtimationis, ſi aliud non conuenit: vel, ſi conuenit de triplo, aut quadruplo, petat ipſum triplum, vel quadruplum ęſtimationis prædictæ, computata re tradita. Si verò per ipſum, qui tradidit, ſtetit, & non per illum, qui recepit, & ipſe ſit aliqua iuſta cauſa excuſatus, facta narratione traditionis, & iuſtæ cauſæ, vel quia matrimonium ſequi non poſsit obſtante lege, vel propter iuſtam cauſam de nouo ſuperuenientem, aut ſi prius ſibi non erat cognita, ſecundum ea, quæ ſupra diximus, petat ſibi reſtitui quantitatem, vel ſpeciem traditam, per d. l. fi.

60 ¶ Decimooctauò quæro, utrum pignora † pro matrimonio contrahendo dari poſsint? Sol. Inn. & Hoſt. hic & Archid. 30. q. 2. c. 1. dicunt, quod ſicut arrę poſſunt interuenire, ita & pignora, quoniã arræ pignora dicuntur, ut l. 1. C. de remiſs. pigno.

que non facit. & melius, secundum eos, in c. & si ne
ceſſe. inf. de dona. inter uirum. quod etiam parum
facit. & ſupra de arbitris, c. expoſita. quod etiã non
multum facit. Sed optimus eſt tex. in l. unica. C. ſi
rector prouinciæ. ſed glo. in d. l. Titia. ff. de uerbor.
oblig. dicit, quod aut datur pignus pro arris, ſiue
loco arrarum, & hoc fieri poteſt, ſiue ipſum pignus
ſit principale, ſiue acceſſorium ad matrimonium,
ut d. l. unica. C. ſi rector prouinciæ. aut datꝰ pro pœ
na, ſeu loco pœnæ. & hoc fieri non poteſt, ut idem
ius ſit de acceſſorio, quod de principali, vt l. non du
bium. C. de legibus. Alij verò diſtinguunt, utrum
obligetur pignus per ſolam conuentionem, & non
tenet, ſicut non tenet conuentio pœnæ. Aut obli
gatur pignus per traditionem, & tunc tenet, quia
eſt loco arræ pro matrimonio conſequendo, ut ſci
licet fiat pignus accipientis, ſi per dantem ſteterit
quo minus matrimonium ſequatur. Si uero ſtete-
rit per accipientem, reſtituat duplicatum, uel iuxta
conuentionem, & iſta fuit opinio Iaco. de Arena
in d. l. unica. Sed Henricus Boic hic diſtinguit, q̃
aut pignus datur tanquam acceſſorium ad arras, &
idem dicendum quod in arris, & ita dicit intelli-
gendam opinionem Innoc. Hoſt. & Archidiaco.
Aut datur tanquam acceſſorium ad pœnam pro-
miſſam, & tunc idem quod in pœna, & ita dicit in
telligendam opinionem glo. in d. l. Titia. Aut da-
tur ſimpliciter & ut principaliter, non facta men-
tione de arra uel pœna, & hoc caſu tenenda eſt di-
ſtinctio, vtrum obligetur per ſolam conuentionẽ,
uel realem traditionem, & cum hac diſtinctione
tranſit hic, Zab. Cyn. in d. l. unica, dicit, quod non
ſolum ſi datur pro arra, tenet, ſed etiam ſi datur pro
pœna, ſi modo data quantitate pœnæ, & qualitate
perſonarum, pœna ualeat, aliàs ſecus, cum qua opi-
nione videtur etiam hic tranſire Io. An. ad quod
vide quæ dixi ſupra, quæſt. 15. Specu. vero eod. titu.
§. 1. verſ. Item quæritur, quare pœna. dicit, quod pi
gnora poſſunt dari, per dictam l. unicam, & per l. ſi
quis officium. ff. de ritu nupt. quia qui tradit pigno
ra, non obligat ſe, ſed illa perdit: ſed qui pœnam
promittit, ſe obligat, & ſic eſt tractandum de actio
ne danda, & plus conſulitur alicui per retentionẽ,
quam per actionem. ff. de excep. doli. l. Paulus. Fe-
dericus uerò de Senis conſ. 189. dicit, quod ſi expri
mitur quod non adimpleto contractu per traden-
tem pignus is qui recepit illud lucretur, quod hoc
caſu lucrabitur etiam fructus perceptos: Si vero cõ
tractus matrimonij ſequatur, tunc pignus cum fru-
ctibus perceptis reſtituetur, cum alias ſit de natu-
ra arrarum, quòd impleto contractu arræ reſtituã
tur, vt l. ex empto. §. is qui. & §. ego. ff. de actio. emp.
Vel poteſt dici ſecundum Federicum, quod ſi pi-
gnus conſtituatur, & tradatur pro arris promiſſis,
puta mille, ſi contingat, quòd ille, per quem non
ſtat, petat illa mille ſibi promiſſa nomine arrarum,
debebit tunc computare fructus in ſortem, per l. 2.
C. de pignor. actio. niſi à principio actum ſit, quod
etiam fructus lucretur, ſecundum Federicum. Bar.
uerò in d. l. Titia. dicit, quod pignus poteſt interue
nire, dummodo conſiſtat in quantitate, & realiter
tradatur, quæ opinio non placet hic Do. Ant. qui
in effectu cõcludit, quod niſi pro intereſſe præſtan
do non poteſt pignus interuenire, quia cum ſimus
extra caſum d. l. fin. C. eo. non ualet promiſſio alicu
ius pœnæ, nam illa lex ſolum permittit arras. Item
pignus non poſſet lucrari ab alia parte, & ſic con-
tractus nõ eſſet æqualis vtrique parti, ut requirit d.
l. fi. & hæc opinio plus placet hic D. M. quia fauet
libertati matrimonij.

61 ¶ Nec obſtat l. 1. C. ſi rector prouinc. † quia ibi
contractum arrarum appellat pignus, non autẽ di-
ſponit, vtrum pignus poſsit interuenire, & ad hoc
allegat D. M. quod not. glo. in l. ſi ſtipuler. ff. de ver-
borum oblig. quæ dicit, quod ſtipulatio equi in ta-
libus eſt reprobata. Sed ego non reperi illam glo.
& arbitror quod lectura ſit mendoſa, quare ego in
hoc articulo arbitror ita concludendum: ſi pœna
fuit promiſſa, & pro ſecuritate pœnæ datum eſt pi
gnus, hoc caſu non teneat, ex quo non tenet prin-
cipale, vt ſupra dixi. Aut arræ fuerunt datæ, & non
video ad quid poſtea detur pignus, cum ille qui re
ceperit arras, ſit in tuto, niſi fortè ſimul cum arris
datis in quãtitate datum eſſet pignus ẽt pro arris, &
tũc ſtaret dubiũ reſpectu ipſius rei datę in pignus:
q̃ dubium ſtat, q̃ſi ſolum pignus daretur pro arra,
de quo ſtatim dicam. Aut pignus traditum eſt ſim
pliciter pro matrimonio obſeruando, & hoc caſu
intelligitur traditum pro arra, & hoc tenet hic Pe.
de Anchar. & Salyc. in l. unica. C. ſi rector prouin
Sed hic inſurgit dubium, de quo dictum eſt ſup. q.
11. Si uero arra fuit ſolum promiſſa in quantitate,
& pro ipſa arra fuit datum pignus, maius eſt du-
bium: tamen tenendo opinionem, quod ſpecies
dari poſsit pro arra, ſatis uidetur ſubſtentari poſſe
traditionem pignoris tenere. quod tamen intelli-
go quando pignus daretur ut principale, pro ipſa
arra promiſſa.

62 ¶ Decimononò quæro, vtrum in ſpõſalibus poſ
ſit interuenire † pecunia, puta de danda pecunia,
vel quid aliud, ſi matrimonium ſequatur. & ui-
detur dicendum quod non, quia in ſpiritualibus
non debet interuenire pecunia. 1. quæſt. 2. c. quam
pio. Sol. Dic quod immo poteſt dari, quia non da
tur pecunia pro ſacramento matrimonij, ſed pro
onerib. matrimonij ſupportandis, ut l. pro onerib.
C. de iure dotium. & in cap. ſalubriter. de vſuris. fa
cit quod not. Bald. in rubrica. C. de ſponſalibus.
& uide quod latius dixi in c. ex litteris. il ſecondo,
ſup. eo. art. 11. & ibi uide, quid iuris in matrimonio
ſpirituali, & uide quæ dicam in q. ſeq.

63 ¶ Vigeſimò quæro, utrum quis poſsit inuitari
ad matrimonium † ſpe indulgentiæ, vel præmij.
Sol. Dic quod ſic, vnde ſpe indulgentiæ remiſsio-
nis peccatorum inuitatur quis ad inducendam me
retricem in uxorem, vt in c. inter opera. ſup. eod. ad
cuius intellectum vide quæ ibi dixi. Quantum ve-
ro ad præmium, dic quod quamuis ſpe præmij nõ
ſic licitum inuitare aliquẽ ad matrimonium, ſi præ
mium eſt venturum ab altero ex coniugibus. arg.
l. ſi ſtipulatus. §. fin. ff. de verbor. obl. tamen ſpe præ-
mij à tertio ab alio tertio inuitari poteſt, & quali-
ter hoc intelligendum ſit, uide quæ late dixi in d. c.
ex litteris. il ſecondo, ſup. eo. art. 12.

64 ¶ Vigeſimoprimò quæro, vtrum poſsit agi ad in
tereſſe contra illum per quem ſtetit quominus ma
trimonium ſequutum ſit, † ſi nullæ interuenerũt
arræ, &c. Aduerte bene ad hanc q. quia eſt ualde
vtilis,

vtilis, & quotidie poteſt contingere in practica.
Pone enim quod nulla promiſſa eſt pœna, nec etiã
arra data, ſed duo qui contraxerunt ſponſalia per
ſtipulationem promiſerunt contrahere matrimo-
nium, utrum poſsit agi ad intereſſe cõtra illum per
quem ſtetit. Sol. Azo dicit quod non reperit agi
poſſe. glo. uero in d. l. Titia. ff. de verbo. oblig. dicit
quod immo poteſt agi ad intereſſe, quando ſcilicet
pecunialiter intereſſet, vt no. ff. eo. l. 2. gl. tamẽ præ-
dicta loquitur ſub dubio forte. Sed glo. in l. ſi ſti-
puler. ff. de uerborum oblig. ſentit quod nõ ualeat.
& illam glo. tenent Iac. de Rauenna, & Petrus, quia
ſi poſſet agi ad intereſſe, ſequeretur, quod etiã ad
pœnam agi poſſet, quatenus intereſſet, ſed per l. ne
gatur ſimpliciter pœnam peti poſſe, ut d. l. Titia, &
d. l. fi. C. eo. & arg. l. Titius. ff. de ſeruis exportandis.

65 ¶ Nec ob. ſi diceres, quod ſtipulatio non debet
eſſe ſuperflua, † nec interponenda, ſi ex ea non po
teſt agi, ut l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procu.
quia reſpondetur, quod verum eſt, quod ſtipulatio
eſt inutilis propter ſe, ſed propter arras poteſt ope-
rari. Dy. verò in hac quæſt. diſtinguit, quod aut agi
tur ad intereſſe ratione damni, & tunc in eo, quod
abeſt tenet, & agi poteſt, quia nõ eſt pęna reſpectu
agendi, ſed rei perſecutio. Aut agitur ratione lucri
ceſſantis, quod erat futurum ratione matrimonij,
vt quia forte mulier erat multũ diues, & dabat ma-
gnam dotem, quam iſte ab alia forte non accipiet,
& ſic non contracto matrimonio nõ adeſt ſibi hoc
lucrum, tunc non poteſt agi, quia hæc eſſet ſpecies
pęnę. argum. l. ſi is cui. ff. de furtis. & l. Proculus. ff. de
damno infe. Sed poſito, quod eſſet damnum, dicit
Iac. de Arena, quem ſequitur hic Ioan. And. quod
ſibi imputet, ex quo ſciuit, uel ſcire debuit, quod
promiſsio non ualuit, & ſequitur etiam hic D. M.
& Barto. in d. l. Titia. ubi dicit, quod illud intereſſe
non poteſt peti ex conuentione, quia conuentio a-
ſtringens matrimonium eſt contra bonos mores,
ergo in nihilo valet ſtipulatio, ut d. l. Titia. ſed bene
poteſt agi actione de dolo, ſecundum Bar. & ſequi
tur hic Zab. Sed Bald. in d. l. fi. C. eo. dicit. ego mi-
66 ror de iſto dicto Bart. nam dolus † qui poteſt pur-
gari per actionem de dolo, fortius poteſt purgari
per conuentionem partium, vt ff. de dolo. in l. ele-
ganter. §. non ſolum. Præterea etiamſi conuentio
eſt contra bonos mores, ergo qui facit contra con-
uentionem, non dicitur dolo facere, ff. de conditio.
inſtit. l. filius. & ff. ad Treb. l. facta. §. quod ſi in dan-
da. facit materia l. Gracchus. C. de adulterijs. unde
dicit Bald. quod aut conuentio ſit ſub nomine pœ-
næ, & non ualet, quia pœna non concernit intereſ-
ſe, vt l. ſtipulatio iſta. ff. de verbor. oblig. §. alteri. nam
immediata cauſa quare pœna non teneat, eſt, quia
forma ſtipulationis reputatur turpis: aut promitti-
tur uerum intereſſe, & hanc promiſsionem Bal. re-
putat eſſe iuſtam & rationabilem, nec eſſe contra
bonos mores, quia non uenit directè ad impedien-
dum libertatem matrimonij, ſed dolum, vel calum
niam doloſi, & ideo Bald. inhæret dicto Dy. quan-
do forma ſtipulationis eſt concepta loco intereſſe:
credit tamen, quod non ſit ſimpliciter ſtandum in-
tereſſe formali, ideſt conuento, ſed quod proban-
dum ſit de iſto intereſſe per veriſimiles coniectu-
ras. non enim petitur intereſſe à muliere, quia non
nubit, ſed quia à principio paciſcendo, & pactum
non ſeruando damnificat virum ſine cauſa, quia ſi
eſſet cauſa quare ſpõſalia nõ contraherẽtur, ex hac
ſtipulatione agi non poſſet ad aliquod intereſſe, ſi-
cut nec ad arras, ut ſupra dixi, quæſt. 16. in 3. mem-
bro. Henricus hic ſequitur opinionem Azonis, &
glo. in d. l. ſi ſtipuler. & Iaco. & Pet. quia eſt eadem
ratio, & prohibitio, quæ in pœna, ergo idem ius, vt
l. illud. ff. ad l. Aquiliam. Zab. hic dicit diſtinctionẽ
Dy. æquam, mihi placet prædicta opinio Dy. iun-
cta opin. Bal. & ex prædictis habes plene, & ordina
tè expeditum 20. artic.

¶ Vigeſimoprimo principali articulo, iuxta præ-
miſſum ordinem in rubr. tractandum eſt, vtrum &
67 quibus caſib. fideiuſſores † pro dotibus dari poſ-
ſint. Circa quem dic, quod regula eſt negatiua, pro
hibentur enim dari pro dotibus, vt in rubri. & ni-
gro. C. ne fideiuſ. dot. den. huius autem prohibitio
nis ratio eſt ſecundum aliquos, ne vir ſtare videatur
ſub baculo uxoris. vel ratio eſt, quia ſi maritus coge
retur dare fideiuſſores pro dote, uxor iã videretur
diffidere de marito, vnde conciperet aduerſus eum
dedignationem, & iura volũt, quod nulla ſit inter
coniuges perfidiæ, vel indignationis occaſio ſecun
dum Cy. nam debent eſſe ſocij humanæ, & diuinæ
domus, ut dixi ſupra in rubr. in diffinitione matri-
monij. Mihi videtur, quod alia ratio aſsignetur in
l. 2. in fi. C. ne fideiuſ. do. den. videlicet, quia ſi mu-
lier ſeſe credendam marito ſuo exiſtimauit, fortius
dotem credere debuit. Prædicta tamen regula reci-
pit aliquas declarationes.

¶ Prima eſt, quod procedit ſiue petatur dari à vi
ro per vxorẽ conſtante matrimonio, ſiue ante ma-
trimonium, cum in eum caſum obligatio conferа-
tur à quo non poteſt incipere, ut C. de donat. ante
nupt. l. quod ſponſæ. facit. ff. de hæredib. inſtituend.
l. in tempus. ſecundum gloſ. & Doct. in l. 1. C. ne fi-
deiuſ. do. den. ad quod vide quod ſtatim dicam in
4. limitatione. & ſic non obſt. tex. in d. l. 1. C. ne fid.
dot. den. in quantum loquitur de uiro & uxore, &
ſic non uideatur comprehendere tempus ante ma-
trimonium, quo tempore proprie nõ dicitur vxor,
ut dixi in rubr. art. 1. quia, ut dixi, conferturin tem-
pus quo erunt vir & vxor. facit l. ſi ante. C. de dona.
ante nupt.

¶ Secunda declaratio eſt, quod prædicta decla-
ratio procedit, ſiue ipſa mulier dotem det, ſiue ex-
traneus, hoc tenet gl. licèt ſub dubio forte, in d. l. 1.
per l. fina. C. ad l. Falcidiam. & ſequitur Salic. in di-
cta l. 1. quia dicta rubrica, ne fideiuſ. do. den. loqui-
tur impersonaliter.

¶ Item prædicta regula recipit plures limita-
tiones.

¶ Primò limitatur, quod procedit, ſi modo lo-
quamur in fideiuſſore dando à marito uxori, ſecus
in dando ab vxore ipſi marito, quia poteſt dari, ut
l. cum dotis. C. de iure dotium, ſecundum glo. Cy.
Salic. & Doct. in d. l. 1.

Secundò limitatur, ſi modo accedat, vt fideiuſ-
ſor, ſecus ſi vt principalis, vt l. fi. C. de dote cauta nõ
numerata. vbi extraneus accepit dotem, vel confeſ-
ſus eſt ſe recepiſſe dotem ſimul cum marito, & obli
gatur uxori, ſed videtur obligari, vt fideiuſſor ſeu
principalis.

¶ Sed

¶ Sed aduerte, quia hoc non videtur poſſe procedere: quia licet ex forma verborum nõ uideatur fideiuſſor, tamen in effectu dicitur fideiuſſor, quia iſte extraneus repetit à marito. Præterea vtrum iſte ſit fideiuſſor nec ne, eſt deuenire in illam q. vtrum
68 duo rei † videantur ad inuicem fideiubere. in qua Azo. & communis opinio eſt, quod ſic, quatenus pecunia peruenit ad alterũ, vt l. vir uxori. ff. ad Velleianum. de qua materia per glo. Bart. & Doctor. in l. 3. ff. de duob. reis, & in authen. hoc ſi debitor. C. de duob. reis. ego latè dixi alibi.

¶ Glo. antiqua dicit, quod cum uiro poſſet extraneus obligari, ſed ſine viro ſolus non poteſt, ſed poſtea gloſ. addit, quod utroque caſu poteſt, & ſic etiam cum uiro, ut l. ſi. C. ne fideiuſ. do. den. vbi ſola ſatiſdatio reprobatur, & ſic obligatio acceſſoria, non principalis. Sed caue, quia contra hoc plura videntur obſtare, nam in caſu quo extraneus ſolus recipit pro uiro, ſi ipſe nollet ſtare diu in obligatione, infeſtabit maritum, vt ipſum faciat liberare ab vxore, & ſic orietur perfidia in connubio, vel ipſe extraneus dotem marito tradere recuſabit, quam perfidiam iura euitare uoluerunt.

¶ Item etiam in ſecundo caſu, quãdo extraneus ſimul cum marito recepit, videtur fideiubere pro marito pro quãtitate, quæ ad maritum peruenit, ſecũdum not. in d. l. uir vxori. ff. ad Velleia. & ſic neutro caſu uidetur ualere. Sed ad primum reſpondetur, quod extraneus nõ poterit dicere hoc marito, quia ex natura rei ineſt, vt conſtante matrimonio hoc allegare non poſsit, argum. eorum quæ notantur in l. pro ea. C. mandati. Ad ſecundum quod eſt fortius, dic, quod talis extraneus videtur fideiubere de ſoluendo, & talis fideiuſsio non reprobatur, ſed de conſeruando, ut d. l. 1. Sed quia gloſ. non tenet iſtam opinionem, ad quod uide quod dicam ſtatim in quarta limitatione, quidam dicunt, l. 1. correcta eſt per l. ſi. quod non placet. quare dic, quod in caſu prædicto extraneus reſpectu mulieris nõ dicitur fideiubere, ſed ſolummodo quantum ad maritum, & ſic ut à marito poſsit repetere. & hoc reſpectu non prohibetur, per l. 1. & 2. C. ne fideiuſ. dot. den. ad quod vide quod ſtatim dicam in d. 4. limitatione. vnde & pro prædicta opinione facit quod not. Bal. in l. 1. vbi dicit, quod duo rei debendi in ſolidũ poſsunt pro dote conſtitui, per l. ſi. C. de dote cauta non nume.

¶ Tertiò limitatur, quod procedit regula, ſi modò fideiuſſor petatur à marito inuito, quod deno-
69 tat verbũ, exigendum, † poſitũ in l. 2. C. ne fideiuſ. quod uerbum denotat, ne ab inuito exigatur, ut l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3. tradit Ioan. An. in regula, bona fides. de reg. iur. lib. 6. & traditur in l. diuortio. ff. de nego. geſt. Secus ſi uxor recipiat à viro ſponte dante, ſecundum quoſdam. alij contra, & in hanc inclinat glo. in d. l. 1. quæ dicit, nullo modo dari poſſe, argum. l. non dubium. C. de legib. & l. cum lex. ff. de fideiuſ. & iſta eſt cõmunis opinio', pro quia facit quod ſtatim dicam in ſequenti limitatione. & ad tex. d. l. 2. in quantum loquitur per verbum, exigere, arbitror poſſe reſponderi, quod verbum, exigere, non ſemper denotat exactionẽ ab inuito, ſed quandoque voluntariam receptionem, ut l. Proculus. ff. de nego. geſt. quia quãdoque ponitur pro recipere, ut l. i. C. de plus petitionib. & l. 1. C. de procura. & l. falſus. C. de furtis. & quandoque etiam ponitur pro petere, ut not. Ioan. And. Ioan. Maria. I. V. D. Dominicus in c. 1. de iudicijs. lib. 6.

¶ Quartò limitatur, ſi modo datur fideiuſſor pro dote conſeruanda, ſecus ſi daretur pro dote reſtituenda, ſecundum Odofr. quem Dy. dicit audiuiſſe ſic in ſcholijs tenuiſſe, vt refert Cy. qui fuit diſcipulus Dy. ſe audiuiſſe à Dy. qui Dy. etiam in q. facti ſic conſuluit, ut referunt Cy. & Doct. in dicta l. 1. C. ne fideiuſſores. Et fuit motus Dy.

70 ¶ Primo, quia pignora † pro dote dari poſsint, ut l. res hypothecarie. ff. de pignorib. & ff. qui potio res in pigno. habeantur. l. 1. & ff. de ſolu. l. quamuis. & l. Calipodius. ergo & fideiuſſores dari poſſunt, quia æquiparantur. Inſtitut. de rerum diuiſione. §. uenditæ.

¶ Secundò mouetur, quia nemo dubitat, quod ſoluto matrimonio fideiuſſor de dote reſtituenda dari põt, vt ſtatim dicam, ergo & ante matrimoniũ, & eo conſtante dari poteſt, quia ambobus caſibus confertur in tempus permiſſum, ſcilicet ſoluto matrimonio. argum. l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. & l. in tempus. ff. de hæredib. inſtituendis.

¶ Tertiò, quia pro dote reſtituenda duo rei debendi in ſolidum poſſunt conſtitui, ut dixi in 2. limitatione. & vnus & alter pro marito videtur fideiubere, ut ibi dixi.

¶ Quartò, quia legum correctio eſt euitanda,
71 vbi eſt diuerſa ratio, † ſed inter fideiuſſorem de dote conſeruanda, de quo loquitur l. 1. C. ne fideiuſ. do. don. & fideiuſſorem de dote reſtituẽda, eſt longa differentia, & ratio diuerſa, ergo &c. minor patet, quia ſatis datio in ſe atrocitatem habet ſeu implicat, & improperiũ quodammodo continet, cum videatur de moribus mariti dubitari, & cum diſſipatore profiteri, ſi eſt de dote conſeruanda, quod non eſt in ſatiſdatione, ſeu fideiuſsione de dote reſtituenda.

¶ Quintò prædicta opin. Dyni facit, quia pater obligatur pro filio. ff. ſolu. matrimon. l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. & tamen cum pro filio obliga-
72 tur † videtur intercedere vt fideiuſſor. ff. de verbo. obligat. l. cum filius. & hanc opinionem ſequitur Cy. in d. l. 1. ſed Barto. l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſolu. mat. dicit opi. Azonis & glo. ueriorem.

¶ Mouetur primo, quia d. l. 1. C. ne fideiuſſ. loquitur de dote cõſeruanda. ergo l. 2. quæ ampliat illam. l. 1. locum habet etiam in dote reſtituenda, ne ampliatio ſit fruſtratoria. Sed dicit Salic. quod iſta ratio non multum urget, quia l. 2. ampliat primam ad mandatorem, & ad alias perſonas, cum prima loquatur tantum de viro.

¶ Secundò mouetur Bart. quia tex. in d. l. 2. vniuerſaliter vult nullam ſatiſdationem exigendam eſſe ſi omnem excludit, & nullam includit, ſequitur quod nec de conſeruanda, nec de reſtituenda dote permittit.

¶ Tertiò, quia ſatiſdatio de conſeruando includit & implicat illam de reſtituendo, & econtra, vt de ſe ſatis patet, & demõſtratur in depoſitario, qui tenetur conſeruare & reſtituere.

¶ Quartò mouetur, quia in utraque fideiuſsione locum ſibi uendicat ratio d. l. 2. quia fideiuſſor de reſtituendo ita moleſtabit uirum, vt eum faciat liberari, ſicut fideiuſſor de conſeruando, & ſic cauſa perfidiæ ſtante connubium generabitur, quod tamen contingere non poteſt, quando ſoluto matrimonio ſatiſdatio præſtatur.

¶ Quintò mouetur per rubricam illam, quæ generaliter prohibet ne fideiuſ. do. den. Ad rationes Dy. reſpondetur. & primo ad id quod ipſe dicit, q pignora dari poſsint, reſpondet Bart. quod uerum eſt quod bona propria mariti hypothecari poſſunt ſed non bona alterius extranei, vt dicit glo. in d. l. 1. & ſi aliquæ leges dicunt de bonis alienis, corriguntur per d. l. 2. ſed dicit ibi Saly. quod idem putat de proprijs bonis viri per uiam traditionis, & non eſt, quia tex. d. l. 2. excludit omnem ſatiſdationem, ſed pignorum traditio eſt ſpecies ſatiſdationis, ut probatur in l. promiſſor Stichi. §. fi. ff. de conſtituta pec. notant Docto. in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur. immo plus cautionis continet dare pignora quam fideiuſſores. ff. de collatione bonorũ. l. 1. §. an pignoribus. Item, quia per propriorum pignorum traditionem datur occaſio perfidiæ generandæ in connubio, quia niſi uxor pignora reſtituat marito, maritus quotienſcunque videbit pignora ſua teneri ab uxore de eo non confidente, turbabitur, quæ ratio ceſſat in ſimplici hypotheca, etiã expreſſa, tum quia uxor non poſsidet, tum quia non eſt mulier, ſed lex quæ tacitam hypothecam inducit, & expreſſam permittit, vt l. vnica. §. 1. verſ. & ut plenius. C.
73 de rei vxo. act. & ex his infertur, quod † conſtitutum & pactum precarij per quæ tranſlatio poſſeſſionis fit rerum hypothecatarum, ſi apponitur in inſtrumentis dotium, non ualent, licet hypotheca teneat, quod eſt ualde ſingulare, & dicit Salyce. in d. l. 1. C. ne fideiuſ. quod audiuit à quodam ualente Notario, quod tempore ſuo tales clauſulæ conſtituti & precarij non apponebantur in inſtrumentis dotalibus, quia Docto. antiqui dicebant quod non tenerent. Et hoc eſt ualde ſingulare, quia communiter in inſtrumentis dotalibus, maxime in hac ciuitate, maritus promittit reddere, & conſignare dotem in omnem caſum, & euentum dotis conſignandæ, & reſtituendæ, & pro ſaluatione prædictorum obligat bona ſua, quorum bonorum dat potestatem uxori apprehendendi poſſeſsionẽ propria auctoritate, & interea cõſtituit ſe poſsidere nomine uxoris, nã per hanc clauſulã conſtituti, per quã trãsfertur naturalis, & ciuilis poſſeſsio in creditorẽ, ſecundum ea quæ latè traduntur per Bar. in repetitione. l. 3. C. de pignorib. poteſt creditor agere contra tertium poſſeſſorem, non facta excuſsione debitoris principalis, intentando condictionem & remedium l. fin. C. de acquir. poſ. ſecundum Iac. Butrigar. de quo latè dixi ſupra de reſtitutione ſpolia. c. 3. ar. 18. q. 2. verſ. ſeptima differentia. & de clauſula conſtituti latiſsimè dixi in rubrica de cauſa poſſeſ. & propr. tractatu 1. art. 5. q. 5. verſ. 20. nam in terminis prædictis, quando maritus cõſtitueret ſe poſſidere, &c. ſecundum prædictam opinionem non poſſet agi contra tertium poſſeſſorem uigore conſtituti, & interuerſæ poſſeſsionis, licet pluries uiderim ac etiam fecerim ſeruari contrarium, ignarus prædictæ opinionis. Cogitabis, quia ſingulare eſt.

¶ Sed redeundo nunc ad opinionem Dyni, tenendo opinionem Bar. ad rationem ſecundam Dyni reſpondetur, quod licet defectus exactionis conferatur in tempus ſoluti matrimonij, tamẽ interim poteſt generari perfidia in connubio, & ſic nõ ſunt paria in eo, de quo quæritur.

¶ Ad tertiam rationem de duobus reis, reſpondet Bar. quod non poſſunt cõſtitui inſolidum, alias ratio perfidiæ poſſet habere locum. vel dic quod reſpectu mulieris non videntur fideiubere, vt ſtatim dicam in ſequenti limitatione.

¶ Ad quartam rationem Dy. reſponſum eſt per tertiam & quartam rationes inductas pro opi. Bar.

¶ Ad quintã de patre & filio reſpondetur, quod pater & filius ſunt perſonæ adeo coniunctæ, quod ratio perfidiæ in eis uidetur ceſſare, & ſic reſidet Sali. in d. l. 1. C. ne fideiuſ. do. den. Bal. uero, & Ang. in l. ſi conſtante. in princ. & plenius in §. quotiens. ff. ſol. mat. tenet opinionem Dyni, quam etiã tenet glo. in d. §. quotiens. & ſenſit in d. l. 1. Mouentur primo, quia non eſt verum id quod dicit Bart. quod eadem uideatur ratio in fideiuſsione dotis reſtituendæ, & conſeruandæ, nam fideiuſsioni dotis reſtituendæ ineſt conditio, ſi matrimonium diſſoluatur, ut l. 2. ff. ſol. mat. quæ conditio non ineſt fideiuſsioni dotis conſeruandæ, quia illa confertur etiã ad tempus conſtantis matrimonij. vnde tanquam nutriens perfidiam inter coniuges conſtante matrimonio non ceſſat, ut patet ex ratione d. l. 2. in fi.

¶ Secundò mouentur, quia male dicit Barto. in quantum dicit, quod ſi lex ſecunda non intelligeretur, ſecundum opinionem ſuam, nihil adderet ad primam, quia non eſt uerum, quia immo adderet, quoniã in l. 1. reprobatur. lex municipalis, vel conſuetudinaria, quæ arctat maritum ad ſatiſdandum de dote conſeruanda. ſed l. 2. addit, quod etiam ſi ſponte præſtetur per maritum, non teneat talis ſatiſdatio, & cum hac opin. uidetur tranſire Ioan. de Imo. in d. §. quotiens. motus etiam per illam regulam quam ſupra dixi, quia paria ſunt fieri in tempore permiſſo, vel conferri in tempus permiſſum, ut l. in tempus. ff. de hæred. inſtit.

¶ Itẽ, quia ubi eſt dubitatio in materia dotis propter varietatem opinionum, in dubio illa eſt tenen-
74 da quæ fauet doti, † vt l. in ambiguis. ff. de iure dotium, & nota. in l. 1. ff. ſol. mat. Sed opin. Dy. magis fauet doti, ergo &c. Similiter etiam Ludo. Pontanus in d. l. ſi conſtante. in princ. dicit, quod quamuis pro opin. Bar. faciat ratio, quod ex quo prohibetur fideiuſsio dotis conſeruandæ, videatur prohiberi etiam eius reſtituendæ.

¶ Item, quia quod vna via prohibetur, &c. vt in regula, cum quid una uia. de reg. iu. lib. 6. cum iuribus ibi allegatis. Sed prohibitum eſt præſtari fideiuſsionẽ dotis conſeruandæ, ergo videtur prohibita fideiuſsio dotis reſtituendæ, quoniam reſtitutio præſupponit conſeruationem dotis.

¶ Tertiò, quia ratio d. l. 2. prohibentis præſtari fideiuſſores dotis conſeruandæ, habet etiam locum in dote reſtituenda, quia ex quo perſonam ſuã exiſtimauit credendam uiro, fortius & dotem. Subdit tamen quod opinio Dy. tot Doctorum authoritatibus confirmata forte ſeruaretur in practica, licet opinio Bar. de mente iuris videatur eſſe verior.

¶ Item aduerte ad id quod ſupra dixi in opinio, Dy.

Dy. in princ. qui uoluit, ꝙ tam pro dote conseruanda, quã constituenda, cautio pignorũ dari posset, per l. quãuis, quæ alias incipit, Calipodius. ff. de sol. & l. quod autem. §. si uxor. ff. de dona. inter virũ. in quibus uidetur casus, pro quo ẽt facit, quia ex quo tacita pignoris obligatio fauore dotis à iure est introducta, ut l. asiduis. C. qui potiores in pig. hab. meritò non uidetur referre si ipsa tacita deducatur in expressam, per l. tritici. ff. de verb. obliga. & l. cum quid. ff. si certum petatur. Sed contrarium Ludo. Pontanus putat tenendum in d. l. si constante. in princip. per tex. in d. l. 2. C. ne fideiuss. ubi tex. utitur vniuersali negatiua, dicens, nullam satisdationem pro dote à marito posse exigi, ergo sequitur, quod nec pignus exigi possit, cum uerbum, satisdatio-
75 nis, † contineat etiam pignoris cautionem, ut l. 1. §. iubet. ff. de coll. bonorum, & hoc maxime verum credit, quia ratio d. l. 2. prohibens satisdationem exigi, ne causa perfidiæ in connubio generetur, pariformiter vendicat sibi locum in pignore sicut in fideiussore. Nec obst. iura in contrarium allegata, quia illa sunt correcta per d. l. 2. Nec ob. ratio, quia licet à iure in fauorẽ dotis tacita sit introducta hypotheca, tamen longa est differentia, & diuersus ef-
76 fectus inter tacitam, & expressam: quia licet † vxor præferatur omnibus creditoribus, etiam anterioribus habentibus dumtaxat tacitam hypothecam ex tacita hypotheca sibi à iure concessa, non tamen præferretur habentibus expressam propter solam tacitam, ut concludit glo. quam cõmuniter sequuntur Doct. in d. l. asiduis. sed ista ratio iudicio meo parum valet, quia etiam per expressã hypothecam nõ præferretur anterioribus creditoribus habentibus expressam. Item mouetur Pontanus, quia cum mulier petit hypothecam expressam, habens tacitã à iure, magna perfidię ratio uidetur generari in connubio, ex quo nedum de persona mariti, sed nec de prouidentia ipsius confidere uidetur, quæ ratio uidetur esse satis bona, & hanc esse opinionem sensit Sali. ut dixi supra.

¶ Quintò limitatur, si modo daretur fideiussor, vt accessorius, secus si maritus, & alius, & sic uterque daretur, vt principalis, vt quia pro dote constituerẽtur duo rei debendi in solidum, qui constitui posse tenẽt communiter Doct. in d. l. 1. C. ne fideiuss. &c. de quo supra tetigi, in secunda limitatione, & uoluit Ioan. And. & etiam tenet Bar. in d. l. si constante, in princ. & in §. quotiens, & est communis opinio, quod duo rei constitui possunt, si modo ambo
77 sint personæ coniunctæ, † vt pater & filius dotẽ recipientes, quoniam ex hoc non uidetur in connubio perfidiæ causa generari. Secus si sint personæ extraneæ, quia tunc non uidentur posse constitui, cum unus ex reis debendi uideatur, pro alio fideiubere, vt plene traditur in l. uir uxori. §. fi. ff. ad Velle. dixi latè legẽdo ius ciuile in l. reos. ff. de duob. reis, in 11. princ. art. meritò prohibitio d. l. 1. & 2. habet locum, & pro hoc allegatur pro casu, l. fi. C. de dote cau. non numerata. Sed dicit Pontanus in d. l. si cõstante, quod certè dicta l. fi. de dote cauta, in verbo, omnique personæ, &c. probat contrariũ, quia prius præmiserat de patre se cum filio obligante ad dotem, & postea subiungit de omni persona quę se cũ marito obligat, & sic uidetur velle, quod nedũ possent constitui duo rei ad inuicẽ coniuncti, sed etiã penitus extranei. subdit tamen, quod oportet considerare, vtrum uerũ sit an duo rei debendi videantur adinuicem fideiubere. in quo art. sequitur opinionem Bart. de qua in l. reos. in princ. ff. de duob. reis, quod vnus pro alio non uideatur fideiubere, nisi hoc sit expressum, uel nisi sit color aliquis quęsitus, ut probatur in l. sed & Iulianus. §. 1. ff. ad Macedo. si ergo sic est, ergo duo rei etiam extranei possunt constitui, ut d. l. fi. C. de dote cauta, & maxime, quia titulus de fideiusione dotis, loquitur de obligatione secundaria accessoria principali. & pro prædicta opin. facit, quod dixi supra, quia posito quod uiderentur fideiubere, tamen non uidentur fideiubere ipsi mulieri, sed inter se, quod tamen parum vrget, quia per hoc non uidetur tolli perfidia.

¶ Sextò limitatur, si à marito petatur, & præstetur, secus si ab extraneo dotante, secundum Ponta. in d. l. si constante. in princ. per l. primam. ff. qui potiores in pignorib. habeantur. Item, quia ratio perfidiæ prohibitiua satisdationis, ex quo petitur, & præstatur ab extraneo, ideo debet remanere regula generalis. l. in omnibus. ff. de iudicijs, & l. si creditores, de priuilegijs creditorum. cum fim. Et hoc sensit Bar. in d. l. si constante. in 6. q. 2. quæst. principalis. in fi. argum. l. uniuersa. in fi. C. de precib. impera. offer.

¶ Vltimo limitatur, si modo vir non renunciauerit beneficio d. rubricæ, & l. 1. & 2. C. ne fideiuss. do. den. Secus si renuntiauit, quia tunc potest accedere fideiussor secundũ aliquos, per regulã legis, siquis in conscribendo. C. de pactis. & C. de episc. & clericis. Sed Azo, & glo. in d. l. 1. & communis opinio Doct. est in contrarium, eo quia rubrica illa loquitur negatiuè, & prohibitiuè, ergo non potest renuntiari. ff. ne quid in loco publico. l. 2. in primo respõso, & secundo respõso, sicut in simili traditur, C. ne Christianum mancipiũ, & in rubr. nequis in causa sua, quibus non potest renũtiari, ergo nec in terminis nostris. Item, quia sicut ius prohibet viro ne det fideiussores, ita prohibet vxori ne recipiat, vt dixi supra in 3. limitatione. Si ergo facit contra, non valet, ut l. non dubium. C. de legib. & ff. de dona. inter uirum & uxorem. l. 3. §. sciendum. facit ẽt l. sed si in seruũ. §. qui iudex. ff. de arbit. faciunt quæ latè dixi in c. si diligenti. de foro competenti, & ista est communis opinio, vt dixi. Sed Iac. de Rauenna, dixit, quod data scientia potest sponte renuntiari: quia, si bene consideretur, l. 1. & 2. tollunt leges, & consuetudines quæ maritum urgebãt satisdare, sed spontaneã satisdationem nõ prohibent. Item, quia si maritus iuuentutis calore ductus dissiparet dotẽ, deberet posse dari fideiussor pro dote seruanda,
78 quia calori † iuuenili est occurrendum, ut l. penult. §. filius. C. de bonis, quæ liberis, & sic resident Cyn. Et sic habes aliam limitationem. Sed truffa est, secundum Sali. quia tali calori, & disputationi à iure aliter est prouisum, ut l. ubi ad huc. C. de iure dot. Sed Ponta. in d. l. si constante. in princ. sentit, quod possit renuntiari. mouetur, quia non est vera regula, dicens quod legi prohibitiuæ non possit renuntiari, quia immo potest, nam l. prohibet ne libertus patronum uocet in ius sine uenia, ut l. 4. §. 1. de in ius uocan. & tamen patronus huic iuri renuntiare potest,

potest, etiam tacite patiendo. si sine uenia posse vocari, ut est tex. in l. quamuis. ff. de in ius uocando. Ostendit etiam per exemplum l. filio præterito. ff. de iniusto testam. nam l. inter cætera. ff. de liberis, & posth. & authen. ex causa. C. de liberis præteritis, prohibet filium præteriri à patre suo, & tamen fi-
79 lius † potest ratificare testamentum paternum, expresse, & tacitè, ut d. l. filio. Sed mihi plus placet alia opinio per iura in ea allegata, & per ea quæ dixi in d. c. si diligenti. Et quia fideiussor dari prohibetur, vt vitetur perfidia in connubio, & sic ad pacem, & ad bonos mores viri & vxoris, ergo non videtur posse renuntiari, per ea quæ dixi in d. c. si diligenti. Nec obstant iura allegata in contrarium per Pontanum: quoniã licet iura illa prohibeant, tamen limitantur per alia iura quæ expresse permittunt, ꝙ non est in terminis nostris, & ex his habes expeditum 21. artic.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio iuris & de iure in foro iudiciali operatur quantum veritas.*
2 *Tacitum cessat, vbi est locus expresso.*
3 *Condere qui possint leges, constitutiones, statuta, vel consuetudines inducere circa matrimonium, vel illius adiacentia.*
4 *Causis matrimonialibus tam in procedendo quam in decidendo non leges, sed canones seruandi sunt.*
5 *Papa quid possit in matrimonialibus.*
6 *Papa, an possit dispensare in primo gradu collateralium.*
7 *Matrimonium inter quos prohibitum erat lege diuina. quid in lege Mosayca. nu. 8.*
9 *Papa potest ex causa contra ius diuinum dispensare.*
10 *Papa, an possit dispensare quod frater ducat in vxorem sororem. refertur sententia S. Thomæ, & Scoti, cum quinque propositionibus.*
11 *Matrimonij interdictio cur ad quartum gradum fuerit restricta.*
12 *Papa quibus casibus dispensare non possit.*
13 *Præcepta veteris testamenti, an obligent tempore gratiæ.*
14 *Papa solus videtur posse dispensare super gradibus prohibitis.*
15 *Dispensatio apostolica super tollendo impedimento cõsanguinitatis ad matrimonium, qualis esse debeat.*
16 *Papa non potest facere quod monachus existens monachus habeat proprium, vel uxorem.*
17 *Papa, an possit dispensare contra votum continentiæ, vel permittere matrimonium contrahi.*
18 *Papa, an possit cõstituere impediendo matrimonium. Et an ad illud dirimendum. nu. 19. 20.*
21 *Matrimonium contractum contra constitutionem, vel prohibitionem Papæ non tenet.*
22 *Papa iuri naturali præiudicare non potest.*
23 *Papa, an possit dispensare super matrimonio spirituali.*
24 *Papa potest potius dispensare contra votum continentiæ etiam solemne, quam cõtra matrimonium carnali copula consummatum.*
25 *Legati de latere, an possint ad matrimonia dispensare.*
26 *Dispensare contra concilium nullus potest citra Papam.*
27 *Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, an possint dispensare super matrimonijs contrahendis.*
28 *Principes seculares an possint dispensare super matrimonijs contrahendis.*
29 *Rescripto principis non potest quis inuitus cogi ad matrimonium contrahendum.*
30 *Statutum laicorum imponens pœnam contrahenti matrimonium sine certis solemnitatibus, an valeat.*
31 *Lex positiua quid possit circa legem diuinam.*
32 *Statutum laicorum super matrimonijs non valent.*
33 *Statutum seu consuetudo non potest disponere circa substantiam matrimonij.*
34 *Statutum Senense imponens pœnam contrahenti matrimonium cum puella minore viginti annis, an valeat.*
35 *Libertas matrimonij non potest per statutum etiam ad tempus impediri.*
36 *Matrimonium est prohibitum inter raptorem, & raptam.*
37 *Puellæ matrimonium contrahere volenti, cui parentes seu cõsanguinei requisiti nolunt cõsentire, quomodo succurratur.*
38 *Consanguineorum consensus requisitus à statuto dum minores nubere volunt, declaratur, & nu. 39. 40.*
41 *Statutum licet ad solemnitatem vel pro forma alicuius actus requirat consensum trium vel quatuor consanguineorum, tamen licet minor numerus sit adhibitus, valet ille actus.*
42 *Traducens sponsam inuitam quæ postea consensit, an incidat in pœnam statuti punientis desponsantem alteri desponsatam de voluntate ipsius desponsatę.*
43 *Statuta recipiunt interpretationem declaratoriam, mentalem, & extensiuam.*
44 *Statutum, an valeat, quod probationes factæ in causa matrimoniali fidem faciant.*
45 *Probationes minus legitimæ possunt partium conuentione valere.*
46 *Consuetudo approbata per Papam quid possit in matrimonijs, & quam uim habeat. nu. 47. & 48.*
49 *Consuetudo, an valeat quod secũdum matrimonium consummatum præferatur primo per verba de præsenti, non consummato.*
50 *Sponsalia de futuro vtrum, quando, & quibus modis transeat in matrimonium.*
51 *Protestatio præcedens, an tollat & irritet factum sequens.*
52 *Sententia licet transierit in rem iudicatam, tamen ex causa retractari potest.*
53 *Probatio contra fictionem, nec tacente, nec contradicente parte, nec per iuramentum, nec per confessionem admittitur.*
54 *Fictio est opposita veritati.*
55 *Præsumptio & fictio, quomodo differant.*
56 *Præsumptio tollitur ex contraria confessione eius pro quo erat.*
57 *Probatio, an, & qualis admittatur contra matrimonium præsumptum.*
58 *Filij nati ex matrimonio præsumpto censentur legitimi.*
59 *Matrimonium, an censeatur, si vir dicat mulieri, ego contraham tecum matrimonium si permiseris me tecum commisceri, & mulier permisit.*
60 *Copula, quando faciat transire sponsalia in matrimonium.*

Tran-

61 *Tranſlatio fieri non poteſt eius quod non eſt.*
62 *Debitum carnis attentatum debet haberi pro conſummato, ſaltem quo ad Deum.*
63 *Specialia duo non debent concurrere circa idem.*
64 *Affinitas quomodo contrahatur ex copula.*
65 *Sponſalia, an per nixum copulæ tranſeant in matrimonium.*
66 *Copula qualiter probetur quo ad matrimonium.*
67 *Sponſalia ex quibus actibus tranſeat in matrimonium. & nu.68.*

CAP. XXX.

IS QVI FIDEM. Hæc decretalis continet caſum valde ſingularẽ, & hoc dicit in ſumma. Sponſalia de futuro per ſequentẽ copulam tranſeunt in matrimonium de præſenti. hoc dicit, & primo ponitur dictum, ſecundo ratio, ibi, quia. tertio illatio, ibi, ex quo. & in tex. ibi, contrahendo. dic, & ſic erãt ſponſalia de futuro, vnde ſi vltra non fuiſſet proceſſum, ualuiſſet ſecundum matrimonium, ut infra cap. proximo, ſecundum Hoſt. & ibi, ſubſecuta. dic, & ſic de facto conſenſit, vt ſupra eod. cap. tua. propter quod cum alio contrahere non potuit, quia debet eſſe vir unius, & non duarum. vnde dicit Hoſtien. quod vulgariter dicitur, non poteſt quis de vna filia habere duos generos. & ibi, etſi, ideſt quamuis. & ibi, quia licet. dic, ſoluit tacitam obiectionem, ſi quis diceret iniquum eſſe per primum matrimonium, quod eſt præſumptũ, præiudicari Deo.

¶ Primò nota caſum ſingularem, in quo ipſo facto inſurgit præſumptio iuris, & de iure, & de hoc latius infra, art. 12.

1 ¶ Secũdò nota, quod talis præſumptio † iuris, & de iure, in foro iudiciali operatur quantum veritas. hic enim patet, quod concurrente primo matrimonio præſumpto, & alio ſecundo vero poſtea celebrato, ſtatur priori, licet primum ſit præſumptum, & ſecundum verum.

¶ Tertiò nota ex prædictis, & ex tex. quod illud quod diſponitur in caſu vero, habet etiam locum in facto præſumpto, ut l. ſi poſſeſſor. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum.

¶ Quartò nota ex prædictis, & ex tex. quod illud
2 quod quotidie dicimus, quod † tacitum ceſſat vbi eſt locus expreſſo, ut l. continuus. §. cũ ita. ff. de verborum oblig. & in l. precibus. C. de impuberum, & alijs ſubſtitutionib. habet locum, niſi tacitum habeat annexam præſumptionem iuris, & de iure, ut hic.

¶ Vltimò nota, de iure canonico quis non poteſt habere duas vxores, nec mulier duos viros, de qua materia late uidebimus infra de ſponſa duorũ, ſub 9. art. de prohibitione naturæ ligaminis.

¶ Glo. hic proſequitur quinque ſpecies præſumptionis, in prima proſequitur ſpeciem præſumptionis quæ eſt iuris, & de iure: deinde in verſ. præſumptiõ hominis, proſequitur præſumptionẽ de homine: deinde in ver. præſumptionem, proſequitur tertiam ſpeciem præſumptionis, ſcilicet naturæ. deinde in uer. præſumptio facti, proſequitur quartam ſpeciem præſumptionis facti, eam diſtinguendo. deinde in ver. eſt & talia, proſequitur quintã ſpeciẽ præſumptionis, quæ eſt iuris tantũ. deinde in verſ. ſed hic non fuit, opponit & ſoluit.

¶ In eadem glo. ibi, eſt & alia præſumptio iuris. dic, & ſic patet, quod gloſ. noſtra proſequitur late materiam præſumptionum, quæ materia, cum non pertineat principaliter ad titulum noſtrum, ſed ad ſpecialem titulum ſuum de præſumptionibus, ideo iuxta conſuetudinem meam, illam omittendã cenſui, & ſolummodo infra in 22. principali artic. qui hic bene, & propriè adaptatur, expediã quantum pertinet de præſumptione ad tex. noſtrum, & ibi etiam declarabitur finis gl. noſtræ, & intellectus decretalis noſtræ.

¶ Poſtremo quoniam dicit iſte tex. ex deciſione Papæ, quod per copulam ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium, ea propter iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, tractabo hic 19. principalem artic.

Decimonono igitur principali arti. tractandum eſt, qui ſint illi, qui circa matrimonium, vel ipſius
3 adiacentia poſſint conſtitutiones, leges, † vel ſtatuta condere, vel conſuetudinem inducere, pro cuius articuli clariori doctrina proſequar infra ſcriptas quæſtiones.

¶ Prima, vtrum Papa poſſit ſuper matrimonio carnali ſtatuere, vel diſpenſare.

¶ Secunda, vtrum poſſit ſuper matrimonio ſpirituali.

¶ Tertia, quid de legato de latere.

¶ Quarta, quid iuris de patriarchis, & archiepiſcopis, & epiſc.

¶ Quinta, quid de Imperatore, Regibus & alijs Principibus, & communitatibus temporalibus.

¶ Sexta, vtrũ ſtatutum Principis, vel alterius Domini temporalis poſſit ſaltem diſponere quo ad ſolemnitatem, & adijcere aliquam pœnam.

¶ Septima, vtrum conſuetudo poſſit aliquid diſponere circa matrimonium.

¶ Et ad intellectum dicẽdorum præmitte, quod in cauſis matrimonialibus tam in procedendo quã
4 in decidendo, non leges, ſed canones † ſunt ſeruandi: nam cum talis materia ſit ſpiritualis, meritò laici nullam cognoſcendi, aut diſponendi poteſtatem videntur habere, ad quod uide, quod latè dixi in c. ex parte. ſupra eo. artic. 24. & infra latius apparebit, maxime in 5. & 6. q.

5 ¶ Primò quæro, vtrum Papa † poſſit ſuper matrimoniũ ſtatuere, ſeu ordinare, vel diſpenſare, vel conſuetudinem ſuper matrimonio carnali introductam effectualiter approbare. ¶ SOL. Circa hanc quæſt. ſic arbitror diſtinguendum, quod aut ſtatutum, vel reſcriptum Papæ continet præceptum de nubendo alteri, & non tenet, ut l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto principis impetrentur, & ibi hoc expreſſe tenent Iac. de Arena, Cy. & Bal. Aut ſtatutum vel conſuetudo, per ſtatutum Papæ approbata tendit ad matrimonium coniungendum, aut ad impediendum matrimonium contrahendum, aut ad dirimendum iam contractum. primo caſu dic, ꝙ aut tendit contra merum ius ciuile, & ualet, puta quod tutor poſſit accipere pupillam in uxorem, licet quidam dubitent, & male, ut apparebit ex infra dicendis: aut tendit ad contrahendum matrimoniũ contra ius diuinum, vel gentium, puta infra ſecundum

gradum, & tunc non poteſt, argum. ſupra de reſtitutione ſpoliator. cap. litteras. §. opinioni. & exemplificat Bald. de filia fratris. C. de inceſtis nupt. l. fin. C. de ſecund. nupt. ex reſcr. principis. l. 2. ſecundum Iacob. de Arena, Cy. & Bal. in dicta l. 1. C. ſi nuptię ex reſcripto principis, & ſequitur Henricus in cap. fina. infra de ſponſa duorum.

¶ Sed tu aduerte, quia tempore fœlicis, diuinæ ac ſanctæ memoriæ Pij II. Senenſis, cum ad preſentiam ſuam, nũc eſt ſextus annus, acceſſiſſet illuſtriſ-
6 ſimus Arminiati Comes † & diceretur diſpenſatum fuiſſe per Caliſtum ſummum Pontificem cum ipſo Comite, quod ſororem ſuam carnalem poſſet habere in vxorem, cuius diſpenſationis gratia, & bulla fuit reperta falſa, & ego eſſem aduocatus præfati illuſtriſſimi Comitis, volui perquirere diligentius, vtrum Papæ in primo gradu collaterali licitum eſſet diſpenſare, quia in gradu aſcenſiuo & deſcenſiuo non eſt dubium, quod non poteſt: quæ indagatio videbatur quibuſdam ridicula, & impoſſibilis, & no. bene, quia quod Papa poſſit, facit, quo
7 niam lege diuina †: duę perſonæ excludebantur à matrimonio, videlicet quod pater filiam, & filius matrem non poſſet habere in uxorem, ut habetur Leuit. c. 32. & hoc propter hominum raritatem, & iſtud fuit prohibitum à Deo duntaxat, dum dixit, Propter hanc derelinquet domo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, hoc eſt derelinquet horum patris & matris, quia nec filius cum matre, nec pater cum filia contrahere poteſt. dicta enim auctoritas non poteſt intelligi de cohabitatione, quia illa non debet relinqui, vt dicit Domi. meus in cap. litteras. de reſtitutione ſpoliator. ſub lege autem Mo-
8 ſayca prohibentur duodecim perſonæ, † mater, nouerca, ſoror, neptis, amita, matertera, vxor fratris, quod recipit determinationem, de qua 8. quæſt. 1. cap. olim. Item priuigna, & filia priuignæ, & ſoror vxoris, vt dicit glo. in dicto cap. litteras, vbi glo. ſuper verbo, non poteſt, dubitat, vtrum in prædictis perſonis Papa poſſit diſpenſare. quidam tenent, ꝙ ſic, licet tex. innuat quod non poſſit, ſed glo. ibi exponit tex. dum dicit, non poteſt, ideſt non vult. Sed Dominus meus ibi inclinat in ſententiam, quod non poſſit. Zab. verò tenet ibi contrarium, cum diſpenſare poſſit in omnibus quæ non ſunt contra articulos fidei, vel vniuerſale ſtatum eccleſiæ, 15. diſt. cap. ſicut, vt dicit glo. in dicto cap. litteras. In contrarium tamen facit, quia ex quo apoſtolica ſedes diſpenſare non conſueuit, vt dicit tex. in d. cap. litteras, tenendum eſt, quod facere non poſſit, per nõ tata in c. ex publico, ſupra de conuerſione coniug.
9 ¶ Sed pro opinione cõtraria facit, quia Papa † poteſt ex cauſa cõtra ius diuinũ diſpenſare, vt notatur in regula, actus legitimi, de reg. iur. lib. 6. & in regula, ſemel malus, eodem tit. & libro, & vtrobique per Ioan. And. in mercurialib. & infra qui filij ſint legitimi, cap. per venerabilem, & ibi per Zab. quæſt. 1. & in dicto cap. ex publico, quæſt. 1. & per nota. in cap. cum ad monaſterium. ſupra de ſtatu regulariũ, per Zab. in 4. & 5. quæſt. & quamuis non debeat de facili diſpenſare, tamen poteſt, ut traditur per gloſ. 30. quæſt. 3. ca. Pitacium, vbi hoc idem tenet Arch. poſt Ioan. de Fantutijs, argum. cap. preterea, ſup. eo. & 50. diſt. cap. vt conſtitueretur, & infra de cogna. ſpirituali, cap. 1. in fi. & c. ſuper eo. D. M. in c. per venerabilem. infra qui filij ſint legitimi, ſentit, ꝙ Papa poſſit diſpenſare in gradib. lege diuina prohibitis, & idem etiam reperio tenere D. Io. de Emilijs, olim ſolennẽ Aduocatũ conciſtorialẽ, in ſuo repertorio
10 ſuper verbo, diſpenſatio. & ꝙ poſſit † diſpenſare ẽt inter fratrem, & ſororẽ, videtur ſentire B. Tho. in lib. 4. Sententiarum, diſt. 40. quæſt. 3. ar. 1. inquantum dicit, quod cõſanguinitas inter patrem & filiã, & filiũ, & matrem, impedit matrimonium de iure naturali, ſecus inter fratrem, & ſororem. Scotus ẽt, qui vocatur Doctor ſubtilis, lib. 4. Sententiarum, diſtinct. 40. vbi tractat, vtrum cognatio carnalis impediat matrimoniũ, in effectu ponit quinque propoſitiones, reſpondendo ad quæſtionem, ex quibus colligitur, quod ipſe ſenſit, quod matrimonium in linea trãſuerſali ẽt in primo gradu reſpectu matrimonij non repugnat rationi, nec vniuerſaliter legi naturę, nec diuinę, vel euangelicæ, ſed ſolũ canonicę.

¶ Prima propoſitio ipſius eſt, quod magis eſt cõtra legem naturalem in primo gradu coniungi in linea recta quam tranſuerſali, & hoc probat, quia cõtra matrimonium ſemper fuit illa cõiunctio, & magis ea quæ eſt filij cum matre, quam illa quæ eſt patris cum filia, & aſſignat rationem, quia maior reuerentia infertur matri per filium in tali cõiunctione, quoniam etiam animalia bruta eam abhorrent, quod probat per exemplum de equo qui ſentiẽs ſe cognouiſſe matrẽ, ſe ipſum interfecit, & de elephantibus, qui talem cum matre coeuntem interficiunt.

¶ Secũda propoſitio eſt, in omni lege aliqua propinquitas carnalis impedit matrimonium, ſed in l. naturæ, ſola deſcendentis, & ex illo verbo colligitur, Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, ſupple quo ad copulam coniugalem, ex quo dicit, quod inter omnes deſcẽdentes in quocũque gradu matrimonium prohibitum intelligitur.

¶ Tertia propoſitio eſt, ad oſtendendum, ꝙ non fuerit tpe legis noſtræ aliquis gradus prohibitus, ẽt poſt multiplicationem generis humani, ſi Adam ſtetiſſet in innocentia ſua, non fuiſſet prohibitio de quibuſdã gradibus vlterioribus fortè ab ea quæ eſt in linea aſcendenti, ſed à prin. non potuit eſſe talis prohibitio, quia nõ erant aliæ fœminæ quã ſorores.

¶ Quarta propoſitio ſit ad oſtẽdendum cauſam legalem impedientem in certis gradibus matrimonium fieri, nã in l. euangelica non inuenitur à Chriſto aliqua prohibitio vltra prohibitionem à lege naturæ, ſcilicet quia relinquet homo patrem, & matrem, nec etiam Chriſtus explicite confirmat prohibitionem ſuper hoc factam à lege Moſayca, ſed eccleſia limitauit, hoc eſt ſtatuit diuerſimodè aliquando in gradu remotiori, & tandem in quarto gradu, vt in c. non debet. inf. de conſang. & affini.

¶ Quinta propoſitio ponitur ad oſtendendum rationem commoditatis naturalis, quæ mouit legiſlatorem ad prohibitionem matrimonij in gradib.
11 tranſuerſalib. ratio † enim limitationis ad quartũ gradũ, fuit propter pacẽ, & amicitiã ſeruandã inter conſanguineos: nã poſt 4. gradum amicitia quæ eſt ex ſanguine tepeſcit, ita ut neceſſe ſit ad manutenẽdum amicitiã communicationis ſeu coniunctionis poſt illum gradum, permittere induci amicitiam cõiugalem, quæ eſt alia ab amicitia ſanguinis. Ami-

citia enim conſanguineorum, & maximè in recta linea deſcendentiũ eſt cum quadã præcedentia regiminis priorum, ſeu ſuperiorũ, & reuerentia poſteriorũ: amicitia vero coniugũ eſt ſine tali reuerẽtia.

¶ Et idem in effectu videntur tenere Petrus de Tarentaſia, Petrus de Palude, Petrus Aureoli, Riccardus de media villa, & Bonauentura, qui notanter dixit, quod Deus inſtituendo matrimonium dixit, relinquet patrem & matrem, & quia Chriſtus non approbauit prohibitionem coniunctorum in linea collaterali.

¶ Item prædicta opinio probatur ex his quæ tradit Ioan. And. in cap. gaudemus, de diuortiis, & per Vincentium Hoſtien. Ioan. And. & Henricum in capit. litteras, de reſtitutione ſpoliator. qui dicunt,
12 quod Papa † habet poteſtatem diſpenſandi in omnibus, in quibus diſpenſatio non ſit contra fidem catholicam, nec nutriat peccatum, aut fidei ſubuerſionem, ſeu periculum animarum, in quibus nullam noſcitur habere poteſtatem, & ſic intelligunt, 25. quæſt. 1. c. ſunt quidam, tenet Hoſtien. & Henr. Boich in cap. propoſuit, ſupra de conceſſ. præben. vbi vide. Et dicunt Hoſtien. & Ioan. And. in capit. gaudemus, quod ſunt tredecim perſonæ à lege prohibitæ, & licèt primus gradus lege diuina videatur prohibitus, propter quod Roma. Pontifex de facili diſpenſare non debeat, tamen cum magna, & maxima cauſa poteſt, quoniam ipſius magna eſt poteſtas, vt in c. 1. de homicidio, lib. 6. & per Ioan. And. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

¶ Præterea prædicta ſententia probatur, quia
13 nullum præceptum † veteris teſtamẽti obligat pro tempore gratiæ, illa ſola ratione, quod fuerit datũ in veteri teſtamento, ſi ſit iudiciale, vel ceremoniale, & non morale de iure naturali: nam ex ſola ratione, quod præceptum fuerit poſitum in veteri lege, non obligat, vt dixi, niſi ſit morale, &c. quod autem dictum præceptum non eſſet morale de iure naturali, probatur, quia ſi ſic eſſet obligaſſet omnes, & pro omni tempore, quia ſcriptum eſt, quod lex Domini manet in æternum. ſed ita eſt, quod prædicta lex non ligabat niſi Iudæos, quibus data fuit, nec per prius ante tempus datæ legis ligabat etiam ipſos Iudæos, ergo &c. & quia ſi eſſet iuris naturalis nõ poſſet habere legem ſibi oppoſitam, cum tamen habeat Deuterono. c. 15. ergo, &c. & ſic ex prædictis concludi ſatis clare videtur, quod Papa etiam in primo gradu tranſuerſali poſſit diſpenſare. Sed prefatus Pius ſumm. us Pontifex, qui hoc abhorrebat impoſuit mihi ſilentiũ, cogitabis ergo. & notabis verba Io. And. in hoc art. qui dicit in capit. litteras, de reſtitutione ſpoliat. ſuper gloſ. in verbo, omnibus, Periculoſum eſt de magiſtrorum eccleſiæ diſputare ſententijs, vt inquit Hieronymus ſuper Danielem. Idem tamen Hieronymus ad Alexandrum inquit, non Doct. opi. ſed doctrinæ ratio eſt ponderanda.

¶ Et nota, quod ſuper gradibus prohibitis ſolus
14 Papa † videtur poſſe diſpenſare, vt in cap. quia circa. infra de conſanguinitate & affinita. & apparebit etiam ex quæſtionibus ſequentibus, & de materia diſpenſationis ſuper conſanguinitate & affinita. videbimus in dicto titulo de conſanguinitate & affinita. ſub 9. art.

15 ¶ Et aduerte, quia diſpenſatio † apoſtolica ſuper tollendo impedimento conſanguinitatis ad matrimonium, debet eſſe obtenta ex cauſa vera, alias ſi eſſet obtenta ex cauſa falſa non teneret, vt dicto capit. quia circa. & vtrum matrimonium contractum contra decretum, vel prohibitionem Papæ teneat, dicam latè infra de matrimonio contracto contra interdict. eccleſiæ. Aut diſpenſatio ſuper matrimonio non eſt contra legem diuinam, & hoc caſu, aut deficit conſenſus legitimus, & non poteſt Papa matrimonium facere. Vnde inter eas perſonas, quæ non conſentiunt non poteſt eſſe matrimonium, quicquid conſtitutio Papæ, aut eius præceptum dicter, ſecundum Hoſtien. in cap. fin. infra de ſponſa duorum, & etiam idem ſentit hic, & poteſt eſſe ratio, quia ſine conſenſum cętera omnia fruſtrantur, vt dicto cap. fina. in fi. ſupra eod. cap. tua, & ibi dixi, artic. 14. & facit prima, quæſtio. 1. cap. detrahe. nam non debet poſſe Papa agere contra ſubſtan-
16 tiam actus, ſicut dicimus, quod † non poteſt facere, quod monachus exiſtens monachus habeat prorium, vel habeat vxorem, &c. vt traditur in capitu. cum ad monaſterium. ſupra de ſtatu regularium, ſed interueniente conſenſu legitimo Papa poteſt circa matrimonium diſponere, vt eſt tex. hic. Poteſt enim preſumere matrimonium etiam præſumptione iuris & de iure, vt hic, & ſic etiam ſtatutum facere. Vtrum autem contra votum contí-
17 nentiæ poſſit Papa † diſpenſare, vel permittere matrimonium contrahi, maximè ſi votum ſit ſimplex, & non ſolemne, vide quæ latius dicam in titulo, qui clerici, vel vouentes. artic. 9. & ibi videbimus, vtrum Papa poſſit diſpenſare cum ſubdiacono, vt contrahat matrimonium, & ibi etiam videbimus de alijs inferioribus.

¶ Secundo verò caſu principali, cum loquimur,
18 vtrum Papa † poſſit conſtituere impediendo matrimonium. Dic quod clara eſt deciſio, quod ſic: poteſt enim inducere impedimenta, & ſic irritare conſenſum matrimonialem. ferè enim omnia impedimenta, de quibus dixi ſupra eo. ca. cum apud. art. 9. & de quib. per totum iſtum quartum librum, ſunt de iure poſitiuo, & ſunt efficacia non ſolum ad impediendum, ſed etiam ad dirimendum matrimonium contractum. Nam & in voto Papa poteſt per ſuas conſtitutiones inhabilitare ad vouendum alias habiles ad vouendum. facit quod nota. in cap. quia in inſulis, ſupra de regularib. & in ca. 2. eod. tit. lib. 6. & quod nota. in cap. non debet. infra de conſang. & affinita. & non ſolum per conſtitutionem generalem, ſed etiam ſi ſpecialiter interdixit vni ne matrimonium cõtrahat cum decreti interpoſitione, vt in cap. ad diſſoluendum. infra ti. 1.

¶ Si enim poteſt inhabilitando perſonas facere conſtitutionem generalem, & etiam localem, ergo debet etiam poſſe perſonalem. 28. d. cap. ſciendum. 35. q. 3. cap. quædam lex. & nota. in d. c. non debet. Papa enim ſicut Imperator eſt lex animata in terris. in Auth. de conſul. lib. colla, 3. & nota. Io. And. in d. c. ad diſſoluendum, faciunt nota. per Ioan. And. in regula, poſſeſſor malæfidei, de reg. iur. lib. 6. nam Papa hic præſumit cõſenſum, & ꝙ matrimoniali affectione præcedentibus ſponſalibus mulier ſit cognita, nec admittit probationem in contrarium.

¶ Poteſt

¶ Poteſt ergo conſtitutionem prohibitiuam facere, & conſuetudinem, & per decretum inhibere, & conſuetudinem approbare, ut infra de cognat. ſpirituali, capit. ſuper eo. & per totum, & de cognatione legali, per totum, & de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. & de eo qui cogno. conſan. vx. per totum.

¶ Circa tertium membrum principale, vtrum
19 poſſit † ſtatuere ad dirimendum matrimonium. diſtingue, quod aut quæritur, vtrum poſſit facere ſtatutum dirimens matrimonium inter infideles, aut inter fideles.

¶ Primo caſu dic, quod aut quæritur, vtrum ipſis in infidelitate manentibus poſſit diſponere inter ipſos dirimendo matrimonium. & dic quod non, quia nihil ad eum de his, qui foris ſunt, ſecunda, quæſtione prima, cap. multi, & in capit. gaudemus. de diuortijs: aut cum ipſis non remanentibus ſimul in infidelitate, ſed altero remanente, & altero ad fidem conuerſo, & tunc poteſt, vt dicto capit. gaudemus, & cap. quanto, de diuortijs. & qualiter intelligatur, quod quo ad illum, qui conuertitur ad fidelitatem ſoluatur matrimonium, adeo, quod poſſit cum alío contrahere, & utrum idem ſit de remanente in infidelitate, dicam in dicto capit. quanto.

¶ Si verò loquimur inter fideles; dic, ꝙ aut matrimonium nondum eſt carnali copula conſummatum, & poteſt, ſupra de conuerſione coniugatorum, cap. verum. cap. ex publico. & cap. ex parte. il ſecõdo, quia in talibus habet poteſtatem, ut ibi traditur, nam circa matrimonium non conſummatum poteſt & interpretari, & ſtatutum facere, uide ibi per Doctor. maxime per Ioan. Andr. in magna glo. in cap. ex publico, & in capit. fina. infra de ſponſa duorum. nam non ſolum de poteſtate abſoluta, ſed etiam de ordinaria, exiſtente legitima cauſa, poteſt ſponſalia de præſenti diſſoluere, vt dicto cap. ex publico. & ſicut poteſt per conſtitutionem, ita etiam poteſt per ſuum indultum: quia, ut ſupra dixi, eſt lex animata in terris, vt in Authent. de conſulibus. iuncto Authen. de inſtrumentorum cautela & fide.

20 ¶ Sed aduerte, quia videtur quod Papa † per ſuam conſtitutionem, vel decretum non poſſit impedire contrahentes, nec aliquo modo contracta matrimonia diſſoluere, cum lege diuina dicatur, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, ut ſtatim dicam. item, quia matrimonium eſt de iure naturali, Inſtitu. de iure natu. gent. & ciuil. in princ. & perficitur conſenſu, vt dixi in capit. cum apud. artic. 14. in princip. & ideo Papa non uidetur poſſe tollere per ſuam conſtitutionem poſitiuam ius naturale, vel diuinum. ſed poteſt reſponderi ſecundum Ioan. And. in c. de infidelibus. inf. de conſanguinit. & affinit. quod coniuncti contra conſtitutionem canonicam non ſunt coniuncti à Deo, nec ſecundum Deum, immo potius contra Deũ, quia contra ipſius vicarium, ideo ſeparantur, & hoc facit non homo, ſed Deus, vel eius vicarius, cui ſuam dedit poteſtatem, vt in capit. 2. ſupra de translatione prælatorum, & ibi Ioan. An. ſuper verbo hoc. reſiſtit enim Deo, qui uoluntati Papæ reſiſtit, 11. quæſt. 1. cap. qui reſiſtit, & ex prædictis patet, quod in matrimonijs nondum conſummatis poteſtas papę in impediendo matrimonium futurum eſt latiſ-
21 ſima, adeo quod † matrimonium contractũm contra ſuam conſtitutionẽ, vel prohibitionem non tenet, etiam ſi ſit carnali copula conſummatum, in matrimonijs verò contractis per verba de preſenti, carnali copula non conſummatis, eſt etiam magna, ſed non tanta deordinata poteſtate, quia non ſine magna cauſa dirimere poteſt, in cõſummatis verò carnali copula minima eſt eius poteſtas & quaſi nulla, inuitis ipſis coniugibus, vel eorum altero, niſi in caſu cap. gaudemus, & cap. quanto, infra de diuortijs. de quo ſtatim dicam. Tenet Petrus de Anchar. in repetitione cap. 1. de conſtitutionibus. in ſecundo principali contrario, propè finem. Aut matrimonium eſt carnali copula conſummatum, & tunc aut violenter, & poteſt per conſtitutionem, & decretum ſuũ ſoluere, immo potius declarare non tenere, tradit Bartholomeus Brixienſis in q. Dominicali, quę incipit, quidam per verba de præſenti, & Archi. 55. diſtinctione. capitulo finali, ſuper verbo, in quæſtionibus, & vide per eum, 33. quæſtione quinta. in gloſ. ſummę. & per Hoſtien. de conuerſione coniugatorum, in ſumma. §. finali, verſiculo, quid ſi virgo. vnde non obſtante tali copula poteſt tranſire ad religionem etiam altero inuito. Aut matrimonium fuit ſponte conſummatũ, & hoc caſu Papa non poteſt facere ſtatutum, vel approbare cõſuetudinem tendens ſeu tendentem ad ipſum matrimonium dirimendum, vt d. c. verum, & cap. ex publico, & c. ex parte. à contrario ſenſu, & de hoc matrimonio intelligitur auctoritas, quos Deus coniunxit homo non ſeparet. 32. quęſtio. 1. cap. quos Deus, & habetur originaliter Marci cap. 10. Matthei capit. 5. & 16. & 19. quod patet ibi ex ordine litterali, de quo argui poteſt, ut in cap. mandato. in fi. de prębendis. lib. 6. cum concordantijs, ibi allegatis, quod patet ex eo quod dicit, Propter hanc relinquet Homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, ita quod iam nõ ſunt duo per vna caro, & poſtea ſubditur, Quos ergo Deus coniunxit homo nõ ſeparet. quare cùm dixerit, coniunxit, intellexit de coniunctione corporum, & animorum, ſecundum Hoſtien. in
22 fra de cognatione ſpirituali. capit. Martinus, & ibi etiam Ioan. And. & Hoſtienſis lib. 8. cap. de bono ſacramenti. verſic. ſed obijcitur. non enim poteſt tali iuri naturali † Papa præiudicare, 25. quæſtione prima, capit. ſunt quidam. ſecundum Goffred. in capit. fina. infrra de ſponſa duorum, & concordat quod not. Vincen. in dicto capit. ex publico. vbi dicit, quod poteſt per ſuam conſtitutionem ſeu diſpenſationem diſſoluere matrimonium nondum carnali copula conſummatum, ſecus ſi eſſet conſummatum, & ratio diuerſitatis inter matrimonium non conſummatum, & conſummatum eſt, vt legitur, & notatur in dicto §. ex publico, & in capit. ex parte. il ſecondo. quia non ipſum matrimonium, ſed ratificatio matrimonij ex conſtitutione eccleſiæ firmatur, propter virtutem ſacramenti baptiſmi, & ideo apud infideles non eſt ratum, vt patet in eo quod legitur, & notatur in cap. quanto. inf. de diuortijs. ver. ſi non alter. & ſequenti. vnde virtute iſtius ratificationis, quæ tanta eſt, ſe-

quitur quod ſi alter duorum fidelium vellet altero viuente contrahere cum alio, non poſſet, nec Papa poteſt in hoc diſpenſare, obſtante iure naturali, & diuino.

¶Sed contra hoc facit, quod dicit Inno. quod ſi alter duorum infidelium conuertatur ad fidem, & infidelis non vult ſequi conuerſum, vel vult, non tñ ſine contumelia creatoris, quod in hoc caſu ſoluetur matrimon. adeo q̃ conuerſus poteſt cum Chriſtiano contrahere, ſecundum Hoſtien. quãuis matrimonium eſſet conſummatum, & alter viueret, ut traditur in cap. gaudemus. infra de diuortijs. Vel poteſt aſsignari ratio, quare in d. caſu matrimoniũ conſummatum ſoluitur, videlicet, quod hoc inductum eſt per diuinam reuelationem, & interpretationem Sanctorum, qui conuerſi ſunt ab antiquo, ſicut in ſimili legitur in d. c. verum. de conuer. conjug. & approbatur per Apoſtolum ad Corint. 1. c. 7. dicentem ſi infidelis diſcedit, &c. & traditur, 27. quæſt. 2. cap. 2. & per beatum Ambroſium Auguſtinum dicentes, quod hoc facit fauor fidei. in c. fi. ſupra de conuerſione in fidelium, ne ſcilicet fideles retrahantur à conuerſione, & ne fidelis conuerſus adhæreat infideli cum contumelia creatoris, vt dicto capit. ex parte. & auctoritate Ambroſij, & Auguſtini, vide 28. queſt. 1. capit. idolatria, & cap. ſi in fidelis. & c. iam nunc. & cap. ſic enim. & quæſtio. 2. cap. 2. & in dicto cap. quanto. & cap. gaudemus. infra de diuortijs. & ibi latius uidebimus. Et qualiter, & vtrum inſtitutio matrimonij ſit de iure diuino, naturali, gentium, vel ciuili, uide quæ latè dixi in capit. ſponſam. ſup. eo. ar. 6.

¶Secundò quero, utrum ſuper matrimonio ſpi-
23 rituali Papa † poſsit diſponere, vel diſpenſare.

¶Sol. Dic, quod ſic. & ratio eſt, quia hoc vinculum procedit, & roboratur ex conſtitutione canonica, circa quam Papa poteſt ſtatuere, & diſpenſare, vt ſibi placet, vnde matrimoniũ per electionẽ & conſenſum, & confirmationem ad beneficium eccleſiaſticum contractum Papa poteſt diſſoluere, cum habeat in hoc plenam poteſtatẽ. ſupra de electio. innotuit. de conceſ. præben. cap. propoſuit. tenet D. Ant. in c. cum in apoſtolica, ſup. eo. & eſt tex. clarus & apertus in c. 2. ſup. de translatione prælat. & vbi ſubeſt iuſta, & maxima cauſa diſpenſandi, põt diſpenſare in matrimonio ſpirituali contracto per monachum, vel monialem. põt enim facere de monacho non monachũ quo ad matrimoniũ contrahendum, & ẽt quo ad proprium poſsidendum, ut nota. in c. non eſt, ſupra de voto. Pone exemplũ, quod imminet periculum unius regni, cum forte de illa ſtirpe regia non reperiatur niſi unus monachus, nam hoc caſu Papa poteſt diſpenſare pro relevanda illa ſtirpe, vt monachus fiat non monachus, & capiat vxorẽ. vel pone quod unus Rex infidelis vult cum omnibus ſubditis ſui regni baptizari ſi diſpenſetur, quod poſsit habere vnam monialem filiã alterius Regis: his enim caſibus, & ſimilibus Papa poterit diſpenſare, quoniam tam grande publicum bonum præferendum eſt continentiæ unius monachi, uel monialis, & credendum eſt hoc fore Deo magis acceptũ. placet enim ſibi prę cęteris rebus conſeruatio rationalis creaturæ, pro qua animam ſuam dedit, & cuius gratia omnia creata parauit, vt l. in pecudum. ff. de uſuris. & Inſtit. de rerum diuiſione. §. in pecudum.

¶Nec obſtat, quod caſtitas, vel continentia prę-
cæteris ſit gratior Deo, & ſola potens animas noſtras Deo præſentare, 32. quæſt. 1. cap. nuper, & in Authen. de ſanctimonibus. §. ſancimus. colla. 2. quia reſpondetur, ut nota. in cap. 1. & in cap. non eſt. ſupra de uoto, & plenius per glo. fina. in cap. cum ad monaſterium, ſupra de ſtatu regularium. & ſi tu dice-
24 res, quare Papa † poteſt potius diſpenſare cõtra votum continentię, etiam ſolemne, quam contra matrimonium carnali copula conſummatum. reſpondeo, quod ſolemne uotum ſumpſit ſtatum ex conſtitutione eccleſię, ſed matrimonium conſummatum à lege diuina, ad quod uide quod nota. in capit. 1. de voto. lib. 6. & per Ioan. And. in dicto cap. cum ad monaſterium, & in capit. rurſus. infra qui clerici, uel uouentes, tradit Petrus de Ancha. in dicta repetitione cap. 1. de conſtitutionibus, verſicu. quarto quæritur, an licuerit, columna 4. Ego latius dicam de hac materia, infra in titulo qui clerici, uel vouentes. ſub 9. principali art. verſic. tertium impedimentum, & in tit. de diuort. ar. 32.

25 ¶Tertiò quęro, vtrũ legati † de latere poſsint ad matrimonia diſpenſare. ¶Sol. Dic, quod non, quia nullus citra Papam diſpenſat in gradu prohibito, vt in capit. quia circa, infra de conſan. & affin. niſi talem poteſtatem habeant ex forma ſuæ commiſsionis, ut in cap. quod dilectio. de conſangui. & affinita. & ibi glo. & etiam tenet gloſ. in dicto capit. quia circa, & iſta fuit opinio Tancredi, & idem tenet Innocen. in dicto capit. quod dilectio, & in capit. fina. de translatione prælatorum, qui dicunt ſic intelligendum illum tex. Goffred. tamen in dicto c. q̃ dilectio. dicit quod licet legatus de latere non poſsit in talibus generalem indulgentiam concedere, ut dicto ca. quod dilectio, tamen cum vno vel aliquibus ex cauſa poteſt diſpenſare, & ſequitur Domi. Anton. Sed Specu. in titu. de legato. §. nunc oſtendendum. verſic. 75. tenet contrarium, quod etiam tenet Ioannes Andreæ in additionibus Speculi. in titu. de diſpenſationibus. §. conſequenter. verſic. generaliter, & tenent Vincen. & Ioan. And. in capit. quod translationem, de officio legati. & idem etiam Dominus meus in dicto capit. quod dilectio. vbi dicit, quod hodie hoc uidetur eſſe clarum, per capit. non debet. infra de conſanguinita. & affinita. ubi ponitur prohibitio con-
26 cilij generalis. Conſtat autem, quod † nullus citra Papam, etiam ſi ſit legatus de latere, contra tale concilium diſpenſare poteſt, ut notatur in capit. dilectus. & in capitu. dilecto. ſupra de præbendis. tradit etiam Dominus meus in capit. cum dilecti. de electione. tenet Zabar. in dicto capitu. quod dilectio.

¶Et aduerte, quia dicit Sali. in l. ſemper. ff. de ritu nupt. per illum tex. quod legati etiam de latere habentes poteſtatem diſpenſandi, male diſpenſant ſine aliqua iuſta cauſa inter populares ſuper matrimonijs cõtrahendis, quia talis diſpenſatio eſt inhoneſta, cum nullum aliud bonum extrinſecum ſequatur, & ſic nec matrimonium eſt honeſtum, ſecus ſi aliquod bonum extrinſecũ ſequeretur, puta pax aliqua, & ſedatio diſcordiæ, uel ne diuiſio

unius

unius agnationis, quæ reſidebat penes mulierem, tranſeat ad extraneos: ad ſedandas enim diſcordias iuſta eſt cauſa diſpenſandi.

27 ¶Quartò quæro, quid de patriarchis, † Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vtrum ſuper matrimonijs cõtrahendis diſpenſare poſsint. ¶Sol. Clara patet ex ſuperioribus, quoniã ſi legati de latere, quorum iudicium concurrit cum quolibet ordinario inferiore à ſummo pontifice, non poſſunt diſpenſare, ut dixi ſupra in præcedenti quæſt. ergo nec tales ordinarij.

¶Aduerte tamen, quia Epiſcopus, & per conſequens Archiepiſcopus, & Patriarcha poſſunt diſpenſare, ut puella nubilis ætatis dimittat ſponſum minorem 14. annis, & poſsit cum alio contrahere, ne deterius quid inde contingat, ut in cap. ex litteris. de deſponſatione impuberum, ſecundum Specul. in tit. de legato. §. nunc de epiſcoporũ. ver. 141. allegat tamen contrarium, cap. à nobis, & cap. de illis, inf. tit. 1. de quorum iurium intellectu ibi uidebimus. Item Epiſcopi & ſuperiores diſpenſant confirmando, uel infirmando ſponſalia ſecundum formam c. in tua. ſupra eod. ſecundum Specu. in dicto §. nunc de epiſcoporum, verſic. 142.

¶Sed aduerte, quia ille tex. potius loquitur per viam cognitionis ordinariæ, quam diſpenſationis, vt ibi dixi. Inſuper tales diſpẽſant cum presbytero contrahente matrimonium de facto cum virgine, quo ad executionem officij ſui. ſupra de clericis cõiugatis. capit. ſanè. il ſecondo, & etiam cum diacono, ut in cap. 1. infra qui clerici, vel vouen. dum tamen tales bis non contraxerint, 28. diſtinct. capitu. presbyterum. vel non contraxerint cum corrupta, ſupra de bigamis. cap. 2. penul. & fi. Spec. in titu. de legato. §. nunc de epiſcoporum. verſi. 13. & ad hanc materiam uide quæ latius dicam infra in tit. qui clerici, vel vouentes. art. 9. ſub verſ. votum, & ſub verſiculo, ordo.

28 ¶Quintò quæro, quid de imperatore, † & alijs principibus temporalibus, utrũ poſsint ſuper ſponſalibus, & matrimonijs diſponere. ¶Sol. Dic, q̃ non, quoniã ſeculares non poſsunt ſe impedire de rebus ſpiritualibus, ut in cap. quanto, & cap. decernimus, ſupra de iudicijs, in cap. tua, ſupra de ordine cognitionum, infra qui filij ſint legi. cap. lator. & de dona. inter virum. cap. 3. meritò non poſsunt circa matrimonium pro ſponſalibus coniungendis, firmandis, impediendis, aut dirimendis, legem, ſtatutum, aut diſpenſationem facere: nam cũ matrimonium ſit unum de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, nõ iure fori, ideſt ſecundum leges, ſed ſecundum canones regi debet. 2. quæſt. 3. §. hic autem colligitur, & de talibus ſpiritualibus recte dicitur, quod leges non dedignantur ſacros canones imitari, ut in c. 1. infra de operis noui nuncia. & in cap. penultimo, & fi. inf. de ſecun. nup. vnde, quicquid dicant leges circa prohibendum, permittendum, vel ſeparandũ matrimonium, non ſtamus illis, ſed canonibus, & ideo legibus dicentibus, quod filia non poſsit contrahere ſine conſenſu illius ſub cuius eſt poteſtate, & quod rector prouinciæ cum ſua ſubdita prouinciali, vel tutor cum pupilla contrahere non poſſint, & ſic de ſimilibus, non ſtatur, ad quod uide quod dixi in cap. cum apud. ſupra eo. verſic. 35. & verſic. 36. quid enim ſciunt leges, quod compater cum commatre, uel cum filia ſua ſpirituali, vel cum conſanguinea eius quæ fuit ſponſa, quæ iam eſt mortua, non poſsit contrahi matrimonium, uel de illo titulo de eo qui cognouit conſan. vx. ſuę, vel de titulo de eo qui duxit in matrimonium, &c. ſecundum Federicum conſilio 35. facit l. fina. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & capit. 2. de conceſſ. præben. lib. 6.

¶Et no. etiam, quod ex reſcripto principis non
29 poteſt aliquis inuitus cogi † ad matrimonium, ut l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto principis &c. tetigi ſupra hoc eo. artic. quæſtione prima, in princ. & eius qui ſuper hoc reſcriptum impetrat bona publicantur, ut ibi. nec etiam poteſt quis impetrare à principe reſcriptum ſuper inceſtis nuptijs, & impetratum non tenet, nec eſt ſeruandum, ut l. 2. C. ſi nuptiæ ex reſcripto principis, & uide Salicet. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. qui dicit, quod imperator non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio lege Moſaica prohibito: Sed bene poteſt ſtatuere, & diſpenſare tollendo impedimentum à ſuo ſtatuto introductum, cum tale impedimentum non ſit ſecundum canones, puta concedendo reſcriptum, quod tutor, uel rector prouincię poſsint accipere pupillam, vel ſubditam ſuam in uxorem, ſecundum Bal. in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto principis. Poteſt tamen dici, quod neutrum ſtatutum teneat propter defectum iuriſdictionis. facit quod ſupra dixi, & patebit ſtatim in ſequenti q.

30 Sextò quæro, vtrum ſtatutum † principis, vel alterius domini temporalis habentis poteſtatem condendi ſtatutum ualeant, ſi requirit ad validitatem matrimonij aliquam ſolemnitatem, & imponit pœnam contrahenti matrimonium, non ſeruata illa ſolemnitate. exemplum ſtatutum dictat, quod nullus poſsit deſponſare minorẽ uiginti annis, ſub pœna mille florenorum, niſi acceſſerit conſenſus patris, ſi patrem habuerit, uel trium conſanguineorum, &c. prout eſt in hac ciuitate. ¶Sol. Ioan. And. quo ad ſtatutum requirens conſenſum patris in cap. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. quærit, vtrum tale ſtatutum valeat, & utrum ſi aliquis contraxit non ſeruata forma dicti ſtatuti, ſi agatur contra eum ad pœnã, poſsit eccleſiaſticus inhibere iudici ſeculari ne procedat, & ibi dicitur, quod hæc queſtio fuit diſputata Bononiæ, & deciſum, quod non, pro qua concluſione primò facit, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt in cap. nouit. ſupra de iudi. & in cap. cauſam. il ſecondo, infra, qui fil. ſint legit.

¶Secundò, quia hoc ſtatutũ eſt vtrique iuri conſonum, intellige in quantum loquitur de patre. 32. quæſt. 2. cap. onerantur, & quæſt. 3. cap. vnico. & ff. de ritu nupt. l. 2. & 3. & quia non loquitur ſtatutum ſuper ſubſtantia matrimonij, ſed ſuper forma contrahendi.

31 ¶Tertiò, quia licet lex † poſitiua legẽ diuinam tollere non poſsit, illam tamen diſtinguit, & modificat, vt not. Innoc. in cap. fin. ſupra de conſuet.

¶Quartò, quia exactio pœnæ impoſitæ eſt ſeparata à matrimonio, & ſeparatorum non debet eſſe ſeparata, ſupra de reſcript. cap. edoceri. & ſupra de his, quæ fiunt à præla. c. cum Apoſtolica. ff. de adul. l. miles. §. defuncto. ergo de inhibitione eccleſiaſti-

ci non videtur esse curandum, per cap. ea quæ. infra de regul. iur. lib. 6.

¶ Quintò, quia prædictum statutum videtur vigere quasi in omnibus ciuitatibus Italiæ. & subdit Ioan. And. quod hæc solutio habet magnam æquitatem, & maximè, quia filiæ sæpe non consultè nituntur contra propria commoda, & agunt ea, quæ parant sibi tristem exitum. C. de bonis, quæ liber. l. fin. §. filijs.

¶ In contrarium verò allegat plura.

¶ Primò, quia posset filia familias virgo, vel vidua esse quadragenaria, vel vltra: vnde videretur absurdũ, q̃ sine patris consensu metu pœnæ non posset virum habere, qua pœna cessante plures idoneos inueniret viros, & sic negari nõ posset, quin iste metus pœnæ impediat matrimonium cõtrahi directè, vel indirectè: ergo non debet valere, arg. c. statutũ, de hæret. lib. 6. & not. in cap. fin. & ibi per glo. infra de secun. nup.

¶ Secundò, quia clarum est, vt traditur in d. c. fi. super glo. in multis casibus correctę sunt leges prohibentes certis ex causis matrimonia, & præcipuè, quæ requirunt consensum patris. 27. quæst. 2. cap. 1. & 20. quæst. 2. cap. vnico. fortius ergo sunt prohibita statuta id agentia.

¶ Tertiò, ne impediatur libertas matrimonij, prohibetur pœna, vt in cap. præced. & ibi latè dixi. Cum ergo matrimonium cum omni causa, & suis dependentijs sit ecclesiastici fori, vt in capit. tuam, de ordine cognitionum. & supra dixi in præceden. quæst. in princ. meritò iudex ecclesiasticus potest se impedire, & inhibere, ne talis pœna exigatur, sicut dicit tex. de pœna conuentionali in cap. præceden. & sic residet Ioan. And. & per consequens videtur tenere hanc vltimam opinionem, quam etiam ipse sensit in additio. Specul. in tit. de sponsalib. in rubr. remittendo se ad ea, quæ dixit in dicto capit. statutum, de rescrip. lib. 6. Sed Lapus de Castilione, pro prima opinio. allegat, quod not. per Io. And. in c. 1. supra eod. vbi dicit quo ad substantialia matrimonij consuetudo, vel statutum nihil potest disponere, sed potest quo ad accidẽtalia, & quo ad dotem, argum. cap. Raynutius. C. de testa. Ioan. de Fantuc. dicit, quod prima opinio videtur æquior, quia plura incõuenientia possent sequi ex secunda opinio. quàm ex prima. Item, quia secundum leges matrimonia debent esse libera. ff. de verborum obligat. in l. Titia. 1. respon. & tamen voluerũt, quod requiratur cõsensus patris, quod etiam est honestum de iure canonico, vt patris consensus interueniat, vt not. 26. quæstio. 3. in summa. & super hac honestate fundatur istud statutum: vnde dicit super hoc cogitandum. Sed Dom. Dominicus in dicto cap. statutum. dicit opinionem Ioan. Andr. veram, quia vbicunque statuta laicorũ imponunt pœnam, referendo ad contractum matrimonij, & illa pœna diminuit patrimoniũ, uel famam contrahentis, tale statutum non est seruandum, secundum not. in cap. 2. infra de secun. nup. & not. in capit. cum secundum, de hæret. lib. 6. nam cum lex canonica disponat, q̃ valeat matrimonium, valeat etiam sine consensu patris, licet honestum sit, quod interueniat, statutum laicorum disponens contrarium non debet valere: & hanc partem dicit tenere Doct. in c. 1. supra eod.

32 & hanc opinionem, quod talia statuta † super matrimonium nõ valeãt, tenet Dominus meus in repetitio. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. supra de constit. in fi. quinti casus, & Petr. de Anchar. in repet. c. 1. de constitutio. in secunda quæst. princip. versic. secundò quæro de differentia, in fine. Mouetur, quia correctę sunt leges, quę necessariò requirebant cõsensum patris in nuptiis filiarum. 27. quæst. 2. cap. 1. Si ergo constitutio canonica in hoc reprobat constitutionem Imperialem, fortius statuta, quę descendunt à minori potentia, nec debent posse adijcere pœnam, quia si non valet dispositio in principali, nec valet in accessorio, vt l. Seius, & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. & l. si homo mortuus. ff. de verb. oblig. Item, quia cum pœna per pactũ apponi non possit, vt in cap. præceden. ergo nec per statutum, per not. per glo. in rubr. C. de decre. decurio. lib. 10. sed hoc argumentum non concludit, vt dixi in c. 2. supra de consue. artic. 6. versic. tertiò nota regulam. Et prædictam etiam opinionem tenet Zabar. in capit. præceden. Mouetur, quia prædictum statutum videtur cõtradicere iuri canonico permittenti etiã filiam fœminam contrahere matrimoniũ sine consensu patris, vt in cap. vnico, de desponsat. impuber. lib. 6. Item, quia super matrimonio non spectat dispositio ad laicos, sed ad ecclesiam, infra de secun. nup. cap. fi. & supra dixi, & quia statutum laicorum non debet etiam indirectè in talibus præiudicare iuri canonico, vt cap. fin. de immun. eccles. libro 6. & hoc nisi statutũ ex aliqua iusta causa iustificetur, vt puta propter scandala, quæ occurrebant, si vnus de vna parte, seu factione contrahebat matrimonium cũ filia illius, qui erat de alia factione, vt quia fortè in ciuitate erat illa detestabilis diuisio Guelforum, & Gibellinorum, vel alia similis causa, secundum Zabar.

¶ Sed aduerte. Innocen. Dom. Anton. & Dom. meus in cap. 1. supra eod. tangunt quæst. nostram. Innoc. ibi dicit, loquens de consuetudine, quod cir-
33 ca substantiam † matrimonij statutum, seu consuetudo disponere non potest, arg. d. cap. 1. sed circa dotem potest, per cap. Raynutius, de testam. & vide Bal. in l. nemini. C. de nupt. qui dicit, quod non valet statutum Florentinum, disponens, quod nullus Florẽtinus possit ducere in vxorem aliquam de Vbertinis de Petramala, vel Vbaldinis, & ideo matrimonium contractum contra talem prohibitionem tenet, & sic etiam concludit Bar. quo ad substantiam matrimonij in l. edicimus. C. de mulierib. lib. 11. Sed quantum ad pœnam concludit, quod si tales mulieres possunt honestè nubere, & matrimoniũ contrahere, seruata forma statuti, tunc contra facientes incidunt in pœnas, alias secus per l. cum ita, cum l. sequenti. ff. de conditio. & demonst. Do. Ant. in d. c. 1. supra eo. latius distinguit, dicẽs quod aut statutum patriæ disponit circa substantialia, vt puta inualidando contractum, vel inhibendo personas, & non ualet, ut d. c. 1. ex quo potest inferri, quod leges ciuiles prohibentes matrimonium contrahi inter tutorẽ, & pupillam, rectorẽ & subditam & similes personas, non tenet, de quo latius dixi supra, quæst. 5. Et tenet Federicus consilio 35. quandoque statutum disponit circa pœnam erga substantialia matrimonij, & si hoc facit, apponendo pœnam

nam de nouo, & inferendo damnum, non tenet, vt voluit Io. And. in d. c. statutum. de hæreticis. lib. 6. & supra dixi.

¶ Et prædicta faciunt ad quæstionem de qua su-
34 pra dixi, de statuto † vigente in hac ciuitate Senarum, quo cauetur quod contrahens cum puella minore viginti annis sine consensu trium consanguineorum, duorum ex latere patris, & unius ex latere matris, puniatur pœna mille florenorum, an valeat tale statutum. in qua q. Gaspar Calder. in c. 2. de clandestina desponsa. recitans similem q. dicit fuisse consultum quod sic: figurat enim q. fuisse, quia statutum erat quod contrahens matrimoniũ absque præsentia decem personarum ad minus incurreret certam pœnam, vnde cum fuisset contractum matrimonium non seruata d. forma, agebatur ad dictam pœnam coram iudice seculari, & iudex ecclesiasticus inhibuit, eo quia causa prædicta esset de foro ecclesiæ, & quia statutum esset contra libertatem ecclesiæ impediendo se de talibus, arg. c. eos. de immuni. eccl. lib. 6. & auth. cassa. C. de sacrosan. eccles. & c. nouerint. inf. de sententia excommunicationis. Sed Gaspar Cald. dicit consultum fuisse per plures contrarium, & uerè, quia statutum prædictum est corroboratiuum canonum, qui prohibẽt matrimonia clandestina, pro quo facit tex. in d. c. 2. de clandest. despon. in princ. sed statuta coad iuuantia ius commune ualent. prima dist. c. ius ciuile. de officio Archidiac. c. fin. Item, quia per tale statutum non præiudicatur iurisdictioni episcopi, nec est contra substantiam matrimonij: secus dicit Gaspar si statutum disponeret imponendo pœnam contrahenti matrimonium cum filiafamilias sine consensu patris, quia hoc casu statutum inhabilitat personam, in præcedenti vero casu requirit solemnitatem. Sed Zab. in d. c. 2. dicit quod tali statuto in distincte stari non debet, quia saltem indirecte præiudicat iuri diuino & canonico, quo disponitur quod in ore duorum vel trium, &c. vt in cap. licet. il primo, supra de testibus. cum similib. Item, quia potest esse causa, vt impediatur matrimoniũ, quod debet esse liberum, & hoc uerũ, nisi forte ex aliqua rationabili causa hoc statutum esset, puta, quia quotidie occurrebant scandala, & eandem opinionem tenet Dom. me. in consi. 12. quod incipit, casus talis est, magnificus Do. Io. quinimmo nedum quod non valeat statutum impeditiuum seu intimidatiuum matrimonij simpliciter propter pœnam, sed
35 nec valet, † si per statutum libertas matrimonij impediretur ad tempus, vt in c. penult. & fi. inf. de secundis nupt. nam, vt ibi patet, non potuit lex impedire matrimonium, etiam inf. annum luctus, licet subesset honestissima causa, vt ibi. nec tenet pœna appositа, ergo nec in terminis nostris, secundum Dominum meum in d. consilio. Quandoque secundum Dom. Ant. statutum imponit pœnam, auferendo lucrum, quod lex secularis concesserat, & hoc casu statutum valet, allegat glo. ordinariam super verbo, certo casu, in c. cum secundum leges. de
36 hereticis. lib. 6. exemplum, lex † ciuilis ptohibet matrimonium inter raptorem & raptam, & dant præmium raptæ mulieri, ut in Authen. de rapt. mulie. circa fin. colla. 9. certe statutum poterit disponere, quod si mulier nubat raptori, amittat illud lucrũ, facit quod not. Io. And. in cap. 2. de regu. iur. lib. 6.

¶ Sed aduerte, quia glo. est in contrarium. 36. q. 2. c. de puellis. alias est. §. quibus verbis. & scripsit Federicus consil. 35. & hoc plus placet Do. meo in d. c. 1. sup. eod. Quandoque vero statutum laicorum disponit circa dotem, & tenet, secundum Innoc. in d. cap. 1. & supra dixi, per cap. Raynutius, de test. Quandoque disponit circa solemnitatem duntaxat, nõ adijciendo aliquam pœnam, & ualet, & seruari debet, & non seruantes talem solemnitatem peccant.

¶ Sed aduerte, quia Docto. ibi non loquuntur de statuto, sed de consuetudine patriæ, inter quæ longa est differentia. Statutum enim laicorum nõ videtur aliquo modo valere, quia materia ad eos non pertinet. Secus in consuetudine, quia in ea interuenit consensus episcopi, & totius cleri, de quo statim dicam.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone ad abundantem cautelam, quidam vult contrahere cum minore viginti annis, & vult habere consensum consanguineorum, ne habeat disputare de pœna: Vnde puella volens contrahere requirit consensum ipsorũ: ipsi verò nolunt consentire, queritur quo remedio succurratur ipsi puellæ. ¶ † Sol. Dic, q̃ multi-
37 plex competit remedium.

¶ Primum est, quod puella requirat consanguineos, vt consentiant, quod si nolunt consentire, adeat iudicem, & petat ut compellat eos consentire, nisi habeant aliquam iustam causam, secundum Pau. de Cast. post Bald. in l. 1. C. unde uir, & uxor. facit l. si legatarius. in fine. ff. de fideicommissarijs libertatibus. tenet Dom. me. in c. nullus. inf. de iure patronatus.

¶ Secundum remedium est, quod ipsa ipsis denegantibus præstare consensum potest nubere sine eorum consensu, secundum Dom. Anto. in c. nec episcopi, sup. de tempo. ordinationum. & adde quę statim dicam.

¶ Tertium, quod si tales consanguinei forte de prauato animo nolunt consentire, expectantes hæreditatem puellæ, iudex poterit adhibere alios coniunctos remotiores, qui talem spem succedendi non habeant, secundum Bald. in l. uiduæ. C. de nuptijs, & uide quod statim dicam in versic. seq.

¶ Quartum remedium est, quod iudex compellat consentire, arg. l. huiusmodi. §. fin. ff. de leg. 1. & si forte ipsi potius paterentur se decoriari quàm cõsentire, iudex interueniat loco nolentis uel nolentium cõsentire, supplendo uices eorum, vt l. 1. & l. viduæ. C. de nuptijs, & per ea quæ traduntur in l. bonorum. C. qui admitti ad bonorum possess. pos. & l. si infanti. C. de iure deliberandi. & l. profectitiæ. in prin. ff. de iure dotium, secundum Bal. in d. l. 1. tenet Do. me. in d. c. nullus. de iure patronatus, per not. in l. fin. C. de bonis, quæ liberis, & l. si cum dotem. ff. solu. matrim. & subdit Bal. in d. l. 1. quod credit quod sit bonum quod iudex interloquendo declaret illum nolentem consentire esse suspectum, & propter hoc in locum ipsius suspecti & remoti iudex interponit decretum suum. ff. de testamentaria tutela. l. si quis sub cõditione. & idem consilium darem quo ad præcedentia remedia.

¶ Sed quæro circa prædicta, quid si iudex non

vult

vult compellere, nec adhibere aliud remediũ, quid debet facere puella. ¶ Sol. Dicit Bar. in l. fin. ff. de appell. recip. quod puella poterit appellare ad iudicem ad quem, & ad ipſum deferetur talis poteſtas. & idem voluit Bal. in l. in coniunctione. C. de nup.

38 ¶ Et nota, quod ſi ſtatutum † dicit, quod minor viginti quinque annis nõ poſsit nubere ſine conſenſu patris, & duorum, vel trium conſanguineorum, ſi mater eſt mortua, ſufficit habere conſenſum ſolummodo trium conſanguineorum: & idem eſt, ſi mater eſt in partibus ita remotis, quod periculoſa ſit eius expectatio. ff. de condit. & demonſtr. l. multum, in princ. & ff. de iudic. in l. ſi longius. §. fi. ſecundum Bald. in l. in coniunctione. C. de nup. Et ſi ſta-

39 tutum diceret, quod † non poſsit nubere, vel contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum ex parte patris, & ex parte matris duorum conſanguineorum: dic, quod ſi non habet niſi vnum conſanguineum ex parte patris, & alium ex parte matris, ſatis eſt habere conſenſum eorum, ſecundum Bal. in dicta l. in coniunctione. argu. l. Stichum, qui meus erit. ff. de legat. 1. vbi etiam hoc tenet Bart.

¶ Et aduerte, quia licet tales cõſanguinei eſſent minores, tamen ſufficit eorum conſenſus, dummodo eſſent diſcreti, ex quo ſtatutum non diſtinguit circa ætatem: ſecus ſi eſſent pupilli, quia non valeret eorum conſenſus ſine auctoritate tutoris, quia nec dicũtur præſentes, vt l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. & l. 1. in fi. C. de falſa moneta. & ſecundum Bald. in d. l. in coniunctione, in fi.

¶ Item aduerte, quia etiam ſi non haberet niſi vnum conſanguineum, illius requireretur conſenſus, & ſufficeret, argum. l. non eſt ſine liberis. ff. de verbor. ſignificatio. & dictę l. Stichus, qui meus erit. vbi hoc tenent Bart. & Bal. & idem tenet Bal. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. & Dom. meus in cap. quotiens, ſupra de teſtib. in notabilibus. & ibi dicit, quod ſi

40 ſtatutum † requiret conſanguineos ex latere patris, & nullos ex latere patris haberet conſanguineos, debent recipi cõſanguinei ex latere matris, per no. per Bar. in d. l. Stichum. & per Bald. in l. in copulandis. C. de nupt. tenet Petr. de Anchar. in repetitio. cap. canonum, ſupra de conſti. in 14. quæſt. princip. verſic. ſed pone, ſtatutum exigit.

¶ Ex qua deciſione ego infero, quod ſi ſtatutum exigeret duos conſanguineos ex latere patris, & duos ex latere matris, quod ſi haberet ex latere patris vnum duntaxat conſanguineum, & ex latere matris haberet plures, tunc ex latere matris non ſolum duo, ſed tres videntur aſſumendi. Si verò talis puella nullos haberet cõſanguineos, cum ſtatutum ſeruari non poſsit, ſeruandum eſſet ius commune, ſecundum Bald. in d. l. 1. C. vnde vir, & vxor.

41 ¶ Et aduerte, quia licet ſtatutum † ad ſolemnitatem, vel pro forma alicuius actus requirat conſenſum trium, vel quatuor conſanguineorum: tamen valet ille actus, quamuis maior numerus ſit adhibitus, puta quinque, vel ſex, ſecundum Pet. de Anch. in dicta repetitio. in 14. quæſt. princip. verſic. quid dices in aliquo actu. vide, quæ latius dixi in c. cum conſuetudinis. ſupra de conſuet. & ibi vide, vtrum huiuſmodi ſtatutis ligetur ſubditus contrahens extra territorium.

42 ¶ Sed quæro circa prædicta; Pone, ſtatuto † caueretur, quod deſponſans alteri deſpõſatam de voluntate ipſius deſponſatæ puniatur in mille, Seius Meuiam alteri deſponſatam deſponſauit inuitam, quæ poſtea traducta dona recepit á ſponſo, & conſanguineis ſponſi: quæritur, vtrum Stichus inciderit in pœnam ſtatuti. ¶ Sol. Zabar. in dicto cap. ad id, ſupra eod. dicit, quod quidam Doctor conſuluit, quod non, quia Seius non deſponſauit Meuiam de voluntate ipſius, & quamuis ipſa poſtea dona receperit, potuit recipere cum animo conſentiendi in matrimonium. Item, quia verba ſtatuti ſtrictè ſunt intelligenda. ff. ad exhib. l. penul. infra de iniur. cap. in noſtra, cum ſimil. Sed Gaſpar Calder. conſuluit contrariũ, quia iſta dicitur de voluntate ſua deſponſata propter ſequentem cõſenſum præſumptum ex mora addita in domo ſponſi, & ex receptione rerũ donatarum, per dictum cap. ad id, ſupra eod. & arg. ff. de acquir. hæred. l. pro hærede. vbi adminiſtrans bona hæreditaria, intelligitur hæreditatem adire:

43 & quamuis ſtatuta † ſint ſtrictè intelligenda, tamen recipiũt interpretationem declaratoriam, ad quod vide, quæ latiſsimè dixi in capit. ex literis, ſupra de conſtitutio. quinimmo etiã recipiunt mentalem, ex ratione, vt no. Ioan. And. in regula, pro poſſeſsione, de regul. iur. lib. 6. Immo etiam extenſiuam, vbi eſt eadem ratio, vt l. iuſta. ff. de verbor. ſignif. & in cap. cum dilecta, ſupra de confirm. vti. & in cap. ſi poſtquam, de electio. lib. 6. ad quod vide, quæ latè dixi in capit. translato, ſupra de conſtitutio. Sed dicit Zabar. in dicto cap. ad id. quod primum dictum videtur verius: quãuis enim ratihabitio ſequens perficiat matrimonium, vt dicto cap. ad id. tamen perficit non vt ex tunc, ſed vt ex nunc, vt ibi dicit Zab. Ad quod vide, quod dixi in capit. cum apud, ſupra eod. in 9. princip. art. verſic. ſeptimum impedimentum, maximè quæſt. 6. Facit, quia metus reddit matrimonium ipſo iure nullum, vt in c. veniens. il ſecondo, ſupra eod. ad quod vide, quod dixi in dicto capit. cum apud. verſic. ſeptimum impedimentum. q. 1. & ſic patet, quod non eſt verum dicere, quod retro hæc fuerit de voluntate ſua deſponſata, quod requiritur ad hoc, vt ſit locus verbis ſtatuti, & præcipuè cum ſit pœnale, propter quod ſtricta debet fieri interpretatio, vt in regula, in pœnis. de reg. iur. lib. 6. cum ſua materia. & hæc procedunt, formando quæſtionem, vt ſupra formata fuit. Sed dicit Zabar. quod credit, quod quæſtio illa non fuerit Gaſpari ita formata, ſed ſub iſtis terminis, videlicet, quod Mæuia prius fuit deſponſata à Titio per metum, & ſic inuita, & poſtea traducta fuit in domũ Titij, deinde Seius eam deſponſauit, & tunc quæſtio habet maius dubium: & videtur, quod hoc caſu verius ſit, quod conſuluit Gaſpar, quod Seius inciderit in pœnam ſtatuti: quia cum hanc deſponſauit, verum eſt dicere, quod erat alteri deſponſata de voluntate ſua, & hoc ex ratificatione ſequenti: ad quod faciunt, quæ dixi in dicto verſ. ſeptimum impedimentum. quæſt. 6. & ſic Seius, cum eam voluntariè deſponſauerit, incidit in pœnam, & prædicta perpetuò notabis, quia vtilia ſunt, & quotidiana propter ſtatuta, quæ communiter vigent in Italia, requirentia in contractibus mulierum, & minorum conſenſum conſanguineorũ, ſuper quibus pluries conſului, & pluries de facto euenire vidi.

¶ Poſtre-

¶ Poſtremò circa hãc ſextam principalem quæſtionem quæro, vtrum valeat ſtatutum, quod pro-

44 bationes † factę in cauſa matrimoniali fidẽ faciant. ¶ Sol. Bal. in l. non ignorat, in fi. C. qui accuſ. non poſſ. tenet, quod ſic: vnde ſi accuſatus de adulterio, vt excludat adulterium, negat matrimonium, & iudex, vt poſsit punire de adulterio, recipit probationes ſuper matrimonio, valent tales probationes, ſtante prædicto ſtatuto: aliàs iudex non poteſt de cauſa matrimonij cognoſcere, vt in cap. tuam. ſupra de ordine cogni. dixi ſupra eod. cap. ex parte, artic. 24. tamen ſtante prædicto ſtatuto vale-

45 bunt: quia ſicut partes † poſſunt conuenire, & paciſci, quod probationes inutiles, & minus legitimæ inter eos teneant, vt no. Innoc. in cap. cum cauſam, ſupra de teſtib. & Innocen. & Doct. in cap. 2. de fide inſtrument. ergo fortius poteſt hoc inducere ſtatutum inter ſuos ſubditos, vt no. glo. in rubrica. C. de decret. decurio. lib. 10. ſecundum Bal. quæ deciſio apud me eſt ſatis dubia, ex quo ſtatutum ſpecificè facit mentionem de matrimonio, ſuper quo tanquam ſuper ſacramento, & re ſpirituali nullam habet iuriſdictionem, & poteſtatem, vt in cap. decernimus, & in cap. quanto. ſupra de iudi. & in c. tuam, de ord. cogn. propter ea, quę ſuperius dicta ſunt.

Hic multa deſunt.

hoc promittat, & poteſt eſſe duplex ratio.

¶ Prima, quia hæc conſuetudo concurrit cum iure antiquo, nec cenſetur ſublata per ius nouum, ex quo non improbatur per illud ius, & concurrit ſecum ſcandalum, & hanc rationem ſentit gloſſa prædicta.

¶ Secunda ratio colligitur ex his, quæ ſtatim dixi, quia præſumptio continens in ſe ſcandalum ex ipſius omiſsione poteſt inhabilitare alias habiles. Sed vbi à principio nullum fuiſſet impedimentum, ſolum ſcandalum ſuperueniens non poteſt diſſoluere matrimonium, vt dicit glo. præalleg. quam notabis, quia propter ſcandalum nõ eſt recedendum à veritate iuris diuini, vt in cap. 2. de noui ope. nunciatio. & in regula, qui ſcandalizauerit. infra de reg. iur. Concludo ergo ex prædictis, quod cõſuetudo poteſt crare nouum impedimẽtum ad finem, vt impediat matrimonium cõtrahendum. Item ad finẽ, vt dirimat ad tempus. facit, quod traditur infra, de matrim. contracto contra interd. eccleſ. per totum. vbi dicam in materia 14. impedimenti. ſub artic. 9. Si verò cõſuetudo operaretur ad finem, vt dirimat matrimonium in perpetuum, valeret, ſi modo haberet concurſum iuris antiqui, & ipſius omiſsio induceret ſcandalum. Si verò non habet concurſum iuris antiqui, nõ valet, vt matrimonium dirimatur in perpetuum, quia talis diſſolutio non poſſet fieri ſine peccato, argumen. cap. cum ex iniuncto. ſupra de oper. noui nuncia. niſi talis conſuetudo haberet approbationem à Papa, vt dixi. tenet Hoſtien. in cap. 1. infra de cognat. ſpiritua. vbi concludit, quod

46 ſola conſuetudo † approbata per Papã inducit impedimentum, ne matrimonij contrahatur, & contractum ſeparetur, in quibuſcũque caſibus hoc facere poſſet conſtitutio, vt d. c. ſuper eo, & cap. quod dilectio, de conſanguinita. & affinitita. & capit. cum olim, de cleric. coniug. & 32. diſtin. placuit. Subdit Hoſtiẽ. quod miratur, quod aliquis Doctor ex hoc

47 turbetur: cum enim † conſuetudo ſit approbata per Papam, certum eſt, quod habet vim conſtitutionis, ex quo redacta eſt in corpus iuris, vt in capit. cum in tua. ſupra eo. & in cap. fin. infra, de clandeſt. deſpon. quare ſi Papa vult, & ſtatuit, q̃ ſecundũ diuerſas cõſuetudines ſtetur diuerſis canonibus, quis cõtradiceret? quaſi dicat, nemo. Ad alios verò ſimiles caſus, talis cõſuetudo non extenditur, quia licet ſimiles videantur: tamen, quia cum habent pro ſe conſtitutionem expreſſam poſſunt dici diſſimiles, ſecundum Hoſtien. & idem tenent Petrus Hiſpanus, Lauren. Tancre. Vincen. Innocen. quos refert, & ſequitur Ioan. Andr. in dicto cap. ſuper eo. & ſic patet ex prædictis, quod conſuetudo poteſt inhabilitare habiles: & ratio ſit, quia inhabilitatio eſt onus, non autem poteſt habilitare inhabiles, quia eſt honor. 8. quæſtio. 1. cap. in ſcripturis. ſecundum Vincen. in cap. 1. & in cap. ſuper eo. infra de cognat. ſpirit. Et idem voluit ibi Goffr. in effectu, qui etiam dicunt idem eſſe, ſi conſuetudo habeat fomentum iuris antiqui contra ius nouum, quæ dicta non placent Hoſt. quia ſecundum ea plus operaretur conſuetudo eo caſu, quo eſt debilior: nam quando inhabilitat eſt contra ius diuinum, & contra ius canonicum: ſed quando habilitat eſt contra ius canonicum, & ſecundum ius diuinum, & ſecundum prædictas opiniones cõſuetudo ſola valet contra ius canonicum, & diuinum, ſed quando eſt contra ius canonicum duntaxat, non valet, quod ſonat in abſurdum. Exemplũ, ſi conſuetudo habet, quod in quinto gradu poſsit contrahi matrimoniũ, hæc conſuetudo eſt contra ius diuinum, & canonicũ, quæ permittunt tale matrimoniũ, & tamen valet hæc conſuetudo, ſecundum illam opinionem.

¶ Sed prædictum argumentum Hoſtien. parum

48 valet, vt dicit D. M. conſuetudo † enim inhabilitãs alias habiles poteſt eſſe rationabilis, habilitãs vero inhabiles non põt eſſe rationabilis, ut dixi, quia prima quando inhabilitat habiles eſt inducta ad charitatem ampliandam, vt homines potius cõtrahant cum extraneis, quam cum taliter coniunctis, & ſic ut amplietur neceſsitudo charitatis. nam propter hanc rationem matrimonia fuerunt prohibita inter conſanguineos. 35. quæſtio. 1. cap. primo.

¶ Secundo verò caſu cõſuetudo eſt cõtra bonos mores, & contra bonum charitatis, in eo quod relaxat prohibitionem inter cõſanguineos: quare, cum ſit contra legem nutrientem bonos mores, non valet, vt in c. fin. de conſuetudine. not. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, dixi latè in cap. 2. ſupra de conſuetudine. in 6. principali artic. verſ. 57. & pluribus ſequentibus uerſiculis.

¶ Præterea nõ eſt verum dictum Hoſtien. quod in primo caſu conſuetudo diſponat contra legem diuinam & canonicam: quia licet ius diuinum & canonicũ permittãt matrimonia in quinto gradu, non tamen præcipiunt vt contrahatur. In facultate ergo hominũ relinquitur, utrum velint uel nolint contrahere in dicto gradu. facit l. non quicquid. ff. de iudicijs, & quod not. in c. conſuluit. de offi. leg.

Sed

Sed in ſecundo caſu conſuetudo de directo diſponit contra præceptum canonis, ideo aliud eſt in primo caſu, & aliud in ſecundo. Item conſuetudo poteſt interpretari ius diuinum, ut ſupra dixi.

¶ Et ex prædictis infertur, quod non ualet con-
49 ſuetudo, † quod ſecundum matrimonium cõſum matũ præferatur primo per uerba de præſenti non conſummato, ut in c. fin. inf. de ſponſa duorum. & ibi latius dicam de intellectu illius c. quod procedit etiam ſi talis conſuetudo eſſet obtenta in contradictorio iudicio, per not. in c. licet. inf. de ſpon. duorum. dicam in d. c. fin.

¶ Poſtremò aduerte, quia ſi diſpenſatur cum aliquibus, ut poſſint contrahere incerto gradu alias prohibito, puta hodie in 3. vel 4. gradu, requiritur quod vterque contrahentium toto gradu diſtet à ſtipite, puta vterque diſtet à ſtipite in tertio gradu, vel uterque diſtet à ſtipite in quarto gradu, ſi hoc habet conſuetudo. ſecus ſi conſuetudo hoc non haberet, quia ſufficeret quod alter tantum diſtaret à ſtipite in illo gradu, ut in c. quod dilectio. inf. de conſanguin. & affin. ſecundum unum intellectum. & ſic conſuetudo poteſt operari ſuper declarationem diſpenſationis emanantis à ſede Apoſtolica ſuper matrimonio. nec per indulgentiam principis fit præiudicium tali conſuetudini, ut in c. 1. de conſtitut. lib. 6. Alij uero aliter intelligunt illum tex. dicentes quod ſi diſpenſatur cum aliquibus, ut poſſint contrahere in gradu prohibito, vterque debet eſſe diſtans à ſtipite in illo gradu, præſertim ſeu maxime ſi hoc habet conſuetudo. Sed præcedens intellectus eſt communior, vt ibi videbimus. & ex his Deo duce, eſt notabiliter expeditus iſte 19. art.

¶ Vlterius quoniam tex. noſter dicit quod ſponſalia de futuro per copulam carnalem tranſeunt in matrimonium, merito hic iuxta premiſſum ordinẽ in rubrica, venit examinandus 22. principalis artic. in quo hæc materia venit tractanda.

¶ Vigeſimoſecundo igitur principali articu. tractandum eſt, vtrum, quãdo & per quos modos ſpõ-
50 ſalia † de futuro tranſeant in matrimonium. Circa quem dic, quod pluribus modis tranſeunt in matrimonium. Primò per copulam carnalem. tex. eſt hic, & in c. de illis, & c. per tuas. inf. de conditionibus appoſitis. Sed hoc recipit plures declarationes.

¶ Prima declaratio ſit, quod tex. noſter, & prædicta concluſio procedit non ſolum ſi copula ſit habita à ſponſa perfectæ ætatis, ſed etiam ſi ſit habita à ſponſa ante perfectam ætatem, nam copula præueniens pubertatem facit cenſeri puberes eos qui ex annorum numero ſunt impuberes. Et prædicta probantur in c. à nobis, & c. continebatur. verſi. ſi autem. inf. titu. 1.

¶ Secunda declaratio eſt, quod hoc procedit & habet effectum etiam ſi poſt copulam contraxerit cum alio, quia non ualet uerum matrimonium poſtea cum alio contractum.

¶ Nec obſt. quod hoc matrimonium tanquam præſumptum debeat tolli per ſecundum uerum, cum veritas præferatur præſumptioni. inf. qui matrimonium accuſare poſſunt. c. fin. & quod not. in c. quanto, de præſumptionibus. quia præſumptio, de qua hic, habetur pro veritate, nec admittitur probatio in cõtrarium. Secus ſi fuiſſet præſumptio iuris tantum, quia tunc ſuccumbit veritati probatæ in contrarium, quia admittit probationem incõtrarium, vt in c. propoſuiſti. ſup. de probationib.

¶ Tertia declaratio ſit, quod tex. procedit nõ ſolum ſi ſponſalia ſint pura, ſed etiã ſi ſint conditionalia, & ante conditionis euentum interceſsit copula, ut eſt tex. in c. de illis, &c. per tuas. inf. de conditionibus appoſitis. & uidetur hoc mirabile, quia copula operatur duo, quia purificat ſponſalia, & illa transfundit in matrimonium, quod tamen procedit, niſi ante copulam cõditio defeciſſet, vel ſponſalia eſſent aliter ſoluta, vt ſtatim dicam, & qualiter per copulam ſponſi uideantur à conditione ſponſalium receſsiſſe, dicam in d. c. per tuas. ubi plura uidebimus ad declarationem prędictorum, & aliorum iurium.

¶ Quarta declaratio ſit, quod tex. noſter procedit, & declaratio præcedens, etiam ſi vir ante copulam proteſtetur, quod non intẽdit recedere à conditione, vt not. glo. in d. c. per tuas. verſic. ſed quid ſi ante coitum. per cap. cum M. ſupra de conſtitut. & c. ſolicitudinem, de appell. Idem tenent ibi Zen. & Goffr. & tenet Specul. in tit. de cond. appoſ. in fi. & ratio eſt, quia proteſtatio præcedens tollitur per contrarium factum. Sed in contrarium facit, quia
51 proteſtatio † præcedens videtur irritare, & tollere ſequens factum, in cap. fin. infra de conditio. appoſ. dummodo proteſtatio habeat ſua ſubſtãtialia. Sed pro prima opinione facit, quod not. glo. in c. tua, ſupra eod. quare dic, quod in terminis noſtris proteſtatio prædicta tanquam turpis debet haberi pro non adiecta, fauore matrimonij, vt dicto capit. fin. infra de condit. appoſ. vnde ſponſus non poteſt cognoſcere ſponſam, quin ſponſalia tranſeant in matrimonium, quantumcunque proteſtatio præcedat in contrarium: vnde nõ eſt niſi vnum remedium, quod prius renũciet ſponſalibus, quia tunc copula ſuperueniens non poteſt inducere matrimonium, niſi reperiat ſponſalia precedere, vt in cap. venientis. il ſecondo, & cap. tua. ſupra eod. ſecundum Dominum meum, & ſtatim dicam. quod tamen procedit, niſi proteſtatio veſtiretur ex aliqua iuſta cauſa, puta ratione metus, per cap. 1. ſupra quod met. cau. & ad prædicta vide omnino, quæ dixi in cap. tua. ſupra eod. in 14. princip. artic. verſic. item quæro de quæſtio. quam format glo. Fortius ergo ſi ſponſalia nõ fuerunt cõditionalia, ſed pura, proteſtatio præcedens, quod vir per copulam nõ intendit contrahere matrimonium, non releuat, quod procedit, etiam ſi ambo conſentiunt proteſtationi, quoniam iſta eſt præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio, etiam per confeſsionem partiũ: vnde licet alias dicamus, quod contra præſumptionem iuris, & de iure admittatur probatio per confeſsionem partium, & etiam per iuramentum, quia hæ propriè non ſunt probationes, ſed releuant à probatione, vt in authent. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. & in corpore, vnde ſumitur. tex. & Bal. in l. veteris. C. arbitrium tute. & l. antiquæ. C. ad Velleian. dixi in clemen. 1. de fo. competen. ſuper glo. in verbo, præſumatur. tamen in terminis noſtris nõ admittitur probatio in contrariũ, etiam per confeſsionem, nec etiam patiente aduerſario, & tolerante, licet alias cõtra præſumptionem iuris,

iuris, & de iure, aduerſario tolerante, & tacente admittatur probatio, nec per probationẽ contrariam recedatur à tali præſumptione, per ea, quæ no. glo. & Doct. & expreſsius Dom. meus in cap. cum contingat, de offic. deleg. dixi in clem. 1. de cau. poſſeſſ. & propriet. in verſic. penult. & in cap. quanto. ſupra de præſump. & vide Innoc. in cap. quia plerique, de immun. eccleſi. vbi ſingulariter dicit, quod licet ſen-
52 tentia † trãſiuerit in rem iudicatam, tamen ſi pars, pro qua lata eſt, fatetur cauſam iniuſtam, debet talis ſententia retractari, quod etiam, ſi rectè meminì, vult Bart. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condic. indeb. & Cyn. in l. neque. C. ad exhiben. & & idem dicit Innoc. ſi pars de facto admittit probationem, vt not. Innoc. in cap. fraternitatis. infra de frigid. & in capit. cum Bertholdus, de re iudic. & in cap. cum dilecta, de reſcrip. & Dom. Anton. hic. & ratio poteſt eſſe, quia text. noſter non ſolum præſumit matrimonium, ſed etiam fingit: & ideo huiuſmodi probationes in contrarium non admittuntur, vt not. Ioan. de Imo. in cap. 1. de foro compet. & ibi dixi ſuper glo. in verbo, præſumat. quia contra fictionem, nec tacente, nec conſentiente parte, nec per iuramentum, nec per cõfeſsionem, admit-
53 titur probatio † in contrarium, vt ibi dixi. no. Bar. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. per illum tex. & not. in l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. tradit Salice. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. venditio. & Ioan. de Imo. in repet. cap. cum contingat, de iure iuran. verſic. nunc reſtat, colum. 70. & Pontan. in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig.

¶ Sed aduerte, quia, vt dixi in dicta clem. vnica, de foro compet. ratio, quare contra fictionem iuris non admittitur probatio, eſt, vt mihi videtur, quia
54 lex fingit ſuper expreſsè falſo, quia fictio † eſt oppoſita veritati, vt in cap. 3. de regularib. & in cap. nonnulli. §. 2. de reſcript. & in l. fin. C. de ſent. paſſ. not. glo. 3. in cap. accuſatus, de hæret. lib. 6. & no. de conſecrat. diſtinct. 1. cap. nullus. tradit Bald. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iudex. & Salic. in d. l. ſiue poſsidetis. & iſta eſt differentia inter fictionem, &
55 præſumptionẽ, quia fictio † eſt ſuper omnino falſo, præſumptio ſuper incerto, vt ſingulariter not. glo. ſuper verbo, præſumatur. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. Pone exemplum, fingit lex, quod filius adoptiuus ſit filius, & tamen non eſt filius, niſi per fictionem, & iuris diſpoſitione. Item lex fingit captum ab hoſtibus mortuum præambula hora captiuitatis, cum verum, & certum ſit contrarium, & ſic de ſingulis, vnde de facili quis poſſet probare contrarium, poſtquam veritas clarè ita ſe habet in contrarium, ſed ius hoc noluit, quia præſupponit, & fingit illud ita eſſe, & fingendo voluit ita diſponere, vide, quæ dixi in clem. vnica, de foro competen. & videtur cõcludendum, quod in terminis noſtri cap. non ſit propriè fictio, vt voluit Io. de Imo. & quidam alij, quia ius non ſtatuit hoc ſuper vero, & certo contrario, ſed potius iudicio meo, ſuper incerto; præſumpto tamen, quod ita ſit. Quare arbitror, quod ratio ſit, quare hic non admittitur probatio in contrarium aduerſario tacente, vel conſentiente, aut per confeſsionem, aut per iuramentum, quia ex quo ius præſumit matrimonium, non eſt in poteſtate partium illud diſſoluere, quod ſatis videtur eſſe, ſi prædictæ probationes admitterẽtur. & vide ad prædicta, quæ dicam infra, de diuort. artic. 32. & quod dixi in cap. cum in tua. ſupra eod. artic. 27. quæſt. 6. verſic. circa ſecundam quæſtionem. Sed tamen Dom. Ant. & Dom. meus hic aſsignant aliam rationem, videlicet, quod tunc admittitur
56 probatio † in contrarium, quando ius præſumit, & ſtatuit in fauorẽ alicuius: tunc enim ille, confitendo contrarium, tollit præſumptionem. Sed in caſu noſtro non agitur de fauore contrahentiũ, ſed matrimonij: vnde coniuges, confitendo, non poſſunt præiudicare matrimonio, vt in cap. ſuper eo. infra, de eo, qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. & ideo non ſtaretur confeſsioni, ſi dicerent, & confiterẽtur ambo, quod nõ cognouerunt ſe affectione maritali, vt dixi, licet Petrus de Vbaldis de Peruſia, frater Baldi, de hoc miraretur, & malè, & ratio prædicta reincidit in rationem meam.

¶ Sed aduerte, quia quod ſupra dixi, quod non admittitur probatio in contrariũ, procedit de probatione directa, ſecus de probatione indirecta, vt puta, quod prædicti ſponſi prius renunciauerunt ſponſalibus, quàm ſe carnaliter cognoſcerent, ſecundum Dominum meum hic, & voluit Do. Ant. in clemen. 1. de probatio. ante glo. antepenult. verſic. & hoc fortè voluit litera, & ibi dixi, & hoc etiã ſenſit Vincent. qui dicit, quod tex. non procedit, quando mulier poterat eſſe vxor de futuro, & non mutato priori ſtatu, & eis manentibus in eodẽ propoſito, vel ſaltem non proteſtantibus contrarium, fuit cognita, aliàs per coitum nõ efficeretur matrimoniũ præſumptum. & quod dixi de proteſtatione, intelligo per quam diſceſſum fuerit à ſponſalibus: vnde dicto modo admitteretur probatio in contrarium. Dicit etiam hic Vincentius, quod eo caſu, quo poteſt verum matrimonium accuſari, & probari, poterit accuſari, & probari etiam hoc præſumptum, & finaliter, ſecundum Vinc. hoc cap. intendit, ꝙ contra huiuſmodi matrimonium ſic præſumptum non admittatur probatio, qua ſi talis copula non inducat matrimoniũ, ſed contra ſubſtantiam matrimonij bene auditur, & admittitur probatio: & ſic in effectu vult dicere Vinc. quod ſi vir, vel mulier volunt probare, quod copula non ſufficit ad transferendum ſpõſalia in matrimoniũ, non audiuntur, quia hoc eſt contra ius hic determina-
57 tum. Sed ſi alio modo volunt probare, puta, † quia ante copulam ſoluta ſunt ſponſalia, admittuntur, & eodem modo dic, quod admittetur etiam vir ad probandum quod ante copulam contraxit cum alia per uerba de præſenti, vel mulier cum alio, & generaliter audiuntur & admittuntur ad probandum quodcunque aliud impedimẽtum quod reddit matrimonium nullum, puta conſanguinitatis, affinitatis, vel ſimile, per quod uerum matrimoniũ accuſari poſſet, & ideo ſi poſt ſponſalia ſuperuenit affinitas, per quam ſponſalia de futuro ſoluuntur, vt inf. de eo qui cognouit conſan. uxo. ſuæ. cap. ueniens. il primo, & c. ex litteris. meritò cum talis copula non reperiat ſponſalia quæ ſunt ſoluta, ideo admittitur hæc probatio, ad quod vide, ꝙ dicam inf. in prima limitatione. Nec iſta litera aliud vult, niſi quod contra præſumptionem huiuſmodi non admittatur probatio. vnde etiam dicit Vincen. ꝙ

ſi vir

ſi vir fornicario affectu ſponſam cognouit, & non maritali, quod in ueritate non eſt matrimonium, nec debet cum illa remanere, ſed potius excommunicationem pati, quaſi ſentiat, quod ſine conſenſu maritali non contrahitur matrimonium, vt latè dixi in c.tua.ſup.eod. in 14.princip.arti. in principio.

58 Eccleſia † tamen ſtabit pro matrimonio præſumpto, & filij cenſebuntur legitimi, & ſi ipſa contrahit cum alia cenſebitur bigamus, licet in ueritate non ſit, nec audietur probatio contra bigamiam, ſicut non admittitur probatio cõtra matrimonium præſumptum, ut hic: quod intellige in foro iudiciali, ſecus in ſpirituali, per no. in c.tua.ſup.eo. quare conſulerem uiro ad omne periculum tollendum, quod maritali affectione vxorem cognoſceret.

¶ Et aduerte, quia quod dixit Vin. de bigamia, procedit ſi uir habuiſſet aliam uxorem, ſecus ſi nõ habuit, quia tunc uiuente muliere cum qua matrimonium eſt præſumptum ut hic, ſi conſummat matrimonium cum alia, hoc matrimonium cenſetur nullum, & ſic non inducit bigamiam, ſed tenetur de pœna bigamiæ, ut in c.nuper.ſup.de bigamis, ſecundum Zabar.

59 ¶ Et ex prædictis ego infero, † quod ſi aliquis dicit mulieri, ego contraham tecum matrimonium, ſi permiſeris me tecum commiſceri, quod ſi illa permiſit, talis permiſsio tranſit in matrimonium.

¶ Aduerte tamen, quia Vin. in c.1. §. eſt autem. infra de ſponſa duorum. dicit q̃ quã cito mulier id permittat efficiuntur ſponſalia pura, & cum poſtea coeunt, copula ſuperueniens facit tranſire ſpõſalia in matrimonium. 32. quæſt. 5. cap. qui viderit. ſicut ſi deponens pecuniam dicat, ſi uoles, vtaris: nam quam cito ille vult vti, licet nondum vtatur, itur in creditum, ideſt mutuum, vt l. quod ſi ab initio. ff. ſi certum petatur. dicit tamen Vinc. hoc non eſſe verum, vt ibi patet, & in l. præcedenti, in fi. & perinde eſt, ſecundum Vinc. in caſu præmiſſo, ac ſi ab initio ſponſalia fuiſſent pura. ff. qui potiores in pigno. hab. l. potior. & ff. de peric. & commodo rei vend. l. neceſſario. Sed idem Vinc. in cap. per tuas, infra de condi. appoſ. dicit ſecundum quoſdam, ſecus eſſe ſi dicam, contraham tecum, ſi coieris mecum, quia tunc per primum coitum fiunt ſponſalia pura, per ſecundum fit matrimonium. ſed hoc ſibi non placet, quia per hoc ſequeretur conditionem inhoneſtam in ſponſalibus ſeruandam. Quare Gaſpar Calder. in dicto cap. 1. infra de ſpon. duor. dicit, quod l. ſi ab initio. non probat illud, ad quod eſt inducta, ſed potius contrarium: dicit enim, q̃ ſi cum ab initio deponerem pecuniam, permiſero tibi vti, ſi voles, non eſt mutuũ, antequam mota ſit pecunia, id eſt antequam vtaris, quia hoc importat illud verbum, ſi voles, quod eſt extenſiuum: tunc enim videberis velle uti cũ vteris. Sed in l. certi conditio. §. fin. quæ præcedit l. quod ſi ab initio. ab ipſo principio fuit depoſitum purum, & poſtea permiſi vti, nec fuit additum, ſi voles, ideo ſtatim fuit in mutuum. Cæterum in quæſtione noſtra præmiſſa, dic, quod vera eſt opin. Vincentij: quia, vt ſupra dixi, prima copula purificat ſpõſalia, & transfundit ea in matrimonium, per tex. noſtrum, qui indiſtinctè vult, quod ſponſalia præcedentia per copulam ſequentem tranſeunt in matrimonium. nec diſtinguitur vtrum ſint pura vel conditionalia, & q̃ conditionalia tranſeant, oſtendit ſupra in 3. declaratione. tenet Zabar. in d.cap. 1. §. eſt autem. inf. de ſponſa duorum. & uide quod ibi dicam in intellectu illius. §.

60 ¶ Quinta declaratio eſt, quod talis copula † facit tranſire in matrimonium ſponſalia precedentia, non ſolum ſi fuerint de futuro, ſed etiam ſi fuerint de præſenti, quæ tamen ratione minoris ætatis non tenebant tanquam ſponſalia de præſenti, ut not. in c. continebatur. inf. titu. 1. facit tex. noſter, & tex. in c. ueniens. il primo, & il ſecondo, & c. ad id. ſup. eo.

¶ Inſuper eſt aduertendum, quod hic tex. & cõcluſio ſuperius facta in prin. iſtius articuli, recipiũt aliquas limitationes.

¶ Primò limitatur, vt procedant, ſi modo ſponſalia de futuro præcedunt copulam, vt dicit tex. noſter. Secus ſi nulla ſponſalia præceſſiſſent, quia ſola copula non facit matrimonium, vt in c. tuę. ſupra eo. & ibi dixi in 14. articu. quæſt. 6. vel ſi ſponſalia præceſſerunt, & forte communi conſenſu fuerunt ſoluta, quod fieri poteſt, vt in c. 3. ſupra eod. dicam latius in c. ſequenti. articu. 31. quia ex quo ſunt ſoluta, copula ſequens non facit tranſire in matrimonium ſponſalia quæ olim fuerunt; quia, cum ſint ſublata, non eſt quid quæramus de tranſitu ipſorũ

61 ſponſalium in matrimonium, vt de ſe patet, quia eius quod non eſt, non poteſt fieri traſlatio, † vt in c. de cauſis. ſupra de officio delegati. & ibi dixi, & probatur in l. ſed ſi manente. ff. de precario. & l. Labeo. ff. de arbitris. dixi latè in c. ſignificaſti. ſupra de foro competenti. in 1. princip. articu. in princ. & notabiliter traditur per Barto. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. in materia fictionis narratiuæ. & per eandem rationem idem dicendum eſt, ſi ſponſalia fuiſſent ſublata per matrimonium contractũ per uerba de præſenti cum alia, poſt quod matrimonium carnalis copula cum prima ſponſa fuiſſet ſecuta, ut dixi ſupra: ſiue ſponſalia prima eſſent pura, ſiue conditionalia: nam cum matrimonium tenuerit, copula poſtea ſequens nihil operatur, ſecundum Vinc. in c. per tuas. inf. de condi. appo. & Gofredum, eod. tit. c. ſuper eo. & ſequitur Zab. in d.c. per tuas. & idem etiam dicendum ſi ſponſalia fuiſſent conditionalia, & defeciſſet conditio ante copulam, vt d. cap. per tuas. & ibi glo. penult. & ſequitur Zab. Et ſimiliter etiam idem dicendum ſi ſponſalia ſequerentur copulam, ſecundum Io. pro quo eſt tex. in cap. ueniens. il ſecondo. ſupra eod. vbi requiritur quod copula ſit ſecuta ſponſalia, & nõ ſufficit quod copula præceſſerit. dicit tamen Io. quod ſponſalia quæ ſequuntur copulam, licet non tranſeant in matrimonium, tamẽ legitimãt prolem. inf. qui filij ſint legit. c. tanta. quod non placet Io. An. quia c. tanta. loquitur in matrimonio, vt dicam in d. ti. qui filij ſint legiti. ſub arti. 29. in effectu legitimationis per ſubſequentiam matrimonij.

¶ Secundò limitatur, ſi modo talis copula ſequatur ſponſalia, & fiat poſt benedictionem, ſecus ſi copula interuenit ante benedictionem, quia tunc non facit tranſire ſponſalia in matrimonium. Sed hæc limitatio mihi non placet, quia ſiue copula ſequatur benedictionem, ſiue præcedat, dummodo ſequatur ſponſalia, ſponſalia tranſeunt in matrimonium, quia tex. noſter nõ requirit benedictionem, ſed ſimpliciter vult quod ſponte per copulam ſequentem tranſeant in matrimonium. uide quod dixi in c. tua. ſup. eo. arti. 14. q. 10. verſ. utrum autem cognoſcens.

¶ Tertiò arbitror limitãdum, ſi modo tempore copulæ uterque eſſet ſanæ mentis, ſecus ſi ambo vel alter etiam effectus furioſus, demens uel mente captus, quia ex quo tales non poſſunt expreſſe conſentire, nec tacite poſſunt preſumi aut fingi conſentire. facit. l. qui ad certum. ff. locati. ad quod uide quod dixi in c. dilectus. ſupra eo. q. 10.

¶ Et aduerte, quia cum hanc limitationem fuiſſem imaginatus, reperi poſtea Io. An. in c. fraternitatis. infra de frigidis. qui dicit quod licet ſponſalia præceſſerunt furorem, tamen talis copula non facit matrimonium præſumptum, de qua præſumptione loquitur tex. noſter.

¶ Quartò limitatur, ſi modo talis copula fuit ſecuta voluntarie ab vtraque parte, & ſic etiam præſtita, ſecus ſi forte mulier conſenſit per uiolentiam vel per metum qui caderet in cõſtantem mulierẽ. facit quod dixi ſupra de proteſtatione, in quarta declaratione. ad quod etiam vide quod dixi in c. cum apud. ſup. eod. in 14. prin. arti. verſ. ſeptimum impedimentum. q. 3.

¶ Quintò limitatur, ſi modo ſit vera copula, ſecus ſi ſit nixus ad copulam, vt in c. fi. inf. eo.

¶ Sed aduerte, quia cõtra hoc uidetur tex. in c. iuuenis. ſupra eo. vbi nixus ad copulam habet effectum copulæ.

62 ¶ Item facit, quia † delictum ſic attentatum debet haberi pro cõſummato, ſaltem quo ad Deum. facit, quia ſi quis tiderit mulierem ad concupiſcentiam, iam eſt mechatus in corde ſuo. 32. quæſtio. 5. c. nec ſolo. & cap. qui viderit. Sed potes dicere ſecundum Gaſpar. Cald. quod tex. in d.c. fin. infra eo. eſt intelligendus quando ſponſa erat impubes, ita q̃ non poterat nec expreſsè nec tacitè in matrimonium conſentire, alias inter maiores nixus ad copulam induceret matrimonium præcedentibus ſponſalibus, quia tales ſponſi eo modo in matrimoniũ conſenſiſſe viderentur, ne alias præſumeretur delictum. contra l. merito. ff. pro ſocio. & c. primum. ſupra de ſcrutinio. vnde potius maritali affectione quam fornicario affectu uidentur ad copulam conſenſiſſe, facit etiam, quia in dubio debemus fauere matrimonio, vt in cap. fin. ſupra de re iudicata. Sed dicit Dominus meus, in d. cap. fi. quod prædicta opinio Gaſparis deſtruit literam illius capituli, quæ indiſtinctè loquitur, & omnes Doctores tenent contrarium. nam cum in hoc tex. copula ſequens inducat matrimonium ex iuris præſumptione deuiante à communibus regulis, talem præſumptionem uel fictionem non debemus extendere ad caſum non expreſſum, per not. in cap. in noſtra. infra de iniurijs. & l. 3. ff. de negotijs geſtis. iſta fuit opinio Zab. in d.c. fi. per rationem prædictam.

¶ Item, quia prædicta opinio diuinat ad literã, d. cap. fin. ibi enim non dicitur quòd mulier eſſet impubes, ſed ſimpliciter, q̃ adoleſcens nixus fuit cognoſcere deſponſatam ſibi per uerba de futuro.

¶ Item aduerte, quia Inn. plus hic ſenſit, videlicet quod ſi ſponſus defloravit ſpõſam, quia ſolum ipſius ſponſi lancea in mulieris clauſtrum eſt immiſa, non tamen fuit emiſsum ſemen, & ſic ſolum defloravit, ſi poſtea cum alia cõtrahat matrimonium per verba de præſenti, valet matrimoniũ, quia non per lancee immiſsionem, ſed per ſeminis transfuſionem conſummari dicitur matrimoniũ. & pro dicta

63 opin. facit, quia duo ſpecialia † non debent concurrere circa idem, ut l. 1. & ibi glo. C. de dotis promiſ. not. Gugliel. in l. ab emptione. in fi. ff. de pactis. & Barto. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucapio. Sed ſi in caſu noſtro nixus ſufficeret, concurrerent duo ſpecialia.

¶ Primum, quod copula transfunderet ſponſalia in matrimonium.

¶ Secũdum, q̃ nixus ad copulam haberetur pro actu conſummato, ſecundum Zabar. & D.M. vnde D.M. in d.c. fi. inf. eo. dicit ſimpliciter concludendum, quod quãuis ſponſi ſint maiores, niſi ſponſus perfectè cognoſcat ſpõſam, ſponſalia non trãſeunt in matrimonium. facit quod not. 35. q. 3. c. extraordinaria. ubi dicit gl. quod talis cõmixtio non inducit affinitatẽ. Voluit tamen Vin. in c. fi. inf. eo. q̃ ſi quis ſeminet in vas mulieris, licet lancea non intret, matrimonium confirmatur, quia carnis commixtio interuenit. Sed tamen eccleſia, quæ non iudicat de occultis, per aſpectum iudicaret eã virginem, niſi de conceptione & impregnatione conſtaret, ſecundum Ab. hic, & ſequuntur Io. An. & Zab. in c. fi. inf. eod.

¶ Aduerte tamen ad id quod dixi de affinitate, quia quidam uolunt, q̃ ad hoc ut contrahatur affi-

64 nitas, † neceſſe eſt q̃ vterque ſemẽ emittat. Alij aliter dicunt, de quo late per Io. An. in c. fraternitatis inf. de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuæ. Sed quia non pertinet ad præcedentem art. vide quod late dicam inf. de conſ. & affi. ſub art. 9. in impedimẽto affinit. Alij uero dicunt, q̃ licet lancea nõ fuerit immiſſa, tamen quia maritali affectione hoc fecerũt, & ſponſalia præcedebant, probatur matrimonium, vt etiã ſup. tetigi. Sed mihi non placet, quia eſt contra tex. d. c. fi. quare arbitror concludendum, quod ſolus nixus non ſufficit ad transferendum ſponſalia in matrimoniũ, per præſumptionem de qua hic, ſed forte præſumeretur quo ad præſumptionẽ iuris tantũ, ex quo ambo erant habiles ad matrim. ſed tamẽ talis præſumptio admitteret probationem in contrarium, & ſic procedat dicta opinio. Sed ſi cum nixu fuit immiſsio ſeminis, licet lancea non intrauerit, inducatur præſumptio de qua in tex. noſtro. Cogitabis.

¶ Vlterius aduerte, quia quod ſupra dixi, quod

65 per nixum copulæ † ſponſalia non tranſeunt in matrimonium, procedit niſi matrimoniũ eſſet contractum per uerba de præſenti ab inhabilibus ætate ad matrimonium, quia tunc nixus copulæ aduenientе ætate legitima inducit matrimonium, ſecundum aliquos. facit quod ſtatim dicam, quod tamen procedit niſi vir iuret, quod hoc non fecit animo conſentiendi in matrimonium, & iſti mouẽtur per tex. in c. ex literis. inf. ti. 1. ibi dum ſubaudiũt ad tex. qui dicit adceſſum, dicunt ipſi, non tamen animo cognoſcendi eã. quaſi dicant, ſi non tentauerint copulam, ſed ſi tentaſſet, tunc procederet q̃ dictũ eſt. Dicit etiam Zabar. in d. c. ex literis. quod etiã quan

do præceſsiſſent ſponſalia de præſenti, non ſufficeret nixus copulæ eo caſu, quo alter non erat proximus pubertati, vt ibi erat, quoniam requiritur copula, ut ſupra dictũ eſt: ſed ſi eſſet proxima pubertati, & malitia ſuppleret ætatem, & ſequuta eſſet copula, ſufficeret, per tex. noſtrum, & uide quod ſtatim dicam.

¶ Sed quæro iuxta prædicta, qualiter probetur
66 copula † in caſu noſtro. ¶ Sol. Dicit Hoſt. quod in foro cõtentioſo debet euidenter probari per teſtes idoneos. inſ. de cond. appo. c. per tuas. nec ſufficeret confeſsio coniugum, quod tamen intellige, quãdo veniret in præiudicium alterius matrimonij cũ alia contracti. inſ. de eo qui cogn. conſ. ux. ſuæ. c. ſuper eo. & dicit hic Hoſt. quod ſi non poterit fieri fides eccleſiæ, vir remanebit impeditus cum ſecunda, cũ tamen non ſit vxor ſua, ex quo per copulam cõſenſit in primã, ſecus ſi non habuit animũ conſentiendi in primam, quia tunc tenet matrimonium cũ ſecunda, ad quod uide quæ dixi ſup. limit. 5. & vide ét ad hoc quæ dicam in c. per tuas. inſ. de cõdi. app.

¶ Et aduerte, quia creditur coniugibus dicentibus copulam non interceſsiſſe, & quod plus eſt, creditur ét uni, vt in c. atteſtationes. & in c. continebatur. inſ. ti. 1. & uide quod dicã in d. c. atteſtationes, & etiam aliqua circa probationem copulæ dicam in d. c. continebatur. & utrobique tractabitur circa intellectũ illorum iurium, & vide etiã quod traditur in c. duo pueri. inſ. ti. 1. & quæ latè dixi in materia probationis matrimonij, in c. cum in tua. ſup. eo. articu. 27.

¶ Secundò dic, quod non ſolum ſponſalia con-
67 tracta tranſeunt in matrimonium † per copulam, ſed etiam quandoque tranſeunt per oſcula, amplexus, ductionem ad domum ſponſi, & longam habitationem, & ſimilia. Circa quod tamen diſtingue, q̃ aut fuerunt ſponſalia contracta per uerba de præſenti verbis & mente contrahentium, licet iuris interpretatione ſint tantum de futuro, eo quod ipſi contrahentes non ſunt conſtituti in legitima ætate ad matrimonium: tunc enim etiam ſine copula trãſeunt in matrimonium per oſcula, amplexus, & ſimilia interuenientia poſt legitimã ætatem ad matrimonium. Sed ſi eſſent ſponſalia de futuro uerbis & mente contrahentium, ſecundum ea quæ dixi in c. tua. ſup. eo. in 15. princ. art. tunc per oſcula, amplexus, & ſimilia nõ tranſeunt in matrimoniũ, quia talia uidẽtur fieri ſpe futuri matrimonij, vt in c. 1. inſ. de matr. cõtracto contra interdictũ eccleſiæ, ſecundum Io. An. in c. vnico. de deſpon. impube. lib. 6. in glo. & in d. c. 1. dẽ matr. cõtracto contra interdictũ eccleſiæ. ſuper uerbo amplexata, & in additionib. Speculi in ti. de deſponſatione impub. ſuper Rubr. quinimmo nec tranſeunt per nixum carnalis copulæ, ſecundum Io. An. in d. c. 1. per c. fi. inſ. eo. & ideo hoc tenent D. Ant. & Zab. faciunt quæ dixi ſupra
68 in 5. limi. & ſimiliter per traductionẽ ſpõſæ † ad domum ſponſi, quæ complet ibi ætatem legitimã poſt ſponſalia contracta per uerba de præſenti ante legitimam ætatem, ut ſup. tetigi. tenent Io. An. & Zab. ſup. verbo, traducta. in c. continebatur. inſ. titu. 1. & Io. An. in c. unico. de deſpon. impub. lib. 6.

¶ Et aduerte, quia prædicta & ſimilia faciũt matrimonium præſumptũ, eo quod eccleſia interpretatur, tales conſenſiſſe ex aliquibus probabilibus coniecturis, & ipſos compellit ut ſimul maneant, ac ſi contraxiſſent, in quo eccleſia quãdoque fallit & fallitur, vt in c. à nobis. il ſecondo. inf. de ſent. excõ. Sed matrimonium verum eſt in quo expreſſus & verus conſenſus interceſsit hincinde. Et ad prædicta omnino uide, quæ dixi in c. cum in tua. ſup. eo. arti. 27. q. 7. Et ex his habes expeditum 22. artic.

SVMMARIVM.

1 *Regula, non intereſt quid ex æquipollentibus fiat, declaratur.*
2 *Matrimonium inualidum non debet appellari matrimonium.*
3 *Copula carnalis, an ſit de ſubſtantia matrimonij.*
4 *Matrimonium de facto contractũ, an debeat ſeparari.*
5 *Obligationes duæ inæquales vbi concurrunt, non eſt locus regulæ, qui prior, &c.*
6 *Sponſalium appellatione quandoque venit matrimonium.*
7 *Matrimonium de præſenti, per quæ verba dicatur contractum.*
8 *Sponſalia de futuro, qualiter, per quos modos & cauſas ſoluantur. & nu. 9. cum plur. ſeq.*
10 *Sponſalia de futuro inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, etiam ſi ſint de facto contracta.*
11 *Matrimonium, an ſoluatur per ingreſſum religionis & profeſſionem.*
12 *Sponſalia etiam iurata ſoluuntur communi conſenſu. & aliis modis, vt in nu. ſeq. vſque ad nu. 26.*
27 *Sponſalia ſoluere deſiderans debet eſſe ſanæ mentis.*
28 *Sponſus relinquens ſponſam ſine iudicio eccleſiæ eo caſo quo ſponſalia ipſo iure non ſoluuntur, peccat grauiter, & iniungenda eſt ſibi pœnitentia.*
29 *Soluens ſponſalia altero inuito, an teneatur ad aliquam pœnam, vel intereſſe.*

CAP. XXXI.

SI INTER VIRVM ET MVLIEREM. Sponſalia de præſenti nõ ſoluuntur per ſequẽs matrimonium, ét carnali copula conſummatũ, ſed ſponſalia de futuro etiã iurata ſoluuntur perſequens matrim. h. d. & duo ſunt dicta. ſecũdum ibi, verũ. & ī tex. ibi verba, dic in prima, vel in tertia perſona, ſecundũ Zab. de quo tñ remittit ad c. tua. ſup. eo. & vide q̃ ibi dixi in 1. not. & art. 16. q. 1. in fi.

¶ Primò no. ex prin. q̃ ad validitatẽ matrimonij requiritur mutuus conſenſus, ad quod uide quæ latè dixi in c. tua. ſup. eo. arti. 14. q. 2.

¶ Secundò no. quod matrimonium de præſenti contrahitur per verba præſentis temporis, ſiue per verba exprimentia conſenſum de præſenti, vt accipio te in meam uxorem, &c. vel per ſim. uerba. ad quod uide quod dixi in d. c. tua. art. 16.

¶ Tertiò no. ibi, accipio te in meam. arg. ex ordine literæ, q̃ prius debet loqui ſeu interrogari uir quam uxor, ad quod uide quod dixi in d. c. tua. art. 16. & tetigi in rubrica. artic. 4.

¶ Quartò no. ibi, vel alia uerba, quod in contractu matrimonij non eſt ſtatuta certa forma verborum, ſed ſatis eſt qualiacunque ſint uerba conſenſum exprimentia de præſenti.

¶ Quintò

1 ¶ Quintò nota ex eiſdem verbis, † quod non intereſt quid ex æquipollentibus fiat. ad idem l. 3. C. quom. & quan. iud. & ibi Bal. in c. licet ex quadam, de teſti. in c. petitio, de procur. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & vide Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & per Henr. Boich in c. cum tibi, de teſtam. & per Bal. in l. fi. C. de dona. quæ ſub modo. Quod tamẽ videtur procedere, niſi aliquid requireretur pro forma ſubſtantiali alicuius actus, quia tunc illa forma ſubſtantialis eſſet ſeruãda, nec haberet locum illa regula, quod non intereſt quid ex æquipollẽtibus fiat, ſecundum Bal. Ang. & Io. de Imo. in l. 1. ff. de libe. & poſth. quod qualiter intelligendum ſit, vide quæ dixi in cap. 2. de libel. obla. in 12. princ. art. q. 5. in 4. memb. & quod dixi in materia citationis, in rub. de dilat. art. 20. q. 3.

¶ Sextò nota ex eiſdem verbis, quod ad contrahendum matrimonium verba videntur eſſe neceſsaria, ad quod vide, quod latè dixi in cap. tua, ſupra eod. in 14. princ. art. q. 3.

¶ Septimò nota ex eiſdem verbis, accipio te, &c. quod verba in matrimonio debent proferri in prima perſona, de quo dixi ſuper tex.

¶ Octauò nota ibi, ſiue ſit iuramentũ, &c. quod ad validitatem matrimonij non eſt neceſsarium iuramentum, ſed ſufficit conſenſus, vt ſupra dixi. traditur in c. ex parte, ſupra eod. Fateri tamen oportet q̃ contractus, in quo interpoſitũ eſt iuramentum, firmius, & fortius agit. 32. q. 1. c. omne quod. ſecundum Philippum. & hoc eſt clarum, vt patet ex not. in c. cum contingat, ſupra de iureiur. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. & in corp. vnde ſumitur. & in c. licet mulieres, de iureiu. lib. 6.

¶ Nonò nota ibi, ſecundum matrimonium, &c.
2 quod matrimonium † inualidum non debet appellari matrimonium, ſed debet dici matrimonium de facto contractum, vel matrimoniũ inualidum. facit bonus tex. ſi rectè memini, in l. Paulus reſpondit. ff. de ver. ſign. & quamuis hoc non adiiceretur, tamen ſubintelligeretur: q̃nque enim fit probatio vnius vocabuli impropria, & extrà ſuum proprium ſignificatum, ad hoc, vt id, de quo quæritur, melius intelligatur. tex. eſt ſing. in l. inſula. ff. de acq. rer. dom.

¶ Decimò no. ibi, carnalis copula ſubſecuta, &c.
3 quod non omnis copula † facit ad matrimonium, ſed carnalis duntaxat: ſed nec carnalis copula eſt de ſubſtantia matrimonij, nam hoc ſecundum matrimonium carnali copula conſummatum non tollit primum, quamuis primum non fuerit carnali copula conſummatum, quãdoque tamen multum operatur carnalis copula, vt in c. præced. ad quod vide, quod dixi in c. tua, ſupra eod. in 14. princ. artic. q. 6. & quod dixi in cap. cum in tua, ſupra eod. artic. 27. quæſt. vltima. verſic. quintò nota, quod ſi duæ mulieres, &c.

4 ¶ Vndecimò nota, quod † matrimonium quatenus eſt de facto contractum, debet ſeparari: nam ex quo hoc ſecundum matrimonium fuit de facto contractum, mandatur ſeparari. Quod tamẽ intelligendum eſt, ſi modo fiat debita fides de validitate primi matrimonij.

¶ Duodecimò nota ex verbo, verum, quod vbi
5 concurrunt duæ obligationes † inæquales, non eſt locus regulę, qui prior. de regul. iur. lib. 6. hoc enim ſponſalia de præſenti ſecundo loco celebrata præferuntur ſponſalibus de futuro priori tempore celebratis: ſponſalia enim de futuro ſoluuntur per ſponſalia de præſenti, etiam ſi altero ſponſo inuito fuerint contracta, de qua tamen materia dicẽdum, vt ſtatim dicam, artic. 31.

¶ Decimotertiò nota, quod fortius vinculũ ſuperueniens incompatibile cum primo vincit primum, de quo hic in glo. fin.

¶ Decimoquartò nota ibi, te accipiã in meã, &c. quod ſponſalia de futuro contrahuntur per verba cõcepta in futurum, de quo dic, vt latè dictum fuit in cap. tua. ſupra eod. artic. 15.

¶ Vltimò nota ibi, deſponſauerit. iuncto verbo, matrimonium, quod poſtea ſequitur, quod appel-
6 latione ſponſalium quandoque venit † matrimonium, vt dicit Abb. Sed tamen tex. iſte non probat, quia tex. non dicit ſimpliciter, deſponſauerit, ſed dicit, deſpõſauerit de præſenti. ad quod vide, quod dixi ſupra, in rubr. artic. 1.

¶ Glo. prima, in princ. ſentit quæſtionem, & ſoluit, deinde in verſic. item argumentum, colligit argumentum, deinde in verſic. & ſi conſenſum. formatquæſtionem, & ſoluit. Deinde in verſic. argumentum videtur, & in ver. vti, ſentit aliud contrarium, & proſequitur vſque in finem, vtrum de neceſsitate requirantur verba, an ſufficiant ſigna conſenſum exprimentia.

¶ In fine gloſſæ nota ſingulariter iſtam glo. quæ melius declarat materiam cap. tuę, ſupra eod. quam faciat ibi glo. ex qua habes, quod etiam in valentibus loqui ſufficiunt ſigna, præſertim ſi maſculo expreſsè conſentienti mulier annuat capite, vel manum porrigat, & permittat ſe ſubarrari, & per prædicta dicunt hic Doct. deciſam eſſe illam quęſtio.
7 quid ſi vir † dicat, accipio te in meam, & mulier dicat, placet, quia hoc modo contractũ eſt matrimonium de præſenti, & ita dicit hic Abb. vidiſſe bis iudicari, vide quæ dixi in cap. tua, ſupra eod. artic. 16. vbi plenè tractaui, per quæ verba contrahatur matrimonium de præſenti, & vtrum requirantur verba, vel ſufficiant ſigna etiam in valentibus loqui, latè dixi in d. c. tua, artic. 14. q. 2.

¶ Poſtremò quoniam hic dicitur, quod ſponſalia de futuro præcedentia ſoluuntur per ſponſalia de præſenti poſtea cum alia contracta, meritò ſupra in rubrica, pollicitus fui me hic examinaturum trigeſimumprimum articulum.

¶ Trigeſimoprimo igitur principali articuln tractandum eſt, qualiter, & per quos modos, & cau
8 ſas ſponſalia † de futuro ſoluantur.

¶ Circa quem dic, quod ſoluuntur variis modis, ſed antequam ad ipſos modos, & cauſas condeſcendam: premitto, quod tradit glo. 27. q. 2. in ſumma, quæ tractat vtrũ inter ſponſum, & ſponſam ſit coniugium. quæ concludit, quod inter eos non eſt matrimoniũ propriè ſumpto vocabulo: ſponſus enim à ſponſalibus dicitur, quę ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum repromiſsio, vt l. 1. ff. eod. dixi ſupra, in rubrica, artic. primo.

¶ Hoc igitur præmiſſo aduerte, quia Hoſtien. in ſumma, in tit. de ſponſalibus. §. & qualiter diſſoluantur. proſequitur decem caſus, quibus ſponſalia ſoluuntur. Sed Ioan. And. in formula huius quarti li-

bri, ſub breuibus verbis enumerat tredecim caſus, quos formaliter proſequitur Dom. Anton. in rubr. ſupra eo. Sed nos longè plures enumerabimus.

9 ¶ Primò ſoluuntur ſponſalia de futuro † per matrimonium de præſenti cum alio, vel cum alia contractum, etiam ſi prima ſpõſalia fuerint iurata. tex. eſt hic apertus, quod arbitror procedere, etiam ſi matrimoniũ poſtea contractum non fuerit carnali copula conſummatum, per tex. noſtrum, qui dicit ſimpliciter, ſi aliam mulierẽ deſponſauerit per verba de præſenti. Item arbitror procedere, etiam ſi alter altero ſponſo inuito matrimonium cõtraxerit, quia hic, vt dixi in notabilibus, ponderatur matrimonium tanquam fortius vinculum, & quia hic imponitur pœnitentia de fide fracta, quæ non imponeretur, ſi communi cõſenſu alter cum alio matrimonium contraxiſſet, per ea, quæ ſtatim dicam in verſic. 2. ſeu in ſequenti caſu. Item hoc procedit, etiam ſi ſuper ſpõſalibus de futuro prius contractis pendebat lis. dixi in capit. cum apud. ſupra eod. artic. 8. quæſt. 30.

¶ Aduerte tamen, quia hoc procedit, quando matrimonium poſtea cum alio cõtractum teneret, ſecus ſi non valeret, quia eſſet de facto cõtractum, & hoc tenet Ioan. And. in regula, non preſtat impedimentum, de reg. iur. in 6. vbi dicit, q̃ ſi quis poſt ſponſalia de futuro cõtracta cum vna, contraxit cũ alia matrimonium, quæ ſit conſanguinea ſua infra quartum gradum, & ſic matrimonium non tenuit, vt in cap. non debet, infra de conſang. & affin. priora ſponſalia non ſoluuntur: & ſic patet, q̃ per matrimonium de facto contractũ non ſoluuntur ſponſalia, quod etiam voluit Ioan. And. & Do. Domin. poſt eum, in cap. 1. eo. tit. lib. 6. per illum tex. & Do. Ant. in cap. ſicut ex literis. ſupra eod. & Zab. in cap. literas, infra tit. 1. ¶ Nec obſt. ſi diceres, quod ſicut
10 ſponſalia † de futuro inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, etiam ſi de facto ſint contracta, vt in c. ad audientiam, & in c. iuuenis. ſupra eo. ſic pari ratione matrimonium licet de facto contractum debet ſoluere ſponſalia præcedentia: quia reſpondeo, quod ratio diuerſitatis eſt in patrono, quia ex ſponſalibus etiam nullis ratione alicuius impedimẽti, validis tamẽ ex cõſenſu, oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, vt latè dixi in c. cum apud, ſupra eo. in 9. prin. art, verſ. decimum impedimentum. q. 4. Sed quod matrimonium ſoluat præcedentia ſponſalia de futuro, inſurgit ex vinculo coniugali, quod vinculum non inducit ſolus conſenſus, ſed cõſenſus legitimus, ſecundum Io. An. & ſequitur Zab. in d. c. literas. Quid autem ſi matrimoniũ tenuit, ſed poſtea, antequã conſumaretur tale matrimoniũ per ingreſſum religionis, & profeſsionis ſit ſolutum, an per tale matrimo-
11 nium ſoluantur † ſponſalia præcedentia. Io. An. tenet, q̃ ſic, in d. regula, non præſtat impedimentum. ſufficit enim, q̃ matrimonium ſemel tenuerit, per quod ſtatim ſoluta fuerunt ſponſalia, quę ſemel extincta non reuiuiſcunt per ingreſſum religionis, de conſecr. diſt. 4. c. quæris. ſupra de conuer. coniugat. c. quidam, & in l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de ver. obl. tenet Do. Anto. in c. ſicut ex literis, ſupra eo. & Zabar. in d. cap. literas. & mihi placet, quia etiam ſine matrimonio per ingreſſum religionis ſoluuntur ſponſalia, vt ſtatim dicam in verſic. 9.

¶ Item quæro, vtrum licitè poſsint ſolui ſponſalia, contrahendo cum infideli ſub conditione, q̃ ad fidem conuertatur. ¶ Sol. Vide, quod dixi in c. cũ apud, ſupra eod. artic. 9. verſic. ſextum impedimentum, in fi. & quamuis ibi me remiſerim ad hic dicenda, tamen non eſt conceſſum tempus maturius cogitandi, ſatis tamen hic videtur æquum fore, quod ſi matrimonium ſequeretur, eo quod illa cõuerteretur ad fidem, q̃ arbitror expeditum quantum ad ſolutionem ſpõſalium, ſed fortè etiam non eſſet iniungenda pœnitentia, de qua in textu noſtro, in fine.

12 ¶ Secundò ſoluuntur ſponſalia, † ſi communi voluntate, ſeu communi conſenſu ab illis recedũt, quod procedit, etiã ſi talia ſponſalia fuerint iurata. tex. in cap. 2. ſupra eod. quoniam ſicut communi conſenſu ſocietas cõtracta diſſoluitur, vt ff. pro ſoc. l. verum. §. penult. & l. actione. §. diximus. & Inſtit. pro ſocio. §. manet. ita & ſponſalia, quibus quædam ſocietas contrahi videtur: & de hac materia ad intellectum iſtius ſecundi caſus vide, quæ latè dixi in dicto cap. 2. & in cap. præterea, ſupra eod. vbi hanc materiam plenius tractaui.

13 ¶ Tertiò ſoluuntur † per lapſum temporis ſtatuti inter ſponſos ad cõtrahendum matrimonium: quoniam ille, per quem non ſtetit, quo minus matrimonium infra ſtatutum tempus contraheretur, poteſt impunè alteri nubere, & illi, per quem ſtetit, de fide mentita imponitur pœnitentia.

14 ¶ Quartò ſoluuntur ſponſalia, † etiã ſi terminus non ſit appoſitus, ſed tranſactus ſit terminus legalis à iure ſtatutus, infra quem matrimonium contrahi debebat: nam tranſacto tali termino, poteſt ille per quem non ſtetit, impunè cum alio contrahere, vt in cap. de illis. ſupra eo. vbi latè tractaui, & vide per Dom. Anton. per Dom. meum, & Pet. de Anchar. & latius per Zabar. in cap. ſicut ex literis, ſupra eod.

15 ¶ Quintò ſoluuntur ſponſalia † propter fugam ſponſi, qui tranſtulit ſe ad aliam prouinciam, ne inueniri poſſet, vt in cap. de illis, ſupra eod. Hoſtien. in dicto §. qualiter, verſic. item in quarto. dic, vt dixi in dicto cap. de illis, & dicto cap. ſicut ex literis.

16 ¶ Sextò ſoluuntur † ſponſalia, ſi maior inuitus contrahit ſponſalia cum minore: nõ enim tenetur illam expectare, donec perueniat ad ætatem adultam. tex. eſt in cap. ex literis, infra tit. primo. & ibi videbimus.

17 ¶ Septimò ſoluuntur, † cum minor perueniens ad ætatem legitimam, non vult ſeruare quod fecit, ſeu quod promiſit, vt dicto cap. de illis, ſupra eod. tradunt Hoſtien. Ioan. And. & Dom. Anto. in locis ſupra in princ. annotatis.

18 ¶ Octauò ſoluuntur † propter infirmitatem corporalem horridam ſuperuenientem in perſona alterius ſponſi, vt puta, quia ſponſa naſum amiſit, vel facta eſt leproſa, vel ſi in ſimilem incidit infirmitatem, infra de coniugio leproſorum. cap. fin. ſupra de iureiuran. c. quemadmodum. tradunt Hoſtien. Ioann. Andr. & Dom. Anton. in dictis locis. quamuis per tales infirmitates matrimonia de præſenti non ſoluantur, de quo videbimus infra, de diuortiis, artic. 32.

19 ¶ Nonò ſoluuntur, † per ingreſſum, & profeſſionem religionis approbatæ, vt in cap. ex publico, ſupra

ſupra de conuerſio. coniug. & glo. ſuper verbo, vota. & Zabar. hic: nam cum ſoluantur ſponſalia contracta etiam de præſenti per ingreſſum religionis, etiam altero inuito, dummodo non ſine carnali copula conſummata, fortius hæc ſponſalia de futuro ſolui debent. tenet Salice. in l. 1. C. eod. & hoc modo ſoluitur matrimoniũ ipſo iure abſque auctoritate eccleſiæ, vt ſtatim dicam ſub verſ. quartò nota.

20 ¶ Decimò ſoluũtur † per ſacri ordinis ſuſceptionem. 27. quæſt. 2. §. ecce, & cap. deſponſatam. quod tamen non habet locum in ſponſalibus de præſenti, vt dicam in tit. de diuort. artic. 32.

21 ¶ Vndecimò ſoluũtur † propter fornicationem carnalem, ſupra de iureiuran. cap. quemadmodum. tenet Dom. Anton. ſupra, in rubr.

22 ¶ Duodecimò per fornicationes † ſpirituales, puta, quia alter ſit lapſus in hæreſim. 28. quæſtio. 1. cap. non ſolum, & cap. iam nunc. tradunt Hoſtien. Ioan. And. & Dom. Ant. in locis, de quibus ſupra, in principio.

23 ¶ Decimotertiò propter † affinitatem ſuperuenientem, vt in cap. literas. infra tit. 1. & infra, de eo, qui cognouit conſanguin. vxo. ſuæ. cap. fraternitati, & capit. ex litteris. in quo caſu, ſi ſponſalia firmata erãt, ad minus duos teſtes idonei exiguntur ad probandam conſanguinitatem: alioquin, ſi non erant firmata, ad dictum vnius ſoluuntur, vt ſupra de teſtib. cap. ſuper eo. & intelligunt quidam ibi firmata. ſ. per iuramentum, per cap. præterea. il ſecondo, ſupra eod. & hoc ob reuerentiam iuramenti, vt in cap. ſi verò, ſupra de iureiuran. & ſic quamuis Deus non faciat differẽtiam inter ſimplicem loquelam, & iuramentum. 22. quæſt. 5. cap. iuramenti. Alij verò aliter intelligunt: tu vide de materia, quæ latius dixi in dicto capit. præterea. maximè in glo. 1. & in glo. fin. & in cap. cum in tua, ſupra eod. artic. 28. maximè in 2. quæſt.

24 ¶ Decimoquartò ſoluũtur † propter famam vigentem, quod inter ſponſos ſit canonicum impedimentum, vel ſi induceretur ſcandalum, & de fama, vel ſcandalo doceatur, vt in cap. cum in tua, ſupra eod. & in cap. 2. infra de conſanguin. & affin. & ſupra de teſtib. cap. ſuper eo. ad quod vide, quæ dixi in dicto cap. cum in tua, artic. 27. in ſecunda quæſt. principali.

25 ¶ Decimoquintò ſoluuntur, † ſi is cum quo contracta ſunt, iurauit ipſi mulieri, quam deſponſauit, viuẽte prima vxore, quod poſt mortem vxoris ſuæ duceret ipſam in vxorem, & ſic ipſam polluit, vel propriam vxorem occidit, vt illam, cui fidem dederat, poſſet ducere in vxorem, & idem ſi mulier machinata eſt in mortẽ vxoris alterius, vt illum poſſet habere in virum, ſecundum Hoſtien. in ſumma, de ſponſal. §. & qualiter ſoluantur. verſic. item decimo.

¶ Sed aduerte, quia iſti caſus non ſolum ſoluunt ſponſalia de futuro, ſed dirimunt ſponſalia de præſenti poſtea contracta, vt in cap. ſuper eo, & cap. ſignificaſti, & in cap. fin. infra de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in cap. 1. ſupra de conuerſio. infid.

26 ¶ Decimoſextò † potes generaliter colligere, quod propter omnes cauſas, per quas ſoluitur matrimoniũ de præſenti propter aliquod impedimentum, de quibus dicam in tit. de diuort. artic. 32. propter eaſdem cauſas longè fortius ſoluuntur ſponſalia, & ideo morte ſoluuntur, quæ mors omnia ſoluit, vt in Auth. de nupt. §. diſponat. & de ſe manifeſtum eſt.

¶ Et aduerte circa prædicta, quia ad comprehendum prędictos caſus, licet non omnes, quidam tradunt iſtos verſus.

Crimen, diſſenſus, fuga, tempus, & ordo,
Morbus, & affinis, vox publica, cumq; reclamant,
Quodlibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.

Crimen. de crimine dicitur ſupra, verſic. 15. De diſſenſu, verſic. 2. De fuga, verſic. 5. De tempore, verſic. 3. & 4. De ordine, verſic. 10. De ſecunda, verſic. 1. De morbo, verſic. 8. De affinitate, verſ. 13. De voce publica, verſ. 14. De reclamatione, verſ. 7.

¶ Poſtremò circa hanc materiam notabis plura.

¶ Primò, quod de iure ciuili liberta deſponſata patrono miſſo libello repudij, eo etiam inuito poteſt alteri nubere. l. in eo. §. hoc caput. ff. de ritu nuptiarum.

¶ Secundò nota, quod à ſponſalibus contractis contra prohibitionem iuris ciuilis videtur, quod quis diſcedere poſsit pro libito voluntatis abſque metu pœnæ, de quo dic, vt dixi in cap. cum apud. ſupra eod. artic. 8. verſic. & aduerte etiam quia, &c. vel dic, quod non niſi auctoritate eccleſiæ, vt ſtatim dicam.

¶ Tertiò nota, quod tutor ſponſalia contracta per patrem pupillo ſuo ſoluere non poteſt, vt l. ſi pater. C. eod. tit.

¶ Quartò nota, quod in ſponſalibus diſſoluendis requiruntur ſecundum legem certa verba, hoc eſt, conditione tua non vtar. ff. de repudiis. l. 2. §. in ſponſalibus. Item requiruntur ſeptem teſtes rogati præter proprium libertum. ff. de diuortiis. l. nullum. Item, quod non fiat calore iracundiæ, ſeu motu colerico, quia cito fortè pœnitebit. ff. de repud. l. diuortium, & l. ſi pœnituit.

¶ Aduerte tamen, quia hæc ſecundum canones nõ procedunt: nam ſecundum canones ſolummo-
27 do requiritur, † q̃ ille, qui deſiderat ſoluere ſponſalia, ſit ſanæ mentis, vnde furioſus non poſſet hoc facere, ſupra eod. cap. dilectus. ff. de diuort. in l. ætatis. & quod fiat ex aliqua ex iuſtis cauſis, de quibus ſupra dictum eſt, & quod probetur, & fieri petatur coram iudice competenti, de quo dixi in c. ex parte, ſupra eod. artic. 24. Alias propria authoritate alter alterum relinquere nõ debet, vt infra, de diuor. cap. porro. 32. quæſt. 2. cap. ſeculares. 35. quæſtio. 6. cap. multorum. neque enim poteſt hoc regulariter fieri, niſi auctoritate eccleſiæ, vt infra, tit. 1. cap. acceſsit, & cap. continebatur, & cap. de illis, & tribus ſequentibus. & ſupra de reſtit. ſpoliat. cap. ex parte, & infra de eo, qui dux. in matrim. cap. 2. & per Zab. infra tit. 1. cap. 2. dixi in dicto cap. ex parte, artic. 24. & hoc verũ, niſi ſpõſalia ſint ſoluta ipſo iure, prout eſt ratione notoriæ fornicationis, vel propter tranſitum ad religionem, aut propter ſimilem cauſam.

28 vnde ſi ſpõſus † ſine iudicio eccleſię reliquit ſponſam eo caſu, quo ſponſalia ipſo iure non ſoluuntur, grauiter peccat, & iniungenda eſt ſibi pœnitentia, infra de deſpon. impub. cap. duo pueri, in fi. & poteſt eſſe ratio, quia nemo debet ſibi ius dicere, vt in rubro, & nigro. C. vt nemo in ſua cauſa iudicet.

Item quia iſta ſolutio ſpõſalium eſt quaſi quædam pœna, reſpectu alterius, & ideo non eſt abſque iudice infringenda. 32. quæſt. 2. §. in hoc capitulo, ſecundum Vincen. tradit Hoſtien. in ſumma, eo. tit. de ſponſal. §. & qualiter, in fi.

29 ¶ Vtrum autem ille, qui ſoluit † ſponſalia altero inuito, teneatur ad aliquam pœnam, vel ad intereſſe, vel amittat arras, & quando. vide, quæ latè dixi in c. Gemma, ſupra eod. artic. 19. per 31. quæſt. Et qualiter compellendi ſunt ſponſi per eccleſiam, qui nolunt contrahere matrimonium, quod contrahere promiſerunt, vide, quæ latè dixi in cap. tuę. ſupra eod. cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti ſoluunt ſponſalia præcedentia de futuro.*
2 *Diſpoſitio indirecta contra regulas iuris, ſuis tantum terminis reſtringitur.*
3 *Ius vbi inducit aliquid ex aliquo facto, non dicitur ſatis factum iuri, niſi illud factum ſit perfectum.*
4 *Verba intelligenda ſunt cum effectu.*
5 *Sponſaliorum de futuro effectus, qui ſint.*
6 *Matrimonij effectus plures referuntur. & num. 59.*
7 *Matrimonium eſt ſacramentum, & declaratur quid ſignificet.*
8 *Coniuges tenentur ſibi debitum ad inuicem reddere.*
9 *Coniugum poteſt alter inuito altero tranſire ad religionem ante conſummatum matrimonium.*
10 *Coniugi lapſo in hæreſim, alter debitum reddere non tenetur.*
11 *Vxori non prohibetur communio cum marito excommunicato.*
11 *Coniuges ſcientes impedimentum conſanguinitatis, non tenentur ad inuicem reddere debitum.*
13 *Interdictum eccleſiæ ex legitima cauſa factum, excuſat coniuges à redditione debiti.*
14 *Poſſe illud dicimur, quod commodè, vel honeſtè poſſumus.*
15 *Debitum à coniugibus reddendum eſt omni tempore, & omni hora, ſalua tamen debita honeſtate.*
16 *Coniux, an teneatur reddere debitum tempore menſtrui.*
17 *Coniux exiſtens in infirmitate, an teneatur debitum reddere.*
18 *Coniux, quando alteri debitum reddere nõ teneatur.*
19 *Seruus, an magis teneatur domino, quàm vxori quo ad debitum.*
20 *Defendere quilibet tenetur alium, etiam extraneum à morte.*
21 *Peccatum mortale, ſeu veniale, an & quando committatur in reddendo debito coniugali. & nu. 22.*
23 *Cognoſcens vxorem propter ſanitatem corporalem ſolam, peccat.*
24 *Coitus contra naturam, eſt maius peccatum, quàm adulterium.*
25 *Mulier ſupergreſſa abutens viro, peccat mortaliter.*
26 *Coniugalis actus, an poſſit eſſe meritorius.*
27 *Suſcipiens de ſacro fonte propriam filiam, an poſſit reddere debitum vxori.*
28 *Coniux renuens ex iuſta cauſa reddere debitum alteri, cogendus eſt ad illud reddendum.*
29 *Vir & vxor, quomodo iudicentur ad imparia.*
30 *Vir & vxor, dicuntur eſſe vna caro.*
31 *Coniuges participare debent ad inuicem caſus fortuitos.*
31 *Honorans vxorem, honorat maritum: & qui iniuriatur vxori, iniuriatur viro.*
33 *Maritus tenetur alere vxorem.*
34 *Vxor irradiatur nobilitate viri.*
35 *Mulier ſecundo nubens ignobili, amittit nobilitatem primi.*
36 *Dignitas accidentalis contrario accidenti reſoluitur, & ad ſuum ſtatum naturalem reducitur, vel ad qualitatem noui accidentis.*
37 *Filia nupta, an remaneat ſub poteſtate patris, & quomodo.*
38 *Filia nupta, acquirit patri vſumfructum aduentitiorum.*
39 *Filia nupta deſinit eſſe de domo, & familia patris.*
40 *Statutum pœnale puniens offendentem coniunctum de domo, ſtirpe, & familia, an compræhendat nuptam.*
41 *Maritus, an poſſit habere vxorem quaſi ſeruam, vbi referuntur plures concluſiones Magiſtri Alexandri de Bononia, Ordinis Prædicatorum.*
42 *Diſcordia mutui obſequij inter coniuges, præſupponit defectum rationis, & abundantiam paſſionis, aut in altero, aut in vtroque.*
43 *Vxor non ſeruans ex ignorantia, aut ex fragilitate ea, ad quæ tenetur coniugi, non peccat.*
44 *Maritus requirens ab vxore cum nimia inſtantia obſeruantiam omnium minimarum rerum, indiſcretus, & iniuſtus eſt.*
45 *Perfectio maior requiritur in viro erga vxorẽ, quàm in vxore erga virum.*
46 *Maritus etiam ſapiens debet quandoque ſequi conſilium vxoris.*
47 *Bonitatis ſignum eſt conſulere ſapientes.*
48 *Ingenium nullum vnquam magnum fuit ſine mixtione dementiæ.*
49 *Præcepto iniuſto, etiam Papæ, non eſt obſequendum.*
50 *Subiectio vxoris viro dicitur ciuilis, non ſeruilis.*
51 *Dominium duplex, ſecundùm Ariſtotelem.*
52 *Habitatio ſimultanea præcipitur inter coniuges.*
53 *Vxor debet eſſe in domo viri, & ipſum ſequi.*
54 *Filius, quo caſu poſſit ſine venia agere contra patrem. & num. 55.*
56 *Vxor, an teneatur ſequi virum vagabundum, peregrinantem, & bannitum. & an vir vxorem. numero 58.*
57 *Pactum appoſitum in contractu matrimonij, quod vir teneatur morari cum vxore, an valeat.*
59 *Diſcordiam inter coniuges ponentes repræhenſibiles ſunt.*
60 *Maritus tenetur prouidere vxori in neceſſarijs. Et eam etiam indotatam ſecundum ſtatum ſuum alere. num. 61.*
62 *Vir, an, & quo caſu ſit alendus ab vxore.*
63 *Vxor debet operari in domo mariti.*
64 *Maritus, an teneatur alere vxorem extra domum.*
65 *Vir non tenetur ſubminiſtrare expenſas vxori diſcedenti ab eo propria authoritate.*
66 *Bona mariti, an ſint obligata vxori pro alimentis. & numero 69.*
67 *Vxor, an pro alimentis præteritis denegatis à viro habeat tacitam hypothecam, ſoluto matrimonio.*

Vxor,

68 *Vxor, licet dederit in dotem fundum æſtimatum, poteſt tamen, ſi vult, ſoluto matrimonio petere æſtimationem.*
70 *Vxor debet vti veſtibus pro voluntate viri, etiam ſi conſenſiſſet voto abſtinentiæ.*
71 *Actiones pœnales non exercentur inter coniuges.*
72 *Conditiones non infamant infamia iuris.*
73 *Actio rerum amotarum, an detur inter coniuges.*
74 *Marito, quomodo conſulatur contra vxorem ſibi furantem.*
75 *Vxor non poteſt torqueri pro furto commiſſo in bonis mariti, concubina ſic.*
76 *Hominum indiuiduitas per matrimoniũ conſeruatur.*
77 *Gratia infunditur in matrimonio, ſicut in cæteris ſacramentis, contra vnam gloſ. & reprehenditur Vgucio.*
78 *Dos dicitur eſſe ratione matrimonij.*
79 *Vxor acquirẽs præſumitur de bonis mariti acquirere.*
80 *Relictum alicui in tempus nuptiarum, non debetur, niſi matrimonium cum effectu ſequatur.*
81 *Grauamen omne remouetur à legitima.*
82 *Bigamus dicitur, qui matrimonium contrahit cum vidua.*
83 *Maritus non tenetur ſoluere condemnationem, aut debitum per vxorem contractum.*
84 *Matrimonij fauores & effectus, multiplices ſunt, & nume. ſeqq.*
85 *Compromitti, nec tranſigi poteſt ſuper matrimonio.*
86 *Matrimonium contractum ſub conditione impoſſibili tenet.*
87 *Teſtes de auditu, reddentes cauſam, quomodo teneãt in matrimonialibus.*
88 *Mulierum maximus fauor eſt, concipere, & concepta tueri.*
89 *Matrimonium multis calamitatibus opprimitur.*
90 *Matrimonium verum, & putatiuum, quibus caſibus differant.*
91 *Impenſæ vtiles & neceſſariæ factæ in re dotali dotem minuunt.*
92 *Lucrum dotis nõ habet locũ in matrimonio putatiuo.*
93 *Donatio coniugi facta exiſtẽte vero matrimonio, mortẽ confirmatur.*
94 *Vxor vera ſuccedit marito poſt omnes, excluſo fiſco.*
95 *Matrimonium putatiuum habet multos effectus veri matrimonij, & nu. ſeqq.*
96 *Matrimonium ſpirituale, vtrum & quando contrahatur, an ex ipſo ſit licitum arguere ad carnale, vel econtra, & in quibus differant, & nu. 97. & 100.*
98 *Error fortunæ & qualitatis, non excludit conſenſum in matrimonio.*
99 *Epiſcopus non poteſt relinquere eccleſiam ſuam, cum qua matrimonium ſpirituale dicitur contraxiſſe.*
101 *Matrimonium carnale fortius eſt quàm ſpirituale.*
102 *Dolus licèt impediat matrimonium carnale, non tamen impedit ſpirituale.*
103 *Curatus dimittit eccleſiam propter grauem infirmitatem.*

CAP. VLTIMVM.

DOLESCENS. Per ſolum nixum copulæ ſponſalia de futuro nõ tranſeunt in matrimonium, hoc dicit. ponit dictum, cuius cauſam interſerit, ibi, non primam, cum qua. Et in tex. ibi, adoleſcens, dic, etiam ſi eſſet maior 14. annis, ſecundum Innocen. & Ioan. Anto. & ibi, de futuro. dic, ſecus ergo ſi de præſenti, quia tunc ſi taliter deſponſata fuiſſet legitimę ætatis, primum, & non ſecundum matrimonium tenuiſſet, & ibi, cum alia. dic, priori, ſcilicet ſponſa, non conſanguinea, ſupra eo. ſponſam, ſecundum Petrum, & Ioan. And. & ibi, ex forma. dic, ſcilicet verborũ, quæ fuerunt de futuro, vt patet ex princ. & ibi, nec præſumptum. dic, quia non cognouit, ſed tentauit.

1 ¶ Primò nota, quod ſponſalia de præſenti † præferuntur, & ſoluunt ſponſalia præcedentia de futuro, dixi in cap. precedenti, art. 31. in princ.

¶ Secundò nota, quod præſumptio cap. is qui fidem. ſupra eo. non extenditur extra ſuos terminos: nam cum ille tex. loquatur de copula, non extenditur ad nixum copulę.

2 ¶ Tertiò nota, quod diſpoſitio † inducta contra regulas iuris, ſuis tantum terminis limitatur, & reſtringitur. probatur hic iuncto dicto cap. is qui fidem, & l. ſi verò. §. de uiro. ff. ſol. mat. & in cap. ſtatutum. & in cap. conſtitutio, de electione, lib. 6. cum alijs vulgatis.

¶ Quartò nota, quod voluntas ſeu conatus ſine effectu non habetur pro facto, de quo in glo. ſi.

3 ¶ Quintò no. ex prędictis, & ex tex. † quod vbi ius inducit aliquid ex præſumptione certa, ſeu ex aliquo facto, nam dicitur ſatisfactum iuri, niſi illud factum ſit perfectum, vnde non ſufficit factum inchoaſſe. ſic etiam dicimus in ſimili, quando pœna ex aliquo maleficio eſt appoſita ipſo iure, quoniam ad incurrendum illam pœnam non ſufficit maleficium fuiſſe inchoatum, niſi etiam penè ſit conſummatum, vt probatur in cap. perpetuò, de electione, lib. 6. iuncto cap. cum in cunctis, extra eod. tit. & ita dicit Ioan. And. in regula, odia, de regul. iur. lib. 6. in mercurialibus, de qua tamen materia vide quod traditur in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cler. canonizata de pœnitentia, diſt. 1. & in l. is qui cum telo. C. ad l. Corneliam de ſicarijs, canonizata de pœnitentia, d. 1.

4 ¶ Vltimò nota, quod verba † cum effectu ſunt intelligenda, vt hic, & l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris. canonizata de pœnitentia diſtin. 1. §. hęc verba. & de hoc in glo. fin.

¶ Glo. 1. infert ex tex. dic, vt in ea, & vt dixi in c. precedenti, art. 31.

¶ Glo. 2. quærit de intellectu tex. & ſoluit, & de materia dic, vt dixi in cap. is, qui fidem, ſupra eo. articulo 22.

¶ Glo. fina. colligit duo notabilia ex tex. de quibus ſupra dixi in notabilibus, & in fine opponit & non ſoluit.

¶ In fine glo. dic, quia iſta non eſt propriè materia noſtra, ſed pertinet ad titulum de pœnis, ideo ſufficiant remiſsiones, de quibus in glo. & vide etiam per glo. in c. pro humani, de homici. in 6. & in cle. j. de pœnis, & in cap. 1. quod metus cauſa, lib. 6. in glo. ſuper verbo, extorſerit, & per Ioan. An. in c. dilecto, de præbendis, & in regula, in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & in regula, odia, de reg. iur. lib. 6. in mercurialib. & in ca. ſacro. infra de ſententia excommunicationis, & in c. perpetuo, de electione, lib. 6. & per Io. And. & Ioan. de Imo. in cap. 2. ſupra de ſolutionibus, vbi

ponit

ponit duas notabiles regulas, & de clerico excommunicato miniſtrante, cap. 2. ſupra de appel. c. præterea, & per Archi. 2. quæſt. 6. cap. arguta, & 12. q. 3. ſi quis epiſcopus, & c. præcedenti, & latè per Henri. in cap. penult. infra de ſententia excommun. & per Legiſtas in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cleric. & l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtatis, & l. fin. C. de his, qui ad eccleſias confugiunt, & in l. quid ſit fugitiuus, ff. de ædilitio edic. & ff. de furtis. l. qui ea mente. & ff. de poſtulando. l. 1. §. beſtias, & ff. de ſeruis fugi. l. 1. §. 1. & ff. de publicanis, & vectigali. l. 1. §. quod ſi fecerit. & ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione, & in l. 1. C. de crimine falſi, & l. qui falſam. ff. ad l. Corneliam de falſis, & l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iniurijs. & l. 3. ff. de bonis eorũ, qui ſibi mortem conſciuerunt, & l. 1. in fi. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs, & l. 3. §. his qui. ff. de re militari, & C. ſi quacunque præditus poteſtate. l. 1. C. de furtis. l. ſi quis alieno. C. de adulterijs. l. cum qui. C. de inceſtis nupt. l. qui contra. & l. ſi quis inceſti. C. de ſepulchro violato. l. 1. ff. ad l. Corneliam de falſis, in l. ſi quis legatum. ff. de ſicarijs. in l. Diuus Adrianus, & ibi latè per Bar. de Saliceto in repetitione, Bart. conſil. 348. quod incipit, viſo. Bal. conſilio, quod incipit, Franc. & Cechus poſuerunt venenum.

¶ Poſtremo iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, deueniendum eſt ad 28. princ. art.

¶ Vigeſimooctauo principali artic. tractandum
5 eſt de effectibus † ſpõſalium de futuro, circa quem dic quod plures ſunt effectus.

¶ Primus, quod per talia ſpõſalia peruenitur ad matrimonium, tradit Hoſtien. in ſumma de ſponſalibus. §. quis ſit effectus. Ioan. And. in ſummula huius libri, D. Ant. ſupra eo. in rubr. & quaſi patet per hunc titulum, & per titulum ſequentem.

¶ Secundus effectus, quia ſponſi ſponſalib. contractis non poſſunt cum alio contrahere ſine peccato, niſi iuſta cauſa ſubſit, de quibus iuſtis cauſis late dictum fuit in cap. præcedenti. ar. 31.

¶ Tertius, quia per ſpõſalia de futuro inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, & vnde proceſſerit hęc iuſtitia publicæ honeſtatis, & quare ſic appelletur, & qualiter contrahatur, & inter quos, & per quæ ſponſalia, & quis ſit eius effectus, dixi pleniſsimè in cap. cum apud. ſupra eod. artic. 9. verſic. decimum impedimentũ, per quinque quæſt. principales.

¶ Vigeſimonono principali art. tractandum eſt
6 de effectibus matrimonij. † circa quem dic, quod in eo plurimi, & notabiles reperiuntur effectus.

¶ Primò, quia in matrimonio inſunt tria ſingularia bona, videlicet ſacramẽtum, fides, & proles, 27. quæſt. 2. cap. omne. & nota. in cap. fin. infra de conditionibus appoſitis, & per Ioan. And. in ſummula huius libri, verſ. bona matrimonij, & per Do. Ant. ſup. eo. in rubrica, prope finem, & nota. in c. fi. infra de condi. appo. & in cap. per venerabilem, verſ. nos poſt reſtitutionem. infra qui filij ſint legitimi, & ibi glo. ſuper verbo, de tribus. & 32. q. 1. c. non enim in ſola, traditur per D. M. in c. cum locus, ſupra eo. tetigi in c. cum apud. ſup. eo. art. 9. verſ. ſeptimum impedimentum, q. 2. & in c. ſpõſa. ſup. eo. ar. 7. in prin.
7 Eſt enim ſacramentum, † quia ſignificat unionem inter Chriſtũ & eccleſiã, ut in ca. debitum, de bigamis. Vnde ſicut Chriſtus uoluntariè aſſumpſit carnem humanam, ita & matrimonium illam vnionẽ deſignãs debet eſſe uoluntariũ, ut ſignum ſuo reſpondeat ſignato. Inſti. de dona. §. alię. ſecundum D. M. in d. c. cum locum. Vel dicitur in ea eſſe ſacramentum, quia nullum debet eſſe diuortium, immo inſeparabilis cõiunctio animorum, ut d. c. ante, 27. quæſt. 2. licet Gandulfus aliter dixerit, ut ibi traditur per glo. Item ineſt fides, quia nil eſt tam moleſtum, & odioſum uxori ſeu coniugibus, quam alienus concubitus, vt l. conſenſu. C. de repudijs, & infra ſubijciam. Proles verò dicitur ineſſe, ideſt ſpes, & intentio procreandæ prolis, & ad cultũ Dei producendi illud bonum, eſt tamen matrimonium, ſiue ſequatur proles, ſiue non. Item bonum prolis eſt magnum, cum per prolẽ ciuitates recreantur, ut l. 1. ff. ſolu. mat. & eſt magis utile ciuitati repleri hominibus quam pecunia, ut l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum. & ſi tu diceres, nonne ita poteſt repleri ex męchia, & quacũque copula carnali, ſicut ex nuptijs, vide tex. notabilem in Authen. de nuptijs, in princip. qui dicit, quod honeſta immortalitas non venit niſi ex legitimis nuptijs. & nota, quod quis naſcitur primum patriæ, & demum patri naſcitur, ut l. 1. §. generaliter. ff. de vẽtre in poſſeſſio. mittendo, & l. 1. §. quamquam. ff. de ventre inſpiciendo, & l. menti, iuncta glo. ff. de iuſtitia & iure, & l. minime. ff. de religioſis, & ſumptibus funerũ. Ineſt etiam in matrimonio fides, ideſt caſtitas thori, ne ſcilicet cũ alio, vel alia coeatur, de quo 32. q. 1. cap. non enim. tradit Archi. in d. c. omne, & vide quæ dixi in capit. ſponſam. ſup. eod. art. 7.

¶ Secundus effectus, qui colligitur ex prædictis eſt, quia legitima proles producitur ex matrimonio, quæ alias abſque matrimonio eſſet illegitima, ad quod vide quod latius dicam infra, qui filij ſint legi. ſub hoc ar. 29.

¶ Tertius effectus eſt magnus, quia per matrimonium illegitima proles legitimatur, ut in c. tanta. infra qui filij ſint legitimi. quod qualiter intelligatur & inter quos, dicam in d. tit. ſub ar. 29.

¶ Quartus effectus, qui ſimiliter ſequitur ex præcedentibus eſt, quia ex quo filij ſunt legitimi, ſubſunt poteſtati parentum, Inſti. de patria poteſtate. in princ. & per totum, & Inſtit. de nuptijs. §. ſi aduerſus.

¶ Quintus, quia firmat dotẽ & donationes propter nuptias, quoniã dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, vt l. 3. ff. de iure dotium, & in cap. ſi neceſſe, infra de dona. inter virum, & donatio propter nuptias regulatur ad inſtar dotis, ut l. fina. & authen. dos data. C. de donat. ante nuptias, dicam infra de dona. inter virum. ar. 30.

8 ¶ Sextus effectus, quia coniuges † adinuicem tenentur reddere debitum, ut in cap. 2. infra de coniugio leproſorum, & in iurib. ſtatim allegatis. quod procedit etiam ſi matrimonium non ſit carnali copula confirmatum, ſecundum Hoſtien. & Io. And. in capit. fina. infra de coniugio leproſorum, & per Henricum in cap. 2. eod. tit. Hoc tamen regulariter procedit, ſed recipit plures fallentias.

¶ Primò fallit, ſi ante conſummatum matrimo-
9 niũ alter † coniugum vellet tranſire ad religionem, quia

quia poteſt etiam altero inuito, & ſic non tenetur reddere debitum, vt in cap. verum. & in cap. ex publico, ſupra de conuerſione coniugatorum.

¶ Secundò fallit ratione fornicationis carnalis, ſeu adulterij ab altero commiſſi, quo caſu adultero ſeu fornicario alter debitum reddere non tenetur, 32. quæſt. 1. cap. dixit Dominus, & quæſt. 8. c. Apoſtolus, & cap. omnes cauſationes. quod intellige, ſi modo fornicario ſit notoria, alias ſecus, ut in ca. ſignificaſti, de diuortijs. quod tamen procedit, niſi alterius partis fornicatio, ſeu adulterium obſtet, quia tunc paria delicta adinuicem compenſantur, ut in cap. penult. & fi. infra de adulterijs, vbi dixi. vel niſi alter alterius fuerit cauſa, vel complex, ſeu particeps ipſius fornicationis, vt infra de eo, qui cognouit conſan. vx. ſuæ. c. diſcretionẽ, de quo dic, vt notatur per glo. & Hoſtien. in dicto capit. ſignificaſti, de quo dicam infra in tit. de diuortijs. ar. 32.

¶ Tertiò fallit, etiam ratione fornicationis ſpiri-
10 tualis, quia illa etiam excuſat à reddendo debito, vnde † coniugi lapſo in hereſim alter debitum reddere non tenetur, ut in cap. quanto, & in cap. quęſiuit. infra de diuortijs, ſecundum Hoſtien. Io. And. & Henric. in c. 2. infra de coniugio leproſorum, de quo dicam in d. ar. 32.

¶ Quartò fallit ratione infirmitatis corporalis, puta propter lepram, uel ſimilem morbum, videlicet ſi tantus ſit infirmitatis horror, quod ſanus nullo modo poſſit ad coitum moueri, nam tunc excuſatur: quoniam nemo ad impoſsibile obligatur. ff. de reg. iur. l. impoſsibilium, & in regula, nemo poteſt ad impoſsibile. de reg. iur. lib. 6. & ſupra de ſolutionib. cap. Odoardus, ſecundum Hoſtien. & Io. And. Secus ſi horror non eſſet tantus, quin ſanus poſſit ad coitum moueri, & ſpecialiter vxor, quæ ſolum habet pati, & non agere, & quę ſine aliquo motu caloris debitum reddere poteſt, quia tunc nõ excuſatur, ut in cap. 1. & 2. infra de coniugio leproſorum, ubi hoc tenent glo. Ioan. And. & Henricus, licet Melendus dicat, quod licet ſanus teneatur reddere, non tamen debet compelli, argu. 32. quæſt. 5. cap. ſi uxõrem.

¶ Quintò fallit, ſecundum aliquos, ſi alter effec-
11 excommunicatus, quod mihi non placet, quia † cõmunio cum excommunicato non prohibetur vxori. 11. quæſt. 3. capit. quoniam multos, & uide quod dixi in cap. ſacris. infra de ſententia excommunicat. ar. 20. & quia excommunicatus poteſt contrahere matrimonium, ut dixi in cap. cum apud. ſupra eod. ar. 9. quæſt. 32. & latius dixi in dicto capit. ſacris, in 19. princ. ar. in 2. quæſt. principali. Quare, ſi poteſt contrahere matrimonium, fortius debet poſſe exigere debitum, argum. c. ex parte. il terzo, ſup. de decimis, & uide glo. in dicto capit. quoniam multos, quæ tenet, quod licet excommunicatus non poſsit petere, tamen tenetur reddere debitum, quod etiã tenent ibi Laurentius, & Archi.

¶ Sextò fallit ratione conſanguinitatis & affini-
12 tatis, aut alterius ſimilis impedimenti, quam affinitatem ſeu cõſanguinitatem, ſi coniuges † pro certo nouerint, in foro conſcientiæ debitũ reddere non tenentur, ut nota. in capit. inquiſitioni. infra de ſententia excommun. Sed quo ad forum iudiciale non excuſatur quis quo minus debitum reddere teneatur antequam per iudicium eccleſię hoc determinetur, ut infra de diuortijs. c. porrò. Et hęc procedunt, quando affinitas, vel conſanguinitas dicitur fuiſſe ante contractum matrimonium. Sed ſi affinitas fuit ſecuta poſt contractum matrimonium, dic quod exactus tenetur reddere debitum, ut in capi. tranſmiſſę. ibi, niſi ab ea fuerit requiſitus, & in cap. diſcretionem. infra de eo qui cogn. conſan. vx. ſuę. Sed vtrum poſsit exigere, diſtingue, quod aut poteſt continere, aut non. Primo caſu dic, quod aut quæritur, vtrum poſsit debitum exigere ab vxore antequam vxor ab eo debitum exigat, & dic quod non, ſecundum Hoſtien. in ca. veniens. §. cæterum. infra de eo qui cogn. conſan. vx. ſuæ. de cuius. §. intellectu ibi uidebimus, & ſequitur ibi Ioan. And. & glo. 32. quæſtio. 7. cap. qui dormierit, & Hoſtien. & Ioan. And. in dicto cap. tranſmiſſæ, in vlt. gloſ. vbi dicunt, quod vxor poteſt tali viro debitum denegare, 32. quæſt. 1. cap. dixi. Quod tamen procedit, niſi vxor à tali viro qui ſuã cõſanguineã cognouit exegiſſet debitum, propter quam exactionem videtur tacita eſſe facta reconciliatio, adeo quod uxor decætero non habet quid viro obijcere poſsit, vt infra de adulter. cap. ſi vir, & infra de coniugio ſeruorum, cap. propoſuit, & cap. fina. ſecundum Hoſt. & Ioan. And. & idem tenet Archid. in d. c. qui dormierit. vnde poſtquam vxor ab eo exegit debitum, non poteſt denegare. Si verò non exegit, tunc non tenetur reddere debitum, & vide de materia latius per Doctor. in dicto c. 2. de coniugio leproſorum. & in dicto cap. tranſmiſſæ, & maxime ibi per Henricum Boich.

¶ Septimò fallit propter interdictum eccleſię ex
13 legitima cauſa factum, † quod excuſat à reddendo debito, vt in c. 2. & 3. inf. de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, ſecundum Hoſt. dicam in d. c. ſub arti. 9.

¶ Octauò fallit, ſecundum aliquos, ratione temporis & loci. ratione temporis, puta, quia eſt tẽpus ieiunij, uel quo vacandum eſt orationibus, ſecundum Apoſtolum ad Corinthios 1. cap. 7. 31. d. cap. tenere. ibi, abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi. Item ratione loci, vt quia locus ſit ſacer, ut puta eccleſia, vel alius, vel propter quem contra honeſtatem fieret: nam in tali loco ſacro, eccleſia, vel ſimili, non tenetur quis reddere debitum, ſecundũ Io. 31. diſt. quoniam. Et etiam tempore opportuno debet exigi, ut dicit ille tex. vnde ſicut creditor nõ debet ſemper venire cum ſacco paratus, vt l. quod dicimus. ff. de ſolutionibus. ſic nec vir debet venire cum ſacco paratus, aut etiam vxor. Et idem ſentiunt ibi Laurentius, & Ioan. de Fantutijs. & glo. 2. 88. diſt. c. eccleſijs. & glo. fi. 33. quæſtio. 4. c. Apoſtolus. & de pœnit. diſt. 7. cap. non oportet. Sed Hoſt. & Io. And. in c. 2. de coniugio leproſorum, dicunt quod nec locus, nec tempus excuſat à redditione debiti: nam quamuis exigens peccet, & inducendus ſit ad deſiſtendum, ſi tamẽ modis omnibus inſiſtit, debet reddi ſibi debitum. 32. quæſtio. 2. §. his ita reſpondetur. & ſequenti, & 30. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. & c. voluit, & c. manifeſtũ. de quo per Hoſtien. in ſumma de matrimo. §. quis ſit effectus. ver. ſed nunquid peccant coniuges, & verſiculis ſequentibus, & iſta fuit opinio Gãdulfi, quam etiam tenet Goffred.

fred. in summa de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.

¶ Nec obstat tex. d. c. quando. 3 1. dist. dum dicit, tempore opportuno, quia non dicit congruo, uel honesto, sed opportuno, quasi dicat, quando uxor opportunitatem habet. ¶ Item tenet Vguccio, vt not. Archid. in d. c. quoniam. & in d. c. ecclesijs, & hanc opinionem dicit Henricus in d. cap. 2. infra de cõjugio leprosorum, quod credit esse ueram respectu temporis, per tex. 33. quæst. 4. cap. si causa. quia tempus & hora non patiuntur amplius deliberandi consilium, ut l. 1. ff. de exercitoria. Et quia necessitas non habet legem, ut l. 1. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. & in c. quanto. supra de consuet. & idem credit Henricus ratione loci, vbi exigens nõ posset alibi commodè stare, uel exigere, vt puta, quia esset in ecclesia quam exire non posset, secundum Lau. & Archid. in d. c. Apostolus. & d. c. non oportet,
14 quia illud dicimur posse, † quod commodè uel honestè possumus. ff. de uerborum sign. l. nepos Proculo. & sup. vt lite non contest. cap. accedens. il secondo. aliàs credit Henricus secundam opinionẽ, quod non teneatur reddere debitum, veriorem, & idem tenent Tancredus & Petrus, dicentes, quod licet debitum reddendum sit omni tempore, non tamen simile est de loco, quia locus posset esse talis, qui propter redditum in eo debitum indigeret reconciliatione, quod non contingit in tempore. Item, quia locus facilius mutari potest quam tempus, & idem tenet Beatus Thomas, dicens quod
15 debitum † reddendum est omni tempore, & omni hora, salua tamen debita honestate, quæ in talibus exigitur, quia non est conueniens quod requisitus in publico loco ibidem debitum reddat. & idem dicit Albertus, & addit, quod si alius locus haberi potest, nõ tenebitur in loco sacro debitum reddere: Si uero non potest haberi alius locus, tũc reddat cum dolore cordis, & etiam si exigat, hoc agat cum planctu, & non creditur quod reddendo peccet mortaliter, concordat gl. Gugliel. super summa Raymundi, in ti. de matrimonio, super verbo, abstinendum. in fine. & addit, quod si alius locus potest haberi, peccat mortaliter qui debitum reddit in loco sacro, & idem tenet fr. Io. in summa, in titu. de matrimonio. q. 43. & Asten. in lib. 8. in articu. de bono fidei. c. 4. in princ. vers. quæro, vtrum in loco sacro.

¶ Sed aduerte, quod si loqueremur ratione temporis impregnationis, & dicendum est secundum Petrum, quod aut sine periculo abortus potest debitum à grauida exigi vel reddi, aut non: si potest reddi, etiam sine peccato mortali potest exigi, quia vsus matrimonij est licitus, non tantum quo ad officium utriusque, sed etiam quo ad remedium, & mulier prægnans frequenter plus appetit concubitum quam quando non est prægnans: si uero non potest sine periculo, tunc nec debet exigi, nec reddi, quia principalior est institutio in officium quã in remedium, concordat Gugliel. in glo. super Raymundo. in d. versi. abstinendum. & frater Io. in d. ti. quæst. 44. & Astensis in d. lib. 8. ibi, quæro utrum liceat. ubi etiam dicit, secũdum Alexandrum Anglicum in 2. quod si præsumatur uehementer de periculo partus, petens mortaliter peccat, & alter reddere non tenetur. Si uerò mulier non præsumat de periculo partus, reddere tenetur, licet sciat eum peccare, cum dolore tamen, nec dicitur ei cõsentire quo ad peccatum, sed quo ad hoc quod petit quod est suum, & ne fiat prius.

¶ Aut ex parte temporis post partum ante purificationem & tunc dicit Gugliel. in glo. ubi supra, & frater Io. 45. q. ibi, quid si uir, & Astensis, d. arti. in fi. quod non credunt esse peccatum mortale, licet uideatur contrarium, 5. dist. c. ad eius uero concubitum. & 33. quæst. 4. c. si causa. 32. quæst. 4. c. ergo. & q. 7. non solum. Sed illa capitula quantum ad hoc loquuntur de honestate & cõsilio, sed qui reddit his temporibus non peccat. dicunt tamen quidam, quod non debet reddi ei nisi timeretur eius
16 fornicatio. Aut ex parte temporis menstruosi, † & tunc secundum prædictos ubi supra, circa hoc diuersi dicũt diuersa: dicunt enim quidam, quod exigere est in uoluntate coniugis, sed reddere de necessitate iuris. primum intendit Moyses prohibere tempore menstruorum, Leuitici 23. Alij addunt, quod aut petẽti imminet periculum præsumptum probabiliter de fornicatione, aut non: si sic, debet reddi: si non, non debet reddi, quia præceptum morale est, non ceremoniale, siue figurale. Alij dicũt, quod aut passio naturalis est, scilicet determinato tempore contingens, & tunc non licet exigere uel reddere, & quicunque exigit, uel voluntariè reddit, peccat mortaliter, quia tunc concipi possunt & concipi consueuerunt fœtus membris damnati, leprosi & huiusmodi. Aut est passio in naturalibus, & tunc saltem licet reddere, quia tunc nõ possunt fœtus concipi. sed prima opinio securior est, & cõmunior, secundum Petrum, & fratrem Io. & sequitur Henricus Boic in cap. inquisitioni, infra de sententia excommunic.

¶ Similiter etiam ratione loci, si forte uir esset carceratus, excusatur, si exactus non reddit debitum, quia non potest: quia, vt dixi, impossibilium nulla est obligatio, &c. & idem dicendum est contra respectu vxoris.

17 ¶ Nonò fallit ratione infirmitatis † existentis in eo à quo debitum exigitur, puta, quia sit ethicus, vel febricitans, aut tali infirmitate tenetur propter quam si debitum redderet, immineret sibi periculum uitæ, & non tenetur reddere, secundum Vincen. in c. 2. de coniugio leprosorum, & sequuntur ibi Io. Dom. Ant. D. M. & Zab. quia omnis ordinata charitas incipit à seipso, ut in c. nisi. de aucto. & vsu pallij. 86. d. c. non satis. & l. præses. C. de seruitutibus & aqua.

¶ Et ex prædictis collige generalem doctrinam,
18 quod † vbi obstat honestas, uel adest impossibilitas, aut periculum uiri, non tenetur quis reddere debitum, secundum Zab. in d. c. 2. Facit, quia si maritus soluto matrimonio conueniatur pro dote restituenda, non potest condemnari, nisi in id quod facere potest, ut l. maritum. ff. soluto matrimonio, quod tamen quomodo procedat, uide quod ibi traditur per Docto.

¶ Decimò fallit, si forte tempore quo exigitur
19 debitum à marito seruo, † opportet seruire domino existenti forte in periculo, & discrimine uitæ, quia tunc debet dimittere uxorem importunã, & subuenire

subuenire domino, argu. l. si quis in graui. §. si cum omnis. ff. ad Syllanianum: quia seruus cũ esset domino obligatus transiuit ad uxorem, argum. cap. ex litteris, supra de pignoribus. Et quia pro domino facit prioritas temporis, vt in regula, qui prior, in 6. facit tex. in cap. 1. in fi. de coniugio seruorum, ubi hoc sentit glo. & tenet Innocen. & Hostien. Secus si periculũ mortis non immineret domino, quia tunc potius vxori est obediẽdum, maxime si periculum fornicationis immineret in uxore, uel magnũ præiudicium ei fieret: tunc enim Deo, & præcepto Apostoli, & sic potius uxori est obediendum, 11. quæst. 3. cap. quod exiistit, facit de coniugio leprosorum, cap. 2. & de sententia excom. cap. relatum, vnde eo casu tenetur dominus modicum expectare, quia citò poterit seruus obedire, in mora modici temporis, &c. ff. de iudicijs, l. si debitori, secundum glo. & Hostien. in dicto c. 1. de coniugio seruorum. & Hostien. in summa, in tit. de coniugio seruorum. §. & an consensus, videlicet, quid si dominus, & idẽ tenent Bonaguida, & Thomas, & Hastensis, in tit. de impedimento conditionis. art. 2. vers. quid si eo tempore, quod credit specialiter verum Henricus, si post matrimonium contractum, & sine consensu vxoris talis est effectus seruus, vt puta, si vendidit se ad precium participandum, Instit. de iure personarum. §. fiũt. vel si captus sit ab hostibus, quem vxor fuit secuta. Si tamen dominus vellet seruum alicubi mittere, & timeatur de adulterio, tenetur vxor eum sequi quocunque dominus eum miserit. Tu breuius, & clarius dic, post Dom. Anton. & D. M. quod aut alter est in maiore necessitate, & illi primò subueniendum est, si non potest vtrique eodẽ tempore subueniri, & maximè si domino immineret periculum mortis, per d. l. si quis in graui. §. si cũ
20 omnes. ff. ad Syllanianum. facit, quia quilibet † tenetur defendere alium etiam extraneum à morte, tam ex præcepto diuino, quam iure naturali, vt 25. quæst. 3. cap. non inferenda, & cap. fina. 19. distinct. cap. præcipimus. 3. quæst. 1. cap. nulli, & cap. sequenti. infra de sententia excommun. cap. quantæ, & in cap. dilecto, de sententia excommun. & capit. cum quis, & sic hæc obligatio debet præcedere obligationem uxoris. Item, quia seruitutes sunt inductæ de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, & Institu. de iure naturali. §. ius autem gentium. Quare talis obligatio ex iure gentium descendens iuncta cum iure naturali debet uincere obligationem uxoris, cũ ex una parte sint duæ obligationes, quarum vna est saltẽ æqualis potentiæ, vel virtutis, ad obligationem debitam vxori, ergo debent vincere obligationem vxoris, ut in Authen. de consanguineis, & vterinis fratrib. in fi. colla. 6.

¶ Accedat etiam, quia in domino est maius præiudicium, nam per eius mortem perimeretur obligatio sua, quia mors omnia soluit, in Authen. de nupt. §. disponat. colla. 4. obligatio verò vxoris solũ differretur. facit, quod traditur in l. quotiens. C. de precibus imperatori offer. secundum Henricum. Aut cætera sunt paria, quia non magis vni quam alteri imminet periculum, & tunc aut seruus contraxit sciente domino & consentiente, seu non contradicente, & tenetur satisfacere vxori, quia cõsentiendo matrimonio, quod est principale, intelligitur consensisse etiam accessorio, ut in c. præterea, & in c. prudentiam, de officio delegati, & l. ad rem mobilem. ff. de procura. 8. dist. cap. de iure. Aut contraxit ignorante, vel contradicente domino, & tũc prius debet obedire domino, & ipsius mandatũ adimplere, & hoc videtur sensisse glo. 1. in cap. 1. & Raymundus in summa, in tit. de impedimento cõditionis. §. 2. nisi forte ex dilatione probabiliter timeretur periculum adulterij, & idem tenet frater Ioan. in summa in tit. de impedimento cõditionis, quæst. 10. Vtrum autem dominus possit vendere seruum suum alicubi, qui vellet eum ducere ad extraneas partes, & sic vxor careret debito suo. Glosina. format quæst. in cap. 1. de coniugio seruorum, dic vt ibi dicam. Sed ex quo nos sumus in materia soluendi, & exigendi debiti, &c.

21 ¶ Quæritur, vtrum † & quando exigendo debitum, seu reddendo, vel commiscendo, sit peccatũ mortale, vel veniale, & possit esse actus meritorius.

¶ S o 1. Distingue, quia quando quæritur, quando sit peccatum, & quando mortale, vel veniale, & tunc, aut alter coniugum habet conscientiam alicuius impedimenti ipsius matrimonij, aut non. Primo casu, aut coniux scit pro certo impedimentum, & tunc etiam ad mandatũ ecclesiæ non reddat debitum, sed potius excõmunicationem substineat, nam hoc casu peccaret mortaliter tam in exigendo quam in reddendo debitum, facit cap. litteras. cap. porrò, de restitutione spoliato, & c. inquisitioni, de sententia excommu. & quod ibi dixi in 3. notabili. aut hoc credit opinione leui, & temeraria, ut quia audiuit à paucis leuibus, quibus credere non tenebatur, & tunc reddat, & exigat: aut à persona probabili, & discreta, & tunc reddat, sed non exigat, vt dicto cap. inquisitioni, de sententia excommun. & hoc procedit respectu impedimenti matrimonij. Si verò loquimur de alio impedimẽto, vel defectu ex parte alterius coniugum, vel ex parte loci, vel tẽporis, vel modi, exercitij, actus cõiugalis, distingue, quod aut nullum subest impedimentum ex prædictis, aut subest. Primo casu dic, quod aut coniuges cõmiscentur causa suscipiendæ prolis, & tunc nullum est peccatum, & de ista commixtione dicit Augustinus, Coniugalis concubitus generandi causa factus non habet culpã. Et Apostolus ad Corin. 7. si nupserit virgo, non peccat: si enim sine peccato non posset fieri concubitus coniugalis, non præcepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicẽs, Crescite & multiplicamini. Aut cõmiscentur causa raddendi debiti, & tunc similiter nullum est peccatum. Vnde ait August. super Psalmo 146. Et habetur 33. quæst. 5. capit. 1. Redde debitum, & si non exigis, redde pro sanctificatione perfecta, Deus tibi computabit, si nõ quod debitum exigis, sed reddis quod debetur vxori, quia reddere debitum hoc casu meritorium est, 33. quæst. 5. ca. secundũ verba. Aut commiscentur causa incontinentiæ, vel fornicationis uitandæ, & tunc est peccatum ueniale. vnde dicit Augustinus, Forte aliquis dicet, si ueniam concessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptiæ, cui enim uenia non peccato conceditur, & ita ueniam concedens Apostolus concubitum attendit, & incontinentiæ malum est, quod uir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatem procreandi filios.

Sed

Sed & ibi, eſt nuptiarum bonum, & ita non propter illud malum culpabile eſt hoc bonum. Sed illud malum ſit ueniale propter bonum nuptiale. Aut commiſcentur cauſa ſaturandæ libidinis, & tunc eſt mortale: vnde Hieronymus, & habetur, 32. queſt. 4. cap. origo. adulter eſt in ſuã vxorem amator ardentior. ſapiens iudicio, ſcilicet & diſcretione debet amare coniugem, non affectu explendæ libidinis, non regnet in eo impetus voluptatis, nec præceps feratur ad coitum: nihil enim eſt fœdius quam vxorem amare quaſi adulteram. tradit Hoſtien. in ſumma, eo. tit. de ſponſalib. ſub rubr. de matrimonio. §. quid ſit effectus. verſic. ſed nunquid aliquando, vſque ad finem, & Raymundus in ſumma, in tit. de matrimonio. §. 13. concordant Thom. & Petrus, & frater Ioan. in ſumma, in tit. de matrimonio. quæſt. 37. verſ. generaliter etiam quæro. Et Aſtenſis lib. 8. in tit. de bonis matrimonij, artic. 2. in princ. Intellige prædicta, vt dicunt Thomas, & Petrus, cum quis, ſcilicet propter voluptatem ſeu delectationem commiſcetur coniugi, ita tamen, quod illa voluptas infra limites matrimonij concludatur, videlicet cum alia muliere hoc non faceret, & tunc eſt veniale peccatum. Si autem delectationem quærit in ea, vt in meretrice, ita ſcilicet quia ſi non eſſet vxor, tamen idem faceret, tunc eſt mortale peccatum, & ſic intelliguntur auctoritates premiſſę, & in hoc concordat Gugliel. ſuper Raymundo, & communiter alij magiſtri. Vguccio tamen dicit, quod mortale eſſet cum vir præuenit voluptatem prouocando, ſcilicet æque manibus, vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries poſsit cum vxore coire. Et Vgucio 32. queſt. 4. liberorum, dicit virum mortaliter peccare, cum accedit ad vxorem cauſa libidinis, ſed Ioan. gloſator ibi dicit, quod immo veniali-
22 ter tantum peccat. Aut † quis cognoſcit vxorem propter ſanitatem corporalem, & tunc peccat, quia quærit ſanitatem, per id quod adhoc non eſt ordinatum, ſicut qui per ſacramentum baptiſmi tãtum ſalutem corporalem quæreret, ſecundum Thomã, & fratrem Ioan. in tit. de matrimonio, quæſt. 38. verſic. vtrum cognoſcere. quod arbitror verum, ſi carnalis cognitio non eſſet ordinata ad ſanitatem corporalem, alias ſecus, puta ſi timeretur ſuffocatio matricis, cui per copulam carnalem occurritur, nam hoc caſu ſi propter hoc vxor exigeret debitũ non arbitrarer ipſam peccare. Et idem in aliis caſibus, quibus ſecundum Phyſicos hoc conueniret. Si verò ſubeſſet impedimentum, vel defectus ex parte alterius coniugũ, puta quia fornicatus eſſet, tunc dic vt not. Archid. 32. quæſt. 7. cap. tantum. vbi dicit, quod duplex eſt matrimonij vinculum, alterũ reddendi debitum, alterũ non transferendi ad aliarum vota per fornicationem intercedentẽ, utrumque ſoluitur morte interueniente, ſed præter mortẽ ſolutio primi uinculi qñque cõſulitur, quãdoq; permittitur, quandoque prohibetur, quandoque præcipitur. Conſulitur, cum conſenſu cõtinentiam vouent, 33. quæſt. 5. cap. quod Deo patri. Permittitur, cũ uxorẽ fornicariam etiam ceſſantem, & pœnitentẽ quis relinquit. 32. q. 1. dixit dominus. ſup. de diuortiis. quãto, & c. gaudemus. Prohibetur ſolutio vinculi quando caſte viuentẽ vxorem, & debitum exigentẽ nõ vult retinere, nec debitum reddere, ut d. c. inquiſitioni, infra de ſent. excõ. & 33. q. 5. c. 1. & c. ſecundũ verba. Præcipitur autem, quando eam quæ eſt fornicaria & in crimine perſeuerat, maritus non vult relinquere. ſupra de adulterijs. c. ſi vir ſciẽs. nam hoc caſu reus erit, & eius peccati particeps, ſecundum Glo. & Hoſt. in d. c. ſi vir. & niſi denuntiauerit eam ad pœnitentiam, mortaliter peccat, 2. q. 1. ſi peccauerit, & de iureiurãdo, quemadmodum.

23 ¶ Vtrum autem reſpectu † vſus & carnalis cognitionis cum propria vxore dicatur committi peccatum, & quale, vt puta, quia maritus aliter & aliter vult uti carnali copula cum vxore, intellige tamen ſeruato debito vaſe, quia alias eſſet peccatum mortale: & tunc, quando cognoſcit ſeruato vaſe debito, dicit quod ſecundum ſe non eſt mortale peccatum, ſed poteſt eſſe mortalis concupiſcentia, quando ſcilicet non ſufficit eis modus quẽ natura determinat. vt autem hoc melius intelligatur, quis ſcilicet ſit modus naturalis, & quis plus, vel minus ab illo naturali modo deuiet, notandũ eſt, quod naturalis modus quẽ natura docet, eſt vt mulier iaceat in dorſo, vir autem in ventre incumbat ei, & ſic facilius concipiunt mulieres, niſi per accidens impediantur. Minor autem deuiatio eſt ab illo concubitus lateralis, & maior ſedentis, & adhuc magis deuiãt qui ſtantes recti actum venereum cõplent, & adhuc horum maximus qui eſt retrorſum more brutorum. Quidam tamen hunc vltimũ duxerunt eſſe peccatum mortale, quod tamen non placet. Eſt ergo aduertendum, quod quando modus conſuetus immutatur propter corporis diſpoſitionẽ, vel propter uentrium groſsitatem, vel infirmitatẽ, vel imprægnationem, talis immutatio fieri poteſt ſine peccato, ſecundum Pe. cui cõcordat Thomas, & de hoc etiam tangit glo. Guglielmi ſuper Raymundo in ſumma. ti. de matrimonijs. verſ. 13. qui voluit q̃ uir cognoſcens vxorem ſuam modo conſpecto, dummodo tñ in vaſe naturali, ſi hoc faciat ſolius voluptatis cauſa, quã amplius quærit, peccat mortaliter: ſi aũt, quia vxor eſt prægnãs, & timetur de ſuffocatione partus, nõ peccat mortaliter ex alia parte, quã anteriori accedens ad eam, ſi vtatur vaſculo debito, non autem abutatur, nec ſemen extra ſcienter effundat. Idem ſi propter infirmitatem mulieris, vel aliam cauſam rationabilem hoc faciat.

¶ Nec obſt. 35. quæſt. 7. adulterij. vbi videtur, q̃ talia execrabilius fiant in vxore, quia illud intelligitur de illis, qui contra naturam, aut extraordinariè extra clauſtra pudicitię cognoſcunt uxores, aut cauſa libidinis exonerandæ, & ſine cauſa hoc facientibus non licet ſecundum fratrem Ioannem in d. ca. quæſtio. 8. verſ. vtrum vir. in hoc tamen ſunt variæ opinio. Aſtenſis enim in lib. 8. in tit. de bonis matrimonij, in communi artic. quæſt. 2. verſ. ſed quid de viro, dicit, quod in iſto art. ſcilicet quando propter impręgnationem aut ventriũ groſsitatem, vel infirmitatem vir cognoſcit vxorem, modo inconſueto, duplex eſt modus dicendi, vnus eſt q̃ aut vult cognoſcere vxorem cauſa prolis generandæ, vel debitum reddendi, & tunc non peccat; aut cauſa delectandi, ſiſtendo tamen intra terminos matrimonij, & tũc venialiter peccat. permittitur enim minus malum, vt euitetur maius, ſcilicet adulteriũ, & huius ſentẽtiæ fuit Rodoicus & etiam Thomas

Alius

Alius modus dicendi eſt, quod nullo modo, nulla de cauſa poteſt hoc fieri ſine peccato mortali, nec aliqua cauſa excuſat à toto, ſed à tanto, ſolum, quia talis coitus eſt contra naturam, quia non fit modo humano, ſed brutali. vnde licet non ſit contra naturam generalem, tamen eſt contra naturam rationalem, vnde ſuper illud Apoſtoli ad Roma. 1. dum ibi dicit, in eum qui eſt contra naturam. glo. dicit, contra naturam eſt coitus, cum vir cum vxore dormit aliter quam decet, ſed ſic in illo coitu. ergo eſt
24 contra naturam. Sed coitus † contra naturam eſt maius peccatum quam adulterium, ergo non permittitur, vt adulterium euitetur.

¶ Præterea coitus contra naturam execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in uxore, 33. q. 7. adulterij. Sed minus malum eſt fornicatio, quam coitus talis, ergo non debet permitti cauſa vitandæ fornicationis. huius ſententiæ fuit Alexander Anglicus in 2. ſentent. & etiam Raymundus, in 3. ſent. in titu. 33. diſt. 25. ubi dicit, q̃ qũocunque coitus exerceatur præter quam inter hominem, & fœminam, & ordinatè, & in uaſe debito, uitium eſt contra naturam, & ſodomiticum iudicatur. & nota, quod dicit ordinatè, tenentes autem iſtam opinionẽ ad id quod tãgitur pro prima opinione, ſcilicet quod permittitur talis coitus, vt maius malum vitetur, ſcilicet fornicatio, uel adulterium, reſpondent, quod licet ibi ſit maius peccatum quo adhoc, q̃ eſt cognoſcere non ſuam, tamen in tali coitu eſt maius peccatum quo ad naturam, vnde vitatio fornicationis, vel adulterij non eſt cauſa ſufficiens ſic coeundi, & ſic uolunt, quod manente impedimento vter que continere tenetur.

¶ Tenẽtes autem primam opinionem ad ea quę tanguntur pro ſecunda opinione reſpõdent, quod ſolus coitus eſt contra naturam, qui non eſt in debito uaſe, quia alibi totaliter fruſtratur intentio naturæ, & hoc haberi videtur per glo. ſuper illud ad Roman. 1. relicto vſu naturali, dicens, quid eſt inquam, vſum naturalem mutare in eum qui eſt contra naturam, niſi ſublato uſu cõceſſo aliter uti quã eſt conceſſum, cum pars illa corporis non habeat huiuſmodi vſum à natura ſibi datum. Henricus in c. inquiſitioni. infra de ſententia excõ. ſequitur ſecundam opinionem tanquam tutiorem.

25 ¶ Sed quæro quid ſi vxor † ſupergreſſa abutitur viro? reſpondę, quod mortaliter peccat, quia modus iſte eſt contra naturam, cum non conueniat ſeminis confuſioni, ſeu infuſioni quo ad virum, nec receptioni quo ad fœminam, & ita fruſtratur intentio naturæ totaliter. vnde & peccatum illud Methodius inter cauſas diluuij enumerat, vt habetur in hyſtoriis ſcholaſticis, dicens, quod mulieres in veſaniã verſæ ſunt ſupergreſſæ viris abutebantur.

26 ¶ Sed circa prædicta quæritur, vtrũ † actus coniugalis poſsit eſſe meritorius. ¶ Sol. Dicit frater Ioan. in d. tit. de matrimonio, queſt. 40. verſi. vtrum coniugalis, &c. quo adhoc, ut actus ſit meritorius ſufficiunt tria, ſcilicet ſtatus mentis, forma intentionis debitæ, honeſtas operis. Cum ergo in actu coniugali qui ſit in charitate cauſa prolis, vel reddendi debitum, hæc tria concurrant, ille actus non ſolum ſit excuſabilis à malo, ſed etiam meritorius in bono, & in hoc concordant Albertus & Hoſtienſis, quod procedit ſecundum præfatos Doct. non ſolũ quando vxor expreſſe petit debitum, quod vir teneatur reddere, ſed etiam ſi per ſigna id annuat, per quæ appareat hoc eam velle, non tamen idem iudicium eſt ſecundum eos de petitione viri. ratio diuerſitatis in promptu eſt, quia mulieres magis ſolent vere cundari in petendo debitũ, quam uiri, tenent Vincen. & D. M. in c. fin. de eo, qui cogn. conſan. vxo. ſuę, & Henricus in d. c. inquiſitioni.

27 ¶ Sed quęro circa prædicta, vtrum † vir qui proprium filium ſuſcepit de ſacro fonte, ualeat reddere debitum vxori ſuæ, cui per tale factum compater eſt effectus. ¶ Sol. Canones in hoc uidentur uarij, ut dicit glo. 30. queſtio. 1. cap. 1. ubi hęc queſtio in propriis terminis formatur, ſed dicit ibi gloſ. in ſumma, quod hęc contrarietas ſoluitur infra de cogna. ſpirituali. cap. 2. ubi dicit tex. quod ſiue mulier ex malitia, ſiue ex ignorantia ſuſceperit filium à ſacro fonte, non ideo à viro ſeparanda eſt, niſi ad ſeruandam continentiam poſsit induci. Idem dicitur 30. quæſt. 1. cap. de eo. canones ergo qui dicunt, q̃ tales ſint ſeparandi, non tenent, cum ſit contra euãgelium, quod vult ſolũmodo ob fornicationis cauſam fieri ſeparationem. vel debent intelligi, quod debent ſeparari quouſque pœnituerint, vel ſub ea conditione ſi poſsint ad continentiam induci, ut d. c. 2. infra de cogn. ſpirituali. Sed Goffred. & Vincen. in d. ca. 2. diſtinguunt, quod aut alter ſolus fuit ſciens, & ille priuatur facultate exigendi, aut vterque, & tunc fit compenſatio, vnde quilibet habebit facultatem exigendi. facit c. penult. & fi. de adulteriis. & l. ſi ambo. ff. de compenſationibus, & hanc opinionem ſequitur Zab. in d. c. 2. quę opinio non placet Dom. meo ibi, quia compenſatio fit vbi agitur de utilitate & commodo delinquentium, & ſic loquuntur iura ſuperius allegata: ſed in caſu noſtro priuatio exigendi debitum non fit ad vtilitatem alterius, ſed ob reuerentiam cognationis ſpiritualis, & ſic vnius delictum alium non excuſat. Hoſtien. verò in dicto cap. 2. finaliter tenet, quod data ſcientia vtriuſque, neuter poteſt exigere, ſi tamen exigit, alter tenetur reddere debitum. Sed gl. 30. q. 1. cap. noſce. poſt multa concludit, quod ſcienter hoc attentans eſt priuatus facultate exigendi debitum, quæ opinio placet Domino meo, per dictum cap. de eo. 30. queſtio. 1. vbi dicitur, quod talis mortua coniuge debet remanere ſine ſpe coniugij. ergo ſequitur, quod quantum in ſe, eſt priuatus exercitio matrimoniali. mouetur etiam per rationem dicti cap. 2. nam ibi ſubſtinetur coniugium ne fraus patrocinetur doloſo, ſed quo ad priuãdum cum iure ſuo fraus ſibi non patrocinatur, ſed potius obeſt, & ſic tex. ex hoc ſolum videtur habuiſſe reſpectum ut coniugium non ſeperaretur ex toto.

¶ Nec obſtat littera præcedens dicti cap. 2. quæ innuit contrarium, dum dicit, nec alter alteri debitum ſubtrahere debet, &c. quia intelligitur, quod ſciens non debet ignoranti debitum ſubtrahere, & ſic inteligitur ſolum reſpectu ignorantium.

¶ Nec obſtat ſi dicatur, Chriſtum excepiſſe ſolam cauſam fornicationis, ut in cap. 2. de coniugio leproſorum. quia, vt dicit gloſ. in dicto cap. nocet. illud procedit quo ad repellendam vxorem à domo propria, & acura ſua, ſed quo ad ſubtrahẽdum

debitum multi casus imminent, de quibus dictum est supra.

28 ¶ Sed quæro circa prædicta, quid si alter † coniugum à quo exigitur debitum, absque debita causa renuit illud reddere. ¶ Sol. Dic, primo debet induci, vt reddat debitum, ut in cap. 1. infra de coniugio leprosorum, etiam si esset leprosa, dummodo non sit talis propter cuius horrorem excusetur.

¶ Si verò non potest induci, licet quidam dicât, quod episcopus expectabit querelam de adulterio commisso, tamen communis sententia est, quod potest compelli per censuram ecclesiasticam, & sic per excommunicationem ad reddendum debitũ, quia cũ monitus de reddendo non reddens peccet mortaliter, nisi iusta causa excusetur, & pro quolibet mortali monitus de satisfaciendo, & satisfaciens renitens peccet mortaliter, meritò excommunicari potest. 11. quæst. 3. ca. nemo episcoporum, & tenet Dominus meus in d. c. 2. de coniugio leprosorum, & probatur in cap. fina. & ibi Zab. de eo, qui cogn. consan. vxo. suæ. Ego arbitror, quod possint etiam exerceri contra eum, si forte non timeret excõmunicationem, alia remedia quæ sunt prodita contra contumacem, ad quod vide Dominũ meum c. quoniam. §. in alijs, ut lite non contestata, Bal. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. glos. & ibi tetigi in cap. tuæ, vt lite non contestata, dixi latè in tit. de dolo & contumacia.

¶ Septimus effectus est, quia per matrimonium vir fit caput uxoris, Apostolus ad Corinth. 1. c. 11. & infra tit. 1. cap. continebatur. 33. quæst. 5. c. caput, cap. 1. infra de frigidis. 33. quæstione 2. cap. si quis acceperit.

29 ¶ Et ex prædictis uidetur sequi, q̃ † vir & vxor iudicantur ad imparia, quod est verum quo ad quę dam, puta quo ad præeminentiam, quia vxor penè famula uiri dicitur, c. mulierem. 33. quæst. 5. & per Dominũ meum in cap. illud. de pręsump. & eadem causa, & quæst. cap. hæc imago. Item quo ad votum vxoris, quod reuocat maritus, non econtra, vt in capit. uoluit. 33. q. 5. Item maritus accusat vxorem de adulterio, non econtra. C. de adulteriis. l. 1. & l. quãuis, secundum Hostien. in cap. gaudemus. infra de diuortijs, quod est verum quo ad pœnam corporalem imponendam: secus quo ad thori separationẽ. Sed quo ad reddendũ debitum æqualiter iudicantur, secundum ea quæ dixi supra in proxima fallentia. Et ita potest intelligi quod dicit Bal. in l. cum testator. C. de testamẽtaria manumiss. vbi dicit, quod nuptiæ intelliguntur tam ex parte uiri quàm fœminæ, per illum tex. facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. & sic proprie potest dici, quod vir nubit, sicut mulier, secundum Bal. ibi, & ideo impedimentum coeundi, puta propter frigiditatem, maleficium, vel arctationem, tam in uiro quam in muliere, iudicantur à pari, secundum Doct. & Dominum meum in cap. fraternitatis, de frigidis, in glo. super verbo, dirimere. notat Hostien. in summa, in tit. de frigidis. §. fi. vers. quid si mulier. dicam in illo titulo. Similiter etiam quo ad cognitionem iudicis ecclesiastici iudicãtur à pari, dixi in cap. ex parte. supra eod. artic. 24. Item iudicantur à pari respectu mutuæ dilectionis, nã tenetur alter alterum maritali, & cõiugali affectione tractare, ut in c. ex parte. supra eo. vir enim & vxor

30 dñr esse una caro † propter matrimonium, 1. Gen. ibi, & erunt duo in carne una. c. Agatosa. 32. q. 3. 33. quæst. 5. c. fina. no. glo. in l. quia parentis. ff. solu. matrimo. & dicit tex. in dicto cap. fina. ut sciremus vnam in uiro, & muliere corporis esse naturã ideo non duo à princ. facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres, sed primo uir, deinde ex eo mulier unam naturam amborum cõstituere Deus ab uno princ. creare hoc incipiens, & multarum, & disparium naturam eripuit facultatem, & uide tex. in cap. 1. infra de coniugio leprosorum. quod qualiter intelligatur, gl. ibi remittit ad cap. debitum. de bigamis. & dicit Hostien. in dicto cap. 1. quod sunt una caro, idest ad unam carnem procreandam, & hoc post consummatum matrimonium, de conuersione coniugatorum, cap. ad apostolicam. uel sunt vna caro, idest esse debent, ex quo de præsenti contraxerunt, ut d. c. 1. & c. 2. de coniugio leprosorum. Vnde Apostolus ad Corinth. 1. cap. 7. dicit, quod nec vxor, nec vir plenam sui corporis habet potestatem. infra de consan. & affinita. non debet. de clericis coniugatis. diuersis. est enim uxor socia diuinę & humanæ domus. C. de crimine expilatæ hereditatis. l. 1. & societas uitæ eam quodammodo dominam fecit, ut l. 1. ff. rerum amotarum. & inter eos diuini & humani iuris communicatio. ff. de ritu nupt. l. 1. vnde omnis felicitas & infelicitas est cõmunis, d. l. 1. ff. de ritu nupt. & ibi Sali. & ad mutuam seruitutem tenentur. vnde Hieronym. ad Oceanum, & transumptiue, 33. quæst. 5. cap. apud nos. inquit, q̃ non licet fœminis, non licet uiris, & eadem seruitus pari conditione conseritur, & uide ibi glos. & Ponta. in rubrica. ff. soluto matrimonio. & dicitur persona domestica uiro. ff. si quis cautio. l. sed & si quis. §. præterea. glo. domestica. & C. de testib. l. 2. & ibi Bal. Speculator in tit. de teste. §. 1. versic. quid de uxore. ubi allegat multa iura, dixi in cap. in litteris, de testib. Vnde stipulando sibi vir alimenta, & uxori stipulari uidetur, 33. quæstio. 2. cap. admonere, & ibi notatur. & uir ex præcepto tenetur diligere uxorem magis quam seipsum, sicut legitur Hester. & ex præcepto Apostoli, & similiter vxor debet diligere virum, nec distinguitur, utrum sit benemeritus, vel non Bart. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. soluto matrimonio. nec maritus spernere debet infelicitatem uxoris, ut dicto §. sin autem. & in capitulo secundo, infra de coniugio leprosorum, ubi patet, quod propter grauem infirmitatem non est uxor dimittenda, quia non debet addi afflictio afflicto, septima, quæstione prima, capitulo, cum percussio, & de graui infirmatate exemplifica, vt si oculos, vel nasum amisit, uel sit effecta paralitica. facit,

31 quia nihil tam humanum quam coniuges † adinuicem participare tales casus fortuitos. ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. maritus. quinimmo debent esse adinuicem consortes felicitatis, & infortunij. vnde consortium pro matrimonio accipitur. C. de agricolis, & censitis. l. mulier. libro 11. & in Authen. de non eligen. secundo nub. §. penultimo, & uide glo. fina. in fi. in cap. 3. sup. de conuersione coniugatorum, quę dicit, quod coniugati non solum tenentur ad debitum carnale reddendũ, sed ad mutuũ auxilium, & obsequium, quia in quibusdam matrimonium est legis obsequium. 27.

q. 1. cap. nuptiarum, & uide glo. in l. 1. C. de in ius vocando, quæ dicit, quod vxori per virum fit honor naturaliter, sed non sic econtra. & nota, quod dicit naturaliter, quod posset intelligi, quia vir in reddendo debitum ascendendo supra ventrem inclinatur uxori, vel honestius honor vxoris non ascẽdit in virum, sed honor viri in vxorem, quia vxores nobilitantur per maritos, non econtra, vt dixi

32 supra, & qui † facit honorem vxori, facit uiro, & qui iniuriatur vxori, viro dicitur iniuriari. Institu. de iniuriis. §. patitur. secundum glo. & Bal. in d. l. 1. C. de in ius vocan. dixi in rubrica de dilationib. in materia citationis. articu. 20. quæstio. 26. versicu. 1. vnde omnia priuilegia quæ princeps habet cõcessit Augustę. l. princeps. ff. de legib. & de iure fisci. l. fiscus. Oldr. consi. 95. & viri cum vxoribus suis consilia participant, vt in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. hæc omnia. colla. 2. & maxime, quia quanto quis nobilior est, plus debet vxorem diligere. ff. de adulter. l. si vxores. §. 1. ibi, non solum Atrides uxores amant, glo. exponit, i. nobilissimi, & dicitur Genes. c. 2. propter uxorem relinquet homo patrem & matrẽ, &c. c. gaudemus. inf. de diuortijs, & debet esse sollicitus maritus, ut placeat uxori, ad Corinth. c. 7. Et no. Bal. & Io. de Imo. in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. sol. matr. q̃ tacita societas uiri, & uxoris non est minus priuilegiata quam societas expressa, per illum tex. quod tamen sanè intelligit ibi Bal. secundum ea quæ habentur in l. aduersus. C. de crimine expilatæ hæreditatis. Non autem quod illud quod quærit vir teneatur communicare uxori quo ad proprietatem, nisi forse aliud haberet consuetudo, per c. penult. supra de consue.

33 ¶ Et no. † quod maritus tenetur alere uxorem inopem, secundum Doct. & sequitur Bar. in d. §. fin autem in sequissimo, per illum tex. & per tex. in auth. preterea. C. vnde vir & vxor, tenet Specul. in tit. qui filij sint legi. §. 1. vers. quid si mulier diues. Et vir tenetur vxori ministrare necessaria, idest alimenta. c. transmissæ. infra de eo qui cogn. consang. vx. suæ, & propter hoc lucratur fructus dotis. l. dotis fructus, & l. si is. ff. de iure dotium. & infra de vsuris. cap. salubriter, & vxor tenetur ministrare coniugi etiam leproso, vt in cap. 1. de coniugio leprosorum. Sed vtrum teneatur secum morari in eadem domo, & in eodem lecto. glo. fina. dicit ibi, quod non continuè, sed sufficit quod non fraudetur suo debito, & vide quod ibi dicam.

34 ¶ Et nota, quod nobilitate viri irradiatur † vxor. l. fœminæ, & l. liberos. ff. de senatorib. & in Authen. de consulib. colla. 3. & l. si Augustæ. ff. de leg. 2. & l. mulieres. C. de dignitatib. lib. 12. & l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. Bal. in l. 1. C. de in ius vocando. not. glo. in c. vbicunque, de pœnis. lib. 6. Et fœlicitas viri prodest mulieri. l. fina. C. de nuptiis, & vxor militis gaudet priuilegio militari. l. 1. & 2. C. de testamen. militis. & talem dignitatem, & priuilegium retinent vxores non solum viuentibus viris, sed etiam post mortem eorum, & sic uiduæ, dummodo non transfuerint ad secundas nuptias. l. mulieres. C. de dignitatibus, & l. filij. §. uidua. ff. ad municipales. gl. fina. in cap. ex parte B. de foro competen. & ibi dixi, in primo notabili. uide Barto. in l. fina. C. de priuilegijs scholarium, lib. 12. & gl. in uerbo, uacare. in clemen. prima, de electione, & probatur in capit. 1. de sepultur. lib. 6.

35 ¶ Etsi mulier † quæ esset nobilitata ex nobilitate mariti denuo nuberet ignobili, amitteret illam dignitatem seu nobilitatem acquisitam, vt l. cum te. C. de nuptijs. per quem tex. dicit ibi Bald. quod si nupta ciui propter nuptias affecuta est priuilegia ciuium, quæ retinet etiam vidua, si denuo nubat rustico, illa amittit.

¶ Et similiter si Archiepiscopus, qui in beneficialibus habet omnimodam potestatem, transferretur ad episcopatum, amitteret dignitatem ar-

36 chiepiscopalem, quoniam † dignitas accidentalis contrario accidenti resoluitur, & reducitur ad suũ statum naturalem, vel ad qualitatem noui accidentis, vt dicta l. cum te. C. de nuptijs. Secus si dignitatem, vel nobilitatem habuisset à patre, & sic à natura, quia illam retinet, vt ibi dicitur, secundum Bald. nisi filia senatoris nuberet plebeo, l. fœminæ. ff. de senatoribus, secundum Cy. in dicta l. cum te.

¶ Est tamen aduertendum, quod quamuis vir, & vxor ad paria iudicantur, tamen maritus est caput vxoris, & dicitur vxor esse in potestate viri.

37 ¶ Aduerte tamen, quia † filiafamilias nupta remanet sub potestate patris, vt est tex. in l. si vxorẽ. C. de condit. insertis. sed dicit ibi Cy. q̃ dicitur in potestate viri, quia viro suo quærit, vt l. sicut. ff. de operis libertorum. Petrus tamen ibi dicit, quod vxor non tenetur operari viro, nec maritus potest eam cogere nisi ad reddendum debitum. tu vero, vtrum quærat viro, vel teneatur operari viro, vide quæ latissimè dixi supra de causa possess. & proprie. tractatu primo, artic. 5. quæstione quinta, versic. 26. per vxorem.

¶ Sed vtrum transeat in potestatem viri. videtur quod sic, cum vir vendicet eam à patre. l. fina. C. de liberis exhibendis, maxime si eam retineret inuitam, ut est tex. in l. si inuita. C. de nupt. vide quod dixi in rubrica, de causa possess. & proprie. tractatu secundo, artic. 4. versicu. 3. notandum. In contrarium tamen facit l. secunda. §. quod si in præsens. & l. quotiens. ff. soluto matrimonio, & l. si vxorem. C. de condit. insertis. ¶ Sol. Dicit ibi Bal. quod in talibus est in potestate viri, scilicet in residentia quam debet facere cum uiro. In operis, quia debet operari viro. Item in iurisdictione, quia transit in forum uiri, & legibus & statutis uiri debet esse obediens. ff. de iudicijs. l. exigere dotem. ad quod uide quod dixi supra de foro competen. uersicu. 46. matrimonij coniuntione. obsequia ergo debet præstare marito, non patri, ut l. si inuita. C. de nuptiis. & ibi Bald. In aliis autem est, seu remanet in potestate patris, unde non potest facere testamentum. l. qui in parentis. ff. de testamentis.

¶ Item non potest sibi eligere sepulturam, nisi patre uolente. cap. licet, de sepulturis, libro sexto. Nec potest donare causa mortis. l. Thais. ff. de don. causa mortis, secundum Bal. in d. l. si uxorem, & dicit Bal. in l. si inuita, quod ualet quo ad omnes effe-

38 ctus patriæ potestatis, unde † acquirit patri aduentitia quæ sibi adueniũt præter operam quam debet præstare viro, vtputa ex successione materna, vel ex aliquo legato, intellige hodie quo ad vsumfructũ,

vt C. de bonis maternis, & de bonis, quæ liberis, per totum, & ratione patriæ poteſtatis eſt ſua hæres. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. ſubdit Bal. quod de iure Longobardo vxor eſt ſimpliciter in poteſtate viri, tamen de hoc non eſt curandum, niſi vbi illa vigeret, vel ratione conſuetudinis loci.

39 ¶ Aduerte tamen, † quia nupta videtur deſinere eſſe de domo, familia, vel conſortaria patris. Not. gloſ. in l. origine. C. de municip. & originarijs. lib. 10. quæ vult, quod adeo tranſit in poteſtatem, & domicilium mariti, quod definit eſſe de loco originis ſuæ, tranſit enim in alienam familiam. l. cum in adoptiuis. C. de adoptionibus, facit l. etiam nuptę, & lex fœminę. ff. de ſenatoribus. & lex meminimus. §. at filiorum. C. quando & quibus quarta pars debeatur, & quod tradit Bar. in l. liberorum. ff. de verbor. ſign. & Bal. in l. fi. C. de liberis præteritis, & Zab. in cap. fina. de conſue. vbi dicit, quod deſinit eſſe de proprio domicilio, & plus voluit Bar. in d. l. fi. C. de priuilegiis ſcholarium. lib. 12. quod filia nupta non gaudet priuilegio conceſſo patri, & deſcendentibus ſuis maſculis, & fœminis, per d. l. origine. & ſequitur Bal. cõſilio, quod incipit, quidam Mediolanenſis.

Aduerte tamen, quia Bar. in l. fi. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. limitando dicit, quod glo. in dicta l. origine. habet locum quo ad ea per quę nupta diſtraheretur à ſeruitio viri, alias ſecus, & vide Bart. in l. mulierem. C. de incolis. lib. 10. & per prædicta

40 cõſului, quod ſtatutum Florentinum † imponens pœnam maiorem facienti uindictam in aliquem coniunctum de domo, ſtirpe & familia, habeat locum in offendente nupta.

¶ Nec obſtat dictum Bar. in dicta l. fin. quia alia ratio eſt ibi, quę diuerſificat, quia loquitur in priui legio conceſſo deſcendenti, quod videtur conceſſum, vt remaneat in familia, & ideo non comprehendit nuptam, ut in ſimili in l. publico. C. de adul terijs. Secus in dicto ſtatuto, quia ita iniuria redundat in patrem ſi offenditur nupta, ſicut ſi offenditur non nupta, facit l. 1. §. fina. ff. de iniurijs. in ratione ſui, & l. nec in ea. §. 1. & l. qui patri. ff. de adulteriis. & quod not. Bald. in l. cum quędam. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ubi dicit, quod ſi nobilis eſt nupta populari, & ſtatutum habet reſpectum ad naturam, includit illam, de quo latius ſcripſi in conſilio, quod incipit, generoſus miles Dominus Lelius de Verona, & in conſilio, quod incipit, Dom. Enricus, & conſilio quod incipit, Fantinus de Florentia, tetigi in cap. fina. de foro compet. in materia domicilij. in 8. quęſtione principali, & in rubrica de foro competenti, verſ. 66. vbi tractaui, vtrum amittat proprium domicilium & forum, & acquirat nouum domicilium, & nouum forum. debet ergo mulier eſſe in ſeruitio uiri, præter reddition em debiti, ad alia plura, ſecundum Ioan. And. in cap. litteras, de reſtitutione ſpoliatorum, vt in cuſtodiendo res mariti, in lauando pedes, & caput, & parando comeſtionem, & his ſimilia. Nihil tamen allegat, ſed Dominus meus allegat ibi 33. quæſtio. 5. cap. hæc imago, & cap. eſt ordo. vbi dicitur, quod vxor eſt penè famula mariti, & tenetur ordine naturali ſibi ſeruire, & eſt ſubdita viro, ſcilicet ordine naturali. Et quo ad carnis debitum reddendum, vt ſupra dixi, & propter hoc dicitur ibi, quod vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed maritus, & econtra, quantum ad hoc, vt in capit. non debet, de conſanguinitate & affinitate.

¶ Item quo ad operandum dicitur ſubdita marito, quia cedit lucro mariti, de quo tamen ſupra tetigi, non autem eſt ſubdita marito, ſicut filius patri. quod tamen dixi ſecundum Ioan. Andr. quod tenetur lauare caput, & pedes mariti, & ſimilia facere, procedit ſecũdum Dominum meum in dicto cap. litteras, inſpecta conditione mulieris. poſſet enim eſſe ita nobilis, q; nõ deceret eam hoc facere, cum teneatur operari ſecundum qualitatem, & cõditionem perſonæ. l. interdum. ff. de operis libertorum: ſed eo caſu quo teneretur operari, licet nõ poſſit præciſe compelli, cum conſiſtat in facto, ut l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic. & in cap. ſacris, quod metus cauſa, tamen cauſatiuè poteſt, ſubtrahendo ſibi debita alimenta, ſi modo non ſit dotata, cum nec valenti, & volenti operari pater non teneatur ad alimenta. l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agnoſcen. cui tamen pater magis aſtringitur, quam vir vxori. Secus ſi habet dotem ſufficientem ad alimentandum eam, & filios, & maritum, quia tunc ſaltem vbi maritus non habet alia bona non poteſt compelli, quia debet ali ex dote. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matrimonio. in §. ſin autem, & l. vbi. C. de iure dotium. facit c. per veſtras. infra de dona. inter virum. Si verò dos non ſufficeret, poteſt compelli modo prædicto, argum. dictorum iurium, ſecundum Dominum meum in dicto c. litteras, verſ. Item quæro, tex. dicit.

¶ Et eſt aduertendum circa prædicta, quod cum maxima eſſet quæſtio in hac ciuitate Senenſi inter duos iugales, eo quod vir quaſi ſeruam vellet retinere vxorem, deducens canones qui dicant illam quaſi famulam, tamen cum controuerſiæ deciſio eſſet deducta ad plures Theologos, & potiſsimum ad Clariſsimum ſacræ Theologię profeſſorem, Do

41 minum Alexandrum de Bononia, † ordinis ſancti Dominici, idem reuerẽdus Magiſter exhibuit has notabiles concluſiones, quas tamen ipſe nõ probauit, ſed ego iura, & canones adiiciam.

¶ Prima concluſio, ſecus eſt loqui in cõi de viro & vxore, & ſecus de hoc viro, & de hac vxore, quia aliqua cõcedũtur de vno, & nõ concedũtur de alia.

¶ Iſta concluſio eſt de ſe manifeſtà, quia doctrina regularis non eſt de indiuiduis.

42 ¶ Secunda cõcluſio, diſcordia † mutui obſequij inter coniuges præſupponit defectum rationis, & abundantiã paſsionis, aut in altero coniugum, aut in vtroque, & ſi ſit in utroque, vterque arcendus eſt per uiros medios, & idoneos: ſi verò eſt in altera partium, iudicandum eſt hoc non ſecundum alterius partis iudicium, ſed à recto iudicio eorum qui intelligunt, audiunt, practicant, vt in pluribus, cum eis, & contra quem omnes communitatis, aut maior pars ſententiabit, illa pars rea eſt.

¶ Prima pars concluſionis probatur, quia nemo in cauſa ſua eſt idoneus iudex, vt in Rubro & Nigro, vt nemo in cauſa ſua iudicet, vel ius ſibi dicat. ſecunda pars probatur, quia firmum eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs comprobatur. capitu. prudentiam. de off. deleg. cum ſimil.

¶ Tertia

¶ Tertia concluſio, vir à virtute dicitur, in quo magis ratio debet vigere, & fortitudo, & prudẽtia, & patientia, quam in muliere, & ideo non eſt tantæ claritatis, vnde mulier à mollitie dicitur, not. gl. in c. 1. de cland. deſpon. & traditur, 32. q. 7. §. ſed illud.

¶ Quarta concluſio, in eodem genere peccati cę teris paribus plus peccat vir, quam vxor. Hæc concluſio probatur ex præcedenti, & ſequenti, concluſionibus.

¶ Quinta concluſio, ſicut vir eſt caput mulieris, ita Chriſtus eſt caput viri. hanc concluſionem ponit Hieronymus in epiſtola ad Titum, & tranſumptiue 33. q. 3. cap. cum caput. & ideo magis peccat vir, ſecundum Vguccionem, & Arch. in dicto cap. cum caput.

¶ Sexta concluſio non plus ſubiicitur vir capiti ſuo, ideſt viro, quam vir capiti ſuo, ideſt Chriſto, neque tantum, neque æqualiter. Hæc concluſio probatur ex præcedentibus argum. à proportionatis.

¶ Septima concluſio, magis reprehenſibilis eſt vir, cuius Chriſtus eſt caput, ſi in omnibus nõ obediat Chriſto, quam ſi vxor, cuius caput eſt vir, ſi nõ obediat viro, in ſim. Hęc etiam patet ex præcedentibus & de ſe manifeſta eſt.

¶ Octaua concluſio, non eſt de neceſsitate ſalutis quod vir in omnibus obediat ordinationib. aut dictis Chriſti, quia ſic omne mendacium, & omne verbum ociоſum ſemper eſſet peccatum mortale, nec enim eſt peccatum non vendere omnia, & dari pauperibus, & non tollere crucem, vt quis ſequatur eum.

¶ Nona concluſio, vxor non obligatur de neceſſitate ſalutis obedire viro ſemper in omnibus lucris, ſicut nec vir Chriſto. Hæc concluſio probatur à proportionatis. facit l. ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſthum. & l. clemens. ff. de hæred. inſtit.

¶ Decima concluſio, ſicut omnis lex Chriſti iuſta, & ſancta, ita lex viri in mulierem debet eſſe iuſta, diſcreta, vtilis, & poſsibilis: quia ſicut vir ſubiicitur Chriſto tanquam capiti ſuo, ita vxor viro, vt dictum eſt.

¶ Vndecima concluſio, vxor debet eſſe ſolicita, & ſtudioſa in obſeruando cuncta quæ prædicto modo mandantur à viro.

¶ Duodecima concluſio, ſi vxor non ſeruat prę-

43 dicta † ex ignorantia, aut fragilitate, aut negligentia, non ſemper peccat mortaliter, & aliquãdo nec venialiter, quia ſtat, quod non poſsit, & impoſsibilium nulla eſt obligatio, & quoniã medium in cunctis tenere potius eſt diuinitatis quã humanitatis, not. glo. de pœn. diſt. 3. cap. hæc quæ de charitate, 25. diſt. §. criminis. ibi, res eſt penè contra naturam, quod quis ſit ſine peccato.

44 ¶ Decimatertia concluſio, vir requirẽs † ab vxore cum nimia inſtantia obſeruantiam omnium minimarum rerum, indiſcretus, & iniuſtus eſt, nam cum diſcretione, quæ eſt mater virtutum, vt in c. 1. de off. cuſtodis, & in clem. paſtoralis. §. verum. de re iudicata, 1. quæſt. 5. cap. pręſtantium, omnia agenda ſunt. Et quia cum ſit ſocia diuinæ, & humanæ domus, debet quærere ab ea quæ ſunt æqua, & non rigoroſa, & prætor qui ſequitur æquitatem, non curat de minimis, l. ſi oleum. in ſi. ff. de dolo. & l. ſcio. ff. de reſti. in integ. cum ſim.

¶ Decimaquarta concluſio, vir debet diligere vxorem, ſicut Chriſtus eccleſiam, & vxor debet timere virum, & obedire viro, ſicut eccleſia Chriſto.

45 Decimaquinta concluſio, maior perfectio † requiritur in viro erga vxorem, quam in vxore erga virum. Hæc concluſio probatur auctoritate Auguſtini de verbis Domini in monte, & tranſumptiue, 32. quæſt. 6. cap. indignantur. ubi tex. dicit, cũ tanto grauius eos, ſcilicet maritos puniri, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas, & eadem cauſa 2. quęſt. cap. non mechaberis. ibi, melius debet viuere vir quã mulier, & prędere in omnibus bonis factis vxorem ſuam.

¶ Decimaſexta cõcluſio, ſicut ratio exigẽs à ſenſualitate obedictiã oſtum indiſcreta eſt, quia impoſsibilia poſtulat, ſic vir exigens obedientiam omniũ eſt crudelis. Hęc concluſio de ſe eſt manifeſta.

¶ Decimaſeptima concluſio, cõtingit quandoque vxorem & meliorem, & prudentiorem eſſe viro ſuo, etiam prudente, ſaltem in aliquo caſu, patet de Sarra, & Abigal. Hęc concluſio quotidie patet per experientiam.

¶ Decimaoctaua concluſio, quandoque vir etiã

46 ſapiens debet ſequi conſilium vxoris, † patet de Sarra, & Abraham, quæ concluſio quotidie patet per experientiam, & ego pluries conſului Nicolam vxorem meam, quę ſana ac ſaluberrima conſilia exhibuit, & imperator conſilium vxoris quęſiuit pro legę condenda, vt habetur in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. hæc omnia. colla. 2.

¶ Decimanona concluſio, cõtingit quandoque virum ſatis bonum & practicum in aliquibus, & tamen in quibuſdam non habere verum iudicium, nec rectum. Hęc concluſio ſimiliter per experientiam quotidianam probatur.

¶ Vigeſima cõcluſio: ſtultus eſt, qui proprię intendit prudẽtię, ſtultiſsimus aũt qui aut nullius vult audire, aut omnium deſpicit conſilia, niſi deduxeris ea quæ verſantur in corde ſuo.

¶ Prima pars prędictæ concluſionis probatur in capitu. ne innitaris. cum ſua materia, ſupra de conſtitutionib.

¶ Secunda pars probatur, quoniam ſignum eſt

47 bonitatis † conſulere ſapientes, nota. in cap. 4. de preſumptionib. vnde Hieronymus ſuper Iſaiã, c. 1. dicit, quod primò beatus eſt, qui per ſe ſapit: ſecundò qui ſapientem audit; qui verò caret vtroque, inutilis eſt tam ſibi quam alijs. Eſt quaſi in ſimili ſententia Eſiodus, vt refert Ariſtoteles in Ethicis, qui dicit, quod primo genere laudatorum ſunt qui per ſe ſapiunt, in ſecundo qui ab alijs diſcunt. Qui verò, &c. ſunt omnino vituperandi. Idem Cicero ſecundo officiorum. Nam cum conſilio omnia agenda ſunt. l. qui omnium. ff. de regu. iur. & eſt vulgare prouerbium: Omnia cum conſilio, & non pœnitebit. & Eccleſiaſtic. cap. 32. ad ſi. facit Prouerbiorum cap. 13. vnde imperator quærit ſapientum conſilia. ff. de fundo inſtructo. l. quæſitum. in princ. ad idem. ff. de damno infecto. l. ſi in ædibus, & Papa dicta priorum patrum conſuluit. 30. quæſt. 1. c. peruenit. prope princ. Roboam enim regnum perdidit, quia noluit ſeniores ſeu ſapientes audire. Regũ 12. c. 21. 1. quæſt. 1. eccleſia. 7. quęſt. 1. denique. obhæc enim Iudas perijt. de pœnit. diſt. 1. is poteſtate.

Auditioni enim ſapientum vacandum eſt, de præſump.cap.ex ſtudijs. & punitur,qui conſilia ſapientum non ſuſcipit. 84.diſtin. cap. 1. quia vtilius eſt in occulto deliberare, quàm in publico ſuccumbere. facit C.de iure delibe.l.fin. primo reſpon.& prædicta habes per Specul.in tit.de aduoc.§.nunc tractemus. verſic.habito ergo. quis enim de ſe ipſo non debet nimium præſumere. de ſtatu monach.c.monachi,de conſtit.ne innitaris.8 1.diſtin.in omnibus. & etiam quandoque cũ minus peritis prodeſt conferre, de conſuet. ad noſtram. & ibi Ioan.Andr.in
48 glo.prima dicit, quod † nullum vnquam magnum ingeniũ fuit ſine mixtura dementiæ. & fuit dictum Senecæ in lib.de tranquillitate animi, referentis dictum Ariſtotelis. facit quod tradit Specul.de arbit. §.fin. verſic.item ex eo. Nec eſt ſpernendum conſilium inferioris. not.in cap.nouit. de his, quæ fiunt à præl. Quandoque enim reuelatur paruulis, quod non reuelatur magnis. notatur in dicto cap.ad noſtram,de conſuet.ſic dicit Ioan. And.ſe requiſiuiſſe conſilium vxoris ſuæ in quæſtione porrorum.

¶ Vigeſimaprima concluſio, vxor talis viri non tenetur eidem obedire, niſi fortaſſe ratione materiæ iniunctæ.Hæc concluſio probatur,quia talis vir non dicetur ſocius diuinæ, & humanæ domus,
49 prout eſſe debet.& præcepto † iniuſto etiam Papæ non eſt obſequendum, vt not.Ioan. And.Innoc.& Doct.in cap.inquiſitionis,de ſent. excomm.& cap. quanto,de conſuet.& cap.cum parati,de appell.dixi in cap.ſequen.de reſcrip.

¶ Vigeſimaſecunda concluſio,vir multa importunitate cogens vxorẽ,irritando, prouocando verbis,imponẽdo eidem obſeruantiam eorum,ad quę de neceſsitate non tenetur, aut mortaliter peccat, aut inſipiens eſt.

¶ Vigeſimatertia concluſio ſicut eccleſia Chriſto diligentiſsimè ſeruiens,nec ancilla, nec ſerua dicenda eſt: ſic vxor viro ſeruiens, non ſerua,nec ancilla, ſed libera eſt. hæc concluſio ſatis probata eſt ex ſuperioribus, & de ſe nota, & manifeſta, & clariſsimè etiam probatur in 8. effectu & ſequenti.

¶ Vigeſimaquarta concluſio, vxor formata decoſta, non de capite, non de pedibus,ſocia eſt viro ad adiutorium ſimile in ſolo matrimonio gloriæ uiri,& unius naturæ,eadem caro, quam iure nutrire, fouere, diligere, & ſupportare debet,tanquam ſeipſum,probatur ex his, quæ dicentur in ſequentibus effectibus.

¶ Vigeſimaquinta, & vltima concluſio: vir, qui ſecus fecerit meritò puritate conſcientiæ, pace, & quiete,honore,& fama,& multis vtilitatibus priuabitur,& cauſa ruinæ propriæ domus erit. Hæc concluſio probatur, quia non eſt veriſimile, quod ex malis operibus bona ſequantur, nec mala arbor fructus bonos facit, iuxta verba Euangelica, & experientia notum eſt.

¶ Non obſt. auctoritates inductę,quas Magiſter ille allegabat, quæ videntur ſonare, quod vxor ſit ſubdita in omnibus viro,& ſit famula,& ſerua: quia
50 reſpondetur,quod duplex eſt ſubiectio, † vna ſeruilis, ſecundum quam præſidens vtitur ſubdito ad ſui ipſius commoditatem, & ſecundum vtilitatem, qua ſubiectio inducta eſt poſt peccatum, talis non eſt ſubiectio vxoris, quia licet vir ſit caput, tamen ipſa eſt ſocia,vt patet ex præcedentibus, & ſequentibus.Alia eſt ciuilis,& œconomica,ſecundũ quam præſidens ordinatur, & præſidet ad vtilitatem ſubditi, ſicut eſt ſubiectio filiorum, & ciuium. tale eſt dominium viri ſuper vxorem, Thomas prima partę. & de hoc dominio intelliguntur prædictæ auctoritates.

¶ Nec etiam obſtat, in quantum ille dicebat, quod vir erat dominus, & habet dominium, quia
51 reſpondetur,quod duplex eſt dominium, † ſecundum Philoſophum,primo Politicorum,ſcilicet deſpoticum, quo anima dominatur corpori,& dominus ſeruo; & politicum, ſecundum quod ratio dominatur appetitui,& ſenſui,iraſcibili,atque concupiſcibili potentiæ, quæ licet ſubiiciantur, & ſubdantur rationi, habent tamen aliquos motus proprios, in quibus nõ obediunt, & in quibus ſunt ſui iuris, & ſic eſt de vxore, reſpectu viri. Hæc magiſter Alexander ſimpliciter, purè ac diſtinctiſsimè concluſiuè poſuit, quas tanquam notas omnibus prudentibus, & diſcretis viris aliter non probauit: obtulit tamen ſe probaturum,quando opus eſſet.

¶ Octauus effectus qui ſequitur ex his, quæ ſu-
52 perius dicta ſunt, eſt, quia ſimultanea † habitatio præcipitur inter coniuges. cap. 1. de coniug.leproſ. & tenetur vir cohabitare vxori, etiam ſi vir ſit infidelis,& ipſe ſit conuerſus ad fidem,niſi ipſe renuat, quo caſu non tenetur. & idem ſi velit cohabitare, ſed nõ ſine contumelia creatoris, vel vt trahat conuerſum ad mortale, vt in c.gaudemus.§.qui autem. & ibi Doct.infra, de diuort. & idem econtra, ſi vir vellet trahere vxorem ad infidelitatem, vt in cap. 2. de diuort.& dicit ibi Innocen.idem eſſe,ſi ad aliud peccatum vellet eam trahere.cap.quanto,eod.titu. vel ad fidei corruptionem,vel idolatriam,ſecũdum Tancre.& Ioan.Andr.& ſequuntur Doct.in d.c.2.
53 Et ideo vxor debet eſſe in domo viri,† & ipſum ſequi: vnde vxores non debent eſſe penes ſoceros, ſed viros: nam licet pater habeat filium in poteſtate, tamen non poteſt inuito filio detinere eius vxorem, quia quantum ad iſta ſpiritualia non conſideratur patria poteſtas, in cap.fin. de iudic.lib.6. dixi in cap.non eſt vobis, ſupra eod. in primo notabili. Vxores enim debent eſſe penes viros,& illos ſequi, & nõ ſunt in adminiſtratione patrimonij.l.in copulandis. C.de nupt. nec etiam debet eſſe penes proprium patrem, quamuis per matrimonium non ſit ſoluta patria poteſtas. vide ſupra,d.c.non eſt vobis, immo poteſt à patre,& à quocunque alio vendicari, & ſic agere petitorio. c.præterea, & cap.non eſt, ſupra eo.& dicit glo.quod per interdictum de vxore exhibenda, ſi detinetur inuita, ſecus ſi volens. Sed Hoſtien. ibi dicit,quod ſiue inuita,ſiue volens detineatur, poteſt repeti per poſſeſſorium, nec curamus de ſpecie actionis, per cap. dilecti. ſupra de iudic.& c.accedens,vt lite non conteſt. & per Ioan. And.in cap.ex parte, de reſtit.ſpoliato.in glo.quaſi dicat. & quod ipſe not. in Specul. qui fil.ſint legit. verſic.competit.& ſic reſidet Pet.de Anchar.in dicto cap.non eſt. traditur in l.1. §.per hanc. ff.de rei vendic. per Innoc. in cap.inter quatuor, de maior. & obed.Per quę iura dicit Dominus meus in dicto

c.non

c.non eſt. quod maritus poteſt vendicare vxorem, adiecta cauſa de iure diuino,vel canonico. ad prædicta vide omnino, quæ dixi in cap.ex parte, ſupra eod. artic.27. & in rubr. de cau.poſſ. & propriet. in tract.2.art.4.verſic.tertiò notandum. Et poteſt detentor compelli per cenſuram eccleſiaſticam ad reſtituendam vxorem viro, d.cap.non eſt. &, vt dixi, filius poteſt adhuc agere contra patrem, & iſte eſt
54 caſus ſpecialis, † quia aliàs nedum contra patrem, ſed nec contra alium poteſt filius agere ſine conſenſu patris.C.de bon.quæ lib.l.cum oportet,& l.cum non ſolum. & hoc ſancitum eſt propter periculum animarum,& in fauorem matrimonij, cuius auctor Deus eſt, contra quem nulla lex valere poteſt. c.fi. ſupra de conſuet.c.cum inferior,de maior.& obed. Sed dicit Gaſpar de Cal.in dicto cap.non eſt.quod ſecundũ canones filius poteſt agere contra patrem, & econtra.2.quæſt.7.cap.quæritur. ſecundum glo. 23.quæſtio.4.cap.ſi eccleſia, & dicto cap.quæritur. vbi notatur, quod in criminalibus regulariter non auditur filius contra patrem. 2.quæſt.1. cap.prohibentur. Auditur tamen de iniuria ſibi irrogata,maximè in thoro,vel etiam in crimine læſæ maieſtatis. C.de patr.poteſta.l.3.de pœnit.diſt.1.cap.quiſquis.
55 In ciuilibus † verò filius non agit contra patrem, niſi in cauſa caſtrenſis peculij.ff.de fal.l.ſi vir vxori. §.1.& 2.& in caſu noſtro,quãdo repeteret vxorem, & vide,quod no.glo.Inſtit.de obligat.quæ ex delicto.§.hi qui.

56 ¶ Et vtrum vxor † teneatur ſequi virum vagabundum, peregrinantem, vel bannitum, dixi cap. de illis, ſupra eod. in glo.1. & vide glo.13.quæſt.2. c.vnaquęque. quæ dicit, quod tenetur eum ſequi etiam in carcerem, & in exercitum, & vide tex. & quod ibi not.in cap.quod ſuper his.§.fi. & cap.ſeq. §.quod autem,de voto. Sed ſi vir transferret domicilium ad alium locum, vxor teneretur eum ſequi, ſecundum Hoſt.& glo.& Zabar.in cap.1.de coniu. leproſ.per cap.fin.de paroch.

¶ Et vtrum in cõtractu matrimonij poſsit appo-
57 ni pactum, † quod vir debeat moram trahere cum vxore,& in certa domo.Hoſtien.in cap.1.infra,qui matrim.accuſ.poſſ.tenet, quod ſic, & quod eſt ſeruandum, quia in traditione rei ſuæ quis poteſt apponere pactum quod vult, dummodo honeſtum, vt l.traditionibus. ff.de pact. & l.1. C.de pact. conuen. fortius ergo in traditione mulieris.faciunt no. in cap.Gemma.ſupra eod. faciunt not. in c.de illis. & c.ſuper eo.& c.per tuas. inf.de condit.appo. & l. contractus.ff.de regu.iur. nam hoc pactum conuenit legi matrimoniali, ſecundum quam ſimul morari debent, ut ſupra dixi. ergo ſeruandum. l.iuris gentium.§.prætor ait.ff.de pactis. probatur 54.q.1. & 2.c.ſi quis.& ff.de operis libertorum.l.quod niſi. §.1.& hoc verũ, niſi nouus caſus emergat, propter quem opporteat a pacto recedi,puta propter inimicitias capitales ibi nouiter ortas, uel aeris intemperiem, vel aliud ſimile, quod arbitrio iudicis eſt relinquendum. facit d.c.1. infra qui matrimonium accuſa.poſſ.& quod not.in cap.paſtoralis.de excep. & ff.pro ſocio.l.ſi conuenerit.cum duabus ſequentibus. Nam tunc vxor tenetur ſequi virum, ne adulterium committatur, nam tunc pactum incipit eſſe contra legem, argum.13.quæſt.2.cap.vnaquæque. & 37.quęſt.5.cap.attinere.& 31.quęſt.2.cap.de neptis. & tenet Ioan.Andr.Dom.Ant.& Doct.in c.1. qui matrim.accuſ.poſſ. & Hoſt.in ſumma, in tit.de coniug.ſeruor.§.2. in fi.

58 ¶ Et ſicut † vxor tenetur ſequi virum,ita ecõtra, vir tenetur ſequi vxorem,cap.1.infra de coniug.leproſ.& ſic quantum ad hoc ambo ad paria iudicantur, quando vterque habet iuſtam cauſam, & ſunt ad inuicem alligati, ſupra de conuer.coniu. cap.ad Apoſtolicã. Et intellige,quod tenetur ſequi,quando vxor ex iuſta cauſa recedit,aliàs vxor tenetur potius ſequi virum, cum ſit caput ipſius. 30.diſtinct. cap.cum caput.

¶ Aduerte tamen, quia ſi vxor machinaretur in mortem viri, nec aliquo modo refrenari poſſet,aut per cautionem prouideri,non cogetur vir habitare cum vxore,ſecundum Hoſt.& Ioan.And.& Dom. Ant.& Zabar.in cap.1.infra, de diuort. Et arbitror econtra, & ſic in hoc ad paria iudicantur. faciunt not.in cap.literas. ſupra de reſtit.ſpoliat. nullus tamen prædictorum propter hoc poſſet ambabus viuentibus cum alio contrahere. Docto.d.c.1.& c.2. de coniug.leproſ.

¶ Et prædicta procedunt,niſi alter eorum fornicatus eſſet, quia hoc caſu alter nõ teneretur ſecum cohabitare. facit quod dixi,ſup.eod. articu. præcedenti.verſ.vigeſimo fallit. dicam latius,infra de diuortijs.articu.32.

¶ No.tamen,quod uir non debet vxorem dimittere,licet ſibi ſuggeratur quod ipſa cõmiſerit adulterium:quia, vt dicit Hoſt. non debet eſſe nimium credulus. 86.d. c.ſi quid. vnde non poteſt eam dimittere,niſi certum ſit, vel ſaltem præſumptio violenta.32.quæſt.1.c.dixi.& ibi glo.dicam, d.arti.32. vel niſi alter vellet trahere eum,vel eam ad infidelitatem,idolatriam,vel peccatum,vt ſupra dixi.

59 ¶ Poſtremo † non ſolum quando inter ſe, verũ quilibet facere debet vt inter maritum & vxorem amor vigeat, & contrarium agentes reprehenſibiles ſunt,l.diſſentientis. C.de repudijs.l.ſi.in fi.C.de furtis.l.reprehendenda.C.de inſtitoria.l.cum te.de inoffic.teſt. & l.ſi.ff.de liberis exhibendis.

60 ¶ Nonus effectus eſt, quod uir † tenetur prouidere vxori in neceſſarijs ipſius vxoris, ut in c.ex litteris.inf.de diuortijs. & tenetur in neceſſarijs & debitis alimentis,& victu,& veſtitu, de quo per Spec, in titu.qui filij ſint legi.verſ.nũc dicamus. quod eſt verum ſi vxori ſit ſoluta dos,quia vbi dos,ibi onera matrimonij eſſe debent. l.pro oneribus. C.de iure do.l.ſi is.ff.de iure do. & l.occaſione.§.ſi.ff.pro ſoc. & l.ſi maritus.& l.ſi filia.§.hoc amplius.ff.fam.erciſc. & l.ſi cum dotem.§.fin autem.ff.ſol.mat.& l.quod in vxorem.C.de negotijs geſtis.

¶ Aduerte tamen, quia ſi vir ſine dote duxiſſet
61 vxorem, † tamen ſecundum ſtatum ſuum tenetur eam alere, quaſi mulieris perſonam per vxorem,& pro dote receperit,vt in Auth. quibus modis naturales efficiantur legi.§.penult.colla.6.& debet alere eam ut filiam,ſecũdum Inn.quem ſequitur Io.An. in c.per veſtras.de dona.inter virum.

¶ Sed pone q̃ mulier eſt locuples, & uir inops,
62 nec † habet bona vxoris in dotem, utrum ſit alendus ab uxore. & dicendum eſt quod ſic, nam cum ſuccedat ei mortuę,multo fortius debet ab ea in vi-

ta iu-

ta iuuari. argum. C. vnde vir. authen. præterea. in Authen. vt fratrum filij. §. filij. & ff. soluto matrim. l. si cum dotem. §. sin autem. & ff. ad Sillanianum. l. 1. §. si uir. C. de crimine expil. hæred. l. aduersus. & ff. de iure dotium. l. mutus, secundum Specu. in ti. qui filii sint legi. vers. quid si mulier est locuples. & fuit opinio Martini de Fano, vt dicit ibi Ioan. An. facit quod dixi sup. vers. septimus effectus. ibi, & no. q maritus tenetur alere. & quamuis glo. dicat, quod uxor non tenetur alimentare virum suum, tamen intelligitur nisi in casu necessitatis. d. l. si cũ dotem. §. quid enim. & ff. de iure dotium. l. Quintus. quod verum dicit Bal. nisi uir sua culpa incidisset in necessitatem propter sui maleficium, vt in c. ex parte. supra de consuetudine. per quem tex. hoc consuluit Bald. consilio quod incipit, quædam res sunt in dotem.

63 ¶ Et aduerte, quia licet † vxor habeat dotem in domo mariti: tamen si alibi operatur, non debet alimentari à marito. Bald. consilio 23. quod incipit, si patronus. & forte idem dicendum est in viro, quod si vir est inops, & uxor diues, quod si uir potest operari, debet operari vxori, ex quo ab ea recipit alimẽta, ad quod vide quod traditur in l. Seio. §. 1. ff. de alimen. & cib. leg. & l. sicut. ff. de operis libertorum. & quod legitur & no. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxoriæ actione. & in l. diuortio. ff. soluto matrimo. & Io. de Imo. in c. tuis. de præbendis. & quod dixi in c. cum secundum. eod. ti. facit l. sed si homo. §. fin. ff. de condit. & demonstra. & l. Seio. ff. de annuis leg. & l. idemque. §. idem Labeo. ff. mandati. & l. quoniã liberi. C. de testamẽtis. & l. in rationibus. §. possunt. ff. commodati. & l. necessario, in fi. ff. ad Syllan. & l. eos. C. de appell. & l. fin. §. is qui. C. de his, qui ad eccles. confug. & ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum.

64 Et † vtrum si vxor est extra domum mariti, maritus teneatur eam alere. Iaco. de Are. Cyn. & Bald. in l. quod in vxorem. C. de negot. gest. distinguit, quod aut culpa viri, & tenetur, argumen. l. 1. C. de institor. & ff. de contrahen. empt. l. Labeo scripsit. Aut culpa vxoris, & non tenetur, & dicitur culpa vxoris, si euenit propter dotem quam promisit, & non soluit, vt in Auth. de non eligen. secun. nuben. §. illud. Si verò fuisset pater, frater, vel alius, qui dotem promisisset, & nõ soluisset: idem tamen dicendum videtur, quia tex. in dicto §. illud. purificat istos tres casus, mulierem, patrem, uel extraneum dotem promisisse: & ideo videtur esse, quia dos videtur esse promissa propter onera matrimonij supportanda. sed fortè dici posset, quod vir debet sibi imputare, si non exegit dotem, cum posset, ex quo illi sunt soluendo, & si fortè non essent soluendo, cum non sit quid imputetur vxori, tenetur eam alimentare, quia si ipsam inopem tenetur alimentare, vt dixi,

65 fortius hoc casu tenetur, si tamen † vxor discedat à viro propria auctoritate. glo. & Dom. Anto. dicunt in cap. significasti, quod vir non tenetur sibi ministrare expensas, & alimenta, &c. si ex iusta causa fortè discesserit, non notoria, quod procedit, nisi postquam voluisset reuerti, non fuisset à viro recepta, secundum glo. in fi. in dicto cap. significasti. quia vltima mora nocet. l. illud. ff. de pericu. & commo. rei vend. Sed Hostien. Ioan. Andr. & Dominus meus, & Zabar. in dicto cap. significasti. Host. in summa, in tit. qui matrim. accu. poss. sub rubricella, si mulier petat virum. versic. quid ergo. & Spec. in ti. de sponsalibus. §. fin. ver. expensis, & ibi Ioann. Andr. in additio. & si, viro absente, vxor petit à procuratore viri dari sibi alimẽta extra domum viri. dic, quod potius debet ali in domo viri, quàm extra. ff. sol. matr. l. si cum dotem. §. si verò dotem. vbi tex. vult, quod cum viro peruerso vxor debet morari.

¶ Primò ratione euitãdæ suspitionis, quia etiam extra illam pernoctare non debet. C. de repu. l. consensu. §. vir quoque.

¶ Secundò, quia cum minori viri incommodo aletur in domo viri, argum. l. si ita stipulatus fuero decem, & l. si ita relictum. ff. de leg. 2.

¶ Tertiò, quia viri, & vxoris vnica est domus. l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. ff. de vsu, & habit. l. immo & vna familia. ff. ad Syllan. l. 1. §. si vir. & eorum vsus debet esse promiscuus, argum. C. de furt. l. quamuis.

¶ Quartò, quia ad domũ viri vxor est traducenda. ff. de ritu nup. l. mulierem.

¶ Quintò, maximè si sine viri uolũtate se absentaret. ff. de alim. & cib. leg. l. testamento, & de oper. libert. l. sed & hæc, in fi. facit, quia hoc videtur esse in optione debitoris. facit l. vtique. §. 1. & 2. ff. de eo, quod cer. lo. ff. de constit. pec. l. item illa. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. primo respon.

¶ Sextò, quia sic consueuerunt vxores in domibus maritorum manere, & cõmunicare diuinum, & humanum ius. C. de donat. ante nupt. l. ea, quæ. ff. de ritu nupt. l. 1. vide per Specul. in tit. qui fil. sint legit. uersic. quid si uiro absente. & ibi Ioan. Andr. in additio.

66 ¶ Vtrum autem bona mariti sint obligata † pro alimentis. Specul. in tit. de donat. inter virum. §. 3. uers. sed nunquid bona. Primò arguit, quod non, quia de dote tantum est expressum, quod sint obligata etiam bona. C. de rei vxo. actio. l. 1. §. sed ut plenius. & C. qui pot. in pign. hab. l. fin. Sed dici potest secundum Specul. quod hoc procedit matrimonio constante, cum ali debeat, iuxta dotis quantitatem, & ipsius conditionem. ff. soluto matrimon. l. si cum dotem. §. si constante. quia onera sunt facultatũ. ff. de vsufructu. l. si pendentes. secus matrimonio soluto. Quidam tamen dicunt, quod bona sunt obligata tantum pro dote, non pro alimentis, cum ad illa maritus personali actione teneatur.

¶ Et est sciendũ, secundum Io. An. in additionibus, qui formauit quæstionem, utrum pro alimen-

67 tis præteritis denegatis à uiro vxori, † habeat tacitam hypothecam, & casum formabat in uxore soluto matrimonio dotem repetente, & tenuit quod non, motus, quia non reperitur hoc iure cautum, vt sup. facit c. is qui. primo responso. de sententia excommunic. lib. 6.

¶ Item mouetur per l. contrahitur. ff. de minoribus, aperte dicẽtem, hypothecam in rebus non haberi, nisi per pactum & consensum, & si quo casu d. l. quocunque motiuo fundaretur per aliam l. ut pro dote, &c. aliud vulnus non debet ei inferri, vt in regula, quod contra rationem. ff. de reg. iur. & in regula, quæ à iure, in 6. cum concordantijs.

¶ Mouetur etiam per tex. in Auth. de non alien. §. vt autem. colla. 2. subdit etiam dici posse alimenta non

non esse onera prædiorum, nisi ex pacto, uel à testatore essent specialiter ad id deputata circa prædia. l. 2. ff. de alimen. & cib. lega. Forte dici posset,

68 quod † si vxor dedit fundum æstimatum in dotẽ, & demum soluto matrimonio, vxor uoluit æstimationem, & non fundum, quod facere potest, ut l. in rebus. C. de iure do. quod vxor agens postea pro alimentis præteritis, cum fundus ipse datus in dotem per prius esset pro alimentis obligatus, argum. l. pro oneribus. C. de iure do. ad dictum fundum posset mulier agere hypothecaria. Cogita, quia nouum

69 est, & nunc venit in mentem. & utrum bona † mariti sint tacite obligata pro alimentis, sicut pro dote, vide per Bar. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. soluto matrimo. & per Io. de Imo. ibid. in §. si pater. & l. si marito. §. fi. eo. ti.

¶ Et no. quod maritus adeo tenetur stare in loco uxoris, quod si abest conuentus ab uxore, malitiosè dicitur abesse, & contra eum potest procedi per citationem domi factam, etiam ad ea quæ sunt grauis præiudicij. tex. notabilis, & D. M. in c. fin. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ. & plene dixi in cle. causam. de electione. super glo. in verbo, deuoluta. & ibi Io. de Imo.

70 ¶ Item no. quod † vxor debet uti vestib. pro voluntate viri, etiam si consensisset voto abstinentiæ. 33. quæst. 5. c. quod Deo. & ibi glo. tradit. Inno. in c. per vestras. de dona. inter uirum. Nec potest inuito marito induere vestem vidualem. dicto cap. quod Deo.

¶ Decimus effectus, quia alter alterum accusare accusatione famosa non potest, nec inter eos pœ-

71 nales actiones exercentur. † tex. est in l. 2. C. de actione rerum amotarum. vnde non datur actio furti, quia illa infamat, sed actio rerum amotarum, quæ non infamat, de qua dicam in tit. de dote post diuortium restituenda. articu. 35. vel datur actio in factum, si forte uxor amouendo non dedit damnum, & datur in subsidium. l. Aquiliæ. uel datur actio in factum generalis si res amouit non inferen do damnum, secundum glo. Cyn. & Salyc. non ergo datur inter eos actio famosa, quod procedit etiã si sint actiones quæ infament de facto, qualis est cõ dictio furtiua, quæ non potest intentari per uirum contra uxorem, uel econtra. & licet glo. in l. 1. ff. rerum amotarum, de hoc quærat, & non soluat, tamen Cyn. in l. 2. C. rerum amotarum, dicit quod nõ potest, si furtum sit factum constante matrimonio, secus si ante matrimonium, vt l. 3. circa princ. ver. nihil vobis. ff. rerum amotarum. vnde non datur actio furti.

¶ Non obstat glo. in l. cum quis. §. 1. versi. si cuti. ff. rerum amotarum. quæ vult, quod pro furto facto etiam constante matrimonio competit condictio furtiua, quia illa loquitur de actione cessa marito per extraneum, non autem loquitur de actione propria, secundum Cy. & bene, quem sequitur Salicetus in l. 2. C. rerum amotarum. & Bart. in l. 1. ff. rerum amot.

72 ¶ Nec obstat quod condictiones † non infamẽt, vt l. cessat. ff. de actio. & oblig. quia uerum est hoc quo ad infamiam iuris, sed tamen infamant infamia facti. l. honori, & l. parens. ff. de obsequijs à liberis, &c. ff. de iure patronatus. l. si pactum, & l. patronus. tenet Barto. in l. rerum amotarum, & l. 2. ff. rerum amotarum. Quæ infamia facti sufficit ad hoc vt non possit intentari, vt l. 2. ff. rerum amotarum, & supra dixi.

¶ Et prædictam opinionem tenuit Dyn. & probatur in l. ob res. ff. rerum amotarum, & sequitur Barto. in d. l. rerum amotarum, circa principium.

73 ¶ Vtrum autem hodie detur actio † rerum amotarum. & videtur quod non, quia olim dabatur propter res immotas diuortij futuri causa, sed quia diuortium hodie non habet locum, igitur etcętera. ¶ Sol. Cy. latè disputat in l. 2. C. de actione rerum amotarum, & finaliter concludit quod datur utilis actio rerum amotarum, cum gratia separationis per mortem amouerit, argum. l. si mulier. ff. rerum amotarum. facit l. aduersus. eod. titu. & l. penul. ff. si quadrupes pauperiem fe. di.

¶ Aduerte tamen, quia si post mortem uiri mulier subtraxerit seu contrectauerit res olim mariti, posset conueniri actione furti. l. 1. ff. rerum amot.

74 ¶ Item aduerte, quia licet † maritus cõstante matrimonio non possit agere contra uxorem actione furti, tamen si furtum esset magnum, Potestas & officialis posset criminaliter punire, per l. respiciendũ. §. furta domestica. ff. de pœnis. & l. fin. & l. si libertus. ff. de furtis. Et sic anno præterito fuit practicatum in hac ciuitate.

¶ Et no. quod prędictæ actiones famosæ & pœnales non dantur inter coniuges, siue simul habitauerint, siue separatæ. l. nihil. ff. rerum amotarum.

¶ Et no. quod licet pro re viri existẽte apud vxorem non cõpetat actio furti, si modo sit uiri, tamen si esset alterius extranei, & non uiri, tunc posset contra eam intentari actio furti per extraneum, ut l. fi. C. de furtis. & l. si concubina. ff. rerum amotarum.

¶ Similiter etiam si subripuit rem uiri existentem apud extraneum, extraneus potest intentare actionem furti contra eam ratione sui interesse, quod haberet in illa re, ut l. si uxor. ff. rerum amotarum.

75 ¶ Postremò no. circa hunc effectum, quod † si vxor diceretur subtraxisse res mariti, nõ est torquenda, sed suo statur sacramento, licet secus sit inconcubina, quæ potest torqueri, vt no. Bal. in l. 1. C. de naturalib. lib.

¶ Vndecimus effectus, quia uxore uiuente nemo coniugum potest cum alio matrimonium contrahere, de quo latius dicam inf. de spon. duorum. sub 9. princ. arti. de quo dixi sup. eod. c. cum apud. artic. 9. vers. 9.

¶ Duodecimus effectus, quia per matrimonium hominũ indiuiduitas per procreationem, & filio-

76 rum multiplicationem conseruatur, † & populus qui nunc dicitur idem qui fuit iam mille annis, l. proponebatur. ff. de iudicijs. hinc dicit tex. in Authen. de nupt. in princ. coll. 4. quod nuptiæ immortalitatem præstant humano generi, idem Philosophus 10. Ethicorum. facit l. 1. ff. sol. matrim. & l. lege duodecim tabularum. C. de legitimis hæredib. ibidum tex. dicit, cum noster utrumque corpus edidit vt maneat suis uiribus immortale.

¶ Decimus tertius effectus, quia per matrimonij tollitur illegitima fornicatio. tex. notabilis 32. q. 2. §. is ita. uide quod dixi in c. sponsam. supra eod. arti. 7. Do. Ant. sup. eod. in rubrica. & uide ad hunc effectum

fectum quæ dixi de redditione debiti, ſup. eo. verſi. ſextus effectus.

¶ Quartus decimus effectus, quia infuditur gra-
77 tia † ſicut in cæteris ſacramentis, quamuis glo. 1. q. 1. dicat quòd non, & male, vt in cap. 1. de ſacra vnctione. ex quo infertur non eſſe verum, quod dicit Vguccio, 31. quæſt. 1. c. commodo. ubi dicit vſum matrimonij non poſſe adimpleri ſine peccato, ſaltem veniali, quia immo poteſt eſſe meritorius, cum ſit bono intuitu, ſicut fuiſſet in ſtatu innocentiæ, & poteſt, ut dicit Gaſpar Calder. reduci ad actum iuſtitiæ, quia reddit quod debet. 13. quæſtio. 2. cap. cùm deuotiſsimam. vel religionis, quia vult prolem Deo dicare. Si vero innititur ſoli concupiſcentiæ, modum excedendo, poteſt committere ueniale. 32. diſt. in princ. & ſequitur Zab. ſup. in rubr. tu dic quod poteſt etiam eſſe mortale, & meritorium, ut latè dixi ſup. eo. verſ. ſextus effectus.

78 ¶ Decimus quintus effectus, quia dos † ratione matrimonij dicitur eſſe. l. 3. ff. de iure dotium. ad q̃ uide quod dixi. c. tua. ſup. eo. arti. 14. q. 7. tetigi ſup. eod. articu. verſ. quintus effectus, & ipſius dotis fructus lucratur. l. pro oneribus. ff. de iure dotium. cap. per ueſtras. ubi not. & ibi glo. & Docto. inf. de don. inter uirum. Vtrum autem ratione matrimonij vir lucretur fructus bonorum paraphernaliũ, traditur in l. fi. C. de pact. conuentis. dicam inf. in ti. de dote poſt diuor. reſtituenda. art. 35.

79 ¶ Decimus ſextus effectus, quia quicquid † vxor reperitur habere & quæſiuiſſe, præſumitur habuiſſe ex bonis mariti, propter fugiendam ſiniſtram ſuſpitionem. ff. de dona. inter uirum. l. Quintus. C. de donat. inter uirum. l. etiam. & per Io. de Imo. in c. 1. de peculio clericorum. ad quod uide quæ latè dixi in rubrica de cauſa poſſeſ. & propriet. tractatu 1. arti. 8. verſ. vlterius, & quarto probatur dominium, & arti. 5. q. 5. verſ. 16. in fi. & quod dixi ſup. eod. art. verſ. ſeptimus effectus.

¶ Decimus ſeptimus effectus, quia per matrimonium contractum cõſequitur quis ſibi promiſſum, vel relictum ſub conditione nuptiarum: nam cum
80 alicui † promiſſum, vel relictũ eſt tempore nuptiarũm ſuarum, non ſufficit, quod ſit nubilis ætatis: ſed requiritur, quod re ipſa matrimonium contrahatur. tex. in l. ſancimus. C. de nup. & idem ſi relicta eſſent ſibi cẽtum donec nupſerit. Et prædicta procedunt, ſi relictum ſit extraneæ, ſecus ſi filiæ legitimæ, quia tunc poteſt peti ſaltem vſque ad legitimã immediatè, nõ expectato tempore nuptiarum, vel nubilis ætatis, etiam ſi eſſet infans. no. Bar. in l. vxori. §. codicillis, de legat. 3. & facit l. qui habebat. ff. de uulg. & pupill. Bal. & Salic. in l. ſancimus. C. de nup. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. qui negociatus, in fi. ff. de ad-
81 miniſt. tutor. & ratio in promptu eſt, quia † omne grauamen etiam reſpectu temporis appoſitum legitimæ remouetur. l. ſcimus. §. cum autem, & l. cum autem, & l. cum antiquis, & l. ex tribus. ff. de inoffic. teſtam. & in cap. Raynutius, & Raynaldus. ſupra de teſtament. & in Auth. de hæred. & Falcid. §. itaque, & §. ſi quis autẽ non implẽs, & l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſtam. & in Auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud. Et ſi teſtator mandauit executoribus, quod debeant expendere mille pro puellis maritandis pro anima ſua, non poterunt eligere, nec expendere in puellis, quæ nondum ſunt legitimæ ætatis, ſecundum Bal. in d. l. ſcimus. quod no. quia quotidie ſeruatur contrarium, & male.

¶ Decimus octauus effectus, quia ſi contrahitur
82 matrimonium cum vidua, contrahitur † bigamia, uel cum duabus virginibus, de qua materia in ti. de bigam. & infra de ſecun. nup. artic. 36.

¶ Decimus nonus effectus, quia quandoque eſt ſedatiuum bellorum, guerrarum, diſcordiarum, & inimicitiarum, legitur & nota. in l. creditor. §. 1. ff. mandati.

¶ Vigeſimus effectus, quia vir debet vxorẽ defendere, nec tradere alteri cognoſcendam, infra de eo, qui cognouit conſanguineam vxor. ſuæ. cap. diſcretionem. Zabar. in cap. 2. infra, de natis ex libero
83 ventre. Non tamen tenetur † ſoluere condemnationem, aut debitum per vxorem contractũ, ſecundum Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. cap. per veſtras, infra de donat. inter virum. ſuper verbo, onera. per l. quamuis. ff. ſolu. matrim. nec etiam pro cauſis pro muliere agitãdis vir debet ſubire expenſas, niſi ſpecialiter dicatur, cum agitur de matrimonio, puta ſi vir accuſat matrimonium, quo caſu fortè vir cogitur dare expenſas vxori etiam indotatæ, ſecundum præfatos. Sed Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. d. cap. per veſtras. Zabar. in cap. per veſtras, in fi. concludit, quod ſi mulier non habet de ſuo, vir tenetur facere pro ipſa ſumptus ex quacunque cauſa conueniatur, ſecus ſi agat, argum. dicti cap. ex parte. & quod ibi not. Innoc. Sed ſi habet de ſuo, non tenetur vir, niſi ad ea, quę concernunt alimenta vxoris, vide ſupra eod. artic. verſic. octauus effectus.

¶ Vlterius aduerte, quando multo plures ſunt
84 effectus, & fauores † matrimonij.

¶ Primò, quia in dubio pro ipſo iudicatur. c. fin. ſupra de re iudic. vide quod dixi, cap. cum in tua. ſupra eod. artic. 21. quæſt. 9.

¶ Secundò, quia lite non conteſtata recipiuntur teſtes. cap. 1. ſupra, vt lite non conteſt. & cap. quoniam. §. 1. & 2. dixi in dicto cap. quoniam, in princ. fallentia 7.

¶ Tertiò, quia minor poteſt eſſe in iudicio pro procuratore, ſupra de reſtit. ſpoliat. cap. ex parte M. mulieris.

¶ Quartò, quia ſententia lata in cauſa matrimoniali, non tranſit in rem iudicatam. cap. lator. & ibi dixi, ſupra de ſent. & re iudic.

¶ Quintò, quia pater, & mater ibi teſtificantur. infra, qui matrimo. accuſ. poſſ. cap. videtur. ad quod vide d. cap. cum in tua. q. 2.

¶ Sextò, quia ſuper matrimonio nõ poteſt tran-
85 ſigi, † nec ſuper ipſo compromiſſum fieri, ſupra de tranſactio. cap. fin. & de reſtit. in integrum. cap. canſam. §. finali.

¶ Septimò, quia pœna non apponitur. cap. Gemma. & ibi dixi, artic. 20. per 7. quæſtio. principales, ſupra eodem.

¶ Octauò, quia filius agit contra patrem, ſupra eo. non eſt vobis. vide in verſic. octauus effectus.

¶ Nonò, quia confeſsio non præiudicat. infra, de eo, qui cognouit conſanguineam vxo. ſuæ. ſuper eo. quod verum eſt in præiudicium matrimonij, vt ibi, aliàs contra. infra de clandeſt. deſpon. cap. 2. Ad quod

quod vide, quod dixi in cap. cum in tua, artic. 27. queſt. 6. ſupra eod.

86 ¶ Decimò, quia matrimonium † poteſt contrahi ſub conditione etiam impoſsibili, & ſic contractum tenet. de condit. appoſ. cap. ſuper eo, & cap. fi. dicam in illo tit. artic. 23.

87 ¶ Vndecimò, quia teſtes † de auditu reddentes cauſam admittuntur, de conſanguin. & affin. c. tua. quod qualiter procedat, dixi art. 27. q. 4. & q. 2. ver. ſeptima ſpecialitas.

¶ Duodecimò, quia aliquando vnus, & idem eſt accuſator, & teſtis. 35. quæſt. 6. epiſcopus in ſinodo. & cap. de parentela. ſupra de teſtib. cogen. prętercatigi d. artic. 27. quæſt. 2. verſic. octaua ſpecialitas. dicam in tit. qui matrim. accuſ. poſſ. art. 33.

¶ Decimotertiò, quia in fauorem eius prefertur opinio veritati. infra qui fil. ſint legit. ex tenore. videbimus in illo titulo.

¶ Decimoquartò, quia veritas præfertur opinioni. infra, qui filij ſint legit. per tuas. dicam in d. titu. ſub artic. 29.

¶ Et adde etiam, quod eſt maximus fauor, & mu
88 nus mulierũ † concipere, & concepta tueri. l. quæritur. §. fin. ff. de edil. edic, facit l. 2. C. de indi. viduit. & ibi not. Pau. de Caſt.

¶ Aduerte tamen per contrarium: quia, vt ſcribit Paulus. 1. ad Corinth. capit. 7. & tranſumptiuè. 32. quæſtio. 7. cap. omnes. Apoſtoli grauem coniugij ſarcinam intelligentes, ſi ita eſt, inquiunt, non expedit homini vxorem accipere, ad quod Dominus in Euangelio Ioann. cap. 7. & Matth. cap. 19. & tranſumptiuè d. cap. omnes. inquit, qui poteſt capere capiat. vnde dicit glo. in dicto cap. omnes. quod
89 matrimonium † multis calamitatibus opprimitur. C. de imponen. lucrat. deſcrip. l. fi. lib. 10. vnde contrahens matrimonium dicitur ſupponere ſe fortunæ, ſicut nauigans. gloſ. 27. quæſtio. 2. cap. nos nouimus.

¶ Et aduerte, quia cũ de accipiendis vxoribus in ſenatu proponeretur, Marcus Cato volens ſuadere vxores fore capiendas, ſic, ſi rectè memini, inquit; Si patres conſcripti, ſine vxoribus viuere poſſemus, noſtra vita parum à Deorũ immortalium vita differret: verum, quia natura ita diſpoſuit, vt neque cum illis commodè, nec ſine illis humanum genus diu ſtare poſſet, potius perpetuę ſaluti, quàm breui voluptati cõſulendum arbitror. quam occaſionem repræhendit Aulus Gellius in libro noctium Atticarum, eo q̃ volẽs perſuadere matrimonium, non debebat illi aliquam moleſtiam adiungere. ſed de his ſatis vide, quæ dixi in cap. ex literis, ſupra eod. articulo 10.

¶ Poſtremò quæro, iuxta prædicta, vtrum effectus prædicti, qui habent locum in matrimonio vero, habeant locũ in matrimonio putatiuo, ſeu præſumpto. ¶ Sol. Aduerte, q̃ in matrimonio præſumpto præſumptione iuris, & de iure, dicendum eſt, quod omnes effectus veri matrimonij habẽt locum in tali matrimonio putatiuo. tex. eſt in cap. veniens. il primo, ſupra eod. & ibi dixi in 6. not. Sed in matrimonio putatiuo aduerte, quia tex. glo. & Doctor. videntur. varij: quidam enim videntur velle, quod idem ſit effectus, quidam tenent contrarium.
90 ¶ Ego colligam caſus, in quibus differunt † verum, & putatiuũ, deinde ſubiungam caſus, in quibus conueniunt.

¶ Primò differũt, quia licet propter adulterium commiſſum per mulierẽ vir lucretur dotem. l. conſenſu. C. de repud. tamen hoc ſolum vendicat ſibi locũ in matrimonio vero, ſecus in matrimonio putatiuo: vnde ſi putatiua vxor committit adulteriũ, non lucratur maritus dotem. not. gl. in d. l. conſenſu. traditur in cap. plerique, de donat. inter virum. dicam in tit. de dote poſt diuort. reſtit. artic. 35. ita cum vir propter violatum ab eo thorum, ſeu commiſſum adulterium, amittat donationem propter nuptias, vt in cap. 1. & ibi notaui poſt Docto. vt lite non conteſta. tenet Ioan. And. in cap. fin. de donat. inter virũ. vide, quod non amittat, ſi matrimonium eſt putatiuum, propter rationis identitatem, quod latius dicam in dicto artic. 35.

¶ Secundò differunt, quia ſi maritus legat vxori, & ipſa non ſit vera vxor, ſed putatiua, non valet relictum. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſam. ff. de donat. inter virum.

91 ¶ Tertiò differunt reſpectu impenſarum, † nam ſi maritus fecit expenſas in rebus, vel pro rebus dotalibus, exiſtente matrimonio vero, impenſæ vtiles, & neceſſariæ repetuntur, vel dotem minuunt: ſecus ſi matrimonium eſt putatiuum, quia tunc tales expenſæ ſolum deducũtur ex fructibus dotis. Quatenus autem non ſufficiunt, locus eſt repetitioni, hoc tenet glo. in l. diuortio. §. impendia. ff. ſol. matrim. & ſequuntur ibi Doct. maximè Moder. Imo. & Ponta.

¶ Quartò differũt, quia licet verus, & legitimus coniux non poſsit conueniri, niſi in quantum facere poteſt. l. maritum. ff. ſol. matrim. tamen vir putatiuus tali priuilegio non gaudet, caſus eſt notabilis, ſecundum vnam lecturam, quam ſequitur ibi Ioan. And. in cap. 1. de donat. inter virum. tenet Ioan. de Imo. & Pontan. in dicto §. impendia. tenent Dom. Anton. Zabar. & Dom. meus in dicto cap. 1. & ibi dicam. tenet Pontan. in l. ſi cum dotem. §. fin. ff. ſoluto matrimonio.

¶ Quintò differũt, quia ſoluto matrimonio vero agitur actione de dote contra maritum verum, ſed ſoluto matrimonio putatiuo agitur non actione de dote, quæ non potuit eſſe ſine matrimonio, ſed condictione ob cauſam, vel ſine cauſa. no. glo. in cap. de prudentia, de donat. inter virum, per l. 1. ff. de condict. ob cauſam. & l. fin. ff. de condict. ſine cau. & ibi tenent Docto. & Dom. Anton. Zabar. & Dominus meus in cap. 1. de donat. inter virum.

¶ Aduerte tamen, quia volunt Hoſt. & Docto. quod hæc condictio ob cauſam, vel ſine cauſa, ita ſit priuilegiata, ſicut actio de dote. ff. de pecul. l. ex facto. & l. 2. ff. de priuile. credit. & per l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & per not. cap. magnæ, de voto. verſic. cum ergo. Item Specul. in tit. de donat. inter virum. §. fin. verſic. quid ſi matrimonium.

¶ Sextò differunt, quia in matrimonio putatiuo
92 non eſt locus lucro † dotis, quod alias habet maritus vxore prædecedente, ex forma pacti, vel conſtitutionis, ſeu ſtatuti, caſus eſt notabilis in l. 1. C. de cond. ob cau. quod tamen limitandum eſt, niſi per dolum dantis dotem factum ſit, quo minus dos putatiua fuerit conuerſa in verum, quod factum eſſet, ſi dolus non affuiſſet, quia tunc locus eſt tali lucro,

ad

ad quod Pontanus allegat casum quem dicit singularem in l. Iulianus. alias incipit, an etiã in patrem. ff. quod falso tutore.

¶ Septimò differunt, quia in matrimonio putatiuo maritus non lucratur fructus ex dote, secus in viro, vide quod dixi supra, versic. 3. facit l. insulam. §. fructus. & quod not. in dicta l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matr. quod intellige respectu fructuum, qui supersunt vltra onera, & impensas, vt dicam infra, versic. secundus casus.

93 ¶ Octauò differunt, quia quãuis donatio † coniugi facta, existente vero matrimonio morte donantis confirmetur, vt l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum. tamen secus est in donatione facta coniugi putatiuæ. casus est in l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. de donat. inter virum. quem Bald. dicit non esse alibi, in l. eam quam. C. de fideicom.

¶ Nonò differunt, quia licet propter impensas factas in dote vera, matrimonio existẽte vero, non habeat locũ dotis retentio. l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. actio. tamen secus est propter impẽsas factas in dote putatiua. casus est in l. si cum dotem. §. fin. & l. & si quid. ff. sol. matr.

94 ¶ Decimò differunt, quia licet vera † vxor marito suo post omnes ab intestato succedat, excluso fisco. l. 1. C. vnde vir, & vxor. tamen secus est in vxore putatiua. l. 1. ff. vnde vir, & vxor.

¶ Vndecimò differunt, quia si pro matrimonio vero aliena res marito sit tradita pro dote, & à marito sit præscripta, soluto matrimonio debet reddi vxori, tanquam ipsa præscribendi causam dederit. l. si alienam. ff. sol. matr. & l. qui alienam. ff. de donac. au. mor. tamẽ secus ĩ matrimonio putatiuo: si modo ille, qui talem rem dedit in dotem, non potest sibi acquirere, vt puta, si erat seruilis conditionis, quia tunc illa res præscripta non est reddenda sibi, quamuis etiam post completã præscriptionem efficiatur liberæ conditionis, & per consequens iam sit sibi concessa facultas acquirendi, iste est casus notabilis in l. Proculus. ff. de iure dot. secus si ille, qui talem rem dedit in dotem, poterat sibi acquirere, vt puta, quia minor, quia tunc talis res præscripta est sibi reddenda, vt probat generalitas legis, indebiti. §. sed si non vi. ff. de condict. indeb. facit dicta l. qui alienam.

¶ Et ex prædictis habes, in quibus differant matrimonium verum, & putatiuum quo ad effectus matrimonij. Nunc verò transeo ad casus, in quibus matrimonium putatiuum habet effectum veri matrimonij.

¶ Primus est respectu priuilegij prohibitionis alienationis dotis, quo priuilegio gaudet dos putatiua, † sicut vera. glo. est singularis in l. dotale. §. dotale. super verbo, hæredi. ff. de fun. dota. 95

¶ Secundus casus, quod sicut verę dotis maritus onera matrimonij sustinẽs lucratur fructus dotis. l. pro oneribus. & l. dotis fructus. C. de iure dotium. ita etiam lucratur fructus dotis putatiuæ. l. insulam. §. fructus. ff. sol. matr. intellige quatenus in vxorem consumpsit, vel quatenus necessariò, vel vtiliter expendit, vt d. §. fructus.

¶ Tertius casus est, quod sicut res ex dotali pecunia empta, dote existẽte vera, efficitur dotalis, si hoc vxori expediat, & eius cõsensus accedat, vt est glo. in l. Labeo, & Sabinus. §. item si dominus. ff. de verbor. signif. & in cap. 1. §. cum verò Corradus. in verbo, nominatim. qui feudum dare poss. in vsib. feud. per tex. in l. ex pecunia. C. de iure dot. & l. si ex lapidicinia, & l. res, quę ex dotali. & l. ita constante. cum sequen. ff. de iure dotium. ita & res empta ex pecunia dotali putatiua, vt d. l. si cum dotem. §. fin.

¶ Quartus casus, quod quemadmodũ verus maritus in dote censetur habere titulum onerosum, vt l. ex promissione. ff. de act. & oblig. ita & maritus putatiuus, vt not. glo. ordinaria in l. Proculus. ff. de iure dotium.

¶ Quintus casus, quia sicut titulus dotis verus propter verum matrimonium præstat iustam causam præscribendi, & vsucapiendi, vt ff. de vsucapio. pro dote. per tot. ita & titulus putatiuus. d. l. Proculus.

¶ Sextus casus, sicut filij nati ex matrimonio vero sunt legitimi, ita filij nati ex matrimonio putatiuo, quod non sit clandestinè contractum, sunt legitimi, vt in cap. ex tenore. infra, qui filij sint legit. de qua materia dicam in illo tit. sub art. 29.

¶ Trigesimoseptimo, & vltimo principali articulo tractandum est, iuxta præmissum ordinem, in rubrica, de matrim. spirituali, † vtrum & quando contrahatur, & vtrum ex ipso licitum sit arguere ad carnale, vel econtra, & in quibus differant carnale, & spirituale. 96

¶ Quò ad primum, dicendum est, quod matrimonium spirituale strictè, & propriè solum contrahitur inter episcopum, & ecclesiam suam per electionem de eo factam, & consensum præstitum, & confirmatum: ipse enim episcopus est sponsus, & in signum istius solum debet deferre anulum, vt not Ioan. And. in cap. clerici, de vita, & honest. cler. & vide, quod not. in c. nepro defectu. supra de electio. & not. in cap. 2. de translat. præla.. & 7. quęst. 1. cap. sicut, & cap. fi. de postul. prælat. & ibi Dom. me. Sed largo modo contrahitur matrimonium spirituale post consensum præstitum electioni inter ecclesiam, & quemcunque etiam inferiorem prelatũ, vt in c. quoniam. §. porro. versic. si vero. supra, vt lite non contest. & ibi dixi in 10. not. & latissimè etiam dicitur contrahi inter canonicum, & ecclesiam, vt traditur in dictis iuribus, & videtur quod tale matrimonium spirituale debeat contrahi per scripturam. 20. quæst. 1. c. uidua. 27. quæst. 1. c. omnes fœminæ. 1. q. 7. c. saluberrimum. tradit Hostien. in summa de matrimonijs. §. qualiter contrahatur. versic. & nunquid per scripturam. sed nõ insisto, quia potius pertinet ad materiam ti. de electio. & ti. de præbendis. & ti. de regularibus.

¶ Quo ad secundum, in quibus conueniant matrimonium spirituale & carnale, † & in quibus differant. primo prosequar casus, in quibus conueniũt & sic valet argumentum de vno ad aliud; Deinde prosequar casus in quibus differunt. 97

¶ Primò igitur conueniunt consensu, quia tam spirituale quam carnale per consensum cõtrahitur. de carnali satis dictum fuit, supra eod. c. tua. arti. 14. quæstio. 2. de spirituali patet: quia, ut supra dixi, per electionem & consensum electioni prestitum quis ecclesiæ uiduatæ consentiens spiritualiter coniungitur. c. cum inter canonicos. supra de electione. & per cõfirmationem perficitur. & administratio conceditur,

ceditur, vt in c. transmissa. & in c. nihil. de electione. vide glo. in verbo, collato. in clem. 1. vt li. pend.

¶ Secundò conueniunt, quia sicut non ualet matrimonium carnale, à furioso, mentecapto, & similibus contractum, propter defectum consensus, ita nec spirituale. vide supra eod. cap. dilectus. in 10. quæstio. principali.

¶ Tertiò conueniunt, quia sicut matrimonium carnale non tenet contractum per metum, ita nec spirituale, vide quod dixi in cap. cum locum, in primo notab. supra eo. & quod dixi in cap. cum apud, supra eod. in 9. articulo, versicu. septimum impedimentum.

¶ Quartò conueniunt, quia sicut ratione matrimonij carnalis nõ potest pater carnalis citari in ius sine venia, ita nec ratione matrimonij spiritualis nõ potest episcopus, vel prælatus citari in ius ab inferiore sine venia, per not. per Petrum in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsi. & in Authen. de nupt. §. fin. & l. cum quis. C. de natur. libe. ad quod vide, quod dixi in rub. de dilatio. in materia citationis. artic. 20. quæst. 27. versic. primò quæro, prope finem.

¶ Quintò conueniunt, quia sicut error fortunę, 98 & qualitatis † non excludit consensum, veluti si quis consentiret in prælaturam alicuius ecclesiæ, quam putant esse diuitem, & illa esset minus copiosa, quamuis hoc casu deciperetur errore fortunæ, non tamen posset renunciare prælaturæ acceptæ. Similiter etiam qui nubit pauperi, putans illam esse diuitem, non tamen potest renunciare priori conditioni, quamuis errauerit, ita arguit Gratianus, 29. quæst. 1. §. is ita. versic. error fortunæ. dixi in c. cum apud. supra eod. artic. 8. versic. 1.

¶ Sextò conueniunt respectu formæ procedendi: quia sicut in matrimonio carnali proceditur simpliciter, summarie, &c. ita & in matrimonio spirituali, vt in clement. dispendiosam, de iudic. dixi in cap. ex parte, supra eod. artic. 25.

¶ Septimò conueniunt respectu eorum, quæ dicuntur, quando proceditur contra contumacem, in cap. quoniam. §. porro, vt lite non contestata. ad quod vide, quod ibi dixi in 9. notab. licet in multis differant, etiam respectu formæ procedendi contra contumacem, vt statim dicam.

99 ¶ Octauò conueniunt, quia sicut † vir non potest relinquere vxorem, ita neque episcopus ecclesiam suam, cum qua matrimonium spirituale dicitur contraxisse, vt in cap. 2. de translat. prælatorum. & ideo talis non potest eligi, sed debet postulari, vt in cap. fin. de postul. præla. & ibi vide Dom. meum. & vide, quod statim dicam in ver. quartò differunt. Item, sicut coniux, quæ dignitatem quam recepit à marito nobili, si nubat ignobili, amittit: sic spõsus spiritualis, videlicet archiepiscopus, qui habet dignitatem quam amittit, si transfertur ad episcopatum, vt supra dixi, fallent. 7. ante medium.

¶ Differunt autem in plurimis.

100 ¶ Primò respectu processus † in vtroque fiendi contra contumacem, secundum quod patet in dicto cap. quoniam. §. porro. versicu. si verò, & versic. quod si, & versic. si autem.

¶ Secundò differunt, quia ad matrimonium carnale potest quis inuitari pecunia, secus in matrimonio spirituali, vide quod dixi in cap. ex literis. il secondo, supra eod. artic. 11.

¶ Tertiò differunt, quia licet in matrimonio carnali contracto per furiosum, aut dementem consensus superueniens ab eo effecto sanæ mentis validat matrimonium, tamen secus est in matrimonio spirituali, vide quod dixi in cap. dilectus. supra eod. in 14. quæst. princip. versic. Aduerte tamen, quia licet.

101 ¶ Quartò differunt, quia fortius est † matrimonium carnale, quàm spirituale, quoniam matrimonium carnale consummatum, etiam auctoritate Papæ solui nõ potest: sed matrimonium spirituale auctoritate Papæ soluitur, vide quæ traduntur in c. 2. supra de translat. prælat. & quod dixi in c. is qui fidem, supra eo. artic. 18. q. 1. prope finem.

102 ¶ Quintò † differunt, quia † dolus, licet impediat matrimonium carnale, non tamen impedit spirituale, vt not. glo. prima in cap. tua, supra eodem. & quod dixi in cap. cum apud. supra eodem, arti. 9. quæstione 19.

¶ Sextò differunt, quia ad probandum matrimonium carnale admittitur pater pro filia, secus in spirituali, vide quod dixi in cap. veniens. il primo, in 2. notabili, supra eodem.

103 ¶ Septimò differunt, † quia propter grauem infirmitatem ecclesia dimittitur. & sic videtur solui matrimonium spirituale, vt in cap. tua, de cle. egro. secus in matrimonio carnali. vide quod traditur per Doctor. maximè Zabar. in cap. quoniam, infra de coniug. leprosorum.

¶ Octauò, & vltimò differunt respectu potestatis, quia aliã potestatem habet maritus in cõiugem carnalem, quam episcopus in spiritualẽ, vide quod tradit Zab. in c. non debet, infra de consan. & affin. Et ex his, Deo duce, expeditus est notabiliter, plenè, & ordinatè iste titulus de sponsalibus, & matrimonijs. Laus Deo, septima Septemb. 1466.

De Desponsatione impuberum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio generum necessariò præcedere debet cognitionem specierum.*
2 *Infans, quis dicatur, & vnde.*
3 *Impubes, vel puer, quis dicatur.*
4 *Pubertas multis modis dicitur.*
5 *Puer, quis dicatur.*
6 *Puellæ diuersimodè capiuntur.*
7 *Pubes, vel puer, vnde dicatur.*
8 *Adolescens, quis dicatur, & quot modis. num. 9.*
10 *Fœmina, cur citius pubescat, quàm masculus.*

1 CONTINVATVR hæc Rubrica ad præcedẽtes hoc ordine, quoniam ad cognitionem specierum necessariò debet præcedere † cognitio generum, vt l. 1. ff. si cert. petatur. & supra dictum fuerit de sponsalibus in genere, descendendum erat ad sponsalia in specie, quia inter ipsas species est desponsatio impuberum, id eo subiicitur hęc rubr. secundum Damasum. Vel sic, secundum Host. quoniam in sponsali-

bus, & matrimonijs, de quibus dictũ fuit in tit. preced. certa ętas requiritur: ideo hic subiicitur hæc rubrica. Vel sic, visum est de sponsalibus, & matrimonijs: verum, quia sponsalia, & matrimonia propter ętatem impediuntur, ideo hic subiicitur hæc rubrica, & habetur materia. 32.q.2.c.1. & in summa. facit 30.q.1.c.1. & repetitur in 6.

¶Et aduerte, quia dum hęc rub. dicit, de desponsatione impuberum, idẽ importat, ac si diceret, de sponsalibus impuberũ. Item aduerte, quia in quantum hæc rubr. dicit de desponsatione impuberum, & tamen in hoc ti. tractatur etiam de matrimonijs: meritò sequitur, quod etiã appellatione spõsalium venit matrimonium, de qua materia dic, vt dixi supra in rub. de sponsalib. in secundo principali artic. Quidam tamen vulgares illam vocant desponsationem, per quam anulus immittitur, seu fit per anulum subarratio, dixi in dicta rubrica, & in cap. tua, supra tit. 1. artic. 15.

¶Postremò circa hãc rubricam, quoniam supra tit. prox. in rubr. art. 9. versic. 13. & in c. cum apud, supra tit. 1. art. 9. versic. 13. impeditur. vbi de impedimento sponsalium ratione ętatis remisi me hic tractaturum, ideo pro clarissima, & ordinata doctrina istius tit. & materiæ ipsius prosequar infrascr. quæst. Prima, quis dicatur infans. Secunda, quis dicatur impubes, seu pubes. Tertia, quis dicatur puer. Quarta, quis dicatur adolescens. Quinta, cum pubertas aliter in masculo, aliter in fœmina accipiatur, quare fœmina dicatur citius pubescere, & istas quinque quæstio. tractabo hic in rub. Sexta, vtrum sponsalia possint cõtrahi inter infantes. Septima, vtrum possint contrahi inter infantem, & puberem. Et de his dicam in c. 1. infra eo. Octaua, vtrum sponsalia de futuro possint contrahi inter quos impuberes. Nona, vtrum possint contrahi inter impuberem, & puberem. Decima, vtrum duo impuberes, vel vnus impubes, & alius pubes, possint contrahere matrimoniũ per verba de præsenti. Vndecima, posito quod non possint, vtrum saltem valeãt tanquam sponsalia de futuro. Duodecima, posito quod valeant, vt sponsalia de futuro, vtrũ adueniente ætate, transeant in matrimonium, vel per alium modum. Decimatertia, quid iuris, si sponsalia de futuro, vel de presenti sint contracta per parentes, vel per alios pro filijs impuberibus. Decimaquarta, quis teneatur probare infantiam, puerilem ætatem, vel pubertatem. Decimaquinta, qualiter probetur pubertas. Decimasexta, quis dicatur proximus pubertati. Et de prædictis quæstionibus dicam in cap. puberes, infra eo. Decimaseptima, vtrum sicut infantia, vel puerilis ætas impedit matrimonium, ita etiam senecta, vel decrepita ætas impediat matrimonium. Decimaoctaua, qualiter in ista materia formẽtur libelli. Et de prædictis duabus quæstionibus dicam in cap. fin. infra eodem.

¶Primò igitur quæro, quis dicat infans, & vnde.

2 ¶Sol. Dic, quod infans dicitur † à for faris, quasi non fans, non quia talis ætas omnino careat loquela, sed quia non intelligit talis ætas, quid loquatur, vt l. prima. C. de falsa moneta. Incipit autem ista infantia à natiuitate, & durat vsque ad septennium, tam in masculo, quàm in fœmina, vt l. si infanti. C. de iure deliberandi. & cap. literas. & cap. sequen. infra eodem. notat glo. in clement. prima, de homicidio. & in cap. primo, eodem titulo, libro 6. & glo. in capit. nullus, de temporibus ordin. libro 6. tetigi in cap. ad audientiam. infra de homicidio, in sexto principali articulo, quæst. 8. notat glos. 31. quæst. 2. cap. primo, in procemio sexti. vnde licet quo ad pubertatem sit differentia inter masculum, & fœminam, quia fœmina citius pubescit, vt infra videbimus, tamen secus est quo ad infantilem ætatem.

¶Aduerte tamen, quia quandoque ratione subiectæ materiæ infantula accipitur pro puella, vt notat glo. 32, quæstio. 2. cap. primo. & glo. & Zabar. in cap. veniens. infra, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ.

¶Secundò principaliter quæro, quis dicatur impubes, † vel puer. ¶Sol. Dic, quod impubes dicitur respectu puberis, & econtra: nam cum hæc sint contraria, cognito vno, satis reliquum dicitur cognitum, argumen. l. primæ. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. & ff. de procuratorib. l. Pomponius. §. si stipuler, cum similibus. impubes est, qui est infra decimumquartum annum, & supra septẽnium, si est masculus: si verò est fœmina, dicitur impubes, quæ est infra duodecimum annum, & supra septennium. Quandoque tamen dicitur impubes, qui est adultus, licèt impropriè. ff. de excusatio. tut. l. sed & milites. §. cum autem. & ff. de acquiren. hæred. in l. impuberibus. & vide quod notatur in Authent. de nuptiis. §. sed quod sancitum. sic & minor vigintiquinque annis, maior etiam quatuordecim, quandoque impubes appellatur. ff. de excusatio. tutorum. l. non solum. §. si libertus. Puberes autem dicti sunt à pube, secundum Isidorum, & transumptiuè, cap. puberes. infra eodem, idest à pudentia corporis, quia hæc loca primo lanuginem ducunt. Quidam verò ex annis pubertatem existimant, id est eum esse puberem: qui, si masculus est, quartumdecimum compleuit annum: si fœmina, duodecim, vt dicto cap. puberes. vbi subditur, certum esse eum esse puberem, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare iam, potest, quod probat, quia puerperæ sunt, quæ in annis pueribus pariunt, vt ibi.

¶Cæterum, respectu numeri annorum variatur pubertas, respectu masculi, & fœminæ, vt supra dixi, quia fœmina in duodecimo anno completo, masculus in decimoquarto pubescit, vt l. qua ætate. ff. de testamentis. & ibi glo. Instit. quibus modis tute. fi. in principio. & C. quando tutor esse desierit. l. fina. notat glo. magna in procemio sexti. & 77. distinctio. cap. quicunque. Dominus meus in cap. literas, & in cap. accessit. infra eodem.

¶Sed aduerte, quia puberes etiam quandoque vocantur maiores vigintiquinque annis. notat glo. in l. impuberibus. ff. de acquirenda hæredita. & traditur in l. si furioso. ff. de curatore furio. sed impropriè tunc sumitur.

4 ¶Nota etiam, quod pubertas † quandoque dicitur plena, & ista est 18. annorum. glo. 32. distinct. cap. lectores. Instit. de adop. §. minorem. 28. distinct. c. de his. Dominus meus in c. quia in insulis, supra de regular. & quo ad alimẽta pubertas in masculo, dicitur, si est 18. annorum. In fœmina verò 14. annorum. ff. de alim. & cib. leg. l. Mela. quod est bene notandum.

tandum. vbi tex. dicit, quod licet pubertas regulariter in hoc nõ sit diffinita, tamen Imperator Adrianus pietatis intuitu sic in alimentis diffiniuit. tradit Dominus meus in dicto cap. quia in insulis.

¶Item aduerte secundum Vgut. Grammaticũ, & alios deriuatores, quod quandoque reperitur pubes, & quandoque puber puberis, & idem important. quis autem dicatur † puer, dixi latè infra, de

5 delictis puerorum. in rubr. vbi dixi, quod hoc verbũ habet plures significationes. Quandoque dicitur centum annorum, quãdoque verò sumitur pro obsequio fidei. Quandoque pro contumace, seu negligente: aliquando pro sterili, nonnunquã pro simplicitate, quandoque pro natiuitate, vt cantat Ecclesia in nocte Natiuitatis Iesu Christi: Puer natus est nobis. interdũ per innocentiam: vnde Psalmista, Laudate pueri Dominum. & 3. quæstio. 4. §. sed obiicitur. vide in dicta rubrica. & in cap. ad audientiam. infra de homic. Quandoque verò, & hoc regulare est, sumitur pro ætate: & in hoc aduertendum est, quia secundum subiectam materiam aliter, & aliter accipimus pueritiam. quantum enim ad alimenta, dixi supra: quantum verò ad facultatem aduocandi, seu postulãdi, accipimus pueritiam vsque ad finem 17. annorum, vt l. 1. §. pueritiã. ff. de

6 postulan. Puellæ † etiam quandoque appellantur viginti annorum. 20. quæstio. 1. cap. puellæ. & vide, quod notatur in cap. ad nostram, de regularibus. & quod not. glo. in cap. 2. de ęta. & qualita. Sed tamen propriè pueritia in fœmina vsque ad duodecimum, in masculo vsque ad decimumquartum finitum durat annum. 20. quæstio. 1. cap. primo. 23. quæstio. 5. cap. paruuli. 1. quæstio. 1. cap. pueri, & cap. estote. supra de tempo. ordin. cap. vel non est compos. supra de ęta. & qualit. cap. indecorum. in l. qua ętate. ff. de testamen. Glo. magna in procemio sexti, & ità sumitur in materia Rubri, de delictis puerorum. vide quod ibi dixi, & quod notat Dom. Anton. in cap. tuæ, supra tit. 1.

¶Tertiò quæro, vnde dicatur puer, vel pubes.

7 ¶Sol. Dic, quod puer † dicitur à puritate, secundũ aliquos, quia purus est, & nondum lanuginem habet: vel dicitur à paruitate pilorum, qui etiam ephebe appellantur: vel dicitur puer, à pus puris, quia in pure, idest custodia tenetur, vel secundum Nonium Marcellum, dicitur à punio punis, quia pueri verberibus solent coerceri, tradit aliquid Archid. 22. quæst. 2. l. si quælibet. §. Abraham. Appellatur etiam quandoque puericulus, & puerula, & puercula. Puerus tamen, & puera non sunt in vsu, & olim antiqui dicebant hic, & hæc puer: & ideo dicit tex. in l. pueri. ff. de verborum significat. quod pueri appellatione etiam puella significatur. & ad idem tex. in l. illa verba. §. pueri, eod. tit. vbi tex. probat, quod contineatur puella, quia matres exparnas, quæ puellas pepererũt, puerperas appellamus. Puberes autem dicuntur à pube, vt supra dixi, seu à pudentia, seu pudore corporis, siue verecundia, qua inspectores afficiebantur, cum loca pudibunda inspicerent, quod ab Imperatore Iustiniano correctum fuit, vt dicam in cap. puberes. infra eod. & de consecrat. distinct. 4. cap. eos, in fi. Vel dicitur pubes à probitate animi, quia tũc ita probus efficitur, quod coire potest: vel, si est mulier, virum pati: vn de mulieres tunc viri potentes dicuntur. Instit. de nup. in princ. dicam in dicto cap. puberes. & pubertas finitur tam in fœmina, quàm in masculo in vigesimoquinto anno. C. si minor se maio. dixe. l. 1. Instit. de curat. in princ. ff. de minor. l. 3. §. minorem.

8 ¶Quartò quæro, quis dicatur † adolescens.

¶Sol. Dic, quod in masculo adolescẽtia incipit post decimumquartum annum, & sic in fœmina arbitror, quod incipiat post duodecimum. facit c. fin. supra tit. 1. & c. 1. infra eod. 77. distin. c. quicunque. No. glo. magna in procemio sexti. & no. in l. non aliter. §. de minore. ff. de leg. 3. tradit Zabar. in c. literas, infra eo. & dicitur adolescẽtia flos ętatis, secundum Tullium. facit C. de studi. lib. vrbis Romæ. l. 1. lib. 10. vbi tex. dicit, adolescentiam gloriosam, &c. & talis etiam appellatur iuuenis. sed tex. 12. q. 1. c. 1. dicit, quod nihil incertius via adolescentium: vnde Salomon lib. Prouerb. cap. 30. dicit; Tria sunt mihi incognita, &c. & quartum, quod penitus ignoro, via

9 iuuenis in adolescentia sua: & dicitur † adolescens tribus modis; vno modo per naturam, vt in Euangelio Lucæ, cap. 7. Adolescens, tibi dico, surge; secundò per gratiam, vt in Psalmo, In quo adolescẽs viam suam corrigit; tertiò contemplatione, vt in Psal. Renouabitur vt Aquila iuuẽtus tua. 16. q. vlt. c. alligant. & ibi per Archid. Item dicitur adolescentia, ętas quasi ad gignendum apta, & adulta, secundum Grammaticos. Adultus tamẽ propriè dicitur etiam perfectæ ętatis quo ad matrimonium contrahendũm, licet quo ad alia nõ dicatur perfectæ ętatis, nisi attigerit saltem vigesimumquintũ annum. ff. de minor. per totum. no. D. M. in c. 1. infra eo.

¶Quintò quæro, quia supra dixi, quod pubertas in fœmina incipit completo duodecimo anno, & in masculo completo decimoquarto anno, cur

10 hoc tam variè, & quæ sit ratio, quod fœmina † citius pubescit. ¶Sol. Placentinus dixit, quod ratio est, quia mala herba citius crescit, quàm bona. ita dicit glo. in l. 2. C. de his qui ven. ęta. impe. Alij verò dicunt, quod frigidior homo de mundo, calidior est calidiori muliere de mũdo, & ideo mulieres minus viuunt, & citius consumuntur, quare quanto facilius, & citius consumuntur, tanto citius perficiuntur, & crescunt. Vel dic, quod mulier est calidior, & ingenioſior homine: vnde facilius veniam ętatis impetrat, quia illa in decimooctauo, & homo in vigesimo impetrat, vt dicta l. 2. Verum, quo ad matrimonium pertinet, cũ facilius sit pati, quàm agere, plana ratio reddi potest, secundum Hostien. in summa, eod. tit. §. 1. tradunt Host. & Ioan. Andr. & Dom. Anto. in cap. literas, infra eo. & Dom. me. in cap. 2. infra eod. & dicunt Hostien. Ioann. Andr. & Dom. Dominicus de sancto Gemin. in cap. 1. eodem tit. lib. 6. quod debet sufficere Iuristæ, quod natura fecit pubertatem disparem in sexu, cum videamus naturaliter fœminas pubescere in duodecimo anno, & mares in decimoquarto. Sed lex positiua debet conuenire naturę. 4. dist. c. erit autẽ. Instit. de adopt. circa medium. facit quod no. in c. statutum, de hæret. lib. 6. Zab. verò in d. c. literas. addit, quod aliqui naturales reddunt alias rationes, quia in muliere fit citius dissolutio viscositatis propter meatus venarũ largiores. Item propter maiorẽ appetitum qui naturaliter inest mulieri, nam in ea citius per-

ficitur, secundum Aegidium, de formatione pueri in vtero. cap. 14. facit sententia Tiresiæ inter Iouem,& Iunonem, qui dixit, quod fœmina magis incalescit in appetitu venereo, quàm masculus, & huic coniungitur illa ratio, quia facilius est pati, quàm agere.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus quis ad matrimonium astringi non potest.*
2 *Adulti appellatione quandoque venit impubes.*
3 *Matrimonio requiritur consensus expressus, nec sufficit tacitus.*
4 *Adulti nomine interdum venit infans.*
5 *Pater non potest contrahere sponsalia nomine filij adulti, nisi ipse consentiat.*
6 *Verbū, debet, licet sui natura importat necessitatm, tamen quandoque importat honestatem.*
7 *Verbum, omnino, sui natura importat necessitatem, & rem præcisam facit.*
8 *Matrimonium, an valeat, quando filius coactione paterna ducit eam quam ducturus aliàs non erat.*
9 *Filius nolens obedire patri in consentiendo matrimonio, an peccet.*
10 *Sponsalia, an contrahi possint inter duos infantes, & de ipsorum effectu.*
11 *Mora modici temporis non impedit.*
12 *Actus superueniens declarans consensum, intelligitur declarare secundum naturam verborum præcedentium.*
13 *Sponsalia contracta inter vnum infantem, & alium pupillum, seu puberem, an valeant, & quem effectum pariant.*

CAP. PRIMVM.

IVVA FRATERNITAS. Pater pro filio impubere spōsalia contrahit, pro pubere verò non, nisi ipse consentiat. hoc dicit. Et habet tria dicta, secundum ibi, potest. tertium ibi, & postquam. Et in tex. ibi, adulto. dic, id est pubere, secundum Innoc. & de hoc in cap. sequen. facit ad id, quod dixi supra tit. prox. in Rubrica, quæstio. 4. Et ibi, matrimonium. dic, scilicet cum aliqua puella, secundum Hostien. Ibi, facere. supple, scilicet potest. Et ibi, aliquo modo, dic scilicet nec expressè, nec tacitè, nec verbo, nec facto, secūdum Hostien. & Ioan. And. Et ibi, potest autem. dic, sic construe istum tex. potest autem pater, cui vult matrimonio tradere filium nondum adultum, cuius voluntas discerni nō potest, & postquam filius, &c. secundum Hostien. & Ioan. And. Et ibi, filium adultum. dic, sed infantē, propter id, quod sequitur, & statim dicam. Et ibi, cuius. dic, scilicet filij. Et ibi, discerni nō potest. dic scilicet quo ad sponsalia, si intelligas de minore septennio, si verò intelligas de maiore septennio, non tamen pubere, expone, cuius volūtas discerni non potest, scilicet quo ad matrimonium, secundum Hostien. Et ibi, matrimonio. dic, id est sponsalibus, per quæ ad matrimonium peruenitur, vt statim dicam. Et ibi, tradere. dic, scilicet traditione, quæ in facto consistit. Sed de iure † non potest astringere, si nullo modo vult consentire, simile in matrimonio spirituali. supra de regularib. cap. cum virum. cap. cum scimus, & cap. cum te. & 20. quęst. 1. cap. addidistis, & tribus cap. sequen. vbi dicitur, monachum facit, aut paterna deuotio, subaudi quando est impubes: aut propria professio, subaudi quādo est pubes. Inno. verò exponit, idest tradendum promittere, & sic contrahuntur sponsalia. Petrus exponit, idest sponsalia pro ipso contrahere. Et in tex. ibi, filius. dic scilicet traditus, & traductus, licet enim communiter traducatur spōsa, si tamen puer traditus sit patri sponsæ, quod quandoque accidit, & adueniente legitima ętate non reclamauerit, tenent sponsalia, vt infra eod. cap. literas. & tunc propriè stat verbum, debet, & secundum hoc expone, peruenerit, & non reclamauerit, vt in cap. de illis, & cap. sequen. infra eod. secundum Host. & Io. And.

¶ Primò nota ibi, adultā. iuncta expositione Hostien. qui dicit, idest impuberē. quod appellatione
2 adulti quandoque venit † impubes, & tunc potest dici adultus respectu infantilis ętatis. ad quod vide, quod dixi supra tit. prox. in rubr. q. 4. & adde, quod statim dicam in 4. notabili.

¶ Secundò nota ibi, aliquo modo non consentire, iunctis his, quæ dixi super tex. quod quando denegatur consensus, seu tollitur, intelligitur, quod nec expressè, nec tacitè, nec verbo, nec facto, consentiat: arbitror etiam, quod nec directè, nec indirectè id facere possit. facit quod no. glo. super verbo, aliqua. in clem. 1. de so. compet.

¶ Tertiò nota ibi, cōsentit. secundum Innocen.
3 quòd in matrimonio requiritur expressus † consensus, nec sufficit tacitus, vt cap. tuæ. supra tit. 1. quod procedit etiā in sponsalibus, in quibus tacitus consensus non sufficit, nisi quando sponsalia cōtrahuntur à patre. ad quod vide, quod dixi in cap. sicut ex literis. supra titu. 1. artic. 12. & quod dicam infra, in cap. puberes, quæst. 12.

¶ Quartò nota ibi, adultum. iuncta expositione Ioan. Andr. qui exponit, id est infantem, vel minorem infantia, quod appellatione adulti, quādoque
4 venit infans, † licet propriè adultus dicatur post 14. annum in masculo, & 12. in fœmina completum. & sic no. hic Do. me. vide, quod dixi supra tit. prox. in rubr. q. 4. & q. 1. in fi.

5 ¶ Quintò nota, quod pater † nomine filij adulti sponsalia contrahere non potest, nisi filio consentiente: quare, ex quo filius potest consentire, eius exigitur consensus, vt dixi in cap. sicut ex literis. supra tit. 1. art. 12. tenet Host. hic in summa. §. & quod sponsalia. versic. ex his patet.

¶ Sextò nota, quod quando filius est inhabilis, ita quod discretè discernere non potest, pater pro eo potest sponsalia contrahere.

¶ Septimò nota, quod puer ante 14. annum, & sic ante adultā ętatem non est habilis ad matrimonium contrahendum, & de hoc infrà, q. 10.

¶ Octauò nota ibi, matrimonio. iuncta expositione Ioann. Andr. qui exponit, id est sponsalibus, quod quādoque appellatione matrimonij veniunt sponsalia, quia per illa peruenitur ad matrimoniū, dixi supra tit. 1. in rub. art. 1.

¶ Vltimò nota ex tex. in fi. ibi, omnino debet.
6 iuncta glo. fin. quod licet verbum, debet, † de sui natura importet necessitatem. 11. quęst. 3. c. debēt, supra de appell. cap. proposuit, & l. prætor, in princ. ff. de

ff. de eden. & l. 1. §. 1. ff. quod quisque iu. tamē quandoque importat honestatem, & non necessitatem, vt hic dicit glo. fina. pro qua allegat Hostien. C. de bonis, quæ liber. l. cum oportet. & supra de regular. cap. cum virum. In glo. super verbo, paterna. & 25. quæst. 1. cap. 1. Et pondera bene hunc tex. quia hoc
7 procedit, etiam si iungatur cum verbo, † omnino, quod de sui natura importat necessitatem, & rem præcisam. fecit l. item veniunt. §. si possessor. ff. de petitio. hæred. & Instit. de tutelis, in fi. tradit Archid. in cap. 2. de pactis, lib. 6. & Salic. in authen. hæc res. C. de secundis nupt. Et de hac dictione, omnino, adde glo. in clemen. prima, de uita, & honestate clericorum. glo. in l. Græcè. §. illud, de fideiuss. & glo. in cap. ex parte N. de officio deleg. in quibus traditur de significatu ver. omnino, quod perpetuò notabis. & hoc, vt arbitror, contingit ex eo, quia importādo necessitatē, resultaret absonus intellectus, & aliorum iurium correctio: & ideo tunc exponitur, pro potest, vel determinatur cum hac dictione, ex vrbanitate, vel honestate, prout hic dicit glo. fin. facit l. si quis seruum. §. si iure. ff. de legatis 3. & l. & post edictum, circa principium. ff. de iudiciis. tradit Bart. in repetitione. l. 3. C. de pignor.

¶ Aduerte tamen, quia hoc posset importare necessitatem, intelligēdo hoc modo, videlicet, quod adueniente pubertate puer reclamare potest: sed si non reclamat, tunc secundum Hostien. sponsalia tenent, vt infra eod. cap. literas, & cap. dō illis. il primo, & il secondo, & cap. attestationes. & sic ex tunc compellitur stare sponsalibus, quod tamen intelligo in casibus, in quibus sponsalia legitimè possunt dissolui, ad quod vide, quod latè dixi in cap. penul. supra tit. primo, art. 31. Alij verò aliter intelligunt, sed non placet, vide Hostien. in summa, eod. tit. §. & quę sponsalia. versic. ex his patet, quod filij.

¶ Glo. prima in princip. quærit, quid si filius coactione paterna ductus in aliqua, quam alias nō erat
8 ducturus, consensit, † vtrum valeat. & arguit, quod sit matrimonium. ff. de ritu nupt. l. si patre. vbi si patre cogente filius duxit vxorem, quam nō duceret, si sui arbitrij esset, tenet matrimoniū. Dicit tamen glo. quod pater non debet cogere filium. ff. de ritu nupt. l. non cogitur. vbi tex. dicit, non cogetur filius familias vxorem ducere. ad idem l. nec filium. C. de nupt. Sed immediatè glo. nostra, in versic. secus videtur de filia, sentit contrarium de l. sed quæ patris. ff. de sponsalib. vbi tex. dicit, quod tunc tantum filia dissentire potest patri, cum tradidit ei sponsum indignum suis moribus, vel turpem. ¶ Glo. soluit, quod aliud est in filia, quia filia non videtur posse contrahere sine vitio ingratitudinis, ad quod vide, quæ latè dixi in c. sicut ex literis, supra tit. 1. art. 12.

¶ Sed quæro ad intellectum literæ, in quantum hic dicitur, quod filius debet obedire patri, consentiendo matrimonio contra patrem contracto, quid
9 si filius † nolit obedire, vtrum peccet mortaliter. ¶ Sol. Gaspar Cald. hic arguit, quod sic, per hanc literam, intelligendo, quod verbum, debet, importet necessitatem, de quo dixi supra in vltimo notabili. ¶ In contrarium verò inducitur tex. noster, inquantum vult, quod pater non potest pro filio adulto contrahere matrimoniū filio non consentiente. Soluit Gaspar, quod Gratianus videtur voluisse soluere hanc quæst. 31. quęst. 3. vbi quærit, vtrum post sponsalia parentum filij possint alij nubere. & videtur dicere, quod non, ad quod inducit vnum capit. quod incipit, Si quis. quod innuit tales filios puniēdos. & demum subdit Gratianus: ecce ergo, quod non licet parētibus sponsalia filiorum soluere. Sed subdit Gratianus, quod hoc de illis intelligendum est, qui filiorum consensu sponsalia contraxerunt, & sic non bene explicat quid intendat: vnde glo. ibi in summa dicit, quod filijs cōsulitur, quod stent sponsalibus parentum, aliàs sponsio paterna non obligat filium. ff. de verbor. obligat. l. stipulatio ista. Sed Gaspar Calder. dicit, quod aliud est quærere, vtrum ex sponsalibus parentum filij obligentur, & aliud vtrū patri præcipienti, quod contrahant matrimonium, vel sponsalia teneantur obedire. Sed prima quæstio hodie est expedita per cap. vnicum, eo. tit. lib. 6. vbi patet, quod filij non obligantur ex sponsalibus parentum, nisi expresè, vel tacitè consentiant, ad quod vide, quod dixi in cap. sicut ex literis, supra titu. 1. artic. 12. Quantum verò ad aliam quæstionem dicit Gasp. quod si pater habet iustam causam præcipiendi filio, vt contrahat matrimoniū cum tali, vel non contrahat, puta propter pacem ineundam, vel ex alia iusta causa, quod tunc filius tenetur obedire patri, aliàs peccat. Sed si habet iustam causam non obediendi, non tenetur obedire, nec peccat non obediendo, & similiter nec tenetur filius etiam obedire, cessante causa, tam ex parte patris, quām filij, nisi de honestate, per tex. nostrum, in fi. iuncta glo. fin. & vide ad materiam, quæ dixi in dicto c. sicut ex literis, supra tit. 1. art. 12. & quod dicam infra eo. cap. puberes. q. 12.

¶ Postremo iuxta præmissum ordinem in rubrica, veniunt hic examinandæ sexta & septima quæstiones principales.

¶ Sextò igitur principaliter quæro, vtrum spon-
10 salia † possint contrahi inter duos infantes, & de ipsorum effectu. ¶ Sol. Dic quod non, etiam si loquamur in sponsalibus de futuro, quoniam talia sponsalia de futuro non possunt contrahi nisi post completū septimum annū, tam in masculo, quā in fœmina. ff. de sponsal. l. in sponsalib. la 2. tenet Host. in summa, eo. tit. §. quæ sponsalia, in prin. & in c. sequenti, & ibi glo. 1. & in c. puberes. & in c. accesit, & in cap. duo pueri, & in cap. ad dissoluendum. infra eo. in quibus aperte demostratur, quod annus septimus debet esse completus, quo ad hoc, vt sponsalia contracta vinculum aliquod introducāt, tenent glo. Tancred. & Innoc. in cap. sequenti, & glo. 27. quæst. 2. cap. si quis desponsauerit, & Arch. 30. quæst. 2. cap. vbi. Hostien. in summa de sponsal. §. quis sit effectus, & in summa huius tituli. §. & quæ sunt, in prin. & ratio est in prōptu, quia illa ætas nescit quid videat, vt l. 1. C. de falsa mo. ad quod vide quod dixi supra in rubr. quæst. 1. Quare cum infantes adhuc consentire non possint sponsalibus, meritò ipsa contrahere non possunt, quia sine consensu non contrahuntur, vt d. l. in sponsalib. & d. cap. accesit, dixi in c. tua. supra tit. 1. art. 15. no. glo. 30. quęst. 2. in summa. Hoc tamē regulariter procedit, fallit ubi mulier esset tentata, & malitia suppleret ætatem, ut quia esset sex annorum & dimidij, vel amplius, ut in cap. iuuenis, supra ti. proximo, secun-

dum Innocen.ibi, facit infra de delictis puerorum. cap. 1. Idem tenent Vgu. Lau. & Ioan. 30. quæst. 2. in summa. qui dixerunt septennio debere esse completum regulariter, nisi essent ita proximi septenio quod essent capaces intelligentię, ut not. gl. 30. q. 2. in summa, & idem Goffre. in summa, in tit. de sponsalib. §. & nota. & Tancred. & Alan. in d. c. iuuenis, vbi dixit Alan. quod tenent sponsalia si est doli capax, & sex annorum cum dimidio, aut pluri, & idē Alanus, Goffred. & Vincen. in cap. accessit, inf. eo. & Hostien. in d. c. puberes, & in summa huius titu. §. quis possit. facit quod legitur, & no. in dicto cap. duo pueri, & in c. 1. infra de delic. pu. & de consec. dist. 4. cap. paruuli. Quidam verò tenent, quod indistinctè requiratur septimus annus completus, per cap. accessit. infra eo. & ibi hoc not. Dom. meus, & idem tenet in cap. Gemma, supra tit. 1. super glo. 1. quæ etiam hoc aperte sentit, & dicto cap. puberes, & sic alias nō tenent sponsalia, nec contrahitur publicę honestatis iustitia, ad quod facit quod de professione dicitur in cap. ad nostram, supra de regularib. ad quod etiam uide quod tradit Archid. 30. quæst. 2. in gl. summæ. Et ista opinio videtur verior secundum Henricum, per c. 1. eo. ti. lib. 6. nam cum istud sit tempus à iure limitatum, nec habeat aliquam exceptionem in iure scriptam, meritò illi stabitur, per tex. in dicto cap. 1. eo. tit. lib. 6. ubi tex. dicit, factos maiores septennio. Sed dicit Arch. ibi, q̄ prędictæ opiniones possunt reduci ad concordiam hoc modo, quod aut sunt proximi septēnio, & malitia supplet ętatem, & mulier tentata fuit, ut in c. iuuenis, supra tit. 1. & hoc casu procedit prima opinio. & hoc modo potest limitari secunda opinio, quę alias regulariter procedit, & ista fuit opi. Goff. facit, quia si proximus septennio forte plus intelligit quam consueuerit intelligere nouennis, non videtur ratio quare non debeat suppleri in tali proximo septennio quo ad spōsalia, sicut suppletur quo ad matrimoniū in proximo pubertati respectu prudentiæ, secundum quod dicam infra eo. cap. pube-
11 res, q. 10. facit etiam, quia in mora † modici temporis non debet esse impedimentum, argumen. supra de ęta. & quali. cap. pręterea. & ff. de iudiciis. l. si debitori. Nec obstat quod dicitur de ingrediente religionem, quod debeat habere perfectam ætatem, quia illud fuit introductū propter asperitatem religionum, & uitandas apostatas, tenet Ioan. And. in dicto cap. 1. eo. tit. lib. 6. & ideo dicit Henricus, q̄ idem esset si contrahens esset per tres dies prope septimum annum, ut dicto cap. iuuenis, quod etiam voluit Hostien. in c. litteras, infra eo. per dictum c. iuuenis. facit quod nota. in c. in causis, sup. de elect. quod tamē intelligit procedere, dummodo habeat consensum, & intelligat quod agit, aliàs secus, & ita intelligit Vguc. 30. quæst. 2. in summa. dicens, q̄ si ante septem annos contrahuntur, non tenent, nisi probetur in contrarium, quod ante erant doli capaces, & poterant consentire, quod satis placet, & de materia uide in d. cap. iuuenis, & in cap. sponsam, sup. tit. 1. & per Arch. 27. quæst. 2. c. si quis desponsauerit. Sed Zab. in cap. litteras. infra eo. dicit quod non sufficit quod sit proximus septennio, per tres dies, nisi aliud appareat, puta nixus ad copulam, uide quod dixi in dicto cap. iuuenis, super glo. 1. ubi dixi, quod requiritur annus completus, forte tamē sufficit si. vltima die septennij sint contracta sponsalia, per ea quæ dixi de testamento in dicto c. iuuenis, per l. qua ętate. ff. de testamentis.

¶ Et prędicta procedunt, siue ipsi infantes per se contrahant sponsalia, siue parentes eorum pro ipsis filijs contrahant, ut in cap. 1. eo. tit. lib. 6. Et prędicta etiam intelligenda sunt, nisi infantes, postquam infantiam excesserunt, per eorum mutuam cohabitationem, seu alias uerbo, aut facto ipsorum liquido appareat eosdem in eadem voluntate perdurare, vt dicto c. vnico. eo. tit. lib. 6. vnde si post septennium uocant se sponsos, vel simul iacent, vel altera alterum osculatur, ut sponsum, vel similia adinuicem peragant, sponsalia ratificantur, vt d. c. vnico, iunctis, glo. tradit Dom. meus in c. litteras. inf. eo. vnde simul habitando in domo puellæ, vel pueri fit ratificatio, licet secundum leges aliud videatur, vt l. mulierem. cum l. sequenti. ff. de ritu nupt. not. Domi. Anton. in cap. accessit. infra eo. & Zab. ibi, & in c. duo pueri. vnde dicunt Dom. Ant. & Zab. & D. M. in d. c. duo pueri, quod ex tali perseuerantia oritur publicæ honestatis iustitia, vt traditur in d. iuribus. Si uero tales aduenięte puerili ætate post septem annos non contradicunt, nec expresse, aut per aliqua signa tacite consentiunt, non firmantur sponsalia in infantia contracta, vt d. c. 1. eo. tit. lib. 6. facit quod not. glo. 30. quæst. 2. c. 1. unde solo temporis tractu, seu per solam superuenientiam pueritis ætatis non firmantur præcedentia sponsalia. vnde dixit Hostien. in c. litteras. inf. eod. quod quando habitant seorsum, sponsalia non ratificātur, nisi per consensum expressum, & sequuntur Io. An. & Dominicus in c. 1. in princ. eod. ti. lib. 6. faciunt not. per Io. An. in reg. non firmatur. de reg. iur. lib. 6. ubi dicit, quod solo temporis tractu non firmatur quod à principio non valebat, sed nouo subsequenti consensu, interdum tacito, interdum expresso, vt not. glo. in verbo, conualescunt, in d. c. vnico, & sic intelligit etiam ibi Io. Mo. dicens quod sufficit consensus præsumptus. arg. l. itē quæritur. §. fi. & l. sequentis. ff. locati. & sequitur Io. An.

¶ Item prædicta procedunt, siue inter ipsos infantes, vel pro ipsis infantibus contrahantur sponsalia per verba de futuro, siue contrahantur per verba de præsenti, quia etiam si contraherentur per verba de præsenti, non valent vt sponsalia de futuro, ex quo inter tales sponsalia de futuro contrahi non possunt, licet secus esset, si inter pueros, & sic maiores septennio impuberes tñ, contraherentur sponsalia per uerba de præsenti, quo casu, licet non valeant, ut matrimonium, obstante ętate, tamen valent, ut sponsalia de futuro, ut dicam in c. puberes. quæst. 10. nec ualent ut dixi, si pro ipsis infantibus per parentes sponsalia essent contracta, nisi essent ratificata per filios, ut d. c. 1. eo. ti. lib. 6. nec requiritur eo casu quo per parētes pro filijs infantibus spōsalia fuerint contracta, ipsi sciuerint uel ignorauerint, vt no. gl. 3. in d. c. 1.

¶ Sed quæro iuxta prædicta, quid si ambo infantes, vel unus infans, & alius maior contrahunt sponsalia per uerba de præsenti, & post infantiam apparuit illos in eadem voluntate permanere, ita quod ratificata sunt sponsalia, & etiam post completam pupil-

pupillarem ętatem, adueniente pubertate, apparet eos in eadem voluntate durare, vtrum sit matrimonium, vel sint sola sponsalia. ¶ Sol. Videtur quod sint sola sponsalia, quia tex. in c. 1. eod. titu. lib. 6. loquitur de verbis prolatis ab impubere, vnde absurdum videtur extendere illud ad verba prolata per infantem, cum illa à principio fuerint nulla, vt d. c. 1. in princ. facit c. 1. 2. respōso. sup. de regula. & resident Io. An. in c. 1. §. 1. eo. ti. lib. 6.

12 ¶ In cōtrarium facit ratio ibi posita, quia † actus superueniens declarans consensum intelligitur declarare secundum naturam verborum præcedentium, vt si præcedant verba de præsenti, similiter intelligatur declaratio de præsenti, ut in c. inter dilectos. §. cæterum. supra de fide instrumen.

¶ Item, cum nunc possint contrahere de præsenti, si se adinuicem osculantur, vt maritus & vxor, nō videtur ratio cum talis actus non faciat matrimonium, sicut facit sponsalia de futuro, vt dicit glo. super verbo, facto, in dicto cap. primo, & supra dixi. Constat enim quod isti actus inducunt matrimonium, vt ex nunc, non vt ex tunc. ergo ex quo sunt habiles ad matrimonium, & ipsi osculentur se, ut vir & vxor, talis consensus ita debet validare sponsalia de præsenti, sicut validat sponsalia de futuro, licet nulla, & propter prædicta Dom. Anto. in d. c. 1. dicit cogitandum esse. Tu vide pro solutione prædictorum quæ dicam in c. puberes. infra eodem, in 12. quæst. princ.

¶ Et aduerte, quia si inter infantes esset contractum matrimonium, & adesset impedimentum, tale matrimonium non potest accusari, sed denuntiari, vt in c. ad dissoluendum. inf. eo. & vide quod ibi dicam, circa intellectum illius cap.

¶ Item no. q̄ ex talibus sponsalibus contractis inter infantes non oritur impedimentum publicæ honestatis. not. Host. in summa eo. ti. §. & quæ sponsalia. in prin. & uide quod latius dixi de impedimēto publicæ honestatis, in cap. cum apud. sup. ti. 1. in 9. princ. arti. vers. secundum impedimentum. maxime in 3. q. princ.

13 ¶ Septimò quæro, quid si sponsalia † essent contracta inter vnum infantem, & alium pupillum, seu puberem, vtrum valeant, & aliquem effectum producant. ¶ Sol. Idem arbitror per omnia dicēdum quod dixi in præced. quæst. quoniam ad cōtrahendum sponsalia etiā de futuro non solum requiritur legitima ætas respectu vnius tantum, sed etiā vtriusque, vt in c. literas. & ibi not. Zab. inf. eod. & in c. ad dissoluendum. inf. eod. & in c. sequenti. Non enim debet claudicare contractus spon. vel matrimonij. inf. de eo qui du. in ma. quan. pol. per adul. c. 1. pariter enim obligantur, & sic par debet esse hinc inde habilitas personarum, vt cap. non debet. infra de consang. & affin.

SVMMARIVM.

1 *Consensus vbi non est, ibi non est matrimonium, nec sponsalia.*
2 *Ætas legitima requiritur ad contrahendum matrimonium.*
3 *Leges non contradicentes canonibus possunt allegari in causa matrimonij.*
4 *Pacis causa permittitur, quod alias prohibetur.*
5 *Maior septennio, impubes tamen, non debet admitti ad contractus sponsalium de futuro, de honestate.*

CAP. II.

VBI NON EST. Impuberes ambo, vel alter, nisi pro bono pacis coniungi non debet. h. d. vel secundum Hostien. Ne ante legitimam ætatem aliqui coniungantur, districte præcipitur, vrgens tamen necessitas excipitur. hoc dicit.

¶ Primò ponitur dictum.

¶ Secundò excipit, ibi, nisi.

¶ Tertiò exemplificat, ibi, vtpote.

¶ Et in tex. ibi, & infra. subde, nec est matrimonium. 30. q. 2. c. ubi. secundum Goffr. quæ est pars huius, secundum Hostien.

¶ Primò no. ex principio, quod ubi non est con-
1 sensus, † non est matrimonium, immo nec sponsalia, supra ti. 1. cum locum. dixi in c. tua. sup. tit. 1. in 14. princ. art. in prin. & art. 15. & 16.

¶ Secundò no. ibi, districtius inhibemus, quod venire contra prohibitionem huius decretalis non est quid leue, cum districtius inhibeat. facit supra de electio. c. dudum. il secondo. in princ. ualet tamē matrimonium contra hanc prohibitionem contractum, quia ista prohibitio procedit de honestate, nō de necessitate, & uide quod statim dicam in gl. in verbo, coniungantur.

¶ Tertiò no. quod ad contrahendum matrimo-
2 nium requiritur † ætas legitima. idest legibus uel canonibus determinata, & hoc respectu utriusque contrahentium, quoniam talis contractus matrimonij claudicare non debet, ut dixi in c. præced. in fi.

¶ Quartò no. ibi, legibus & canonibus, & tenementi, quod respectu ætatis aptæ ad matrimonium non solum recurrimus ad canones, sed etiam ad leges. & sic patet, quod ad causam matrimonij pos-
3 sunt allegari leges † non contradicentes canonib. & vide quod dixi in cap. ex parte. supra tit. 1. articu. 24. in fi.

¶ Quintò no. quod propter necessitatem recedit à iure. inf. de regu. iur. cap. quod non est, & de treu. & pa. c. 1. de præben. c. nisi. cum concordantijs, & in c. si quis propter necessitatem. infra de furtis. uide quod ibi latissime dixi. Quis autē cognoscere possit de hac necessitate. dic quod iudex diœcesanus, qui potestatē habet, & habere debet scientiam hoc discernendi. in c. 1. infra de consang. & affinit. tales ergo sine diœcesani licentia etiam sponsalia contrahere non debent, ut hic, & inf. eodem. c. continebatur. & c. duo pueri. nec contracta dissoluere, vt inf. eo. c. accessit. & c. de illis. il secondo. propter multa animarum pericula seruandum est. supra titu. 1. c. cum in tua. & infra de cland. despon. c. fi. in quibus traditur hoc etiam in maioribus seruandum propter dictam rationem, ad quod uide quod late dixi in c. ex parte. sup. ti. 1. art. 24.

4 ¶ Sextò no. quod propter bonum pacis † permittitur, quod alias prohibetur, & de hoc in glo. fin. hic. facit c. 1. supra de ferijs. & 22. q. 4. c. qui sacramento, & c. ipsa pietas. & 80. d. c. præcipimus.

¶ Vlt. no. quod bonum pacis est quandoque inductiuum matrimonij contrahendi, nec peccant contra-

contrahentes matrimonium ob iſtam cauſam, facit quod not. gl. 27. q. 1. in fi. ſummæ, & vide quod dixi in c. ex litteris. il ſecondo, ſup. tit. 1. ar. 11.

¶ Et aduerte, quia iſta tolerantia occaſione prædicta, ſi ſunt maiores ſeptennio, eſt per approbationem, infra eo. cap. literas. & cap. acceſsit. ſi vero ſint minores, eſt tolerantia per diſsimulationem, facit quod no. glo. 3. d. c. fin.

¶ Glo. prima quærit, quæ nam ætas ſit neceſſaria ad matrimonium, & quo ad ſponſalia de futuro, & ſoluit.

¶ In ead. glo. ibi, in viro 14. dic de hoc ut dicam in c. ſequenti, q. 10.

¶ In fi. glo. dic de hoc, vt dixi in c. præced. q. 6.

¶ Glo. ſuper verbo, coniungantur, quærit de intellectu literæ, & ſoluit ponendo duos intellectus, & ſubdit rationem ſolutionis, deinde quærit quare impuberes prohibeantur contrahere ſponſalia, & ſoluit. poſset etiam principium glo. expediri per contrarium hoc modo, tex. noſter innuit, quod impuberes non debent coniungi, ſed in contrarium facit infra eod. cap. literas, & cap. ſequenti, vbi permittitur, quod coniungantur.

¶ Gl. noſtra ſoluit exponendo verbum, coniungantur, dupliciter. primo modo, quod tex. noſter, intelligatur de matrimonio, & tũc non obſtant cõtraria, quia loquuntur de ſponſalibus de futuro, niſi diceres, quod immo etiam poſſunt coniungi matrimonialiter, licet non ſint puberes ætate, ſi modo ſint puberes aſpectu viri potentes, vt dicam in cap. ſequenti, quæſt. 10.

¶ Secundò glo. exponit coniungantur, quãtum ad ſponſalia, & tunc ad contrarium reſpondetur, q; ideo prohibentur coniungi, quia ſolent mutare voluntatem, propter quod inter eos oritur diſcordia. Sed Inno. intelligit verbũ coniungãtur, tã ad ſponſalia, quam quo ad matrimonium, quia, cum ſint faciles ad variandum, meritò timentur, ne ad alia: tranſeant matrimonia, ſi tamẽ cõiungantur, tenet.

¶ Sed ſecundum Innoc. dic, coniungantur, ſcilicet carnaliter, & fit prohibitio propter dubitationẽ ne per talem coniunctionem ratificentur ſpõſalia, ſupra tit. 1. cap. iuuenis. vel matrimonium, infra eo. ca. continebatur. in quo dic eſſe periculum ne poſſit fieri probatio, & ſurgat dubium, de quo in dicto cap. iuuenis.

¶ Vel ſecundum Hoſti. prohibentur coniungi, quia ſi poſtea recederent à ſponſalibus, remaneret tota conſanguinitas, impedita, quod intellige ratione publicæ honeſtatis, ſupra tit. 1. c. ad audientiam, & cap. ſponſam. & hanc rationem etiam tangit glo. hic cum dicit, quod ſurgit diſcordia, quia diuertentes copulantur cõſanguineis, quod eſſe non poteſt, vt d. cap. ſponſam. Quare ſecundum Hoſtien. non eſt tutum quod coniungantur, ſed reipublicæ damnoſum tot vxores auferre ſponſo, & tot maritos auferre ſponſæ, quod fieret ſi laxaretur, & non reſtringeretur hæc licentia contrahendi, & eſſet contra fauorem publicum, de quo in l. 1. ff. ſolu. matrimo. & quælibet prædictarum ſolutionum defendi poteſt, ſecundum Dom. Anto. & Zab. hic. Et ad prædicta vide Hoſt. in ſumma, eod. tit. §. & quæ ſponſalia, in princ. & §. fina. ver. ſed pro Deo. & ſic aperte ſentit Hoſti. quod maiores ſeptennio, impuberes tamen, non debent admitti ad contractus ſponſalium de futuro,† quod tamen procedit de honeſtate, ſecundum Io. And. vt ſupra tetigi, vnde contracta ſponſalia tenent, ſecundum Hoſt. in ſum. eo. tit. §. & quæ ſponſalia. Sed D. M. hic dicit, quod non putat hoc verũ, propter verba poſita in tex. dum dicit, diſtrictius inhibemus, &c. Nec placet Domino meo communis intellectus glo. & Doctorum.

Primo, quia tex. dicit, non coniungantur, ſed per ſponſalia non fit coniunctio, ſed promiſsio coniunctionis. 33. quæſt. 1. ꝛ. noſtrates, ad quod vide quod dixi, ſupra tit. 1. in rub. art. 1.

¶ Item preſuppoſito, quod verbum, coniungantur, poſsit adaptari ad ſponſalia de futuro, ex hoc tamen non procedit communis intellectus, quia tex. prohibet antequam vterque perueniat ad ætatem canonibus, & legibus declaratam: ſed clarum eſt, q; poſt ſeptennium reſpectu ſponſaliũ de futuro peruenerunt ad ætatem legitimam, vt ſupra dixi, & eſt tex. in l. in ſponſalibus, la ſeconda. ff. de ſponſali. ergo licite contrahunt ſponſalia, & ideo intelligit D. M. tex. noſtrum ſtricte, quando ambo impuberes, vel ſaltem alter impubes contrahunt matrimonium, & volunt intendere copulæ carnali: talis enim coniunctio non eſt permittenda per eccleſiã, ne poſtmodum dubitetur de validitate matrimonij, prout accidit in terminis cap. continebatur. infra eo. & remittit ſe ad nota. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. & iſte intellectus iudicio meo videtur eſſe ſatis æquus & rationabilis.

SVMMARIVM.

1 *Argui poteſt ab ethymologia vocabuli. & quando. nume. 4.*
2 *Ethymologia quid ſit.*
3 *Argumentum ab ethymologia, an valeat.*
5 *Certus certiorari non debet.*
6 *Impotens ad generandũ, quomodo quis cognoſcatur.*
7 *Sponſalia de futuro, an contrahi poſſint inter duos impuberes.*
8 *Honeſtatis publicæ iuſtitia inducitur ex ſponſalibus de futuro.*
9 *Maior conſentiens ſponſalibus compellitur ad matrimonium contrahendum.*
10 *Impuberes contrahentes ſponſalia non poſſunt reſilire ante pubertatem, niſi ſint contracta metu, nec aliter ratificata ſint.*
11 *Impubes factus maior, an poſſit altero inuito diſcedere à ſponſalibus, & num. 12.*
13 *Sponſalia an contrahi poſſint inter impuberem & puberem, & de ipſorum effectu.*
14 *Impuberes ambo, vel vnus impubes & alius pubes, an matrimonium contrahere poſſint, & ſi contraxerunt, quem effectum habeat talis contractus.*
15 *Ætas legitima exigitur ad validitatem matrimonij, niſi malitia ſuppleat ætatem.*
16 *Matrimonium per copulã conſumari, quando dicatur.*
17 *Mulier ſi eſt proxima pubertati & viri potens, ſufficit eius conſenſus, etiam ſine copula, ad hoc vt teneat matrimonium.*
18 *Copula interueniens etiam cũ nõ proxima pubertati, maiore tamen ſeptennio, conſumat matrimonium.*
19 *Apertio clauſtrorum pudoris, an probet copulam.*

Matri-

20 *Matrimonium quo caſu contrahi poſſit ante pubertatem.*
21 *Matrimonium non dicitur conſiſtere, quando puella minor ſeptennio eſt cognita, cum declaratione. & nume. 22.*
23 *Matrimonium contractum cum puella maiore ſeptennio viri potente tenet.*
24 *Puer nouem annorum imprægnauit nutricem ſuam ex S. Gregorio.*
25 *Puer decem annorum generauit, ex S. Hieron.*
26 *Impuberum viripotentia licet non ſit clara, nec appareat, ſi tamen datur nixus copulæ cum proximitate ætatis, & iteratur conſenſus in ipſa ætatis proximitate, inducitur matrimonium.*
27 *Copulæ nixus ſolus, ſine proximitate ætatis, & abſque nouo conſenſu, non inducit matrimonium.*
28 *Matrimonium contrahitur vbi malitia ſupplet ætatem cum proximitate ætatis ad pubertatem, ſi nixus copulæ non interuenit, licet detur impedimentum ætatis.*
29 *Copula, nec nixus ſi non interuenit, licet adſit diſcretio, & proximitas ætatis, ſi non probetur aliter viripotentia, matrimonium contractum inter impuberes non tenet.*
30 *Impubes nunquam intelligitur naturaliter potens, niſi per euidentiam probetur, licet ſit proximus pubertati.*
31 *Dictio, interdum, denotat veritatem, & regulam in contrarium.*
32 *Matrimonium contractum inter impuberes proximos pubertati, tenet.*
33 *Dies cæptus, an habeatur pro cõpleto in matrimonijs.*
34 *Matrimonium contractum inter impuberes, vel minores, an teneat ſaltem, vt ſponſalia de futuro.*
35 *Obligatio ſæpè naſcitur extra id, quod agitur.*
36 *Sponſalia de futuro, vel matrimonium contractum inter duos impuberes, vel vnum impuberem, & alium puberem, an per aduentum pubertatis, vel aliter validentur, vt matrimonium.*
37 *Matrimonium inducitur ſi contrahentes in minori ætate in eadem voluntate perdurent vſque ad pubertatem, ſiue conſenſus ſit expreſsus, ſiue tacitus.*
38 *Conſtitutio exorbitans trahi nõ debet ad aliũ caſum.*
39 *Matrimonium non præſumitur per cohabitationem, aut etiam copulam, ſi nulla præceſſerunt ſponſalia.*
40 *Sponſalia de præſenti contracta inter impuberes, vel inter impuberem, & puberem, quæ non valent, vt ſponſalia de præſenti, ſed vt ſponſalia de futuro, per ſolum aduent. pubertatis vtriuſque non tranſeunt in matrimonium.*
41 *Cap. 1. de matr. cont. con. interd. eccl. declaratur.*
42 *Actus ſuperueniens declarãs conſenſum, intelligitur declarare ſecundum naturam verborum præcedentium.*
43 *Declarans nõ dicitur materialiter diſponere, ſed quid in præteritum ſit, actum oſtendit.*
44 *Puella decem annorum ſi contrahat ſponſalia de præſenti, & per annũ & vltra perſeuerauit deferendo annulos, an ſi diſſentiat ante duodecimum annum completum, cenſeantur ſponſalia de futuro.*
45 *Sponſalia de præſenti, vt iuris interpretatione cenſeantur de futuro, quæ requirantur.*
46 *Dicenti aliquem idoneum ratione ætatis, incumbit probatio.*
47 *Sponſalia contracta per parentes pro filijs impuberibus, an & quando teneant.*
48 *Sponſalia cõtracta per parentes pro filijs abſentibus, qui certificati tacent, an intelligantur ratificata.*
49 *Taciturnitas, an & quando habeatur pro conſenſu.*
50 *Ratificare actum, & non contradicere, ſunt diuerſa.*
51 *Impubes, pro quo pater contraxit ſponſalia, non poteſt ante aduentum pubertatis contradicere.*
52 *Pubertas probatur per aſpectum corporis, per numerum annorum, per rei euidentiã, & nu. 54. & 56.*
53 *Filia maior 25. annis, quam pater maritare diſtulit, ſi vitam turpem elegerit, vel ſine patris conſenſu nupſerit, non eſt digna exhæredatione.*
55 *Iura ad ea quæ raro accidunt, quo ad caſus ſuos, quandoque adaptantur.*
57 *Violans minorem puniri debet de ſtupro.*
58 *Pubertati proximus, quis dicatur.*

CAP. III.

PVberes. Puberes ſunt quo ad matrimonium qui ex habitu corporis generare & concipere poſſunt. hoc dicit. Et primo ponit dictum, ex quadam opinione approbatum. Secundo refert aliam opinionem ibi, quidam. Tertio ponit aliud dictum ibi, certum. Quarto aliud, ibi, & puerperæ. Et in tex. ibi, à pube. i. pudentia, dic, i. à pudore, quia verecũdatur aliquis. Ibi, oſtendi. dixi ſupra in rubr. quæſt. 2. & ibi, hæc loca, dic ſcilicet quæ debet eſſe pudica, ſecundum Tancred. vel ſecundum Hoſt. inferiora ſeu ſecreta non nominanda. nam vt dicit Cicero primo officiorum, ſicut natura illa poſuit in loco abſcondito, & lanugine texit, oſtendit nobis ſecreta fore, & non nominanda. & ibi, lanuginem. dic, i. piloſitatem, ſed hęc non eſt vera probatio, cum non omnes piloſi ſint potẽtes ad matrimoniũ, nec omnes non piloſi ſunt impotentes, ſecũdum Hoſt. vt dicam infra quæſt. 13. Et ibi, quidam. dic ſcilicet, vt Iuſtinianus, & dicit hic Hoſt. in ſumma. eo. tit. §. & qualiter probetur, verſ. 3. tex. noſtrum ſic cõſtruendum, videlicet probationem prędictam per inſpectionem lanuginis tenebant antiqui: ſed quia ille modus probandi pudoroſus, & falſus erat, & ideo non approbandus. quidam, ſcilicet Iuſtinianus, & iuris periti, ac etiam Romani Pontifices ex annis pubertatem extimant ideſt potentia coeundi, naturæ cõuenientem, communem, & rationabilem, mediam viam conſiderantes, & ſolitum eius curſum certo numero annorum determinandam, ſic nos exiſtimamus, ut ſequitur, expoſitiue, ideſt eũ ſcilicet maſculum puberẽ eſſe qui decimumquartum annum impleuit, & illã viripotentem, quę decimumquartum annum compleuit. & ibi, impleuit, dic & attigit decimumquintum annum, de quo infra latius. ibi, pubeſcat, dic. i. ſigna pubertatis oſtendat, ſecundum Tancred. ut quia concipiat, vel lanuginem ducat, ſed quia poſſet quis dicere, ergo ante decimumquartum annũ nullus maſculus pubes erit. Continuatur. §. hic poſitis, dum dicit, certum eſt autem, quem Hoſt. dicit ita continuandum, quia aliqui crederent, quod ſi ętas non ſit impleta, non ſit quis aptus ad matrimonium, ideo tex. ſubiungit hunc verſiculum, Certũ eſt autem, in quo intendit, quod licet dicta proba-

tio

tio ex annorũ numero sit sufficiens quo ad consentiendum, vt non sit ulterius expectare necesse, non tamen quo ad carnale debitum reddendum, vel quo ad hoc quin ętas possit pręueniri, & quo minus valeat contractus matrimonij inter minores, si sunt viri potẽtes. Et ibi, qui ex habitu corporis, dicideſt virilitate. & ibi, pubertatem, dic, hoc est pubertatẽ naturalem, ideſt viripotentiam, quamuis sit minor. & ibi, ostẽdit. dic, etiam si esset nouennis, & de hoc infra. ibi, & generare, dic ideo generare, quia uirilis est in opere, ꝙ patet dum dicit, & generare potest.

¶ Primò no. ex princ. quod potest argui ab ethy
1 mologia vocabuli, † nam text. hic dicit, quod puberes dicuntur à pube. i. pudentia. vtrum autem valeat argumentum ab ethymologia, quia nõ memini alibi dixisse, & hic bene cõuenit, meritò aliquid dicam de ethymologia.

¶ Primò, quid sit ethymologia, & qualiter sumatur, seu concipiatur.

¶ Secundò, vtrum valeat argumentum ab ethymologia.

2 ¶ Circa primum dic, quod ethymologia est expositio † vnius uocabuli per aliud uocabulum, seu per alia plura magis nota, quæ fit per diuersos modos, uel secundum proprietatem, vel per sillabas, vel per litteras, vel per litterarum similitudinem. quandoque enim fit respectu dictionis in totum, vt scholaris à schola, no. glo. in proœmio sexti. Archid. 16. quæstio. 1. cap. 1. Ioan. And. in proœmio Clementinarum. in glo. 1. vnde flumen à fluendo, & tugurium à tegendo dicitur. ff. de verborum signif. in l. tugurij. quandoque dicitur respectu partis, seu partium. vnde Papa pater patrum dicitur. gl. in verbo Papa, in proœmio Clementinarum, & ibi Paulus de Leazaris. Et lapis dicitur quasi lędens pedem, & piger pedibus ęger, testamentum quasi testatio mentis. Inst. de testam. in princ. possessio pedum positio, vt l. 1. ff. de acquir. poss. dixi in c. 1. sup. de causa pos. & propr. artic. 1. Quandoque verò sumitur ethymologia respectu litterarum tantum, vt Deus, hoc est dans ęternam uitam, uel Bononia, i. bonorum omnium notitia, ut not. Io. An. in proœ. Clem. in additionibus Spec. Vel dicitur ethymologia, resolutio quædam vocis in proprium nomen, & significatum, & ipsius rei quæ demonstratur effectum, ut probatur in d. iuribus. & d. l. tugurij. & l. vt Alphenus. ff. de verb. signif. tradit Bal. in tit. de controuersiam inuestiture. §. si quis de manso. in fi. vel dicitur ethymologia origo uocabulorum, cum uis uerbi, uel nominis per interpretationẽ colligitur, secundum Archid. 16. qi 1. c. 1. & dicitur ab ethymo, Græco uocabulo, ꝙ Latinè uerum significat, & logos sermo, uel ratio, quia veriloquium: nam ethymologando uocabuli ueram ipsius originem loquitur, secũdum Angelum & Ioan. de Imo. in l. 1. in princip. ff. de acquir. possess. vbi etiam dicunt, quod ethymologia, & allusio vocabuli idem sunt.

¶ Quo ad secundum, vtrum valeat argumẽtum
3 ab ethymologia, † tex. noster facit, quod sic: facit etiam quod not. Bald. in cap. 1. §. nulla. per quos fiat inuestitura. vbi bonus tex. quod feudum à fidelitate dicitur. ad idem tex. Inst. de tute. in princ. & ff. de verbo. signif. l. bonorum. & l. malum. & C. de defenso. ciuitatum. l. defensores. Inst. de dona. §. est & aliud. C. de ferijs. l. à nullo. C. de officio prefecti urbis. l. 1. ibi dum tex. dicit. sciat ex ipso nomine quid præfecto debetur annonæ, & d. l. vt Alphenus. ff. de verborum significat.

¶ Incontrarium facit, quia non sequitur, est testatio mentis, ergo est testamentum, nam codicillus est testatio mentis, & tamen non est propriè testamentum, vt l. si idem. C. de codicillis.

¶ Item non sequitur, est pedum positio. ergo est possessio, vt traditur in l. 1. ff. de acquir. possessione. Quare quidam dicunt, quod valet argumentum negatiuè, videlicet, non est testatio mentis, ergo nõ est testamentum. sed ista opinio, licet in multis sit vera, tamen non est uera simpliciter, vnde non sequitur, non est pedum positio, ergo non est possessio, ut latè dixi in c. cum super. supra de causa poss. & propriet. artic. 34. Quare conclude, quod ab ethi
4 mologia seu allusione vocabuli licitum est † arguere, quando non repugnat diffinitio, ita dicit Bar. in l. 1. ff. de testa. & l. 2. §. appellata. ff. si certum peta. & l. tugurij. ff. de verborum signif. & Io. de Imo. in d. l. 1. ff. de acquir. possess. & Do. Ant. supra in proœmio post principium, sentit Dom. me. in c. 1. in fi. sup. de iudic. & traditur in rubrica Infortiati, maxime per Ioan. de Imo.

¶ Item ualet argumentum ad fugiendam pœnam, ut not. Bald. in c. 1. §. si quis de manso. de controuersia inuestiturę. dixi in c. 2. sup. de rest. spol. in materia molendinorum. q. 1.

¶ Secundò no. tria signa, quibus cognoscitur pubertas, & de his latius inf. q. 14.

¶ Vltimo no. ibi, certum autem, iunctis his, quæ
5 dicunt Docto. quod † certus certiorari non debet ad idem. c. cum inter vniuersas. sup. de elect. & in l. 1. in fi. ff. de act. emp. & in regula, eum qui certus. de reg. iur. lib. 6.

¶ Glo. secunda quærit, & ponit unam opinionem quam reprobat.

¶ In ea. gl. ibi, dicunt quidam, dic hæc opin. plus placet Inno. in cap. fi. inf. eo. & tenet Host. nisi esset præcisè naturaliter frigidus vel maleficiatus, & sic intelligitur c. quod sedem. inf. de frigidis. Sed Inn. hic dicit, quod de habente 14. annos, & non ualente coire fuit dubitatum, vtrum matrimonium contrahere possit, sed de potente coire, licet sit minor 14. annis, tenet quod potest contrahere, vt hic, & statim dicam, sed quo ad primum de pubere, dic ꝙ idem tenet Hostien. dicens, quod tenet matrimonium, licet nunquam cognoscat mulierem, nisi sit frigidus vel maleficiatus, & sic intelligit c. quod sedem. infra de frigidis. Sed glo. nostra tenet contrarium, quam opinionem tenuit Ala. in prima compilatione. c. 3. quod hodie non habemus. Sed contraria opinio placet hic Ioan. An. quia ex opinione glo. sequeretur quod qui ex infirmitate non potest generare, non possit contrahere.

¶ Item, quia in eo, de quo dubitatur, an sit naturaliter frigidus, expectamus cohabitationem triennij, quæ non esset expectanda, si uera esset opinio gl. contra id, ꝙ habetur in c. laudabilem. inf. de frig.

¶ Item, quia ratione pubertatis iudicatur pro matrimonio. inf. qui matrim. accu. pos. c. super.

¶ Nec obstat argumentum glo. in quantum dicit, quod pubertas potest præueniri, & sic videtur non

non fore annos considerandos: quia, ut dicit Ioan. An. in præuẽtione pubertatis necessarium fuit prouidere ad prohibendam fornicationem, & ideo licitum est contrahere, & sic uidemus seruari, secundum Io. An. & idem tenet Gaspar Calderini, dicẽs,
6 quod non uidet † quomodo possit apparere quod nõ sit potens ad generandum, nisi quia sit frigidus vel maleficiatus. sed tu potes dicere, quod immo potest apparere ex eo, quia uir esset sectus, vel aliter careret membro genitali, vt no. in d. c. quod sedem. in glo. fin. & hoc modo potest saluari glo. nostra, in eo qui est perpetuo impeditus, quo casu non procedunt rationes Io. An. quæ uendicant sibi locum in eo qui non est perpetuo impeditus.

¶ Sed tu aduerte, quia de eo qui ante pubertatem dicitur esse potens, dicam in q. sequenti. & inf. in 10. quæst. De eo uero qui in pubertate diceretur impotens propter frigiditatem, uel maleficium, aut aliud simile impedimentum, dicam latè in tit. de frigi. sub arti. 8. princip. vbi tractabo de 13. impedimento, de quo tetigi in c. cum apud. sup. tit. 1. in 9. princ. artic.

¶ Glo. fi. in princ. colligit, limitat, sentit contrariũ, & soluit. Ibi, nisi malitia suppleat ætatem, dic ut statim dicam. quæst. 10. Expeditis textualibus & gl. descendo ad quæstiones, de quibus supra in rubr. dixi me hic dicturum.

¶ Octauò igitur quæro, utrum sponsalia de fu-
7 turo † possint contrahi inter duos impuberes. & videtur dicendum quod non, nisi subsit causa ineundæ pacis, uel similis, aut aliqua necessitas, vt in c. præcedenti, secundum unum intellectum, secundum quem ille tex. intelligitur, quod loquatur de sponsalibus de futuro, ad quod uide quod ibi dixi super glo. in uerbo, coniungantur. sed tamen communis conclusio est, quod possit contrahere sponsalia de futuro, ut in duobus c. sequentibus, & in c. vnico. eod. titu. lib. 6. & est tex. in l. in sponsalib. il 2. ff. de spon. & in c. super eo. de consang. & affin. & debet esse ætas septem annorum completa, ut in c. sequenti. ibi, septimum annum compleuisset. & ad c. præcedens allegatum pro alia opinione, respondeo, vt ibi dixi.

¶ Prædicta tamen procedunt, nisi probaretur, quod ambo uel alter eorum nõ esset capax sensus, secundum Vguc. quem sequitur Archid. 30. quæst. 2. in glo. summæ. allegat not. in c. 1. inf. de delictis puerorum, & quod not. de consecr. dist. 4. cap. paruuli, & hoc per prius tenuit Accursius in l. in sponsalibus. la seconda. ff. de sponsalibus. & ratio in proputi est, quia ad ualiditatem sponsaliũ etiam de futuro, exigitur consensus, ut latè dixi in c. tua. sup. titu. 1. arti. 14. in princ. & articu. 15. Si ergo tales nõ sunt capaces sensus, non possunt contrahere talia sponsalia etiam de futuro, sicut nec infantes possunt, ut d. cap. 1. sup. eod. facit quod not. glo. 30. q. 2. in summa. disparitas tamen ætatis non uitiat sponsalia, ut statim dicam in seq. quæst.

¶ Ex ipsis autem sponsalibus de futuro, induci-
8 tur publicæ honestatis iustitia, † ad quod uide ꝙ dixi in c. cum apud. sup. ti. 1. arti. 9. vers. decimum impedimentum. q. 3. & in cap. 1. eod. titu. lib. 6. notant Dom. Ant. & Zab. in c. literas. inf. eod. Dom. Ant. & Henric. Boic, in c. accessit. inf. eod. & uide quod ibi dicam. & probatur in c. continebatur. inf. eod. & ibi Do. Ant. quod procedit etiam si sint contracta ante septimum annum, dummodo post septem annos sint ratificata, ad quod uide quod traditur in d. c. accessit. maxime, per Henric. & in cap. duo pueri. infra eod.

¶ Sequitur etiã alius effectus, quia per talia sponsalia peruenitur ad matrimonium, ad quod uide ꝙ dixi supra, titu. 1. articu. 28. & propter huiusmodi sponsalia compelluntur sponsi peruenire ad matrimonium, si modo in sponsalibus iuramentum interuenit, vnde facti puberes cõpelli possunt ad matrimonium si adueniente pubertate sponsalibus cõsenserunt. not. glo. in cap. de illis. il primo. inf. eod. Secus si iuramentum non interuenit, quia tunc nec sponsus inuitus, nec sponsa inuita, compellitur contrahere matrimonium, vt ibi no. glo.

¶ Sed aduerte, quia glo. ibi loquitur indistinctè, non restringendo se ad minores, quia de minorib. non esset dubium, per tex. in d. cap. de illis, & tenet Hostien. in summa, in titu. de matrimonijs. §. 1. post principium. Sed ipse Host. in d. c. de illis. tenet contrarium, dicens quod siue iuramentum interuene-
9 rit, siue non, ex quo maior existens † cõsentit sponsalibus, semper compellitur ad contrahendum matrimonium. 22. quæst. 5. c. iuramenti, & in cap. 1. supra de pactis. & hanc opinionem tenet Dom. me. in c. ex litteris, il secondo. sup. ti. 1. & in c. de illis. in vers. c. mulier. inf. eodem. nam ibi non interuenit iuramentum, sed Papa firmat se super nudo consensu, & dicit, quod ex quo maior semel consensit spõsalibus, non potest contrauenire, licet contraxerit cum minore. Fortius tamen esset, si ambo maiores contraxissent, nisi communi consensu se soluerent, vt in cap. præterea, supra tit. 1. Sed minores communi consensu non possunt discedere, vt in cap. à nobis. infra eo. & statim latius dicam. vide quod dixi in cap. penult. sup. tit. 1. artic. 31. vers. 2. & quod dixi in cap. tuæ, supra tit. 1. ar. 13. nam si maiores septennio impuberes cõtrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resilire potest, & ille qui primo fit pubes,
10 tenetur alterum expectare, nisi sponsalia sint contracta metu, † nec aliter sint ratificata, quia tunc factus maior potest illa reuocare, nec tenetur expectare minorem, vt in cap. ex literis. infra eo. & ibi Do. Ant. & Dominus meus, alias teneretur expectare, vt dixi, & probat d. cap. ex literis. à contrario sensu, licet Hostien. aliter ibi dicat, vt ibi dicam: sed si tempore contractus alter erat pubes, ipse non potest resilire, sed compellitur cõtrahere, sed impubes perueniens ad pubertatem potest resilire, vt in cap. de illis. il primo. infra eo. etiam si antequam ad pubertatem peruenisset, vel malitia aut doli capacitas supleuisset ætatem, & nisus fuisset mulierem corrumpere, vt in cap. attestationes. infra eo. & ibi not. Dominus meus, quod est singulare, & ampliat d. c. de illis. il primo. dicam ibi. tenet Do. Ant. in cap. ex litteris. infra eo. vbi dicit, quod in sponsalibus de futuro conatus sine effectu nõ inducit matrimoniũ, per cap. fina. infra eo. & per cap. à nobis. infra eo. & de intellectu d. cap. de illis, & cap. attestationes, & aliorum iurium, statim allegatorum, dic vt ibi latius videbimus.

¶ Sed quæro, quid si illi qui contraxerunt erant impu-

impuberes, & vnus cui displicet prius peruenit ad ætatem legitimam, dixi quod debet expectare aliũ donec ad legitimam ętatem perueniat. quid si alter
11 perueniens ad pubertatem vult † perseuerare in sponsalibus, utrum ille qui primo peruenit teneatur. ¶ Sol. Dic, quod non, dummodo per prius factus pubes non consensisset, vt in cap. 1. eod. titu. lib. 6. & in cap. à nobis. infra eo. faciunt quæ supra dixi. sed ante pubertatem resilire non possunt, cum maturitas consilij siue discretionis deficiat, vt c. de illis. il 1. primo responso, infra eo. tenet Hosti. in summa, eo. tit. §. fina. ver. si vir impubes cum impubere contrahit, & vers. sed pro Deo.

¶ Sed si alter eorum cum primum ad pubertatem deuenerit non reclamauerit, & sic consensit, de cętero non auditur, secundum Hostien. in dicto vers. qui dicit sic intelligendum cap. ex litteris. sup. tit. 1. vbi subdit, quod si reclamauerit, deinde alius factus pubes noluerit consentire, iudicio ecclesiæ seperabitur, vt dicto ca. de illis. §. 1. siue fuerint sponsalia de futuro, siue de præsenti, per cap. à nobis. infra eo. quia sponsalia de presenti inter tales impube res valent vt sponsalia de futuro, nisi in casibus de quibus statim dicam in 10. quæst.

12 ¶ Aduerte tamen, † quia quod dixi quod minor tenetur expectare impuberem, habet locũ nisi forte inuitus contraxerit, quia tunc non tenetur illum expectare, vt est tex. in cap. ex litteris. infra eo. & vide quod ibi dicam super glo. fi.

¶ Et est notandum, quod prædicta procedunt, quando per ipsosmet sponsos sponsalia fuerunt cõtracta, sed si per parentes, aut alios contracta fuerunt, dic vt dixi in cap. sicut ex litteris, supra titu. 1. articu. 12.

¶ Et aduerte, quia si tractaretur de recessu à spõsalibus, talis recessus non potest fieri nisi authoritate iudicis ecclesiastici, ad quod vide quod latè dixi, supra tit. 1. c. ex parte. art. 24.

¶ Item aduerte, quia in casibus in quibus dixi q tales impuberes non possunt à sponsalibus resilire, sequitur, quod non debent nec possunt cum alio matrimonium contrahere; si tamen contraherent, teneret matrimonium, & solueretur sponsalia, quod procedit etiam si fuissent contracta à maioribus. dixi in cap. penult. supra tit. 1. art. 31. prope fin. vers. quartò nota.

¶ Nonò principaliter quæro, vtrum sponsalia
13 possint † contrahi inter impuberem, & puberem, & de ipsorum effectu.

¶ Sol. Ego idem dicendum arbitror, quod dixi supra de duobus impuberibus tam respectu potentiæ contrahendi, quoniam disparitas ætatis non impedit sponsalia, vt in cap. litteras. infra eo. & quasi per totum istum titulum, & in cap. vnico, eo. tit. lib. 6. quam etiam quo ad effectũ: neque enim possunt resilire à spõsalibus donec impubes ad pubertatem peruenerit, sed quamprimum peruenit, nec alium præstitit consensum, nec etiam alia interces sit copula, possunt libere discedere à sponsalibus; etiam si nixus ad copulam interuenisset, & ideo tali nolenti contrahere postquam ad pubertatem peruenit, debet dari licentia cum altero seu alia contrahendi, per ea quæ statim dixi.

¶ Sed dicit Hosti. in summa, eo. tit. §. fi. vers. quid si pubes, quod si impubes qui contraxit cum impubere non contradicit aduenięte legitima ætate, quidam dicunt quod firmatur matrimonium, ita quod non possunt de cætero ad secunda vota transire, & ita intelligunt cap. de illis. il primo. §. fi. infra eod. sed dicit ipse Host. quod illud q ibi dicitur, dũ tex. dicit, non poterit dissentire, debet exponi, i. dissentiendo & contradicendo verbis tantum, vide quod latius ibi dicam, & in cap. sequenti.

¶ Decimò quæro, vtrum impuberes ambo vel
14 vnus impubes, & alius pubes † possint matrimonium contrahere, & si cõtraxerunt, quem effectum habeat talis contractus.

¶ Sol. Ego hanc quæstio. tetigi in cap. tua, supra tit. 1. art. 16. Sed nunc dato maturiori tempore maturius deliberaui examinare.

¶ Et aduerte, quia ista quæst. & ipsius materia est ita intricata propter varias & contrarias, & confusas Doctorum opiniones, sicut alia quæ forte sit in toto isto libro, vt ex infra dicendis apparebit. & redeundo ad solutionem quæst. dico, quod tales matrimonium contrahere non possunt, vt in cap. à nobis, & in cap. continebatur. infra eod. & in c. vnico, eo. tit. lib. 6. no. Zab. in c. de illis. il primo. & in cap. à nobis. vbi etiam glo. infra eod. ad validitatem enim
15 matrimonij exigitur legitima † ætas, nisi malitia suppleat ætatẽ, quę legitima ętas in masculo est 14. annorũ, in fœmina 12. vt dixi supra in rub. quæst. 2. & dicam infra quæst. 14. & traditur hic, & c. continebatur, & c. fi. infra eo. & ibi glo. 3. & l. minorem. ff. de ritu nupt. Instit. de nuptijs in princ. D. M. in c. attestationes. infra eo. & D. Anton. D. M. & Zab. in cap. præcedenti. & in ca. à nobis. infra eo. tales ergo impuberes, vel pubes, & impubes, non possunt contrahere matrimonium, & hoc verũ, nisi malitia seu viripotentia suppleat ætatem, ut in cap. de illis. il secondo. infra eo. no. glo. 30. q. 2. in summa, facit l. fin. ff. quando dies leg. cedat. & no. glo. & Zabar. supra tit. 1. cap. ad id.

¶ Et aduerte, quia aliquando dicimus, nisi malitia suppleat ętatem, quandoque nisi prudentia suppleat ætatem, vt in cap. fina. infra eo. vbi glo. exponit. i. carnalis concupiscentia, & viripotentia, & sic omnia reducuntur ad viripotentia, & coeundi potestatem, & sequitur Ioan. And. in c. 1. eo. tit. lib. 6. glo. tamen dicit in d. c. de illis, quod malitia dicitur supplere ætatem per prudentiam, quæ adest in pubere, quod intelligit Tancre. id est per sapientiam, discretionem, & doli capacitatem: Petrus vero dicit, quod accipitur malitia pro uigore, vel potentia coeundi, quod est verius, secundum Zabar. ibi, pro qua opinione allegat illum tex. dum dicit, si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula coniungi, nam stant ista simul, quod quis sit impubes, & tamen possit coire, vt infra subiicia, vnde non debet considerari prudentia seu discretio quo ad terminos nostros, in quibus non verbis, sed facto est opus, licet quo ad alia quæ solo consensu perfici possunt, quandoque sufficiat, vnde & bonitas suppleat ętatem quo ad ea, de quibus 77. distinc. cap. monachus, & quod not. in l. unicuique. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. & dicit Innocen. quod sicut ætas in matrimonio prœueniri potest, ita & in ingressu religionis. alij tamen tenent contrarium,

contrarium, sed non est materia nostra, dic ut traditur in cap. 1. de regularib. lib. 6.

¶ Et aduerte, quia glo. in cap. continebatur. infra eodem vult non esse matrimonium etiam cum ea, quæ est proxima pubertati, nisi malitia suppleat ętatem, idem etiam dicit Innocen. dicens, quod si ante vndecimum, vel duodecimum annum mulier coniungatur, valebit matrimonium, si aliqua præsumptio pubertatis apparuerit, & pro matrimonio iudicandum erit, infra eod. cap. à nobis. Sed Goffr. in dicto cap. continebatur. super uerbo, cognita. dicit idem, si non sit cognita, sed possit cognosci, per cap. de illis. il secondo, infra eod. Deinde Innocen. repetit idem, licet per alia uerba: dicit enim, quod sola desponsatio sine copula, si facta est verbis aptis ad matrimonium, sufficit, si sit proxima pubertati, & ex aspectu corporis potest aliquo modo deprehendi eam esse potentem ad generandum. vel dicendum secundum Innocen. quod quando in solis uerbis matrimoniũ, uel sponsalia steterunt, nunquam sufficit, quod sit proxima pubertati ad hoc, ut matrimoniũ præsumatur, nisi duodecim annos habeat completos, ut hic, uel nisi duodecim annos ex aspectu corporis habere uideatur, quia appareat eam pubescere, & subdit se non uidere, quare tex. noster de duodecim annis dixisset, si sufficerẽt 10. vel 11. & sic hoc videtur incidere in idem cum precedenti dicto: uel forte, quod dicit de inspectione corporis, non intelligit de inspectione loci pudendi. vnde Innocen. hic, & in cap. continebatur, fuit uarius, & ibi dicit, quod illa decretalis loquitur, quando mulier dicitur cognita, quia tunc sufficit, quod sit 11. annorum, uel circa 12.

¶ Sed ad hoc vltimum, & ad litteram d. continebatur, opponitur, quia si apparet cognita, eo ipso est pubes, & sic frustra ponderatur, an sit proxima pubertati, ut infra de eo, qui cognouit consangui. ux. fuæ. cap. fina.

¶ Sol. Guglielmus Naso in dicto cap. continebatur. dicit tunc tantum matrimonium per co-
16 pulam consummari, † quando puella est proxima pubertati, scilicet vndecim, vel duodecim annorũ, prope finem per 15. dies. Alij vero, ut Io. de Deo, dicunt, quod per copulam confirmatur matrimonium, dummodo sit maior septennio, ut infra eod. cap. à nobis, & cap. de illis. & dicit Ioan. And. probari per dictum c. fina. de eo, qui cogn. consang. vx. suæ, ubi patet, quod in decimo anno fuit matrimonium consummatum. Item si masculus qui tardius pubescit, idem in eo dicendum esset si citius pubesceret, & esset potens ad generandum. Innocen. verò dicit, quod eo ipso, quod mulier apparet cognita, infertur, quod sit pubes, licet possit esse, quod lanuginem in femore non producat, per quam signum pubertatis cognoscitur, quia satis est, quod sint aperta claustra pudoris, & sic apparet cognita. & de hoc latius infra dicam.

¶ Sed ad hoc oppono, quia si in decimo, uel vndecimo anno aperta sunt claustra pudoris, præsumendum est eam puberem esse. supra titu. 1. cap. iuuenis.

¶ Sol. Dicit Innocen. quod ibi non dicitur, quod præsumatur copula interuenisse, sed consensus, vel aliqua cognitio sponsalium, quod etiam voluit Zab. in dicto cap. continebatur. nam secundum Innocen. licet ante duodecimũ annum aperta sint claustra pudoris, non præsumitur matrimonium, nec etiam de facili præsumendum est copulam interuenisse, nisi apertionem claustrorum alia inditia non adminiculentur, ut magnitudo personæ, uel alia similia, quæ mulieres melius nouerunt, & quæ expedit dicere, vel litteris annotare.

¶ Vel dic secundum Innocen. quod cap. continebatur, habet locum ubi in minoribus annis contraxerunt, sed postea peruenientes ad ætatem petunt separari: nam tunc, si vir dicit se cognouisse mulierem, dum erat in vndecimo anno, vel vicina duodecimo, non separabitur matrimonium, quia potest dubitari, an tunc fuerit potens, cum permisit super se virum ascendere, & ideo in tutiorem partem est interpretatio fienda, vt dicto cap. iuuenis. sed de hoc oportet constare, quód nixus sit eam cognoscere: non enim sola ætas undecim annorum sufficit. & dicit Innocen. quod hæc opinio in hoc contradicit proximæ, quia secundum illam, licet in vndecimo anno nixi sint commiscери, si tamen adhuc constare potest mulierem non esse puberem, quia lanuginem non habet, non iudicabitur matrimonium nisi peruenerit ad annos duodecim, & vide Dominum Anton. qui refert plures ex dictis opinionibus in dicto cap. continebatur. & sic uides quam uariè, & confusè Doctor. loquantur, pro quorum declaratione Zab. hic ponit tres conclusiones.

¶ Prima conclusio, si mulier est proxima puber-
17 tati, & viripotens, sufficit eius consensus, † etiam sine copula, adhoc vt teneat matrimonium, & ita fuisse iudicatum in dicto cap. continebatur. si apparuisset eam uiripotem. in cap. de illis. il secondo. infra eod. & in cap. vnico, eod. tit. lib. 6. & ex his quæ dixi in opinione Goffre.

¶ Et intelligit Zabar. quod ad probandum viripotentiam mulier inspiciatur, ut infra in tertia conclusione.

¶ Hæc tamen non practicantur per aliquos, immo eo ipso, quod ante pubertatem contradicit, & post pubertatem cum alio cõtrahit matrimonium, statur matrimonio, secundum Zabar. in dicto cap. de illis. il secondo. in secunda quæstio. Tancredus tamen ibi dicit, quod iudicabitur pro matrimonio, si copula interuenit, alias non.

¶ Sed Goffred. contra, dicens idem si non interuenit: sufficit enim quod interuenire potuit, ex quo erat ita proxima pubertati. sed opinio. Tancred. tenet ibi Hostien. & ad tex. illum, dum dicit, copula carnali coniungi, subaudi, & ita factum esse probatur. alias enim præsumi, & constare non potest: licet enim possit ætas præueniri, tamen etiã potest retardari, vt hic in glos. 2. & fi.

¶ Sed opinionem Goffre. tenent Innocen. Ab. & Ioan. Calderi. pro qua facit cap. quod sedem. infra de frigi. & malef. à contrario sensu, & cap. fina. infra eodem, & cap. unicum, eodem titu. lib. 6. & quod not. glos. penult. in cap. sequenti.

¶ Requiritur ergo, quod sit proxima pubertati, & quod malitia suppleat ætatem, & quod sit apta copulæ.

18 ¶ Secunda conclusio est, copula † interueniens

etiam cum non proxima pubertati, maiore tamen ſeptennio, conſumat matrimonium.

¶Quę concluſio probatur ex opinione Ioan. de Deo, de qua ſupra, & intellige maiore, non paululum, ſed tempore congruenti, ne contradicat ſequens concluſio.

19 ¶Tertia concluſio, apertio clauſtrorum † pudoris non probat copulam, ſi aliàs apparet mulierem non aptam copulæ, vt quia minor ſeptẽnio, vel paulo maior, quæ non apparet viripotens ex corpulentia, vel alijs quæ mulieres melius cognoſcunt. Hæc concluſio probatur ex his, quæ ſupra dixi, ſecundum Innoc. & Zab. in d.c. de illis.

¶Et aduerte, quia ad iudicandum viripotentiam non ſufficit ſuperioris corporis aſpectus, immo partes generationi aptæ per matronas practicas inſpici debent. infra de frigi. cap. fraternitatis. in princ.

¶Sed Dominus meus in cap. à nobis. infra eo. dicit, quod attenditur potentia coeundi, quæ poteſt præuenire tempus pubertatis, & ſic copula habita inter impuberes conſtituit matrimonium, quod tamen intelligitur quando copula verè fuit habita, ſecus ſi ſolum fuit nixus ad copulam, vt in cap. atteſtationes. infra eo. & idem etiam tenent ibi D. Ant. & Zabar. & not. Dominus meus in cap. continebatur.

20 infra eo. dicens, quod licet ante pubertatem † matrimonium contrahi non poſsit, vt in cap. præced. tamen ſi coniunguntur, & puella apparet cognita, matrimonium tenet, quia, ex quo fuit cognita, apparet potentia coeundi quæ ſupplet defectum ætatis, vt hic, & in cap. à nobis. infra eo. Si verò ſit tentata ante proximitatem pubertatis, alio non interueniente, non inducitur matrimonium, ut hic. Sed ſi eſſet tentata in ipſo actu proximitatis, inducitur matrimoniũ, ex quo præceſſerunt ſponſalia de præſenti, & ſic loquitur c. atteſtationes, ſecundum Hoſtien. qui ſubdit, quod exigitur, quod propinquitas ætatis ſit per tres dies, argum. cap. ad noſtram. ſupra de regularibus, & idem ſentit Hoſtien. in dicto cap. continebatur. & idem ſi ſit tentata ante proximitatem ætatis, & poſtea in ipſa proximitate ætatis interceſsit conſenſus matrimonialis, de quo inf. dicã.

¶Vel diſtingue, ſecundum D. M. in d.c. continebatur, quod aut puella eſt minor ſeptẽnio, & tũc quantuncunque fuerit cognita, non dicitur matri-

21 monium † conſiſtere, quia non dicitur habere conſenſum aptum ad diſcernẽdum quod ſit matrimonium, niſi eſſet multum doli capax & diſcreta: aut eſt maior ſeptennio, ſed tamen non eſt proxima pubertati, & tunc dicit non eſſe ſtandum ſimpliciter verbo viri dicentis ſe cognouiſſe illam puellam, nã licet puella ſit deflorata, non tamen ſequitur, q̃ ſit apta ad concipiendum, & ideo deberent mulieres aſſumi ad inſpiciendum, vtrum puella ſit viripotens. ſed Dom. Ant. in d.c. continebatur. dicit, quod veritas eſt, quod ſi eſt cognita, licet nõ ſit ętati proxima, iudicatur matrimonium, & ita dicunt Docto. dummodo ſit maior ſeptennio. Et idem Dom. Anto. hic, & in c. à nobis. inf. eod. & in c. fin. infra de eo, qui co. conſ. vxo. ſuæ. Sed D.M. dicit, quod ſi puella eſſet proxima pubertati, tunc eſſet ſtandum verbis viri, & ex cognitione deberet præſumi quod eſſet viripotens, vt d. cap. continebatur.

Non tamen uidetur ſufficere quod ſit proxima uel proximus pubertati, niſi malitia ſuppleat ætatem, ſecundum Io. An. & Do. Dominicum, in c. vnico. eod. titu. lib. 6. per illum tex. qui copulatiue requirit prædicta duo, & per tex. in c. fin. inf. eo. & tenet ibi Goffre. vt ſupra dixi, & etiam D.M. ibi. Hoſt. tamen ibi aliter dicit, & exponit, &, pro vel, vt ibi dicam. & ſic patet ex prædictis, ut ſuperius dixi, quod hęc materia eſt obſcura, confuſa, & intricata, quam uis agatur de materia ſatis periculoſa, & ideo ut quantũ fieri poteſt iſta materia reddatur magis clara, pono iſtas concluſiones.

22 ¶Prima concluſio ſit, ſi puella † eſt minor ſeptẽ annis, licet appareat cognita, non tamen conſiſtit matrimonium. hæc concluſio probatur, ſecundum Dominum meum, in dicto ca. continebatur. quod tamen procedit, ſecũdum eum, niſi eſſet multum diſcreta, & doli capax, ut ibi dixi, & tenet Do. Anton. hic, qui dicit, quod licet ſit minor 7. annis, ſi tamen diſcernit, poteſt contrahere.

¶Aduerte tamen, quia Dom. Anton. ſimpliciter loquitur, & potius arbitror, quod uelit intelligere de ſponſalibus de futuro, quam de preſenti, niſi ponere caſum ualde mirabilem de puella, quæ fuerit effecta prægnans ante ſeptennium, ſecundum quod ſtatim dicam: quia tunc cum res ſit clara, non eſt opus coniectura, ut l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum oblig. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. & idem voluit Hoſtien. in cap. iuuenis. ſupra tit. 1. vbi dicit de minore 7. licet non hoc contingat, quod poſsit etiam cognoſci. narrat tamen hic Zab. quod tempore ſuo in agro Brixienſi puella dicebatur peperiſſe in 7. anno.

¶Secunda concluſio ſit, ſi clarum eſt, & appareat, quod puella maior ſeptennio ſit viripotens,

23 matrimonium cum ea cõtractum tenet, † nec hoc caſu tractandum eſt, utrum ſit proxima pubertati, vel non, quia ſatis eſt, quod appareat, quod ſit viripotens, vt in cap. à nobis, & in cap. de illis, infra eod. & in cap. fina. de eo, qui cogn. conſan. vx. ſuæ. & ſupra dixi poſt opinionem Ioan. de Deo. Nam, vt dixi ſupra ſecundum Innocen. eo, quod apparet cognita, & viripotens, non attenditur ætas, vt hic, & ut dixi ſupra in ſecunda cõcluſione Zab. Deprehenditur autem potentia coeundi, ſecundum aliquos, ſi vera inter eos copula interceſſerit, & ſequitur Hoſtien. in dicto cap. de illis. il ſecondo. inf. eo. exponendo tex. illum dum dicit, quod potuerunt carnali copula coniungi, & ſe de facto coniunxerunt, & hoc eſt indubitatũ, ſecundum Dom. Ant. in cap. ex litteris. infra eod. niſi ipſa iuraret, quod in eum non conſenſit, quod intelligo ſi hoc probaret, alias præſumeretur conſenſus, ut dixi ſupra titu. 1. cap. cum apud. artic. 9. verſ. ſeptimum impedimentum, quæſt. 3.

¶Sed Goffred. Innocen. Ab. & Ioan. Andr. tenent opinionem dicentes ſatis eſſe, quod potuerunt coniungi. quid enim ſi impubes alias mulieres cognouit, uel puella ab alijs fuit cognita? certè nemo negabit matrimonium inter tales conſiſtere, ex quo apparet eos potentes ad copulam, & hoc uoluit gloſ. in cap. 1. eodem titu. lib. 6. & Dominus Anton. in dicto cap. de illis. il ſecondo. ſed dicit Dominus meus, quod hoc non eſt magnum

dubium,

dubium, ex quo clare conſtat de potẽtia coeundi, ſed dubium eſt quãdo clare non conſtaret, ſed tantum per ſigna, puta ex aſpectu corporis, vel ex alijs ſignis intrinſecis, videtur aptus ad copulam, vt ſentit Innocen. attenditur ergo potentia coeundi, non ętas: nec mirum, quia multi pubeſcunt ante ætatem 14. annorum. vnde narrat Gregorius in dialo-

24 go, quod quidam puer † nouem annorum impręgnauit nutricem ſuam, vt refert glo. 20. quæſtio. 1. in ſumma. circa finem, & refert Dominus meus in cap. continebatur. infra eod. facit cap. fina. infra de eo, qui cogn. conſang. vx. ſuæ. & licet mulier diſtet ab ætate, tamen per copulam conſumatur matrimonium, ut dixi, & probatur in cap. Iordanę. infra de eo, qui cogn. conſan. vx. ſuę. & hoc, vt ibi dicit Gof. procedit in muliere, quæ habet uas paratum. unde dicit ibi Hoſti. vulgariter dici, quod tam magnum roſtrum habet picula, ſicut pica. & narrat etiam de ſacerdote qui portabat duas filias, unam ante, alteram retro, dicens, quod de illa quam retro portabat non iuraret, quod eſſet virgo. In viro autem non ſic de facili pręuenitur ętas, ſecundum Goffre.

25 & Hieronymus ad Vitalem narrat de puero † decennij, qui generauit, & dicit Hoſtien. in dicto capit. fina. de eo, qui cogn. conſan. vx. ſuæ, quod idem reperit de puero, qui in vndecimo, vel duodecimo anno in caſtro ſancti Michaelis Sicarienſis diœceſis habuit filium, & idem traditur de Salomone, qui ſimiliter in vndecimo ſeu duodecimo anno filium genuit, & ſic ætas poteſt præueniri, etiam in homine ex eo tempore, quo poteſt cognoſcere mulierẽ, vt ſupra dixi, & idem tenent Goffred. & Ioan. An. in d. cap. fina.

¶Aduerte tamen, quia licet probarentur aperta clauſtra pudoris, non propterea probaretur copula, ſi alias appareret mulierem non aptam copulæ, vt quia minor 7. vel paulo maior, quæ non apparet viripotens ex corpulẽtia, vel alijs quæ mulieres melius cognoſcunt, ut dixi ſupra in 3. concluſ. Zab.

¶Tertia concluſio ſit, licet viripotentia impuberum non ſit clara, nec appareat, ſi tamen datur nixus copulæ, cum proximitate ætatis, & iteratur conſenſus in ipſa ætatis proximitate, inducitur ma-

26 trimonium, † ſecundum Dom. Anto. hic, per cap. atteſtationes. infra eod. & ibi tenet Dominus meus dicens, quod nixus ad copulam cum conſenſu habitõ propè ætatem legitimam, ſufficit ad matrimonium, ſi ſit conſenſus ad ſponſalia de præſenti. facit tex. ille dum dicit, quod potuerint carnaliter coniungi, nam nixus ad copulam in ipſo actu proximitatis ætatis, ex quo præceſſerunt ſponſalia de præſenti, inducit matrimonium, ſecundum Hoſti. videtur tamen requiri, quod ſit proxima pubertati per 15. dies, quia illo tempore non poſſet perpendi aliqua mutatio perſonæ, argumen. l. rerum mixtura. §. Labeo. ff. de vſucap. & quod. not. in cap. fina. infra eod. tenet Hoſtien. in ſumma. eod. tit. §. & quę ſponſalia. verſic. quod autem dixi. ſubdit tamen, quod vtrum malitia ſuppleat ætatem non poteſt ſciri niſi per euidentiam facti, vt cap. fina. infra eodem.

¶Refert etiam Hoſtien. alios dicere hoc eſſe arbitrarium, argumen. l. 1. ff. de iure delib. & in c. apoſtolicæ. ſupra de donatio. ſecundum Tancredũ, & Goffred. Refert etiam Hoſtien. alias opiniones. Nixus ergo ad copulam inducit præſumptionem, quando ſponſi ſunt proximi pubertati, ut in dicto cap. atteſtationes. infra eo. nam ex quo ibi erat prope 14. annum, & fuit nixus ad copulam, Papa man dat inquiri, vtrum ille iuuenis conſenſerit circa finem quartidecimi anni. nam, ceſſante præſumptione tanta, ex nixu copulæ non fuiſſet ſufficiens conſenſus preſtitus circa finem quartidecimi anni, quia ubi non conſtat de potentia coeundi, expectatur pubertas ex numero annorum, in qua requiritur, quod annus 14. ſit completus, argum. l. fina. C. quando tutor, vel curator eſſe deſierit. facit tex. in cap. ex litteris. infra eo. & quod ſtatim dicam.

¶Aduerte tamen, quod licet ſupra dixerim, q̃ exigitur, quod ſint proximi pubertati per 15. dies, tamen Hoſtien. dicit, quod exigitur propinquitas ætatis per tres dies, ut in cap. continebatur. infra eo. nam actus præcedens, ſcilicet nixus declarat, quod in proximitate malitia ſupplet ętatem, & ſic tenet matrimonium. Quod tamen procedit, quando prę ceſſerunt ſponſalia de præſenti, ſecus ſi ſolum præceſſerunt ſponſalia de futuro, quia tunc ſola attentatio ſeu nixus ad copulam non induceret matrimonium, quia durius eſt ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium, eo quod talia ſponſalia tam ex verbis quam ex mente ſunt de futuro: ſecus eſt in ſponſalibus de preſenti, quę licet ualeant, vt ſpõſalia de futuro, ex mente tamen, & verbis ſunt ſponſalia de preſenti, & ideo facilius tranſeunt in matrimonium de preſenti, facit quod tradit Do. Anto. in dicto c. atteſtationes. ad quod vide quod dicam infra in 11. q.

¶Quarta cõcluſio. Solus nixus copulæ ſine proximitate ætatis, & abſque nouo conſenſu non indu-

27 cit † matrimonium, ſecundum Domi. Anton. in dicto cap. atteſtationes. facit tex. noſter. tenent Zabar. & Dominus meus in c. continebatur. infra eo. etiam ſi malitia ſuppleat ætatem, hoc eſt diſcretio, & non viripotentia, & ita procedat opinio Innocen. & Hoſtien. in cap. de illis. infra eod. qui dicunt, quod licet malitia ſuppleat ætatem, non tamen eſt matrimonium niſi copula interueniat, cum de hoc aliter cõſtare non poſsit, ex quo ſunt minores, licet Goffred. & Ab. quandoque aliud ſenſerint, ut ſup. tetigi, & minus bene.

¶Quinta concluſio ſit. Si nixus copulę non interuenit, licet detur impedimentum ętatis, ſi tamen malitia ſupplet ętatem, cum proximitate ęta-

28 tis ad pubertatem, matrimonium contrahitur † ſecundum Dom. Anton. hic, qui dicit, quod eſt dubium quis hanc malitiam ſuppletæ ętatis poſsit declarare, & qualiter. & ſubdit, quod copula actualis, & iſtud eſt clarum per ea quę dicta ſunt. Item per nixum ad copulam, & hoc etiam uidetur eſſe ſatis conueniens, per ea quę ſupra dixi, uel ſi forte ex corpulentia preſumatur viripotens, per ea quę ſuperius dicta ſunt. Hæc tamen concluſio non procedit ſine aliquali dubitatione, quando non probatur viripotentia.

¶Sexta concluſio ſit, ſi nec copula, nec nixus ad

29 copulã interuenit, † licet adſit diſcretio, & proximitas ętatis, ſi non probatur aliter viripotentia, contractum matrimoniũ inter impuberes non tenet,

vt matrimoniũ. hæc concluſio probatur hic in tex. noſtro, qui vult nõ data viripotentia ponderari ſolummodo ætatem ſtatutam ad matrimonium contrahendum, & probatur in c. de illis. il 2. infra eod. Nam, vt dicit Innocentius, ſi proxima ætas ſufficeret, ad quid iura ſtatuiſſent certam ętatem completam. nec conſideratur diſcretio ſeu capacitas doli, pro potentia coeundi, vt hic, & cap. quod ſedem.
30 infra de frigi. quę potentia † non præſumitur in impubere, vt in c. i. infra de delic. pue. & ideo impubes nunquam intelligitur naturaliter potens, niſi probetur per euidentiam, quantumcunque ſit proximus pubertati, & talem ætatem duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in maſculo ius tanquam aptam & conuenientem ſtatuit, ſicut eandem ætatem tam in fœmina quam in maſculo in condendis teſtamentis ſtatuit, vt l. qua ætate. ff. de teſtamen. & prætor certum numerum annorum, ſcilicet 17. ratus eſt ad procedendum in publicum, & ſic ad poſtulandum, vt l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtul. & ſic poteſt intelligi tex. in ca. de illis. il primo. infra eo. ibi dum tex. dicit, annos aptos matrimonio, ante legitimam ætatem ius præſumit, quod in puberes non ſint apti ad matrimonium. hæc tamen præſumptio non eſt iuris, & de iure, quia quandoque ante dictam ætatem propter viripotentiã ſunt apti ad matrimonium, ut ſupra demoſtratum fuit, & ideo ſic preſumunt iura, quia rarò accidit, quod viripotentia præueniat pubertatem, quod probat tex. in cap. à nobis. infra eo. qui loquitur per dictio-
31 nẽ, † interdum, quæ denotat raritatem, & regulam in contrarium, ut l. interdum. ff. de condi. indeb.

¶ Aduerte tamen, quia Hoſtien. vult, quod ſi inter tales proximos pubertati ſit contractum matrimonium, & fuit contractum poſtquam erant proximi per tres dies, quod tale matrimonium confirmatur poſt ſex dies, & ſic exigit tres dies poſt aduentum pubertatis, per tex. in cap. ad noſtram. ſupra de regula. tenet Hoſtien. hic, tradit D. Anton. in dicto cap. continebatur, & cap. atteſtationes, infra eod.

¶ Sed Zab. in dicto cap. continebatur, reprobat dictam opinionem de triduo, & contrarium etiam tenuit Ioan. And. Dom. Anton. & Zaba. in cap. fin. infra eo. ubi dicunt, quod non valet matrimonium contractum inter impuberes etiam proximos pubertati per triduum, niſi malitia ſuppleat ætatem, hoc eſt viripotentia.

¶ Sed tu aduerte, quia ſi matrimonium non eſt firmatum ante aduentum pubertatis, & ſic ſolum valuit, ut ſponſalia de futuro, ſolus aduentus pubertatis cum tranſitu nõ ſolum trium dierum, ſed etiã longioris temporis, non firmaret matrimonium, ut dicam infra in 12. q. princ.

¶ Septima concluſio ſit: matrimonium contractum inter fœminam, quæ erat in vltima die duodecimi anni conſtituta, & maſculum qui erat in vl-
32 tima die decimiquarti anni cõſtitutus, tenet. † hoc ſentit Zab. in c. fi. infra eo. vbi dicit, quod ſufficit attigiſſe vltimam diem 12. vel 14. anni, & ſic ibi reprobat opin. Hoſt. de triduo, de qua dixi in præcedenti concluſione. Simile videmus in teſtamento l. qua ætate. ff. de teſtam. ubi ſufficit attigiſſe vltimũ diem 12. vel 14. annorum.

¶ Nec obſt. tex. noſter, qui videtur uelle, q̃ non præcedente viripotentia requiratur annus completus, & quod not. in l. fi. C. quando tutor, vel cur. eſſe deſi. & licet tex. ille loquatur in tutela, tamen in matrimonio uidetur tex. expreſſus in l. ſancimus, la prima. C. de nuptijs, qui in fœmina annum 12. & in maſculo 14. requirit completum. ſed dicit Salic. ibi, quod ille tex. procedit de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ut hic, & ca. de illis. infra eo. ſecundum Sal. ſed tamẽ quod dicit ſecus de iure canonico, intelligẽdum eſt iudicio meo quo ad viripotentiam, quæ poteſt præuenire pubertatem: ſed de iure ciuili, etiam data viripotentia, inter impuberes non videtur poſſe contrahi matrimonium, ut no. gloſ. in l. propter. C. de adult. ſed in his ſtandum eſt iuri canonico, vt ſæpiſſimè dictum eſt, & ut dixi in cap. ex parte. ſupra tit. 1. artic. 24. ſed quantum ad diem vltimam arbitror cõcluſionem procedere tam de iure ciuili, quam canonico.

¶ Nec obſtant iura in contrarium allegata, quia
33 poſſum reſpõdere, quod ille dies ultimus † cœptus habetur pro completo, ut d. l. qua ætate, & ibi glo. quæ dicit, quod ex quo erat cœpta dies vltima valet poſt ſex horas noctis præcedentis, & ſic habetur pro completa, & ſimiliter annus pro completo qua cunque hora vltimi diei matrimonium fuerit contractum. & ex his hæc materia confuſa, ſparſa, varia, & importantiſsima iudicio meo, quã melius fieri potuit, fuit ſimul collecta, diſtincta, & declarata.

¶ Vndecimo quero, quia ſupra dixi, quod ſi per impuberes, vel minores contractum ſit matrimonium, quod non tenet ut matrimonium, tamen ut ſponſalia de futuro tenere videtur. Vnde quæro,
34 vtrum hoc ſit ſimpliciter uerum, † & quando ſit, q̃ teneat, ut ſponſalia de futuro. & uidetur dicendum quod nullo modo ualeat, quia, ut ſpõſalia de futuro non uidẽtur poſſe ualere, cum illa contrahere non uoluerint, nec etiam ut matrimonium, quia matrimonium contrahere non poſſunt, intelligendo niſi malitia ſuppleat ætatem, ut latè dixi in præceden ti quæſt. unde dici poteſt, quod potui nolui, quod nolui adimplere nequiui, ut in c. cũ ſuper abbatia, ſupra de officio deleg. & pro hoc facit bonus tex. in l. quæſitum. ff. de ſponſalibus. ubi ſi infra duodecimum annum fiant nuptiæ, ſi præceſſerunt ſponſalia, durant ſolummodo ſponſalia, quamuis mulier ſit ducta tanquam uxor, ſeu nupta. ſi uerò non præceſſerunt ſponſalia, per ductionem, tanquã nuptæ, non cenſebuntur ſponſalia, facit etiam l. minorem. ff. de ritu nupt. ubi tex. dicit, minorem duodecim annis nuptam, nec legitimam uxorem fore, cum apud uirum compleſſet annos duodecim.

¶ Item facit in fin. quod not. in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & hanc opinionem, quod tale matrimonium non ualeat, ut matrimonium, nec ut ſponſalia de futuro, plures tenuerunt in ca. à nobis. infra eo. & ibi traditur in glo. penul. & 20. quæſt. 1. cap. firma. & infra de frig. cap. quod ſedem. per d. l. quæſitum. de quibus etiam per Hoſtien. in ſumma, eod. tit. §. & quæ ſponſalia. uerſ. quid ergo ſi deſponſat. Sed ipſe Hoſtien. ibi in uerſ. ſed illud tenet. dicit, quod ualeat tanquam ſponſalia de futuro, per dictum capitu. à nobis, & capitu. duo pueri, & capitu. ad diſſoluendum. à contrario, infra eod. Et videtur expreſſum in cap. fina. infra eodem, & ibi glo. fina. nam ibi tex. videtur velle, quod ualeat tale matrimonium, ut ſponſalia de futuro, etiam ſi ſubarratio interuenit, & hanc opinionem tenuerunt *Philippus*, Alanus, Tancredus, Goffredus, Bernardus, Innocen. & Hoſtien. in dicto cap. à nobis. *infra eod.* & Dom. Anton. in cap. fina. infra eo. Sed Damaſus, Alanus, & Raymundus, voluerunt quod tunc ualeat matrimonium, ut ſponſalia, quando contrahentes intendebant contrahere ſponſalia, & non aliter, & ſic illa regula, ſi non ualet quod ago, ut ago, ualeat vt valere poteſt, non habet locum hic, expectare tamen tenentur vſque ad ætatem legitimam, non ratione matrimonij, ſed ratione promiſſionis, quia promiſerunt fidem matrimonialem, licet nudè, arg. 22. quæſtio. 5. cap. iuramenti. Sed dicit Hoſtien. in ſumma, in dicto loco, & verſicu. quod Damaſus, & ſequaces hoc potius ſumpſerunt ex capite ſuo, quam ex iure. Quare concludit, quod valent, vt ſponſalia de futuro, pro qua opinione eſt hodie tex. apertus in cap. vnico, eod. tit. lib. 6. & infra latius apparebit.

¶ Nec obſtat, quod ipſi matrimonium, & non ſponſalia de futuro videntur voluiſſe contrahere: nam, vt dicit glo. ſuper verbo, de futuro, in dicto cap. unico, ſæpè extra id, quod agitur, naſcitur
35 obligatio. † ff. commodati. in l. ſi is qui commodatum. §. fina. tenet Zab. in cap. à nobis. infra eod. Vnde hoc caſu habet locum illa regula brocardica, ſi non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt. infra eo. cap. à nobis. not. gloſ. ſuper verbo, matrimonium, in dicto cap. vnico. eodem tit. lib. 6. & ſequuntur Doctor. & ad prædictum brocardum vide plura iura pro & contra, in l. 1. ff. de conditionibus, & per Ioan. de Imo. poſt glo. in l. ſi quis ante. ff. de acquiren. poſſeſ. & latè per Dom. Anton. & Doct. in cap. cum ſuper abbatia. ſupra de offic. deleg. Sed latius per Dom. Dominicum in dicto c. 1. eod. tit. lib. 6.

¶ Duodecimo quęro, vtrum ſponſalia de futu-
36 ro † vel matrimonium contractum inter duos impuberes, vel vnum impuberem, & alium puberem, per aduentum pubertatis, vel per alios actus, & modos validentur, & ratificentur, vt matrimonium.

¶ Sol. Diſtingue duo membra.

¶ Primum, quando inter tales eſſent ſolummodo contracta ſponſalia de futuro.

¶ Secundum, quando eſſet contractum matrimonium.

¶ Circa primum membrum videtur dicendum quod per aduentum pubertatis, & etiam communem habitationem, & etiam nixum ad copulam, talia ſponſalia non tranſeunt in matrimonium de præſenti, hoc tenent Petrus, Ab. Ioan. And. Zabar. & Doct. in cap. fina. infra tit. 1. & approbatur in c. 1. eod. tit. lib. 6. dixi in cap. tua. ſupra tit. 1. artic. 17. & vide etiam quod dixi in cap. cum in tua. ſupra tit. 1. artic. 27. quæſt. 7.

¶ Sed aduerte, quia glo. 30. quæſt. 2. cap. 1. concludit, quod per cohabitationem poſt pubertatem ratificatur matrimonium, alias ſecus.

¶ Et prædictam opinionem tenent Ioan. & Hoſtien. qui dicunt, quod forte ratio eſt, quare aliud ſit quando ſimul cohabitãt, vel ſeorſum, quia ſi ſimul morantur veretur ius ne attentent, quod forte complere non poſſunt, arg. cap. atteſtationes. infra eod. & cap. veniens. infra de eo qui cogn. conſan. vx. ſuę. Vnde volunt ex hoc facere præſumptionem iuris, & de iure, vt ſic omnino conſenſiſſe præſumantur, ſecundum Ioan. & Holt. & ſequitur glo. in cap. ad id, ſupra tit. 1. & glo. ſuper verbo, deſtituta. in fi. in cap. ex parte, ſupra de reſtitutione ſpoliato. & Ioan. ibi, dummodo præceſſerint ſpõſalia, licet de futuro, & per Alan. Vincen. Goffred. & Bernar. in c. literas. infra eod. & idem Raymun. in ſumma, in tit. de ſponſalib. §. pone quod pueri, &c. Sed Iacob. de Alan. & Petrus de Contrata, tenent cõtrarium, arg. cap. fina. infra eo. vbi hoc ipſi notant, & tenuit Innoc. in dicto cap. atteſtationes. vbi dicit, quod hoc caſu ſponſus ſolum dicitur conſentire, quando cognoſcit ſponſam, ut in cap. is qui fidem, ſupra tit. 1. vel ſi de nouo contrahit, alias ſi oſculetur, vel cum ea habitet, non præſumitur matrimonium, ut in ca. 1. infra de matrimonio contracto cont. inter. eccl. Idem etiam ſentit Innocen. in dicto c. ad id. & Sed Archid. 30. quæſt. 2. cap. 1. dicit, vel dic, quod ſi aliqui contrahunt in minori ætate, & in eadem voluntate vterque perduret vſque ad pubertatem, indu-
37 cetur matrimoniũ, † ſiue expreſſus ſit conſenſus, ſiue tacitus, arg. ca. de illis, ſupra eo. & ff. de ritu nupt. in l. minorem. tacitum tamen conſenſum intellige per cohabitationem, vt dixi in d. l. minorem, & dicto cap. ad id.

¶ Item ex carnali commixtione, ut dicto cap. is qui fidem, & infra qui matrimonium accuſ. poſſ. c. inſuper. cum ſimi. ſecundum Goffred. qui ita no. in ſumma de ſponſalib. §. ſponſalia.

¶ Non obſt. cap. fina. infra eo. & c. primum. infra de matrimonio contracto cont. interd. eccl. quoniam non loquitur in cohabitantibus ſimul, & ætatem compleſſentibus, vt dicit d. l. minorem, ſecũdum Archid. Alij verò tenent, quod ſolum validentur, & tranſeant in matrimonium per veram copulam, vt ſtatim tetigi, & ſecundum ea qua latè dixi in dicto ca. is qui fidem. art. 22. Hoſtien. tamen in c. fi. ſupra titu. 1. voluit, quod per cohabitationem poſt ſponſalia de futuro inducatur matrimonium præſumptum, in muliere corrupta, & hoc quia præſumitur copula, nec aliter poteſt probari, vel apparere, ſed in virgine requiritur copula, & non ſufficit ſola cohabitatio, *per dictum cap. is qui fidem.*

¶ Sed Io. Cald. tenet contrarium, dicens quod etiam in corrupta requiratur copula, quia, q̃ ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium de præſenti, eſt contra ius commune, ex quo non apparet
38 de intentione contrahentium. quare † cum cap. is qui fidem. ſit exorbitans, non debet trahi ad alium caſum, per reg. cap. quæ à iure, de reg. iu. lib. 6. cum alijs vulgatis. cum ergo ibi loquatur quando copula interceſsit, ergo ſecus vbi non interuenit. D. Anton. diſtinguit, quod aut vidua poſt cohabitationem allegat copulam, & tunc ex ea præſumitur matrimonium, cum non poſsit per aſpectum corporis probare ſe virginem, & ita procedat dictum Hoſtien. Aut non allegat copulam, ſed tantũ cohabitationem, & tunc procedat dictum Io. Cald. ſecundum D. Ant. Hęc tamen procedunt, quando ſunt ſponſalia de futuro, ut dixi: ſed ſi eſſent de præſenti, dic vt ſtatim dicam in ſecundo membro.

39 ¶Conclude ergo circa prædicta,† quod si nulla præceſſerunt ſponſalia,non præſumitur matrimonium per cohabitationem aut etiam copulam,ſecũdum ea quæ dixi ſupra in cap.cum in tua. ſup.tit.1. art.27.quæſt.7.

¶Si verò præceſſerunt ſponſalia de futuro,ſi mulier non virgo aſſerat ſe cognitam, teneo cum Do. Anton. maxime ſi forte in eodem lecto ſteterunt.

¶Si verò mulier neget,& probet ſe virginem, per aſpectum matronarum, cum ſolus nixus non ſufficiat, non præſumitur matrimonium. Sed ſi eſſemus in dubio, & ipſa cohabitauit in eodẽ lecto, præſumeret matrimonium iuxta illud,

A iuuene cupido credatur reddita virgo.

Et illud Terentianum, Quid tum poſtea,quid tum fatue? & hoc probatur,quia ſi inter duos non ſponſos ſic cohabitantes iura præſumunt adulterium, ergo inter ſponſos debet preſumi matrimonium, ad quod vide glo.& Doct.& quod dixi in c.præterea. ſupra de teſtib.& 9.quæſt.3. cap.nihilominus, & quod not. in l.teſtium. C. de teſti. & per gloſ.& Bar.in l.capite quinto.ff.de adulte.& l.2.ff.de ſerui. & l.ſi quis non dicam. C.de epiſc.& cleri. Si tamen deſcenderetur ad inſpectionem obſtetricum, & aliquæ aſſerant corruptã,aliquæ verò virginem, dicit ſingulariter Bal.in d.l.teſtium,quod ſi iuuenis probatur dormiuiſſe cum virgine viripotente, magis creditur aſſerenti corruptam. In dubio autem per ſolam cohabitationem non præſumam matrimoniũ niſi præceſſiſſent ſpõſalia de preſenti inter impuberes, vt ſtatim dicam, vel niſi prius puella eſſet in domo propria, & poſtea adueniente pubertate fuiſſet ducta in domum ſponſi,ad quod vide quod dixi in c.cum in tua.ſup.tit.1.art.27.q.7.

¶Circa ſecundum membrum,quando inter tales impuberes, vel puberẽ, & impuberem fuerunt contracta ſponſalia de præſenti, quæ non valent, vt ſponſalia de præſenti, ſed vt ſponſalia de futuro,
40 dic quod talia ſponſalia † per ſolum aduentum pubertatis vtriuſque non tranſeunt in matrimonium, vt in cap.1.§.1.eod.tit.lib.6. quia actus qui non valet ipſo iure, non conualeſcit ſolo temporis lapſu, niſi cauſa habilis ad ipſum actũ faciendum ſeu firmandum ſuperueniat ſimul cum tempore,vt in regula,non firmatur.de reg.iur.in ſexto.

¶Et quia ſolũ tempus non debet eſſe cauſa tollendæ, uel inducendę obligationis, vt in l.obligationum ſubſtantia. §.placet.ff.de actio.& oblig. ſed ſi poſt aduentum pubertatis interueniret aliquis actus inductiuus conſenſus,utputa cohabitatio,amplexus,deoſculatio,traditio ſeu receptio munerum vel iocalium,aut quid ſimile,ualet ut matrimoniũ, & ratificari dicitur, ut matrimonium, ſecundum Hoſtien.in cap.atteſtationes. infra eod.licet Innoc. teneat ibi contrarium, & male,ut eſt tex.in cap.1.§. idem quoque.eo.tit.lib.6.

41 ¶Non obſt. cap.1. † infra de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, quia loquitur in ſponſalibus de futuro contractis per impuberes, ſecundum Ioan.And. quę non tranſeunt in matrimonium adueniente ætate, etiam per dictos modos, quinimmo nec per nixum ad copulam, ſed ſolum per copulam carnalem, ut dixi in cap.is qui fidem. ſupra tit.1.artic.22. verſ.ſed ſponſalia contracta,&c. Sed illa ſpõſalia quę verbis & mẽte contrahentium ſunt ſponſalia de preſenti, & propter ętatem impedientem iuris interpretatione ſunt de futuro, bene tranſeunt in matrimonium, etiam præter copulam, vtputa per nixũ ad copulã, per oſcula,& amplexus,& his ſimilia interuenientia poſt tẽpus pubertatis,vt d.cap.1.eo.tit.lib.6. & tenent ibi Ioan.And. & Pau. & Dom.Anto. & Dom.Domi-
42 nicus, qui aſsignant rationem, quia † actus ſuperueniens declarans cõſenſum,intelligitur declarare ſecundum naturam verborum præcedentium. vnde, ſi præceſſerunt ſponſalia de futuro, declarat vt de futuro,ſi de præſenti,declarat ut de præſenti.fa-
43 cit,quia declarans † non dicitur materialiter diſponere, ſed quid in preteritum ſit actum oſtendit, vt no.Bal.in l.cum teſtamento. C.de teſtamẽtaria manu. allegat l. huic ſcripturæ. §.penult.ff.ad l.Aquil. trahitur enim ad tempus acti declarati, & illi dicitur in eſſe, ut l.heredes palã. §.ſed ſi notam.ff.de teſtamentis. no. Ioan.And.in cap.fi.de verborum ſignificat.lib.6. facit tex. in Authen. de filijs ante inſtrumenta dotalia natis.prope fin. & quod no. Bal. in l.petens.C.de pact.& mihi placet, maxime,quia res de facili redit ad ordinem ſuum.35.diſtinc.cap. ab exordio, & in l.ſi unus. §.pactus.ff.de pactis.& ſic patet ex prædictis,quod impuberes,qui contraxerunt ſponſalia de præſenti, peruenientes ad ætatem legitimam,ſi nolunt obligari tanquam ex matrimonio de preſenti, quod contradicant, vel ſaltem ſeorſum habitent, & nullos actus de ſupradictis faciãt per quos ſponſalia videantur ratificari,vt infra eo. cap.atteſtationes. facit quod dixi ſupra in cap.præcedenti,quęſtio.6. & probatur in cap.1.eo. tit.lib.6.& ſi ſimul habitarent cautum eſt ſtatim diſcedere & fugere,ut dicit glo.ſuper verbo, puberta te,in dicto cap.1. & uide quod dixi ſupra eod.cap. quæſt.8.& in c.fina.ſupra tit.1.art.28.& vide quod ſtatim dicam in fi.13.quæſt.& quod dicam in c.de illis.il primo.infra eo.

¶Sed quæro circa prædicta, pone quod puel-
44 la † decem annorũ contraxit ſpõſalia de præſenti, & hæc perſeuerauit per annum, & ultra, deferendo anulos, tamen antequam compleret duodecimum annum diſceſsit, & ita diſſentiens perſeuerauit etiam facta pubes, quæritur,quid iuris.

¶Sol. Quæſtio fuit de facto, in qua conſuluit Zabar.concludens,quod illa cõſebantur ſponſalia de futuro, per c.vnicum, eod.titu. lib.6. & ſupra dixi. nam,vt ſponſalia contracta cum impubere teneant tanquam ſponſalia de præſenti,duo coniunctim requiruntur, ſcilicet q̃ impubes ſit proxima pubertati & viripotens. infra eod. cap. de illis. il ſecondo,& c.fin.& d.c.unico.& hoc procedit incipiendo à primo, videlicet, quod ſit proxima pubertati,nam inciperetur ab vltimo, ſcilicet quia eſſet uiripotens, hoc ſolum ſufficeret. inf. de eo,qui co.conſ.uxo. ſuæ. cap.fin. & licet litera in d.c.uni-
45 co,† uideatur obſtare, in eo quod loquitur copulatiue,& innuit quod ad hoc vt ſponſalia de preſenti iuris interpretatione cenſeantur de futuro, duo requiruntur, ſcilicet quod contrahentes non ſint proximi pubertati, & quod malitia non ſuppleat ætatem, & ſic à contrario, ſi alterum deſit,nõ cenſentur de præſenti: ſed tamen dic quod littera illa intelligenda eſt ſecundum proximè dicta, & hæc fuit mens illius litteræ. Poſuit enim copulatiuam ad denotandum quod vtrunque requiritur ad hoc vt ſponſalia de præſenti teneant, tanquam de præſenti,ſcilicet quod ſint proximi pubertati, & quod malitia ſuppleat ætatem. vnde debet ſic legi, ſi impubes non ſit proximus pubertati, & contraxerit ſponſalia, iuris interpretatione ſunt de futuro. Item ſi pubes & impubes in quo malitia non ſupplet ætatem,contraxerunt ſponſalia de præſenti, iuris interpretatione ſunt ſponſalia de futuro, & ſic copula, quæ ibi ponitur,copulat orationes,vt quælibet habeat ſuum ſeparatum ſenſum. facit quod no.glo.in verbo,certum,in clemen.in pleriſque.de electio. & ex hoc infertur, quod ſi dicta puella per ſeueraſſet in cõſenſu etiam vltra quam per annum cum dimidio,ita quod eſſet proxima pubertati, ſecundum ea quæ dicam infra eo.quæſtio.15. tamen adhuc nõ ſufficeret,niſi probaretur quod tunc fuiſ ſet viripotens, quod non eſt poſsibile probare nũc cum eſt facta pubes,quia ex hoc tempore non poſſet inferri ad illud. Sed hoc opportuiſſet tunc probare, non per apparentiam, ſed per inſpectionem partium aptarum generationi, quam debent facere matronæ peritæ.infra de frig.cap.fraternitatis.in principio.uidebatur tamen quibuſdam,ut dicit Zabar. quod eo ipſo quod doctum erat de ſponſalib. de præſenti, per conſequens reſultaret nunc ipſam fuiſſe idoneam,arg.c.in præſentia.ſupra de probat.
46 quod non procedit, quia dicenti † eam fuiſſe idoneam ratione ætatis incumbit probatio.infra eod. c.atteſtationes. vbi mulier tenetur probare quod uir tranſierit 14. annum, vel circa finem 14. anni conſenſerit in eam,& ad idem,cap.fin.inf.eo.ubi, quia non potuit conſtare de ætate puellæ,licet conſtaret de verbis matrimonij, & de deſponſatione, tamen non pronuntiatur pro matrimonio,ſed mãdatur cognoſci de ætate,& hoc tenet Ioan.And.in d.cap.fraternitatis. de teſti.in 4.quæſt.Ad c.in preſentia. dic,quia non opportuit quod monaſterium doceret de ætate confeſsi, quia agebat poſſeſſorio, à quo ſufficit quod ſit in poſſeſsione monachi tanquam profeſsi:ſed ſi egiſſet petitorio,debuiſſet probare de ætate,quia ad hoc ut ualeat profeſsio requiritur pubertas,ut in c.1.de reg.lib.6.Qui ergo dicit puberem, hoc probare debet,& ſunt hæc notanda tanquam difficilia, & in quibus de facili poteſt errari, ſecundum Zab.in c.1.ſup.eo.

¶Decimotertiò quæro,quid ſi ſponſalia ſint cõ
47 tracta † per parentes pro filijs impuberibus.

¶Sol. Ad hanc materiam vide in primis quæ dixi in c.ſicut ex literis.ſupra titu.1.articu.12. & vide tex.in c.1.§.fin.eodem titu.lib.6. qui vult,quod ſponſalia pro filijs per parentes contracta non teneãt, niſi per ipſos filios tacitè uel expreſsè fuerint approbata.& prędicta procedunt tam reſpectu matris,quàm patris,quia prædictus §.fin. loquitur per verbum parentes, & parentis appellatione uenit etiam mater,uide quod dixi ſup.arti.12.

¶Sed quæro, quid ſi parentes contrahunt ſpon
48 ſalia † pro filijs abſentibus, & filij poſtea certificati tacent,utrum intelligantur ratificata. ¶Sol. Tex. in c.1.eod.ti.lib.6.videtur facere quod ſic,vt ibi pater: ſed non facit, quia loquitur, quando filij ſunt

præſentes & tacent, & in hoc eſt clarum, ut ibi dicitur. Sed dici poſſet quod idem uidetur eſſe in d. caſu,quando ſciuerunt & tacuerunt,per not.in cle. 1.de procur. Sed potes dicere quod illa non probat, quia ibi non fuit ſimplex taciturnitas, ſed admixtus actus poſitiuus, per quem inducitur cõſenſus cum taciturnitate, vt dicitur ibi per glo. vnde putat Io.An.quod ſit neceſſarius actus,per quem liquidò pateat ipſius conſenſus. facit cap.1.ſup.eod. ſed dicit Ioan.de Imo.in d.c.1.eod.titu.lib.6.quod forte poſſet dici contrarium,videlicet,quod ſola taciturnitas ſufficiat.

¶Nec obſtat clem.1. de procu. quia loquitur in actu qui ſi fieret in præſentia, ſimplex taciturnitas non induceret conſenſum,ut l.inuitus. C.de proc. Sed hic eſt ſecus,vt patet in d.c.1.§.porro.eod.titu. lib.6. fatetur tamen quod euidentius appareret de voluntate quando non eſſet ſimplex taciturnitas, ſed etiam alius actus, per quem liquidò appareret
49 de ipſius conſenſu. & pro hoc facit, quia † taciturnitas habetur pro conſenſu etiam ſi ſit ſimplex,vbi cunque diſponitur quod tacens habeatur pro conſentiente,ut not.in regula,is,qui tacet.de regu.iur. in ſexto. ſed in iſta materia matrimoniali taciturnitas videtur ſumi pro conſenſu,arg. d.c.1. ergo &c. Sed pro opinione Io.An. facit,quia tex.in d.cap.1. in quantum loquitur de contractu in abſentia celebrato, non dicit de taciturnitate, ſed requirit poſt ſciẽtiam,expreſſam,uel tacitam ratificationem:ſed ſola taciturnitas abſque aliquo alio dicto uel facto non inducit ratihabitionem, licet detur ſcientia actus,ut probat tex.in d.c.1.ſupra de iureiuran.& in c.fin.de iureiur.lib.6. vbi poſt ſcientiam requiritur etiam ratificatio, nec uidetur ſufficere ſola patientia,uel non contradictio, cum per talia non uideatur induci ratihabitio: ſunt enim iſta diuerſa,non
50 contradicere, † uel actum ratificare,ut no. Io.An. in c.cum quis. de ſententia excom.lib.6. & ibi etiã hoc videtur uelle glo. & pro hoc reſpondetur ad contraria,quæ uidentur uelle,quod ſufficiat ſola taciturnitas,quia hoc negari poteſt, cum text.in d.c. 1. exigat ratificationem expreſſam uel tacitam, & tacita ratificatio fit per aliquod factum, uel actum poſitiuum, vt not. glo.11.q.3. c.extimant. non autem per ſolum pati, argum. eorum quæ no.Innoc. in c.olim.il terzo. ſupra de reſtit.ſpol.& uide quod dixi in c.ſicut ex literis.ſup.ti.1.art.12.

51 ¶Et aduerte, quia † ſi pater contraxit ſponſalia pro impubere, videtur, quod filius non poſsit ante aduenitum pubertatis contradicere, vt innuit tex. in cap.1.ſupra eod.& probatur in cap.de illis.il primo,in prin.infra eod.& ſimiliter etiam ſi aduenien te pubertate non reclamauit, & prius conſenſerat, vt ſupra dixi. Si tamen filius contraheret matrimonium cum alia, teneret matrimonium, vt infra eo. cap.duo pueri. Sed ſi filius iuraſſet, & diſceſsiſſet à ſponſalibus, eſſet ei danda pœnitentia de fide mentita, non autem patri: quia, etiam ſi pater iuraſſet, non tenetur ad aliud, niſi quod bona fide curet, & laboret, quod matrimonium ſequatur, ſecundum Hoſtien.in ſumma, eod.titu. §.quid iuris, ſi aliqui. verſic.quid ergo ſi nomine. & vide,quod latius dixi in dicto cap. ſicut ex literis, ſupra tit.1.art.12.

¶Decimoquartò quæro, quia ſupra in quæſtio.

præce-

præcedentibus locuti sumus de puberibus, & im-
52 puberibus, quæro qualiter probetur † pubertas.

¶ Sol. Hostien. in summa, eodem titu. §. & qualiter probetur. dicit, quod probatur tribus modis; primò per aspectum corporis; secundò per numerum annorum; tertiò per rei euidentiam: & si omnia ista tria concurrunt, res est clara, vt dicit hic Dom. Anton. & apparebit ex infra dicendis, quia si alterum quandoque sufficit, ergo fortius duo, & tria sufficient. Si verò duntaxat alterum tantum adest, dic quo ad primum, quod olim per aspectum corporis antiquitas pubertatem extimabat, illo tãtum tempore inspiciebantur loca secreta, seu barbæ inferiores, vtrum lanuginem ducerent, vel barbam pungeret, & tunc iudicabantur puberes, & non aliter: sed tamen antiquitas in fœminis, & Iustinianus in masculis talem probationem tanquam pudibundam reprobauit, dicens, quod castitati temporum suorum dignum putauit, quod talis probatio deberet aboleri. C. quando tutor, vel curator esse desie. l. indecoram. & Instit. quib. mod. tute. fi. in princip. Quare, si Imperatori, & legibus talis probatio non fuit visa vt indigna seruari, fortius à Papa, & canonibus fuit abolenda. Sed quidã dicunt prædictum probandi modum in matrimonio etiam hodie seruandum fore, per tex. nostrum, quem sic intelligunt: vnde tex. nostrum, dum dicit, certum est autem, exponunt autem, pro sed, hoc modo; sed isti, qui extimant, quod per numerum annorum probetur pubertas, malè & falsò intelligunt, quia certum est eum, scilicet solum puberem esse, scilicet, & nõ alium, qui ex habitu corporis, &c. & pro hac opinione videtur bonus tex. in capit. quod sedem. infra de frigid. Sed põt responderi, quod ille tex. loquitur in probanda virginitate, vel arctatione, aut frigiditate, vel defectu membri, quibus casibus necessaria est inspectio. sed dicit Hostien. quod saluo honore prædictorum, hoc non est verum per leges superius allegatas: sed ipsi respondent, quod illæ leges locum habent quo ad tutelas, & curas, secus in matrimonijs, in quibus inspicitur mulier. 27. q. 1. c. nec aliqua, supra de probatio. cap. proposuisti, & cap. penult. Sed respondè, quod illa probatio non fit ad probandam pubertatem, sed virginitatem, & fit propter necessitatem, quia aliter cognosci non potest, quæ necessitas non habet legem, vt d. cap. si quis propter necessitatem, infra de furt. & illa inspectio etiam aliquando fallit: quia, vt ibi dicitur, manus obstetricum, hoc est matronarum inspicientiũ, an illa, de qua quæritur, sit corrupta, & oculus sæpe fallitur, vt videbimus infra, de frigid. artic. 9. sub decimo tertio impedimento. Cùm ergo illa probatio sæpe sit fallax, meritò tex. noster non intelligit de illa, cum tex. noster dicat, Certum est autem, &c. & ætas certa in legibus statuitur ad matrimonium contrahendum, videlicet duodecim annorum in muliere, & quatuordecim in masculo, vt dixi supra, maximè quæstio. 9. & 10. Sed ipsi respondent, quod aliud est, secundum canones: sed dicunt Hostien. & Innoc. quod idem est secundum canones, per not. in cap. cum virum, & cap. significatum, de regular. nam ij dicuntur anni discretionis, vt ibi, & in cap. duo pueri, infra eodem. Sed fortè respondebunt, quod illa iura loquuntur in matrimonio spirituali, secus in carnali: nam in carnali solum hoc videtur attendi, an possint commisceri, vt in cap. de illis. il. secundo, & cap. fin. infra eod. & ex inspectione hoc iudicatur, & fit probatio annorũ, infra eo. cap. attestationes. & sic aliud in spirituali, & aliud in carnali. Sed dicit Hostien. quod immo in carnali multò fortius, per cap. 1. supra eo. quid enim diceres, si pilos inferioris barbæ eradicarent, seu euellerent, vt quædam faciunt, ad hoc, vt iuniores appareant: vnde tales, secundum eos, in perpetuum non erunt puberes, nisi fortè pariant, & sic secundum ipsos, nisi peperierint, contrahere nõ possent, vnde nec virgines duci possent, quod esset nimis absurdum, contra titu. de bigam. & cap. sine, de cleric. coniug. & sic patet, quod prædicta opinio est erronea, & detestabilis: nam prædicti dictam opinionem tenẽtes saltem numero vigintiquinque annorum parcere debuerunt, cum dicat lex, quæ in matrimonio contrahendo patris consensum requirit,
53 quod † si fuerit maior vigintiquinque annis quam pater maritare distulit, vitam turpem elegerit, vel sine patris consensu nupserit, non est digna exhæredatione, vt in Auth. vt cum de appell. cogno. §. si alicui ex prædictis. colla. 8. & in auth. si post 25. ann. C. de inoff. testamen.

¶ Nec obst. cap. fin. infra eod. quia, quod ibi dicitur, poterunt coniungi, subauditur, & hoc factum fuerit, alias de hoc constare non posset, qui coire non possunt, & ideo ibi dicitur in fi. quod licet circiter duodecim annos haberet, non tamen constabat, an malitia suppleuisset ætatem, quia nihil probabatur de carnali copula.

¶ Nec obst. infra eod. cap. attestationes, quia in quantum tex. ibi dicit, inspectis, &c. exponi debet, idest probationibus eorum receptis, vel inspectis, scilicet in facie, non in inferiori barba: in ea enim non est verisimile, quod Papa inspiceret. vel dic, vt ibi dicam.

¶ Nec videtur in hoc multum insistẽdum, cum omnes decretales dicant, perfectam, atque legitimam ætatem ad matrimonium contrahendũ etiam in muliere duodecim annorum, & quatuordecim in masculo, etiam hodie, vt dixi supra, quæstio. 10. & quæstio. 11.

¶ Nec obst. tex. noster, quia ita debet intelligi, & exponi. Quare concludit Hostien. in summa, eo. ti. §. & qualiter, in princ. quod iste primus modus, scilicet de inspectione corporis, nec necessarius, nec seruandus est, & quod nunquam vidit illum seruari, & sic per desuetudinem abijt, quod est intelligendum de inspectione barbæ inferioris, vt dixi: nam per aspectum superioris inducitur quædã præsumptio, non probatio. ff. de minor. l. minor viginti quinque annis ex aspectu. & videtur esse talis præsumptio, quæ quandoque releuat à probatione, secundum quod euidentia ostendit: vnde data præsumptione maioris, vel minoris ætatis, aduersario incumbit onus probandi contrarium. ff. de probat. l. ei, qui. Et hæc proceduut quo ad matrimonium, secus si quæratur de defectu membri, aut de arctatione, vel simili impotẽtia, quæ apparere potest per inspectionem, secundum quod latè videbimus infra, in tit. de frigi. Secundo modo probatur puber-
54 tas † per numerum annorum, vt in cap. à nobis, & cap.

& cap. continebatur. 1. respon. & §. 1. & cap. de illis. il. primo, & ibi Hostien. & Ioan. And. & cap. de illis. il. secundo, & cap. attestationes, & cap. duo pueri, & cap. fin. infra eod. & supra tit. 1. cap. fin. ibi, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma cõtractus. quasi dicat, si verba de præsenti interuenissent, tũc tenuisset primum matrimonium, & nõ secundum, ex quo erat ætatis legitimæ, quia adolescentes. & ad idem cap. penult. supra tit. 1. & est expressum, infra qui matrim. accus. poss. cap. insuper. & ff. de sponsal. l. in sponsalibus. & ff. de ritu nupt. l. minorem. ideo si minor duodecim annis ducatur in vxorem, dicitur duci immatura. ff. de donatio. inter virum. l. cum hic status. §. si quis sponsam. & ad idem ff. de cõcub. in l. 1. ideo etiam dicitur, quod plerũque ante adultam ætatem voluntas alicuius circa matrimonium discerni non potest, vt in cap. 1. supra eod.

¶ Et aduerte, quia videtur, quod numerus annorum debeat esse completus, quoniã lex dicit, quod qui vehementer citius nuptias contrahunt, non minus quindecim annis ad hoc procedunt, vt in Authent. de tempore non solutæ pecuniæ super dote. §. generaliter. vers. si quidem, collat. 7. Posset tamen dici, quod ibi nõ fit prohibitio, immo frequens cõsuetudo hominum denotatur: vnde non dixit, non procedant, sed dixit, non procedunt, quasi dicat, ita fit, non tamen debemus nos considerare quid fiat, sed quid fieri debeat, supra de electio. cap. cum causam, quæ inter prsbyterum. §. quia igitur. no. tamen, quod licet per numerum annorum probetur quis pubes ad hoc, vt possit cũ alio matrimonium contrahere, & quod talis consensus constitutione canonica firmetur, videatur necessaria ætas requisita, non tamen sequitur, quod semper talis sit potens, & aptus ad matrimonium, cum tales quandoque propter frigiditatẽ, maleficium, vel aliã coeundi impotentiam ad matrimonium non sint apti, vt latè dicam in tit. de frigi. ad quod etiam vide, quod dixi supra in glo. facit cap. quod sedem, infra de frigid. quia dum tex. ibi dicit, sicut puer, qui non potest, & non præsumitur, posse reddere debitum, &c. vt ibi videbimus. & sic patet, vt etiam dicit hic Dominus meus, quod hæc probatio est fallax, quia potest esse, quod habeat legitimam ætatem, & tamen non sit aptus ad matrimonium. Item potest esse, q nõ habeat legitimam ætatem, & tamen propter viripotentiam sit aptus, vel apta ed matrimonium, vt dixi supra, quæst. 10. & statim dicam in versic. tertiò probatur. & sequuntur hic Dom. Anton. Zaba. & Dominus meus. quia sicut minor ætas præuenta per copulam perficit matrimonium, ita per locum à contrarijs, maior ætas præueniens copulam, seu coeundi potestatem, impedit matrimonium, secundum Dom. Anton.

¶ Et aduerte, quia, vt dicit Hostien. & sequitur Zabar. in cap. à nobis, infra eod. copula rarò præuenit pubertatem, quod videtur probare ille tex. qui loquitur per dictionem, interdum, propter quod dicit Host. non debere scribi, quod ex copula probetur pubertas, cum ad ea, quæ rarò accidunt, iura
55 non adaptentur, † vt in l. nam ad ea. ff. de legibus. & in regula, inspicimus. de reg. iur. lib. 6. & vide plurima iura, quæ allegantur pro, & contra, per glo. penult. in cap. sequen. Sed dicit Zab. quod sufficit, quod aliquando ita eueniat, vt probant iura alleg. in glo. fina. in dicto cap. à nobis. & infra, de eo, qui cognouit consang. vxo. suæ, cap. fin. nam etiam ad ea, quæ rarò accidunt quo ad casus suos, quandoque iura adaptantur, vt l. antiqui. ff. si pars hære. pet. & in iuribus allegat. in cap. literas. infra eo. in glo. 3. & vide, quod dixi de puero nouem, & decem annorum, & de puella septem annorum, supra q. 20. Quare dic, quod licet ætas taxata quo ad alia non possit præueniri, vt l. 3. §. minorem. ff. de minor. vbi minor dicitur, si vna sola dies deficiat ad maiorem ætatem, & quo ad professionem, vide in cap. 1. de regular. lib. 6. & 20. quæst. 1. cap. illud. Glo. penult. in cap. attestationes. infra eod. tamen secus potest esse in matrimonio, vt supra dixi, & dicam in versic. sequenti.

56 ¶ Tertio modo probatur pubertas † ipso facto, seu per rei euidentiam, scilicet quia malitia, seu viri potentia aliquando supplet, quod in ætate deficit, puta adolescens cognouit puellam carnaliter: hoc enim casu, quamuis puella sit minor duodecim annis, tamen pubes iudicatur, vt dicto c. cõtinebatur. primo respon. & §. 1. & ibi Zabar. & cap. à nobis, & cap. de illis. il. secundo, & cap. fin. infra eod. & vocatur hæc præuentio aliquando malitia, vt dicto cap. de illis. & aliquando prudentia, seu industria, aliquando viripotentia, ad quod vide, quod dixi supra, quæst. 10. & in hoc casu, si vir dicat, quod cognouit vxorem, & vxor neget, statur verbo viri iureiurando firmato, vt dicto capit. continebatur. & cap. duo pueri. ante finem. infra eod. 33. quæstio. 1. cap. si quis acceperit. nisi mulier per aspectum corporis probet se virginem, vt supra dixi.

¶ Sed quare exigitur iuramentum viri in d. cap. continebatur. cum ageretur contra ipsum, & sic videtur contra. 6. quæst. 3. cap. actor. ¶ Sol. Dicunt quidam hoc procedere propter periculum animæ, quia de tanta re non est segnius agendum. 42. dist. c. quiescamus. immo cum diligentia inquirendum, vt in cap. consultationi. supra ti. 1. & sic etiam debet intelligi cap. attestationes. infra eo. Vel dic, quod in cap. continebatur, ideo exigitur iuramentum, quia cum mulier non compleuisset duodecimum annũ, de iure communi fundabat intentionẽ suam: nam præsumptio est, quod non sit potens, seu pubes, & ideo à viro exigitur iuramentum, quia sic obtinet de iure, vt tradit Hostien. in summa, in tit. vt eccle. benef. sub §. datur hic & alia regula. si enim compleuisset duodecimum annum, mulier nullatenus audiretur, vt infra, qui matrim. accus. poss. cap. insuper. & infra eod. cap. de illis. Nec etiam creditur verbo viri, & mulieris, si fortè dicerent, non posse ad inuicem commisceri, secundum ea, quæ latius dicam infra de frigid. & per hoc patet, quod malè dicunt, qui volunt, quod pubertas non probetur ex annorũ numero, de quo supra dixi, & adde, quod statim dicam in versic. tertius verò modus. & isti tres modi probationis probantur expresse hic in textu nostro.

¶ Primus reprobatur tãquam verecundus, licet ad probandam virginitatem, vel arctationem, aut membri defectum, admittuntur, vt supra dixi.

¶ Secundus admittitur per præsumptionem iuris, & de iure: quia ex quo probatur, quod adest requisitus

quisitus numerus annorum, præsumitur, q̃ possint ad inuicem commisceri, nisi propter causam frigiditatis, aut maleficij aliud contingat, vt supra dixi, & dicam infra, in tit. de frigid. Sed in minore non præsumitur, nisi probetur, vt in cap. quod sedem. infra de frigid.

¶ Tertius verò modus omnino admittitur, quia certus est, & nũquam fallit quo ad matrimonium, vt dicit hic Dominus meus, cum in viripotente tria adsint bona matrimonij, de quibus dixi in cap. fin. supra tit. 1. artic. 29. quamuis Azo hoc casu contradixerit in summa, de nuptiis. vbi dixit, quod sicut cognatio impedit matrimonium, ita & ætas, dicẽs, quod quamuis mulier esset vsa duplomate, vt in simili dicit tex. in l. continuus. ff. de verb. oblig.

57 ¶ Et aduerte, quia † qui minorem talem violaret, deberet puniri de stupro. ff. ad legem Iuliam, de adulteriis. l. inter liberos. primo respon. & §. primo. secundum Azo. Sed eius opinio reprobatur hic, & etiam ex supradictis.

¶ Non ob. l. indecoram. C. quando tutor vel cu. esse desi. vbi pubertas solum attenditur ex numero annorum: quia, ut dicit hic glo. fin. licet in alijs, puta, tutela uel cura, consideretur pubertas ex numero annorum, tamen secus est in matrimonio carnali, in quo consideratur iuripotentia, vt dixi supra: non tamen sic in matrimonio spirituali, licet contrarium videatur sentire glo. antepenult. in c. cum virum. supra de regu. & male, quia in professione præcisè requiritur pubertas ex numero annorum, vt in c. ad nostram. supra de regu. & in c. 1. de regu. lib. 6. Nec potest præueniri ratione discretionis, ut dictis iuribus, & in c. postulasti. de regula. dixi in c. ad audientiam. inf. de homicidio. in quinto principali artic. quæst. 9.

¶ Decimoquintò, quoniam in superioribus qq. sæpissimè dictum est de proximis pubertati, quæro
58 quis dicatur proximus pubertati. ¶ Sol. Glo. super verbo, ætati proxima. in c. continebatur. inf. eo. dicit quod potest dici is qui distat à pubertate per sex menses uel minus, ut inf. eod. c. attestationes, & ibi glo. super uerbo, finem. & ff. de excusa. tuto. in l. non tantum. & per l. ad rem publicam. ff. de mun. & honor. idem etiam dicit Innocen. & pro ista opinione allego quod notant Tancre. Vin. Philippus, Innoc. & Io. An. in c. 3. supra tit. 1. vbi dicunt, quod proximus septennio dicitur, qui habet sex annos cũ dimidio, vel vltra; arg. d. c. attestationes. & d. l. ad rem publicam. & notatorum per Barto. in d. l. non tantum. qui dicit, quod dictio, prope, adiuncta tempori, semestre tempus significat. Quidam tamen, quos refert hic Io. An. in d. c. 3. dicunt, quod proximus infantiæ dicitur qui est constitutus in 7. anno. Lau. uero dicit si compleuit sextum annum. Host. autẽ dicit q̃ ille dicitur proximus pubertati, qui est circa finem pupillaris ætatis per triduum, argu. c. ad nostram. supra de reg. & argu. c. in causis. primo respon. in fi. supra de elect. & c. officij. & sic intelligit c. attestationes. inf. eod. & c. fin. Zab. vero in d. cap. continebatur. dicit, quod prima opinio est uerior, per d. l. non tantum. Sed ut dicit ibi D. M. in contrarium facit quod not. glo. Insti. de inutil. stip. §. pupillus, & Insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur. §. in summa. quę dicunt, quod masculus dicitur proximus pubertati, qui est in vndecimo anno cũ dimidio, fœmina vero quæ est in nono anno cum dimidio, argu. §. fi. Inst. quibus ex causis manu. non licet. & est ratio, quia post pueritiam, quæ incipit in septimo anno, restant septem anni vsque ad pubertatem, & ideo in eo ex quo excedit medietatẽ istius temporis, uidetur magis proximus pubertati quam infantiæ, & idem dicendum de fœmina quæ pubescit in duodecimo anno, & ideo post nouem annos cum dimidio videtur esse proxima pubertati. Tu dic, quod idem tenet Bar. in l. 1. ff. de nouationibus, & l. 1. §. fin. ff. de liberis exhibendis, & Zenze linus, Zab. & Io. de Imo. in clem. 1. de homicid. & Specu. in titu. de teste. §. 1. vers. sed nunquid fratres. Sed Dom. Anto. in c. attestationes. inf. eo. dicit hoc relinquendum arbitrio iudicis, ex quo à iure non est determinatum. Sed dicit D. M. in d. c. continebatur. in fi. quod respectu matrimonij, si puella fuit cognita dum esset in decimo vel vltra, satis diceretur viripotens, & matrimonium diceretur consummatum, dixi supra quæst. 10. Si vero non fuit cognita, non est disputandum de illa proximitate, quia oportet quod masculus 14. fœmina uerò 12. compleuerit annum, ut hic, & in c. attestationes. inf. eo. nisi daretur viripotentia, secundum eum. Sed intellige nisi attigisset vltimam diem, ex quo, vt dixi, dies cepta habetur pro completa, & prædicta latius declara, secundum in ea, quæ dixi supra maxime in 9. q. & tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ætatis disparitas non impedit sponsalia.*
2 *Annus septimus completus requiritur ad sponsalia de futuro. & nu. 3.*
4 *Sponsalia contracta cum minore septennio, non inducunt publicæ honestatis iustitiam.*
5 *Contractus nullus non impedit sequentem validum.*
6 *Affinitas contrahitur etiam per coitum illicitum, & per eam dissoluuntur sponsalia de futuro.*
7 *Sponsalia contracta cum minore septennio, quomodo validentur.*
8 *Iura debent adaptari ad ea quę frequenter accidunt.*

CAP. IIII.

Litteras. Qui desponsauit minorem septennio, cum eius matre contrahere potest: secus si tempore sponsalium erat maior, vel si tunc erat minor, & eadem voluntate durante sit facta maior, quia si cum matre contrahit, & eam cognoscit, nec matrem, nec filiam habebit. hoc dicit cum cap. sequenti. Sed generalius sic. Ex sponsalibus contractis cum minore septennio non oritur impedimentum publicæ honestatis, secus si cum maiore vel minore, sed post septennium consentiente, & affinitas sequens dissoluit præcedentia sponsalia de futuro. hoc dicit, cum c. seq. Communis diuisio. secunda ibi, consultationi.

¶ Et in tex. ibi, ætatis, dic, scilicet 14. annorum, vt supra cap. proximo. Et ibi, consultationi. dic quæ quæsiuisti, an matrimonium cum matre contractũ debeat separari. Et ibi, in cunabulis. dic ideſt ante septem annos, nam post illam ætatem non consueuerunt

runt pueri teneri in cunabulis. Et ibi, compleuit, dic cum simul morarentur, nec tunc contradixit. Et ibi, placere, dic sæpe vsque ad tentationem.

2 ¶ Primò nota, quod † disparitas ætatis nõ impedit sponsalia, ad quod uide quod dixi in cap. præcedenti. quæst. 9.

¶ Secundò nota ibi, septimum annum compleſſet, quæ verba bis in textu repetuntur, quod ad sponsalia de futuro contrahenda requiritur,
2 quod † septimus annus sit cõpletus. & sic facit iste tex. quod talis ętas non posit præueniri, aliàs Papa distinxisset, prout fecit in matrimonio, in cap. conti nebatur, infra eod. Sed tu dic, vt dixi in cap. 1. supra eod. in 6. & 7. quæst. principali, & in cap. præcedenti, quæst. 8.

3 ¶ Tertiò nota ex eisdem verbis, quod † ætas septimi anni est idonea ad sponsalia contrahenda, & hoc procedit tam in viro, quàm in muliere, in quibus in hoc equalis est conditio, dixi in d. quæst. 6. licet in matrimonio sit differentia, quia citius pubescit fœmina, quàm masculus, dixi in cap. præceden. quæst. 9. & 10.

4 ¶ Quartò nota, quod † sponsalia contracta cum minore septennio non inducunt publicæ honestatis iustitiam. ad quod vide, quod dixi in capit. cum apud. supra tit. 1. artic. 9. versic. decimum impedimentum, quæst. 4.

5 ¶ Quintò nota, quod † contractus nullus non impedit sequẽtem validum, de quo in regula, non præstat, de reg. iur. lib. 6.

6 ¶ Sextò nota, quod affinitas contrahitur † etiam per illicitum coitum, & per eam dissoluuntur sponsalia de futuro, & impeditur matrimonium de præsenti, de quo latè dicam in titulo de consanguinita. & affinita.

¶ Septimò nota, iuncta glo. penult. quod sponsalia contracta † cum minore septennio, validãtur
7 per superuenientiam puerilis ętatis, iuncto aliquo actu approbatiuo, vt quia spõsus vadit ad domum sponsæ, vel quid simile agit, vt in cap. vnico, eod. tit. lib. 6. dixi in cap. 1. supra eo. quæst. 6. & in cap. præceden. quæst. 12. & sic, quod non valet ab initio, ratihabitione firmatur, vt ibi dixi.

¶ Vltimò nota considerandum esse, quod euenire cõsueuit: ex quo infertur, quod iura † debent
8 adaptari ad ea, quæ frequentius accidunt. ad quod glo. nostra penult. hic allegat multa iura pro, & contra, vide quod dixi in cap. præced. q. 13.

¶ In glo. prima, in fi. dic, vt dixi in iuribus in glo. alleg. & in cap. cum apud, supra tit. 1. art. 9. ver. decimum impedimentum, quæst. 4.

¶ Glo. penultima in principio sentit duas quæstiones, & soluit, deinde colligit argumentum, quod probat per multa iura, deinde plura allegat in contrarium.

¶ In eadem glo. ibi, ratihabitione confirmantur. dic vt dixi in cap. 1. supra eo. in 6. quæst. princ. & in cap. præced. in 12. quæst.

¶ In fine glossæ, dic, vt dixi in capit. præcedenti, quæstione decimatertia, & in iuribus hic in glo. allegatis.

¶ In glo. fin. in fine. dic de hoc, vt latè dicam infra, in tit. de consanguin. & affin.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro contracta ante septennium, non inducunt publicæ honestatis iustitiam.*
2 *Cognitio causæ matrimonialis inter laicos, & consecutiuorum ad eam, spectat ad ecclesiam.*
3 *Desponsatio, & matrimonium differunt, & quomodo.*
4 *Annus septimus completus requiritur ad sponsalia de futuro tam in masculo, quàm in fœmina.*
5 *Sponsalia nulla, ratione ætatis, ex sola superuenientia legitimæ ætatis non ratificantur, sed exigitur consensus tacitus, vel expressus.*
6 *Sponsalia de futuro contracta cum doli capace inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ durat, etiam si postea sint soluta.*
7 *Sponsalia de futuro contracta cum alio habent tacitam conditionem, si is, pro quo contracta fuerunt, requisitus contrahere voluerit.*
8 *Matrimonium putatiuum, an habeat effectus veri.*
9 *Varietas in facto sufficit, sicut quandoque sufficit varietas tituli.*

CAP. V.

Accessit. Summatum est supra in cap. præceden. Vel sic. Sponsalia nulla ex defectu consensus non inducunt publicæ honestatis iustitiam: sponsalia verò aliqua, licet legitimo modo fuerint dissoluta, inducunt publicæ honestatis iustitiam. hoc dicit. primò ponitur decisa consultatio. secundò responsio, continens bimembre mandatum. ibi, fraternitati. & secundum membrum ibi, sanè. ¶ Et in tex. ibi, postea. dic, scilicet adueniente ętate septennij. Et ibi, consenserit. dic, tacitè, vel expresè. Et ibi, absolutus. dic, quia adueniente pubertate noluit cõsentire sponsalibus. vnde, vt dicit hic glo. 2. hoc respicit factum. Et ibi, consentire noluerit. dic scilicet in matrimonium, adueniente adulta ætate, secundum Goffr. consenserat tamen in spõsalibus: aliàs enim si nec in sponsalibus consensisset, non fuisset inducta publica honestas, & sic nihil impediret istum iuuenem, quin posset habere matrem in vxorem, & hoc sonat litera hic in fine, quæ dicit, desponsata. Abbas verò intelligebat, q̃ sponsalia fuerant contracta per alium, & licet mulier non consenserit, tamen habuerunt publicam honestatem, sed hoc est falsum, vt dicit hic Ioan. And. Et in contrarium est tex. in c. vnico, in fine, eod. tit. lib. 6. ad quod vide, quod latè dixi in cap. cum apud, supra tit. prox. artic. 9. ver. decimum impedimentum, quæst. 4. & versic. Item quæro circa hanc materiam. Et in tex. ibi, eius cuius. dic. s. matris. & ibi, desponsatæ. dic, scilicet cum septennium compleuisset, vt supra dixi.

1 ¶ Primò nota, † quod sponsalia de futuro contracta ante septennium, non inducunt publicæ honestatis iustitiam. dixi in c. cum apud, supra tit. proxi. art. 9. versic. decimum impedimentum, quæst. 4. tetigi in cap. puberes. supra eod. q. 4.

¶ Secundò nota ibi, si tibi constiterit, iuncta su-
2 prascriptione, quod ad ecclesiam spectat † determinare de matrimonio inter laicos, & de omni consecutiuo ad matrimonium. ad quod vide, quod dixi in cap. is qui fidem. supra tit. 1. art. 19.

¶ Tertiò

¶ Tertiò nota ibi, despõsationes & matrimonia, quod cum dictio, &, de sui natura cadat inter diuersa, ut notatur in rubrica. ff. de iuris & facti ignorantia, quod differentia est inter desponsationem,
3 & matrimonium. † nam desponsatio non est proprie matrimonium, sed futuri matrimonij promissio. nec matrimonium est desponsatio, ad quod uide quod dixi, sup. ti. 1. in rub. in 1. artic.

¶ Quartò nota ibi, septimum annum compleuerit, q̃ ad sponsalia de futuro contrahenda requiritur tam in masculo quàm in fœmina septimus an-
4 nus completus, † vt dixi sup. eod. c. 1. quæst. 6. & in c. præcedenti.

¶ Quintò nota, quod impedimentum publicæ honestatis fundatur vt verbum sonat, videlicet super honestate, ad quod uide quod dixi in cap. cum apud. sup. ti. 1. ver. 10. impedimentum. q. 2.

5 ¶ Sextò nota, quod † sponsalia nulla ratione ętatis, ex sola superuenientia legitimæ ætatis non ratificantur, sed exigitur consensus tacitus uel expressus, dixi in cap. 1. sup. eod. quæstio. 6. & in cap. puberes. quæst. 12.

6 ¶ Septimò nota, quod † sponsalia de futuro contracta cum doli capace inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ durat etiam si postea sint soluta, vt hic, & in c. præcedenti. & vide quod dixi in d. c. puberes. quæst. 8.

7 ¶ Octauò no. quod spõsalia de futuro † contracta pro alio, habent tacitam conditionem, si is pro quo contracta fuerunt, requisitus cõtrahere voluerit. ideo postea, altero consentire nolente, propter conditionis defectum ipso iure soluuntur.

¶ Glo. super uerbo, absoluitur, sentit contrariũ. nam cum sponsalia contracta cum minore septennio sint nulla, non uidetur quod dissolui possint, arg. c. ad dissoluendum. infra eo. ¶ Glo. soluit, sub audiendo uerbum, maxime, uidelicet quod argumentum procedit, si absolutio facta fuit antequam puella compleret septimum annum, & sic procedit de facto. Si vero compleuit septimum annum, absolutio est vtilis ad declarandum quod puella ad ueniente septennio non consensit. dicit tamen Innocen. quod sine absolutione credit sufficere, si alter in septennio protestetur se nolle consentire.

¶ Glo. super verbo, prolem, sentit q. & soluit.

8 ¶ In fi. glo. dic, vtrum autem † matrimonium putatiuum habeat effectus, quos habet uerum matrimonium. vide ut late dixi in c. fi. sup. ti. prox. art. 29. quasi prope finem. versi. postremo quæro iuxta prædicta &c.

¶ Glo. penultima quærit de intellectu litteræ, & soluit. posset etiam expediri per oppositionem, hoc modo, si puella fuit desponsata post septennium, sponsalia tenuerunt, & tamen hic dicitur quod ipso iure fuit absolutus à desponsatione puellæ, cum ipsa noluerit in eum consentire. ¶ Gl. soluit, quod, quia puella noluit in matrimonium consentire, vir fuit absolutus & idem Goffredus, qui super tex. in ver. consentire. subaudit in matrimonium, adueniente adulta ætate, sed tamen consensit in sponsalibus: aliàs enim non fuisset inducta publica honestas, vt dixi super tex. & sic nihil impediret eũ quominus posset habere matrem. & hoc tenendo, ad contrariũ respondet, quod per hanc absolutionem non infertur, quod sponsalia non tenuerint, immo potius contra, quia si fuissent nulla, non potuisset iste proprie ab illis absolui, per d. c. ad dissoluendũ. nisi de facto, vt dicit glo. 2. & supra dixi. Refert tamen glo. quosdam dicere, quod puella non consensit sponsalibus, & sic fuerunt nulla, & ista fuit opinio Tancredi, qui mouebatur ex antiqua decretali, vbi præcipiebatur, matrimonium cum matre simulando substineri. Sed glo. dicit hoc non posse stare, quia tunc non separaretur matrimonium cum matre cõtractum, ex quo nulla fuisset orta publica honestas, ex quo sponsalia erant nulla. vnde cum littera ista dicat, quod non potest habere matrem, merito sequitur quod puella consenserat in sponsalibus cum isto contractis. Ab. tamen uoluit quod ex sponsalibus per alium contractis orta esset publica honestas, licet puella non consenserit, quod est falsum, vt dixi super tex.

¶ Glo. fi. ponit effectum publicæ honestatis, dic vt dixi in c. cum apud. supra titu. 1. arti. 9. vers. decimum impedimentum. quæst. 5.

¶ Postremo oppono de superfluitate istius cap. ex quo idem dicebatur in c. præcedenti. ¶ Sol. Hostien. dicit quod c. præcedens loquitur, quando vir
9 & puella cohabitauerunt: hic vero, quando separati morabantur. quæ solutio non colligitur ex tex. nostro. sed potes dicere secundum Zab. quod sufficit varietas in facto, sicut † quandoque sufficit uarietas tituli, vt in c. 2. supra de libel. oblat. iuncto c. significantibus. supra de appel. ad quod optimus tex. in l. natura cauillationis. ff. de uerbor. signif. & in l. ea est natura cauillationis. ff. de reg. iu. vel dic q̃ hic interuenit absolutio ecclesię super sponsalibus, q̃næ non interuenit ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ætas ad matrimonium contrahendum probatur per annos.*
2 *Matrimonium inualidum ratione illegitimæ ætatis valet, vt sponsalia de futuro.*
3 *Sponsus non debet soluere sponsalia propria authoritate.*
4 *Cautela, quam debet adhibere puella quæ cõsensit matrimonio ante pubertatem.*
5 *Matrimonium aliàs prohibitum, quo casu cõtractum teneat.*
6 *Puella potest ante pubertatem carnaliter cognosci & concipere.*
7 *Allegans debet ita allegare, vt intelligatur.*
8 *Imperia Papæ, & Imperatoris quomodo distincta sint.*
9 *Doctores vel scholares inuicem conferentes, an teneantur allegare titulos & leges in particulari.*
10 *Consulentes, an teneantur allegare iura.*
11 *Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus etiam cum impubere contractis.*
12 *Ætas constituta ad matrimonium potest præueniri per viripotentiam.*
13 *Copula carnalis, quid operetur in matrimonijs.*
14 *Dictio, vel circa, refertur ad tempus modicum.*
15 *Matrimonium, quando consumetur per copulam carnalem.*
16 *Consensus mulieris requisitus ad matrimonium, debet*

bet esse liber, non meticulosus, nec violentus.
17 *Virgo vi cognita licet amittat virginitatem, non tamen amittit meritum.*
18 *Parentibus creditur de ætate filiorum.*
19 *Viro iuranti se mulierem cognouisse, an standum sit, & quando. num. 20.*
21 *Iuramentum potest exigi à reo, vbi vertitur periculum animæ.*
22 *Pubertati proximus, quando quis dicatur.*
23 *Denunciatus ab officiali ex forma statuti, an debeat audiri volens probare contrarium.*
24 *Probare volens per instrumenta nouiter reperta, admittitur etiam post iuramentum deciſorium.*

CAP. VI.

CONTINEBATVR. Si impubes desponsata, & traducta, facta pubes petit licentiã contrahendi cum alio, nõ auditur viro iurante, quod eam cognouit, vel si nondum sit effecta pubes. & proxima pubertati probetur cognita, hoc primo, & ex spõsalibus cum maiore septennio contractis oritur publicæ honestatis iustitia. hoc dicit. Et pars istius habetur in c. continebatur. supra de his, quæ fiunt à præla. Communis diuisio. secunda ibi, consultationi. quæ diuiditur in tres partes, sicut tria ponit dicta. secunda ibi, sciunt. tertia ibi, si verò. & dicit hic Hostien. declarando tex. Quædam puella infra annos nubiles alicui se matrimonialiter copulauit, & postea petijt ab episcopo licentiam contrahendi cum alio: sed ei obiiciebatur, quod esset cognita, & consenserit, super quo creditur iuramento mariti hoc affirmantis, & si cognita fuit, prætextu illegitimæ ętatis matrimonium non soluitur: si verò cognita non reperiatur, ipsa consentire nolente, sponsalia soluuntur, remanet tamen impedimentũ publicæ honestatis impeditiuum matrimonij, cum cõsanguineis alterutrius. Et in tex. ibi, eundem. dic. scilicet spõsum, cui tradita fuerat. & ibi, & infra. dic sub isto infra continetur, quod vir contradixit, dicẽs se illam carnaliter cognouisse, & hoc promptus erat iurare. Sed dicit Hostien. quod mulier contrarium asserebat, licet diceret, quod ipsam tentauerit aliquando inuitam, & renitentem, sed virgo euasit, vt in simili supra tit. primo, cap. fin. & infra eod. cap. attestationes. ideo primò quæritur, an sit standum iuramento viri. Secundò, vtrum propter ętatis defectum possit matrimonium impediri, vel si fortè inuita fuit cognita. Tertiò, si contingat sponsalia separari, vtrum alter de alterius consanguinitate possit vxorem ducere. & ad prædicta Papa hic per ordinem respondet. Et in tex. ibi, cognouerit. dic scilicet nolente ipsa vxore. Et ibi, & id. dic scilicet, quod ipsam cognouerit, vt in sequenti. Et ibi, si autem. dic, dictum est quid iuris, quando peruenit ad pubertatem, hic dicit quid iuris sit, cum non peruenit, secundum Innocen. Hostien. verò dicit, quod hic respondet secundæ quæstioni. & ibi, desponsata. dic maior scilicet septennio, & libero consensu, ne sit cõtra duo capitula præcedentia. Et ibi, fuerit. dic, & ad ętatẽ veniens virgo omnino reclamauerit, & sic per eũ fuit absoluta, vt sup. ti. prox.

¶ Primò nota ibi, nubiles. quod per annos pro-
2 batur † ętas apta ad matrimonium contrahendum. dixi in c. puberes. sup. eo. q. 13. ver. secũdò probatur.

¶ Secundò nota ibi, quod matrimonium inualidum † ratione illegitimę ętatis valet vt sponsalia de futuro. dixi in d. c. puberes. q. 11.

¶ Tertiò nota ibi, licentiã postulauit. quod spon-
3 sus † non debet soluere sponsalia propria auctoritate, etiã alteri nubendo, sed debet patere ab episcopo hanc licentiam. dixi in cap. penul. supra tit. 1. artic. 31. prope fin. versic. quartò nota. & vide etiam, quod ibi dixi, in versic. secundò soluuntur.

¶ Quartò nota ibi, iudicio ecclesiæ. q̃ prædicta licentia soluẽdi debet peti à iudice ecclesiastico, di xi in d. ver. quartò no. & in c. ex parte, sup. ti. 1. ar. 24.

¶ Quartò nota ibi, nullatenus consensisse. cau-
4 telam, † quã debet adhibere puella, quæ consensit matrimonio ante pubertatem: quia, si vult impedire confirmationem matrimonij, debet aduenien te legitima ętate contradicere, vel fugere, vel nubere alteri, vel licentiam nubendi postulare, vt dixi in dicto cap. puberes. quæst. 12.

¶ Sextò no. quod † licet non sit permittendum
5 quod aliqui ante legitimam ætatem matrimonialiter coniungantur, vt in cap. 2. supra eo. dixi in cap. puberes, quæstio. 10. & 11. tamen si coniunguntur, & puella apparet cognita, tenet matrimoniũ, quia ex quo cognita est, attenditur sola viripotentia, ut dixi in d. c. puberes. q. 11. & q. 14. vers. 3.

¶ Septimò nota, quod possibile est quod puella ante pubertatem possit carnaliter cognosci & con-
6 cipere † etiam in decimo & vndecimo anno, vt in c. fin. de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. dixi in d. c. puberes. quæstiõ. 10. vbi etiam dixi de nouennio & septennio.

¶ Octauò nota ibi, veritati, quod de copula statur assertioni iuratæ, quia ius pro hoc præsumit. hæc tamen præsumptio potest per aspectum corpo ris reprobari, vt hic dicit glo. 2.

¶ Nonò nota ibi, in decretis, argumentum pro generali allegatione. ad idem tex. & Io. de Imo. in c. 2. supra de præbendis. & in c. 1. de iureiuran. & c. inter alia. inf. de sententia excom. in c. cum à nobis. sup. de testi. & in cle. constitutionẽ. in prin. de elec.

¶ Et quoniam hæc materia non habet titulum
7 specialem, conclude, quod † allegans debet ita allegare, vt is cũ quo allegat, vel coram quo allegat, ip sum intelligat. ita concludit Speculator in ti. de allegationib. & disputationib. §. porro. vers. in summa. & ex hac regula infertur ad casus speciales: nam, si corã summo Pontifice causa agitaretur, sufficit narrare factũ, & iuris intentionẽ allegare, absque eo q̃ iura allegentur per rubricas uel per quotas, quoniam Papa omnia iura communia in scrinio pectoris censetur habere, vt in c. 1. de constit. lib. 6. & ita communiter obseruant aduocati consistoriales.

¶ Aduerte tamen, quia specialia statuta, & speciales locorũ consuetudines, de quibus Papa ignorantiam habere præsumitur, vt in cap. 1. de constitutionibus. lib. 6. specialiter essent adducendę, & allegandæ, & idem dicendũ est de allegationibus fiendis coram principe, quoniam etiam Princeps omnia iura communia in scrinio pectoris sui habere præsumitur, vt l. omnium. C. de testamen. quod tamen etiam limitarem, respectu statutorum, & consuetudinum localium, vt statim dixi.

¶Item & ſecundo, hoc limito, ſi modo coram prin
cipe inducerentur iura ciuilia, ſecus ſi allegandus
eſſet aliquis canon, vel aliqua decretalis faciens ad
deciſionem, & ad cauſam, ſecundum quod dixi in
clem. teſtibus. de teſtib. quia tunc tales eſſent ſpecia
lius allegandæ: & idem arbitror dicendum de Pa-
pa, coram quo allegarentur leges: & ratio eſt, quia
8 diſtinctum † eſt Imperium vtriuſque, Papæ ſcilicet
& Imperatoris, vt eſt tex. in cap. cum ad verum. 96.
diſtinct. & 10. diſtinctio. cap. quoniam. niſi diceres,
quod ſatis eſſet allegare rationem, quia Papa habet
poteſtatem decidendi, & ſtatuendi ſuper opinioni-
bus, quæ eſſent hinc inde, quæ fortè rem dubiam
redderent: & ſimiliter Imperator, reſpectu tamen
iuriſdictionis ad eum pertinentis, vt eſt tex. in l. 1.
ff. de legibus. & ſic licet eſſet dubium de iure cano-
nico, & certum de iure ciuili, ſatis eſſet allegare fa-
ctum, & narrare rationes. De Doctore etiam, co-
ram quo allegandum eſſet, videtur idem dicẽdum:
9 vnde † ſi Doctores inuicem conferunt, vel ſcholā-
ris cum Doctore, non ſunt alleganda iura per quo-
tas, & rubricas: & ratio eſt, quia, cum ipſi ſint Do-
ctores, habent præſumptionem pro ipſis, quod iu-
rium habeant notitiam, tanquam periti in ipſa arte,
argumen. l. 1. §. 1. ff. de ventre inſpicien. & ratio ra-
tionis poteſt eſſe per regulam, eum qui certus. de re
gu. iur. lib. 6. quia certus certiorari non debet, vt l. 1.
ff. de actio. emp. Prædicta tamen non procedunt in
Doctorib. qui nedum rubricas, ſed quæ ſint iurium
volumina penitus ignorant, & ſic potius dolores,
quàm Doctores ſunt appellandi. Prædicta etiam li-
mitarem, reſpectu iurium, quorum peritiam pro-
fitentur, vt Doctor iuris canonici in iure canonico,
& ciuilis in ciuili. ſecus autem eſt econtra, quando
Doctor conferret cum ſcholari, vel ſcholares inter
ſe cõferrent, quia debent allegare iura per quotas,
& rubricas, quod facit cõtra ſcholares, qui dicunt,
Doctores ita dicunt.
10 ¶Vtrum autem iura † ſint alleganda in cõſiliis,
vide per Speculatorem in tit. de conſilij requiſitio-
ne. §. primo. & breuiter conclude, quod in conſilio
deciſiuo nõ eſt neceſſarium, ſicut nec in ſententia,
vt in cap. ſicut. ſupra de re iudic. tenet Specul. in tit.
de allegationibus. §. porro. verſic. in ſumma, & in ti-
tu. de ſententijs. §. 2. verſic. verum. & in tit. de conſi-
lij requiſitione. facit, quod notat Cyn. in l. 1. C. de
relationibus. tradit Dominus meus, conſil. 2. quod
incipit caſus, dum eſſet materia quæſtionis. & ra-
tio, quia prædicto caſu ita eſt approbata fides con-
ſulentis, ſicut iudicis. Secus autem eſt in cõſilio po-
ſtulato à parte pro cauſa ſua, quia eo caſu non cre-
ditur conſulenti, niſi quatenus alleget, & quoniam
Doctoris interpretatio eſt auctorizabilis, & non ne
ceſsitatiua, niſi in quantum iuribus, & rationibus
moueatur, vt in cap. 1. de poſtul. prælat.

¶Decimò nota, quod ex ſponſalibus contractis
11 etiam cum impubere oritur † impedimentum pu-
blicæ honeſtatis, quod impedit matrimonium con
trahendum, & dirimit contractum inter conſangui
neos alterutrius ex ſponſis vſque ad quartum gra-
dum, vide quod dixi in capitu. cum apud, ſupra ti-
tulo primo, artic. octauo. verſic. decimum impedi-
mentum, quæſt. 5.

¶Vndecimò nota caſum, in quo actore nõ pro-
bante, reus non abſoluitur, & de hoc in glo. 3.
12 ¶Duodecimò nota, quod ætas † conſtituta ad
matrimonium poteſt præueniri per viripotentiam:
nam hic tenet matrimonium cõtractum cum pro-
xima pubertati, & cognita, dixi in cap. puberes. ſu-
pra eod. quæſt. 13. verſic. ſecundo modo.
13 ¶Decimotertiò nota, q͡ copula † facit, vt ſpon-
ſalia de præſenti, quæ valebant ſolum, vt ſponſalia
de futuro, ratione ætatis ratificent matrimonium. di
xi in cap. is qui fidem. ſupra tit. 1. artic. 22. in princip.
& verſic. quinta declaratio. & ſupra eod. cap. pube-
res. quæſt. 11.

¶Decimoquartò nota ibi, vndecimo anno, vel
14 circa. de ſignificato huius dictionis, circa, † quia re-
fertur ad tempus modicum. ad idem cap. atteſtatio
nes, & cap. fi. infra eodem. quod eſt ponderandum
ad dicta teſtium, qui depoſuerunt, quod talis poſſe
dit tanto tempore, vel circa, de quo remittit Dom.
Ant. ad not. per Gugliel. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis
cautionibus. & per Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod
ſimpliciter. ff. ex quibus cauſ. maior. & in cap. præte-
rea. ſupra de dilationibus. Sed Dominus meus in
cap. fin. infra eod. dicit, quod teſtes ita deponentes
de nihilo probant: ſed, quia nõ eſt materia noſtra,
vide in dictis iuribus, & per Bartol. in l. Celſus. ff. de
vſucapio. & in cap. licet, de probatio. & per Ioann.
Monach. in cap. 2. de offi. ord. & vide, quod dixi in
cap. fin. infra eod. in 3. notabili.

¶Decimoquintò nota ibi, duodecimum. quod
per copulam carnalem matrimonium cõſumatur,
15 † quando ſponſa cognita erat in decimo, vel duo-
decimo anno, vel circa. ita colligit hic Gugliel. Na-
ſo. Alij verò volunt, quod ſatis ſit, quod ſit maior
ſeptimo. ad quod vide, quod dixi in cap. is, qui fi-
dem. ſupra tit. 1. artic. 22. in princ. & in cap. puberes.
ſupra eod. quæſt. 10. & 13.

¶Decimoſextò nota ibi, cum ſuo aſſenſu. quod
16 ad validitatem matrimonij requiritur † conſenſus
mulieris, cuiuſcunque ſit ætatis, nec debet eſſe me-
ticuloſus, aut violentatus, quoniam mulier poſſet
ſe propter illatam violentiam, vel metum excuſare,
vt in cap. de illis. il ſecondo, infra eodem. Conſen-
ſus enim tam in fœmina, quàm in maſculo debet
eſſe liber, ad quod vide, quod dixi in capit. tua, ſu-
pra titulo primo, articulo decimoquarto, quæſtio-
ne ſecunda, & in cap. cum apud. ſupra titu. primo,
articulo 9. verſic. ſeptimum impedimentum, quæ-
ſtio. prima, & ſecunda. Et ſi vis eſt abſoluta, licet mu
17 lier † amittat virginitatem, non amittit meritum,
immo duplatur, ſecundum Hoſtien. & Henric. hic.
dixi in dicto verſiculo, ſeptimum impedimentum,
quæſtione 3.

¶Decimoſeptimò nota ibi, præſertim. de dictio
ne, præſertim, quam glo. exponit pro, maximè, pro
quo facit cap. à nobis, & cap. de illis. il ſecondo, in-
fra eodem. dixi in cap. olim. infra de accuſationib.
ſed pleniſsimè in capitu. quoniam. §. porro. ſupra,
vt lite non conteſtata. vbi vide, quando ſit, quod
ponatur pro tantum, & quando comparatiuè pro
maximè.

¶Decimooctauò nota ibi, parẽtes. quod de æta-
18 te † filiorum creditur parentibus, ſecundum Abb.
de hoc in cap. ſuper eo, de teſtibus. & infra, qui ma-
trimonium accuſare poſſunt. cap. videtur. ad quod
vide,

vide, quæ latè dixi in cap. cum in tua, ſupra titu. 1.
artic. 27. quæſt. 2.

¶Glo. ſecunda opponit, quod non ſit ſtandum
19 viro iuranti ſe mulierem † cognouiſſe. 27. quæſt. 2.
cap. quod interrogaſti. aliàs incipit, quod autem in-
terrogaſti. 33. quæſtio. 1. cap. requiſiſti. ſic commu-
niter habentur hæc capit. allegata hic in glo. pro
contrarijs, ſed ambo ſunt. 33. quæſtio. 1. glo. ſoluit.
deinde glo. in verſic. præterea. limitat tex. noſtrum.

¶In eadem glo. ibi, ſi quis acceperit. dic, quod
hic ſtatur viro, quia ex quo vir, & vxor ſimul habi-
tauerunt, & vir iurat, quod eam cognouit, ei cre-
ditur propter præſumptionem, quæ eſt pro eo, quia
à iuuene cupido nõ creditur reddita virgo, de quo
per glo. 33. quæſtio. prima. capitu. ſi quis acceperit.
aliàs incipit, ſi quis vxorem. & hoc verum, niſi mu-
lier per aſpectũ probet ſe virginem, quia tunc ceſſa-
ret illa præſumptio, vt in c. propoſuiſti, & in c. cau-
ſam matrimonij. de probatio. allegatis in fine glo.
& ex hoc dicit Gaſpar de Calderinis, quod in di-
cto cap. quod autem interrogaſti. mulier fuit audi-
ta, quia dicebat, quod vir coire non poterat, & di-
citur, quod mulier per iuſtum iudicium poteſt pro
bare, quod verum ſit, auditur: nec dicitur ibi, quod
probet ſe virginem per aſpectum; primum dictum
eſt verum, quia ſi mulier per aſpectum probet ſe
virginem, tollitur præſumptio, quæ erat pro viro,
vt dicto capitu. propoſuiſti. ſed ſi mulier vult ſepa-
rari ad hoc, vt poſsit cum alio contra here, vt vo-
lebat in dicto capit. quod autem interrogaſti. tunc
iuſtum iudicium intelligitur alio modo, videlicet,
quia, ſi dicit virum frigidum, procedatur, vt dici-
tur in cap. primo. infra, de frigid. Si maleficiatum,
procedatur, vt dicitur in cap. fi. de frigid. Et ex hoc
patet ſolutio ad capit. requiſiſti. quia ibi mulier vo-
lebat ſeparari, vt poſſet cum alio contrahere, ideo
vltra confeſsionem viri, & mulieris aſſerentium ſe
non poſſe coniungi, exigitur iuramentum ipſius
viri, & mulieris, ac etiam ſeptimæ manus propin-
quorum, hoc affirmantium, vt in cap. primo. infra,
de frigid. ex eo quia ſi is, qui dixit ſe frigidum cum
alia contraxit, iudicatur reus periurij, & vide, quod
traditur ibi, & in dicto cap. quod interrogaſti, & di
cto cap. ſi quis acceperit. & quod dicam in titu. de
frigid. ſub art. 9. & in decimotertio impedimento.
20 Et an & quando credatur iuramento viri. † Henr.
Boich diſtinguit, q͡ aut vir, & mulier confitentur,
quod copula non interceſsit, & ſtatur confeſsioni:
33. quæſtio. 1. capit. de his requiſiſti. aliàs, quod re-
quiſiſti. & in cap. primo, & cap. laudabilem. infra, de
frigid. Aut vterque confitetur, quod copula inter-
ceſsit, & idem & fortius, quia fauetur matrimonio,
argumen. cap. fin. de re iudicata. Aut alter confite-
tur, & alter negat: & dic, quod aut qui negat, hoc
probat per inſpectionem mulieris, per quam appa-
ret virgo, & ſtatur inſpectioni, vt in cap. propoſui-
ſti, & cap. cauſam matrimonij, de probationibus. &
idem ſi mulier probet virum totaliter impotentem
per inſpectionem, vt quia eſt ſectus, carens mem-
bro genitali. infra de frigid. cap. laudabilem. ibi, ſi
prius probari non poſsit, à contrario ſenſu. Aut qui
negat, non probat per inſpectionem. Et ſubdiſtin-
gue, q͡ aut ille, qui ſtat pro copula, legitimè pro-
bat per teſtes, vel alia documenta, & non creditur
negationi alterius, vt in cap. literas, & cap. illa. ſupra
de præſumptio. & cap. præterea, de teſtibus. Aut ni
hil probat, nec etiam probatur in contrarium, &
ſtatur ei, qui dicit copulam interueniſſe, data inter
eos ſimultanea cohabitatione, vt hic, & 33. quæſt.
prima, cap. ſi quis vxorem, & dicto cap. primo, infra
de frigidis. ſecus ſi non probaretur ſimultanea co-
habitatio. 33. quæſtio. prima, capit. quod autem in-
terrogaſti. Eſt enim præſumptio de copula, quando
ſimul cohabitauerunt, tradit Hoſtien. in ſumma, de
clandeſtina deſponſatione. §. verum. verſic. clande-
ſtinè. & verſic. idem ſi iudex. & verſic. idem ſi dixit.
& Zabar. hic. & adde prædicta ad ea, quæ dixi in
cap. cum in tua. ſupra eodem, artic. 27. q. 6. & q. 8.

¶Glo. ſuper verbo, firmauerit. format contra-
riũ, quod vir non compellatur iurare, ſed ſtandum
ſit ſibi, etiam ſi non iuret, cum eſſet reus. 3. quæſtio.
vltima, cap. actor.

¶Glo. ſoluit dupliciter. Primò, quod compel-
litur iurare, ne hoc dicat in fraudem, & præcipuè in
cauſa matrimoniali, propter periculum animæ, &
hæc vera: quia, vt dicit Tancre. vbi vertitur pericu
21 lum animæ, poteſt exigi † iuramentum à reo, argu
men. cap. atteſtationes. infra eod. quod eſt bene no-
tandum, ſecundum Dominum meum, quia ſatis in
hoc exuberat iudicis officium. facit capitu. ſicut, in
fine. ſupra tit. primo, dixi in repetitione cap. fin. de
iureiurando.

¶Secundò ſoluit glo. quod hic erat fundata in-
tentio mulieris, quia traducta fuerat minor, ideo
exigitur iuramentum à viro. Sed contra hoc facit,
quia licet eſſet minor, tamẽ cohabitauit quouſque
peruenit ad annos nubiles: & ideo ſi ante comple-
tam pubertatem diſceſsiſſet, fuiſſet fundata intẽ-
tio mulieris, & ideo exigitur iuramentum viri, vt di
cit glo. Deinde glo. in verſ. & ſic eſt argumentum,
colligit argumentum. Et ibi, Laurentius dixit, dic
Tancr. & Hoſtien. dant alias ſolutiones, quas dabat
Petrus Hiſpanus, de quibus per glo. 33. quæſtio. 1.
cap. ſi quis acceperit. Et ibi, omitti. dic etiam de con
ſenſu partium, argum. cap. ſuper eo, de teſti.

¶In fine glo. dic vide ad hoc, quod dixi in cap.
cum in tua, ſupra tit. 1. artic. 28. quæſt. 8.
22 ¶Glo. ſuper verbo, ætati proximæ, quærit, † quan
do quis dicatur proximus pubertati, & ſoluit.

¶In fine glo. dic, de hoc vt latè dixi in cap. pu-
beres. ſupra eod. quæſt. 14.

¶Sed extra gloſ. oppono de ſuperfluitate tex.
nam videtur, quod verſiculus, conſultationi, ponit
idem cum verſic. ſi autem. nam in vtroque videtur,
quod ante annos legitimos puella fuerit cognita.

¶Sol. Innoc. intelligit verſic. conſultationi, quan-
do puella peruenerat ad annos legitimos tempore
traductionis. verſic. vero, ſi autem, intelligitur, quan
do eſſent adhuc impuberes reſpectu ætatis. Hoſtiẽ.
verò dicit, quod in primo verſi. quærebatur, an de-
beret credi aſſertioni mariti, ſed in verſic. ſi autem,
quæritur, an eſſet matrimonium, ex quo puella erat
in vndecimo, vel circa duodecimum annum.

¶Quid autem ſi puella exceſsiſſet tantum ſepti-
mum annum, vtrum copula ſuperueniens habeat
conſummare matrimonium. tractant hic Do. me.
& Doct. tu dic, vt latius dixi in cap. puberes. ſupra
eod. quæſt. 10. in fi. & quæſt. 12.

¶Postremò Zabar. hic in fine dicit, quod ex eo, quia hic dicitur, quod ſtatur iuramento viri iurantis copulam interceſsiſſe, & econtra, vt ſupra dixi, quòd mulier volens iurare contrarium, debet ad-
23 mitti, quærit ipſe, pone, dictat ſtatutum, † quod ſtetur iuramento officialis denunciantis ſe inueniſſe aliquem vendere vinum ſine licentia, vtrum denunciatus, contra quem officialis iurauit, audiatur lens probare contrariũ? & videtur, quod non, per l. fin. ff. de iureiurando.

¶In contrariũ verò facit, quia licet ſit facta probatio per teſtes, vel per inſtrumenta', tamen reprobari poteſt, vt in cap. 3. & in cap. poſt ceſsionem, ſupra de probatio. & cap. cum Ioannes. ſupra de fide inſtrumentorum.

¶Sol. Dicit Gaſpar Calder. quæſtionem fuiſſe de facto, & quod ipſe putat, quod ſi denunciatus habet probabilem cauſam, debet audiri, aliàs ſecus, nihil tamen inducit. Sed dicit hic Zabar. quod pro
24 hoc facit, quia † etiam poſt iuramentum deciſorium auditur quis volens probare contrarium per noua inſtrumenta, id eſt nouiter reperta. ff. de iureiur. in l. admonendi. Secus eſt in iuramento, quod defertur de voluntate partium, quia tunc non creditur volenti probare contrarium, vt d. l. admonendi, in fi. & melius in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. hoc autem iuramentum officialis poteſt dici deciſorium: nam cum deferatur à lege, idem debet dici, ac ſi deferatur à iudice.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes maiores ſeptennio contrahentes ſponſalia reſilire non poſſunt ante pubertatem.*
2 *Actus conſideratur in matrimonio contrahendo, & non ſola viripotentia.*
3 *Contractus fauore perſonæ quandoque claudicat. & numero 4.*
5 *Maior ſeptennio, an poſt legitimam ætatem poſſit reſilire à ſponſalibus de futuro.*
6 *Approbatum ſemel non poteſt reprobari, & ſemel approbatum reprobari poteſt.*
7 *Vir, & mulier, quo ad matrimonium, non iudicantur ad imparia.*
8 *Euentus fruſtra expectatur, cuius effectus nihil operaturus eſt.*
9 *Pronomen, iſte, eſt demonſtratiuum.*
10 *Iuramentum, quid operetur in ſponſalibus.*
11 *Doctor cuiuſcunque profeſſionis repertus inſufficiens poteſt reprobari.*
12 *Statutum dans fructus dotis ſponſo, an habeat locum in pubere, qui contraxit cum impubere, quæ reclamauit ante pubertatem.*

CAP. VII.

DE illis. Legitur duobus modis, ſecundum gloſſ. & Doctores antiquos, & tertio modo ſecundum Zab. Secundum primum legendi modum tex. ponit tres caſus; ſecundus ponitur ibi, ſi vero. tertius ibi, mulier. & ſic intelligunt glo. prima, tertia, & quarta. & ſic in-
1 telligendo hoc dicit in ſumma. Si maiores † ſeptennio impuberes contrahunt ſponſalia, neuter ante pubertatem reſilire poteſt, hoc primo: & ille, qui primo fiet pubes, alterum expectabit, hoc ſecundo: & ſi tempore contractus alter erat pubes, ipſe nunquam, ſed alter factus pubes reſilire poteſt. hoc dicit. Alio modo legitur, vt ponat duos caſus tantum; ſecundus in §. ſi vero. Sed Zabar. dicit, quod tex. ponit tres caſus, ſed alio modo, quàm dicatur in prima lectura; ideo legitur tertio modo. & ſecũdum hanc lecturam, hoc dicit in ſumma. Si impuberes contrahunt ſponſalia, neuter ante pubertatem, ſed vterque factus pubes reſilire poteſt, hoc primo. Si pubes cum impubere ſponſalia contrahit, pubes nunquam, ſed impubes factus pubes reſilire poteſt, hoc ſecundo. Si pubes cum impubere matrimonium contrahit, pubes nunquam, ſed impubes factus pubes diſſentire poteſt. hoc dicit. Ego vero addo tertium intellectum meo iudicio clarum, & meliorem. Diuiſio patet ex ſupra dictis, quia ſicut tria ponũtur dicta, ita ſunt tres partes. ſecunda ibi, ſi verò. tertia ibi, mulier. ¶Et in tex. ibi, antequam. dic, ipſa enim pubertate adueniente audiretur, vt ſequitur, & etiam ante pubertatem per tres dies, ſecundum Hoſtien. & Ioann. Andr. vt not. ſupra cap. proximo. Et ibi, iſtorum. dic ſcilicet puerorum, ſed diuerſæ ætatis, vt puta, quia puer tredecim, puella vero vndecim eſſet annorum, & ſic diuerſificatur à præcedenti, & ſequenti caſu, ſecundum Hoſtien. Et ibi, peruenerit. dic, vtrum autem ex hoc ſolo, quod non reclamauit perfecta ætate dicatur matrimonium cõfirmatum, traditur in cap. primo, eodem titulo, lib. 6. dixi plenè in cap. puberes, ſupra eodem, quæſtio. 11. & 12. Et ibi, eoſdem. dic, ſcilicet puberes. Et ibi, alterum. dic ſcilicet ſponſum, qui ligatus erat, quia non reclamauerat, adueniente legitima ætate, ſecundum Hoſtien. & ibi, ætatem. dic ſcilicet quatuordecim annorum. Et ibi, legauerit. dic, eſt ergo tunc in poteſtate ſponſi conſentire, vel diſſentire.

¶Primò nota ibi, annos actos. quæ verba ter repetuntur in textu noſtro, quod in matrimonio con-
2 trahendo conſideratur † ætas, & ſic non ſimpliciter coeundi potentia, de quo dixi ſupra eo. cap. puberes. 13. quæſt. verſic. ſecundo modo.

¶Secundò nota, quod impubes ante pubertatem non poteſt reclamare de eo, quod fecit in pubertate, & de hoc in glo. 2.

¶Tertiò nota, quod licèt contractus regulariter non debeat claudicare, vt l. ſi cum dies. §. penultimo. ff. de arbitris. duodecima quæſtio. ſecunda,
3 cap. ſi qua de rebus. tamen † fauore perſonæ quandoque claudicat ratione maioris, vel minoris ætatis: nam hic impubes non obligatur puberi, quo minus adueniente pubertate poſsit retro ſoluere, & tamen pubes obligatur impuberi. facit in ſimili l. Iulianus. §. antepenultimo. ff. de actio. emp. vbi pupillus vendendo, vel emendo obligat alium, & non
4 obligatur. & an, & quando † contractus poſsit claudicare, vel fauore perſonæ, vel ætatis, uel ex alia cauſa, latè dixi in rubrica, de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. tractatu 3. artic. 5. verſic. quartò requiritur. quæſt. 4.

5 ¶Quartò nota, q̃ licet maior ſeptennio † poſsit contrahere ſponſalia de futuro, non tamen obligatur, poſtquam peruenit ad ætatem legitimam, vnde poteſt

poteſt reſilire à ſponſalibus, licèt nullam cauſam alleget, & hoc conceſsit ius, quia ante ætatem aptam non videntur habere perfectum ſenſum ad conſentiendum, vel ſoluendum matrimonium. dixi in capit. puberes. ſupra eod. q. 8.

¶Quintò nota argumentũ pro, & contra, quod
6 illud, quod ſemel † approbaui, non poſſum reprobare, & etiam quod poſſum reprobare, quod ſemel approbaui, & de hoc in glo. fin.

¶Gloſſa prima tangit intellectum, & diuiſionem tex.

¶Gloſſa ſecunda primò quærit de intellectu literæ, & ſoluit, deinde colligit argumentum.

¶Gloſſa tertia ſimiliter verſatur circa intellectum tex.

¶Glo. ſuper verbo, minoris ætatis, etiam verſatur circa intellectum tex.

¶Quare pro declaratione dictarum gloſſarum, & vt clarum habeas textus intellectum, aduerte, quod in primo, & vltimo dicto omnes conueniunt in vna ſententia: principium enim loquitur, quando tempore contractus ambo erant impuberes, maiores tamen ſeptennio, quo tempore, & ſic ante aduentum pubertatis nullus debet audiri volens reclamare: & ratio eſt quam ſupra tetigi, quia ſicut non habent firmum ſenſum ad contrahendum, ita etiam nec ad diſſoluendũ. Tertium vero dictum loquitur, quando alter ſolus erat maior, & deciditur, quod maior non poteſt diſſentire, ſed minor, adueniente pubertate, diſſentire poteſt. Vnde reſtat difficultas circa intellectũ ſecundi dicti, in verſic. ſi vero. qui verſiculus variis modis intelligitur.

¶Glo. tertia intelligit, cum ambo erant impuberes tempore contractus, & alter prius peruenit ad pubertatem: & deciditur, quod non debet audiri reclamans, donec alter perueniat ad pubertatem: poſt pubertatem vero quilibet poteſt contradicere, & ad verſiculum, cum ſponſalia contrahuntur, altero exiſtente, &c. Glo. reſpondet, extorquendo literam, intelligendo tex. dum dicit, altero exiſtente, ſcilicet ſicut exiſtebant, cum ſponſalia contracta fuerunt, ſed hæc eſt quædam impropriatio. Item, quia non videtur rationabile, quod ille, qui primo fit pubes, debeat alterum expectare, quia non debet eſſe deterioris cõditionis, qui primo fit pubes, quàm alter, qui ſtatim, quod factus eſt pubes, poteſt reſilire, & hoc tenet glo. quarta, quæ eſt verior, ſecundum Zabar. niſi fortè diceres, vt ſtatim dicam.

¶Alius intellectus eſt, quod dictus verſiculus loquatur, quando tempore contractus alter erat pubes, & alter impubes: & iſte intellectus eſt magis amicus literæ per illa verba, cum ſponſalia contrahuntur, &c. Iſte tamen intellectus non placet glo. quia non differt à tertio dicto.

¶Prędictum tamen intellectum tenet Innocen. ſed in contrarium facit, quia Innocen. non videtur diſtinguere inter verſiculum, ſi vero, & verſiculum, mulier. poſſet tamen, ſecundum Zabarel. in hæreno huic lecturæ, diſtingui, quod §. ſi verò, loquatur, quando maſculus erat pubes tempore contractus, fœmina impubes. verſiculus vero, mulier, loquatur econtra: hæc tamen videtur eſſe quædam diuinatio, quo ad §. ſi vero. nec videtur cauſa, propter quam fieri debeat talis diſtinctio, maximè,
7 cum vir, † & mulier quo ad matrimonium non iudicentur ad imparia. 32. quæſtio. 1. cap. ſi quis vxorem. & ſupra, vt lite non conteſtata. cap. primo. & ibi glo. ad quod vide, quod latè dixi in cap. fin. ſupra titulo ſecundo, articulo 29. verſiculo, ſeptimus effectus.

¶Aduerte tamen, quod Dom. meus hic dicit, q̃ prædictus intellectus poteſt ſubſtineri. Poteſt enim dici, quod dictus ver. ſi verò, loquitur, quando impubes factus pubes contradicit: verſ. mulier, loquatur, quando contradicit maior: ſed videtur, quod qui primum peruenit ad pubertatem, licet alius adhuc non peruenerit, poſsit cõtradicere, quia fruſtra
8 expectatur euentus, † cuius effectus nihil eſt operaturus, vt in cap. cum contingat, ſupra de offic. delega. cum ergo, ſecundum glo. 4. impubes, qui primo factus eſt pubes, altero deinde effecto pubere, poſsit contradicere: ergo & nunc, antequam alter fiat pubes, debet poſſe contradicere, hoc etiam probat principium tex. noſtri à cõtrario ſenſu, & etiam ſenſit hic Hoſt. Sed ego arbitror ad hoc poſſe reſponderi, quod talis euentus nõ expectatur fruſtra, quia poterit eſſe, quod altero poſtea peruenient ad ætatem, ſciet ita perſuadere iam facto per prius puberi, quod mutabit propoſitum. Poſſet etiam aliquid interuenire, vt puta proſpera fortuna, formoſitas puellæ, vel quid ſimile, quod perſeuerabit in ſponſalibus: nam & vigintiquatuor horæ ſunt dies, &c. vt l. 1. & l. 3. §. cauſæ. & §. duæ cauſæ. ff. de Carboniano edicto.

¶Nec obſt. prædictis, quod ex quo impuberes poſſunt contrahere ſponſalia, debẽt ſimiliter poſſe ab ipſis recedere, per regulam cap. 1. infra de reg. iu. quia diuerſa ratio hoc facit, quia in contrahendo eſt fauor, vt in cap. fin. ſupra de re iud. in diſſoluendo eſt odium: & ex hoc videtur inferri, quod impubes ingreſſus religionem nõ poteſt egredi, antequã ſit factus pubes, contratiũ tamen tenet hic Gaſpar Cald. & ſequitur Zab. & ratio diuerſitatis in promptu eſt, quoniam ingreſſus religionis non obligat eum, vt in cap. 1. de regularib. lib. 6. Sed contractus ſponſalium obligat cõtrahentem, vt in cap. literas, & in cap. acceſsit. ſupra eod.

¶Alium intellectum ponit hic Zabar. quod tex. in principio loquatur de impuberibus contrahentibus ſpõſalia, & ij, cum peruenerint ad pubertatem, petere poſſunt ſeparationem, quod intelligit, ſiue eodem tempore, ſiue diuerſo tempore peruenient ad pubertatem, & ſic qui primo peruenit, ſolus poteſt petere ſeparationem: & iſte intellectus ad principium tex. noſtri ſatis videtur applaudere literæ, dum dicit, ſiue alter reclamet antequam ad annos matrimonijs aptos, &c. & ſic à contrario, ſi alter ad annos matrimonio aptos peruenit, poteſt reſilire: verſic. autem, ſi verò, loquatur, quando pubes contraxit ſponſalia cum impubere, & ſic non impropriatur litera: & tunc pubes nunquam, ſed impubes factus pubes, reclamare poteſt. verſiculus vero, mulier, loquatur non de ſponſalibus de futuro, vt loquitur tota pars præcedens, ſed loquatur de matrimonio: & hoc colligitur ex verbo, nupſit. & tunc probat, quod ſi mulier pubes nupſerit impu-

beri, procedatur, & ſeruetur, ſicut dictum fuit de ſponſalibus, in §. ſi verò. quia pubes nunquam, ſed impubes factus pubes reclamare poteſt, & per hoc tollitur obiectio, quam facit glo. 3. in ver. quidam. vſque ad finem. in eo quod dicitur, quod ſi §. ſi verò. loquitur, quando maior contrahit cum minore, tunc non differat à §. ſequenti, quia immo differunt, vt patet ex ſupra dictis. Mihi videtur, q̃ principium loquatur, quando per duos impuberes fuerunt contracta ſponſalia, quod nec alter, nec ambo infra dictam ætatem poſſunt reclamare: ſed verſic. ſi verò, loquatur ſimiliter, quando ambo erant impuberes, & alter peruenit ad pubertatem. Eſt enim attentè põderandum, quod tex. dicit, Si verò, alteruter iſtorum: vnde pondera primò verbum, alteruter, quod refertur tam ad maſculum, quàm ad fœminam. Item pondera tex. dum dicit, iſtorum. & ſic loquitur de illis, de quibus ſtatim dixerat in præce-
9 denti: nam pronomen, iſte, † eſt demonſtratiuum, vt eſt apud Grammaticos. & Inſt. de actionib. §. ſed iſtæ. Cùm ergo verſic. ſi verò, dicat, alteruter iſtorum: ergo de ipſis impuberibus, de quibus in principio dixerat, intellexit, maximè cum dicat, peruenerit: quia, ſi vterque poteſt peruenire, quod deponitur per dictionem, alteruter: ergo vterque erat impubes, & ſic quod ſequitur, bene conuenit, in quantum tex. dicit, infra eoſdem annos altero exiſtente, quia vterque erat impubes, ſed alter remanſit impubes, & ſic bene ſequuntur verba, cũ ſponſalia contrahuntur, quia ambo erant impuberes, cum ſponſalia fuerunt contracta, ſed vnus peruenit ad pubertatem prius, & alter remanſit impubes: vnde licet qui primo peruenit ad pubertatem, non reclamauerit, tamen qui ſecundo peruenit, poteſt reclamare. verſic. autem, mulier, poteſt intelligi, vt dixit Zab. nam bene conuenit verbum, nupſit: ſed quia tale matrimonium non valet, vt matrimonium, ſed vt ſponſalia de futuro, vt dixi ſupra eod. cap. puberes, quæſt. 11. & dicam ſtatim in glo. penult. ideo dico, quod ſiue contraxerint ſponſalia de futuro pubes, & impubes, ſiue matrimonium, ex quo tale matrimonium non valet niſi vt ſponſalia: tamen, quia pubes intelligit quid agit quo ad matrimoniũ, quod ſecus eſt in impubere, meritò ad voluntatem puberis non retractatur, nec etiam ad voluntatem impuberis, niſi poſtquam impubes ad pubertatem peruenit, & iſte eſt clarus, nouus, & verus intellectus tex. noſtri, iudicio meo.

¶ Glo. ſuper verbo, iudicio. primò allegat, deinde infert, & illationem limitat, deinde arguit in contrarium dupliciter, & ſumpta occaſione ab vno cõtrario formato in glo. intrat materiam, vtrũ & quando ſit licitum à ſponſalibus diſcedere.

¶ In eadem glo. ibi, iudicio eccleſiæ tantum, dic vt dixi in 4. notabili. Ibi, niſi fortius vinculum. dic, vt dixi in cap. penult. ſupra tit. 1. ver. 1. & ver. 9.

¶ In fine glo. no. ſingulariter duo ex glo.

10 ¶ Primò, quod vbi iuramentum † interuenit in ſponſalibus, etiam impuberes obligantur, vt facti puberes compelli debeant ad matrimonium, & intellige de maioribus ſeptennio.

¶ Secundò nota ex fine glo. quod vbi iuramentum non interuenit in ſponſalibus, non compelluntur contrahere matrimonium.

¶ Et aduerte, quia glo. ſimpliciter loquitur, non reſtringẽdo ſe ad impuberes, nam de impuberibus non erat dubium, de quo dic, vt latius dixi in c. puberes. ſupra eod. quæſt. 8.

¶ Glo. fin. in princ. colligit argumentum, quod illud, quod ſemel approbaui, non poſſum reprobare, quod probat per multa iura, deinde allegat in contrarium, & non ſoluit. Deinde glo. colligit argumentum, quod contractus poteſt claudicare, & allegat ad hoc multa iura, deinde in cõtrarium allegat plura iura, & ſoluit.

¶ In eadem glo. ibi, reprobari. dic, vbi dicitur, quod medicus ſemel approbatus poteſt reprobari, & idem habetur in l. ſed & reprobari. ff. de excuſatio. tutorum.

¶ Aduerte tamen, quia quidam dicunt hoc eſſe
11 ſpeciale in medico, quod † ſi reperiatur inhabilis propter magnum imminens periculum ex imperitia medici, quod poſſit reprobari, & hoc tenet hic Zabar. Sed Bartol. in dicta l. ſed & reprobari. dicit idem in quocunque Doctore cuiuſcunque profeſſionis, vt propter imperitiam poſſit reprobari, facit tex. in l. medicos. C. de profeſſoribus, & medicis. libro 10. & ſequitur hic Dom. meus.

¶ In fine glo. dic, vt dixi ſupra in 3. notab.

¶ Poſtremò hæc decretalis inducitur hic per Gaſparem de Calder. ad ſolutionem quæſtionis, ponе, dictat ſtatutum, quod rerum aſſignandarũ pro dote ſponſus habeat fructus: quæritur, vtrum pu-
12 bes, † qui contraxit cum impubere, quæ reclamauit ante pubertatem, debeat habere fructus? & dicit ipſe decidiſſe in queſt. de facto, quod ſic, per tex. noſtrum in ſecunda, & tertia parte, ſed maximè in principio, in quantum dixit, quod reclamantes ante pubertatem nullatenus audiuntur. ad idem verſic. ſi verò, in quantum non conceditur iudicium eccleſiæ ſuper ſeparationem, niſi poſtquam ambo peruenerint ad pubertatem: ergo reclamatio ante pubertatem eſt ſine effectu.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, infra, exponitur pro circa.*
2 *Impuberes non habent coniugalem conſenſum.*
3 *Potentia coeũdi poteſt præuenire tempus pubertatis.*

CAP. VIII.

ANOBIS. Impuberes ſponſalia contrahentes ante pubertatẽ ſeparari non debent, poſtea poſſunt, ſi contradicunt ſponſalibus, niſi copula interuenerit. hoc dicit, & in effectu iſte tex. idem dicit quod c. præcedens, niſi quod addit de copula, & de conſenſu tacito poſt aduentũ pubertatis.

¶ Item poteſt dici, quod hic cõtractum fuit matrimonium per verba de præſenti, licet ualuerit, ut ſponſalia de futuro: ibi fuerunt contracta ſponſalia de futuro, niſi ſecundum Zab. in ultimo uerſiculo, de quo dic ut ibi dixi.

¶ Primò ponitur quæſtio.

¶ Secundò ſolutio, ibi, taliter.

¶ Et in tex. ibi, is. dic, ſcilicet ambobus contrahentibus, ſecundum Innoc. ſecus ſi alter tantum, quia

quia tunc pubes nunquam contradicere poteſt, vt dixi, ſupra c. 1. Et ibi, & infra. dic, ideſt citra uel circa. ſic ſupra cap. proximo, in princ. ſecundum Hoſtien. & de hoc in primo notabili. Et ibi, matrimonio. dic, ſcilicet contrahendo, ſecundum Goffred. quaſi dicat, ante ætatem nubilem eos poſſe habere conſenſum coniugij in futurum contrahendi, ſed non de præſenti. Ibi, expectare tenentur. dic, & ratio ponitur ſupra cap. proximo. in glo. 2. & ibi dixi. Ibi, confirmetur. dic, ſcilicet communi conſenſu cõtrahendo per verba de præſenti, cum nec contractum matrimonium haberet uim matrimonij, ſed ſponſalium de futuro, & hoc non fuerat dictum in præcedenti c. ſecũdum Hoſtien. Vel confirmetur, ſcilicet ratihabitione, uel tacito conſenſu, vt dixi in c. puberes. ſupra eo. q. 11. & etiam in cap. præced. ſecundum Hoſt. Ibi, ſeparentur. dic, ſcilicet à vinculo ſponſalium iudicio eccleſiæ abſoluantur, ſed ſecundum aliam litteram, quæ habet, ſeparetur, dic, ſcilicet matrimonium, & ſic quo ad vires ſponſalium, vt vtrique detur licentia contrahendi, vt inf. eod. c. atteſtationes. in fidalias matrimonium quod nõ eſt, ſeparari non poteſt. infra eod. c. ad diſſoluendum, ſecundum Hoſtien. Ibi, carnis, intellige hoc de copula uoluntaria vera, alias contra, vt in c. ſequenti. & hoc additur ſuperiori cap. ut ſupra dixi. Ibi, eom mixtio. dic, quod ſtatim inducit matrimonium ſi voluntaria fiat. ſupra titu. 1. c. de illis. & inf. eod. c. ex litteris, ſecundum Tancre. dixi plene in c. is qui fidem. ſupra titu. 1. articu. 22. Ibi, præſumptum. dic, vt d. c. is qui fidem, ſecundum Goffr. Ibi, interdum. dic, cum ergo raro hoc contingat nõ debuiſſet ſcribi, quia adea quæ raro accidunt iura non ſunt ſtatuenda, vide quod dixi in cap. litteras. ſupra eod. in glo. penult. Ibi, anticipare. dic, malitia ſupplente ætatem, de quo dixi in c. puberes. ſup. eo. q. 10. & 11.

1 ¶ Primò no. de dictione, † infra, quę exponitur pro circa, & dixi ſuper tex. ex quo dicunt aliqui, q̃ excludit, ut ſit ſenſus, infra nubiles annos, ideſt antequã ueniant ad annos nubiles, facit ſup. de fide inſtrum. cap. inter dilectos. §. ceterum. ver. teſtes. & de præſcrip. c. ad audientiam. Sed Gaſpar Calder. dicit quod in c. inter dilectos. dum dicitur, a 60. annis infra; dictio, infra non excludit per ſe, ſed ratione adiuncti, videlicet præpoſitionis, a, de quo per Io. Mona. in c. pia. de excep. lib. 6. & per Legiſtas in l. a caligato. C. de nupt. dixi latè ſup. de dilationibus. dicit etiam Gaſpar Calderini, quod exponendo dictionem, infra, pro citra, potius ſtat incluſiue. ſupra vt lite non conteſtata. c. quoniam. §. in alijs, & in c. 1. & c. quam ſit, & c. commiſſa. in princ. & §. porro. de elect. lib. 6. & in c. ab eo. de appel. eo. lib.

2 ¶ Secundò no. quod impuberes † non habent coniugalem conſenſum. dixi ſupra eodem, c. puberes. quæſt. 10.

¶ Tertiò no. quod ſicut impuberes contrahentes ſponſalia nequeunt ab illis reſilere ante aduentum pubertatis, vt in c. præcedenti: ita etiam ſi contraxerunt matrimonium, non poſſunt ante pubertatẽ reſilire, quia tale matrimonium iuris interpretatione valet, vt ſponſalia de futuro, vt dixi in dicta decima, quæſtio.

3 ¶ Vltimò no. quod † potentia coeundi poteſt præuenire tempus pubertatis, & ſic copula habita inter minores facit tranſire ſponſalia in matrimonium, ſi modo uera copula interceſſit, ſecus ſi nixus ad copulam, vt in c. atteſtationes. inf. eod. dixi in d. quæſt. 10. talis tamen copula raro præuenit pubertatem, quod denotat dictio, interdum, hic poſita, dixi ſuper tex. Secus tamen eſſet ſi copula non fuiſſet voluntaria, dixi in c. tua. ſupra tit. 1, & in c. is qui fidem. art. 22. limit. 4.

¶ Glo. prima ſentit contrarium, quia tex. dicit, quod iſti erant impuberes, & contraxerunt matrimonium, & tamen tales non poſſunt cõtrahere matrimonium, vt in cap. continebatur. ſupra eodem.

¶ SOL. Glo. metu contrarij ſupplet ad tex. dum dicit, matrimonij, ſcilicet futuri.

¶ In fi. glo. dic ſecundum Lau. & Vincen. quod loquitur de vero matrimonio, quod contrahere intendebant quantum in eis fuit, ſed in effectu iuris interpretatione ualuit, vt ſponſalia de futuro, vt ſæpius dictum eſt.

¶ Glo. penult. in principio declarat tex. & probat per ſimile, deinde format q. & arguit pro parte negatiua, & ſoluit pro affirmatiua. In fi. glo. dic de hoc ut latè dixi in c. puberes. ſup. eo. q. 11.

¶ Glo. fi. quærit & ſoluit. In fi. glo. dic ut dixi in c. cum apud. ſup. tit. 1. artic. 9. verſ. ſeptimum impedimentum. quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas pubertati, non ſufficit ad matrimonium contrahendum, niſi vigor, & potentia coeundi ſuppleat ætatem.*
2 *Pubertas conſideratur ex numero annorum in materia matrimoniali.*
3 *Mora modici temporis non inducit impedimentum.*
4 *Terminum prope eſſe, & in termino, paria ſunt.*
5 *Violentia excludit conſenſum liberum.*
6 *Potentia coeundi, quæ habet ſupplere defectum ætatis, quomodo cognoſcatur.*

CAP. IX.

DE ILLIS. il ſecondo. Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur, niſi violentia intercedat. h. d. & in effectu idem continet quod præcedentia, niſi quod addit de violentia, & ipſius violentiæ purgatione. cõmunis diuiſio. ſecunda ibi, reſpondemus.

1 ¶ Primò no. quod † proximitas pubertati, non ſufficit ad matrimonium contrahendum, niſi malitia, ideſt uigor & potentia coeundi ſuppleat ætatẽ. & ſic no. quod malitia hic non accipitur pro prudentia, ſeu cautione in rebus agendis. ad idem c. puberes. ſupra eodem, & vide quod ibi late dixi, quæſtio. 10.

2 ¶ Secundò no. q̃ pubertas † conſideratur etiam ex numero annorum in materia matrimoniali. dixi in d. c. puberes. q. 13.

¶ Tertiò no. ibi, poterunt, ſecundum Vincentium, quod mora † modici temporis non inducit
3 impedimentum. facit ſupra de ætate & qualit. cap. præterea, & ff. de iud. l. ſi debitori.

¶ In contrarium facit l. 3. §. minorem. ff. de minoribus. vbi etiam conſideratur, vtrum vna dies deficiat,

ficiat, vide quod dixi in d.cap.puberes. quæſt.13.

¶Quartò no. quod paria uidentur eſſe in termi
4 no, † & prope terminum.82.d.c.præsbyter.12.q.2. cap.de viro.ſup.de temporib.ord.c.ex tenore.infra de furtis.c.fin.de ſententia excommun. c.religioſo. lib.6.quod procedit,quãdo eadem eſt ratio utriuſque, ſicut in matrim. ad quod uide, quod dixi in d.c.puberes.q.13.

5 ¶Quintò no. quod uiolentia † excludit conſenſum liberum, prout requiritur in matrimonio, & ideo talis conſenſus nõ obligat matrimonium, niſi violentia ſeu metus purgetur, ad quod uide quod dixi in c.cum apud. ſupra tit.1.ar.9.verſ.7. impedimentum,maxime in 6.quæſt.

¶In glo.1. in fi. dic vt dixi in d.c.puberes, & in d.c.cum apud.

¶In glo.ſuper verbo,malitia.in fi. dic, vt dixi in d.c.puberes. q.10. & qualiter cognoſcatur iſta po-
6 tentia † coeundi,quæ habet ſupplere defectum ętatis, Doctores ſunt varij.quidam tenent quod requiritur ꝙ vera copula inter eos interceſſerit,& ſequitur hic Hoſtien. exponendo tex. dum dicit, quod potuerunt coniungi, ſcilicet & de facto ſe coniunxerunt.Goffredus,Innoc.Ab. & Ioan.And.tenent contrarium, dicentes quod ſatis eſt, quod potuerũt cõiungi.quid enim ſi maſculus cognouit aliã, vel fœmina erat pubes,aut ab alio cognita,& idem glo.in cap.1.eod.tit.lib.6.

¶Sed dicit hic D.M.quod hoc non eſt dubium in caſu prædicto,ſed ſolummodo dubium eſt,quãdo non conſtat clare, ſed tantum per ſigna,puta ex aſpectu corporis, & ex lanugine, &c. quo caſu Innoc. ſentit ſufficere, & placet D.M. arg. c.ſequen. ſed tu dic, ut dixi in d.c.puberes.ſup.eo.q.13.& vide etiam quod ibi dixi,q.10.

SVMMARIVM.

1 *Nixus ſolus copulæ non habet effectum copulæ, nec includit potentiam coeundi.*
2 *Maritus & vxor nõ habent poteſtatem ſui corporis.*
3 *Ætatis alicuius prope finem, quando quis eſſe dicatur.*
4 *Impubes maior ſeptennio qui contraxit ſponſalia, vel matrimonium, an factus maior poſſit illa ſoluere.*
5 *Præſumptio magna eſt ex nixu copulæ in matrimonialibus.*

CAP. X.

ATTESTATIONES. Contractus matrimonialis ante pubertatem, etiam cum nixu carnalis copulæ, non facit matrimonium. hoc dicit. in prima ponitur conſultatio, in ſecunda reſponſio ibi, conſultationi. & dicit Hoſtien.declarando tex.quod impubes tentauit mulierem, quam deſponſauerat, ſed mulier credebat ſe virginem euaſiſſe, & receſsit à ſponſo ante quam ſponſus ad 14.annum peruenisſet,ſed melius dixiſſet, quod ſponſus receſsit ab ea, ut dicit littera: ſed cum poſtea ſponſus peruenisſet ad ętatem 17.annorum,mulier ipſum in virum vendicabat:mandatur epiſcopo, quod niſi mulier probet per teſtes,quod habens 14. annũ in ipſam conſenſerit,quod ipſum ab impetitione mulieris abſoluat, & vbique det licentiam, quod cum alio contrahat, & ſequitur Ioan. And.

¶Et in tex. ibi, accepimus ipſis inſpectis. dic, & ſic patet, quod atteſtationes erant publicatæ,ſecundum Hoſtien.Ibi, uxorem.dic,ſcilicet per verba de præſenti,quia, ſi fuiſſet per verba de futuro, continuatus conſenſus poſt aduentum pubertatis,nõ faceret tranſire ſponſalia in matrimonium, niſi copula carnalis interueniret, ut late dixi in cap.puberes. quæſt.11.& ibi, ipſam.dic,ſcilicet ſponſam.ibi, credit ſe uirginem. dic, & ſic uidebatur tali confeſsioni ſtandum, cum eſſet contra mulierem, de quo in glo.2.& ibi,quem,dic ſcilicet ſponſum.Ibi,& infra, dic ſub iſto infra, continebatur quod iuuenis contradicebat,dicens quod ex quo ipſe fuerat legitimæ ætatis,nunquam in eam conſenſerat,& petijt quod ſibi daretur licentia contrahendi cum alia,unde cõ ſuluit epiſcopus Rom.Pon.quid facere deberet,ſecundum Hoſtien.Et ibi in tex.conſenſiſſet, dic cognoſcendõ, uel de nouo contrahendo, ſecũs ſi ſolummodo oſculando, uel cohabitando,ſecundum Innoc. ſed Hoſtien. tenet contrarium, dic ut latius dixi in cap.puberes.ſupra eo.in 12.princ.art.ver.circa ſecundum membrum.

1 ¶Primo nota, quod ſolus nixus copulæ † non habet effectum copulæ,nec neceſſario includit potentiam coeundi,ad quod vide quod dixi in cap.is qui fidem.ſup.tit.proximo, & in c.puberes.ſup.eo. quæſt.11. & 13.

Secundò nota ibi,vendicare,tex.optimè probãtem, quod uxor poteſt uendicare uirum, quod intellige cauſa obiecta de iure diuino, uel canonico, quod etiam tenet hic Hoſti. nam multa iura uxor
2 habet in marito, adeo quod maritus † non dicitur habere poteſtatẽ ſui corporis,nec etiam uxor econtra, ad quod uide quod latè dixi in cap.fina. ſupra de ſponſalib.in 29.princ.art.maximè in verſic.ſeptimus effectus. & rõne iſtius iuris uir & uxor poſſunt ſe adinuicem vendicare,ut hic, & in l.1.§.per hanc. ff. de rei uendicatione, & hoc plus placet hic Domino meo, licet Dom.Anton. aliud uelit in c.non eſt.ſupra tit.1. ſed mihi plus placet opinio Hoſtien. & Domini mei, ad quod uide quæ latè dixi in rubrica de cauſa poſſeſ. & proprietatis,tractatu 2.art. 4.verſ.3.notandum.

Tertiò nota ibi, circa finem 14.anni, iuncta glo. ſuper verbo,circa finem,quod quis dicitur eſſe pro
3 pe finem alicuius ætatis, † cum diſtat ab ea per ſex menſes, ad quod uide quæ latè dixi in ca.puberes, ſup.eo.quęſt.14.

¶Quartò nota tex. qui mirabiliter probat,quod
4 impubes, † maior tamen ſeptennio, qui contraxit ſponſalia,vel matrimonium,adueniente pubertate poteſt illa ſoluere, licet nixus fuerit puellam carnaliter cognoſcere,quod facit ad declarationem c.de illis. il primo,ſup.eo.ad quod uide etiam quod dixi in c.is qui ſidem. ſup.tit.1.

¶Quintò nota,quod ſi minor factus maior,vult recedere à ſponſalibus,non ſolùm ſibi, ſed etiam alteri maiori, debet dari licentia matrimonium cum alia contrahendi, quamuis ipſe, vel exiſtens pubes contraxiſſet cũ impubere, vel poſt contractũ prius ad pubertatem peruenisſet,& in ſua uoluntate matrimoniali

trimoniali perſeueraſſet, uide quod dixi in dicto c. puberes,ſup.eo.quæſt.11.

¶In glo. prima, in fine. conclude, quod nixus non facit tranſire ſponſalia in matrimonium, ſed operatur præſumptionem, quod ante finem 14.anni illa eſſet virgo, ex quo nixus eſt ad copulam, & ideo Papa mandat inquiri,utrum conſenſerit infra finem 14.anni:nã ceſſante præſumptione,quæ tan-
5 ta eſt † ex nixu copulæ, ſolus conſenſus ante finem 14. non fuiſſet ſufficiens, quia vbi non conſtat de potentia coeundi, expectatur pubertas 14. annorum completorum in maſculo, & in fœmina 12. ſupra eo.c.puberes.quæſt.10.uerſ.3.cõcluſio.licet dubium ſit,vtrum vltimo die 12.vel 14.annorum poſſit contrahere matrimonium.videtur quod ſic,arg. l.qua ætate. ff.de teſt. Hoſt. verò dicit, quòd remanet in arbitrio iudicis. Dom. meo plus placet præcedens opinio fauore matrimonij. Tu dic vt latius dixi in d.10.q. verſ.ſeptima concluſio.

Videtur quod deſint multa. Et inſuper deſiderantur eius ſcripta ſuper cap. ſeqq. vſque in finem huius tituli.

Eſt imperfecta iſta lectura, & hoc quod ſequitur, eſt fragmentum,vſque ad cap.2.

De Clandeſtina deſponſatione.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua iuris eſt probabilis per aperturam librorũ.*
2 *Euentus nihil operaturus, fruſtra expectatur.*
3 *Verbum, vir, varia habet ſignificata.*
4 *Aſſerenti incumbit onus probandi.*
5 *Diſpoſitio intelligi debet cum aliqua improprietate, ſi aliter ſaluari non poteſt, pro vitanda abſurditate, vel violatione aliorum iurium.*
6 *Tituli duo ſi alternatiue ponuntur in narratione, & in diſpoſitione ponitur vnus ſolus, alius repetitus intelligitur.*

CAP. PRIMVM.

Hoſtien. tamen videtur inhęrere huic intellectui, eo quod intelligitur hoc ca. loqui de clandeſti. deſponſa. quę teſtibus probari nõ poteſt, & quod hic carnalis copula interceſſerat, & ideo ſuper hoc defertur iuramentum viro, ſupra ti. prędceden. c.conti nebatur. ſiue vir ſtet pro matrimonio vt ibi, ſiue cõtra, ut in cap.atteſtationes. ſupra tit.prox. & ad l.ei qui dicit, reſpondet, ꝙ ſpeciale eſt in matrimonio, quod iuramentum exigatur à reo, ut d.c.atteſtationes. Ad aliud vero contrarium, quod negantis forum &c.dic,quod illud procedit quo ad probationes teſtium : nam ex quo negatiua non poteſt aliter probari, cogitur reſpondere,vt d.c.1.de confeſ. lib.6.& ſic dicit Hoſtien. decretalem planam. Sed Ioan.An. dicit hoc ſibi non placere per c. ſequens. quaſi dicat,ſi mulier negat,non ſtatur aſſertioni viri,niſi aliter probetur,quã per iuramẽtum.ibi enim requiritur,quod ambo conſentiãt,ad hoc,vt matrimonium clandeſtinum ab eccleſia recipiatur. Ita mouetur, quia in quantum Hoſtien. dicit, quod hic dicebatur copula interueniſſe, diuinat. Item in eo quod dicit ſpeciale eſſe in matrimonio,vt exigatur iuramẽtum à viro,eſt contra illa iura,quia in caſu cap.continebatur,& cap.atteſtationes,non exigitur iuramentum ad effectũ,ut probet,ſed ad abundantẽm: cautelam nec c.1. de confeſ.lib.6. facit ad caſum noſtrum.

¶In eadem gloſ. ibi, dixit Alan. gloſ.hic ponit aliam opinionem, quæ in effectu vult, quod probatio incumbat viro neganti vxorem clandeſtinè
1 ductam, quia negat ius, & talis † negatiua probabilis eſt. dic, ſcilicet per aperturam librorum. faciunt not.per Bal.& Doct. in l.cum proponas. C.de reb. credit. Sed gl.non approbat hũc intellectum,quia ex quo mulier confitetur factum coram eccleſia, approbatur matrimonium,vt infra cap.prox.& habetur, 30.quæſtio.5. §. ijs ita. hoc tamen procedit, ſi non prędiudicetur alteri matrimonio. infra de eo, qui cogn.conſang.vx.ſuæ.ſuper eo. & ſic gl.noſtra intendit, quod non eſt opus, quod vir probet mulierem non clandeſtinè ductam, ex quo ipſa confitetur matrimonium. facit, quia fruſtra expectatur
2 euentus, † nihil operaturus, vt in cap.1. ſup.vt lite non conteſt. & in l.cum quidam. §. hæres. ff.de acquir.hæred.cum ſimilib.

¶Quare gloſ. tranſit ad tertiam lecturam, ibi, dixit Tancre. quæ vult ꝙ hic exponatur, vir, pro eo qui ſtat pro matrimonio, & dicitur vir à virtute,&c. vt hic in glo. & ſic etiam ſi mulier ſtaret pro matrimonio,de ipſa uerificaretur uerbum vir, ut di
3 catur à virtute, quia verbum, vir, † varia habet ſignificata : vnde verſus,

Vir notat ætatem, vir ſexum, vir probitatem.

Alias vir notat ætatem, & dicit hic Tancre.quod ſi in tex.noſtro,ibi,dum dicit,mulier vel vir, nõ eſſet verbũ,vel vir, littera eſſet plana.Sed aduerte,quod licet quo ad vim vocabuli verus ſit iſte intellectus, tamen non conuenit litteræ: quia cum in tex.dicatur,mulier, exponere poſtea verbum vir pro mulie re, eſſet multiplicatio, & magna impropriatio, & ideo glo. tranſit ad quartam lect. volens, quod hęc littera debeat legi cum reduplicatione hoc modo, ſi quis clam deſponſauerit, & mulier negat viro hoc aſſerenti, ipſi viro incumbit probatio; ſi verò vir neget mulieri hoc aſſerenti, ipſi mulieri incumbit probatio. Iſte eſt intellectu communis,& communiter per Doct.tenetur, ex quo littera ſic poteſt intelligi, licet cũ aliqua impropriatione debemus uiolare alias regulas, quibus communiter habetur,
4 quod aſſerẽti † incumbit onus probandi. & ex prędictis iuncto tex.no.glo.quod pro euitanda abſur-
5 ditate, vel violatione aliorũ iurium † debet diſpoſitio intelligi cũ aliquali improprietate, ſi aliter ſaluari nõ poteſt.facit bonus tex.in c.cum dilectus.de cõſue. Item no.ex prędictis, ꝙ ſi in narratione duo
6 tituli † ponuntur alternatiuè, & in diſpoſitione ponitur unus ſolus, alius intelligitur repetitus. facit c. ſecũdò requiris.ſup.de appel. Quid aũt ſi vir & mulier pariter probant, vnus pro matrimonio, alter cõtra, cui probationi ſit ſtandũ,tangunt hic Doc.ego plenè dixi in c.cum in tua, ſup.de ſpon.ar.29.q.9.

SVMMARIVM.

1 *Extare non dicuntur, quæ non apparent.*
2 *Iuramentum, quando non sit exigendum à reo.*
3 *Proles nata ante publicationem sponsalium, an sit censenda legitima.*
4 *Dare qui potest esse rei, fortius qualitatem adhibere potest.*
5 *Clandestinitas, an & quando vitiet matrimonium.*
6 *Matrimonium palam contractum præiudicat clandestino, etiam si habeat vnum testem & famam.*
7 *Probationibus concurrentibus, standum est apertiori & clariori.*
8 *Laici an statuere possint circa causas matrimoniales, pœnam adijciendo.*

CAP. II.

QVOD NOBIS. De matrimonio occulto non iudicat ecclesia, illud tamen publicatû approbat. hoc dicit. Vel sic, Qui matrimonium clam contraxerint simul cohabitare ab ecclesia compelluntur, sed si illud publicauerunt, tanquam in conspectu ecclesię forum approbatur, nisi rônabilis causa impediat. hoc dicit, & est pars decret. quod nobis. inf. qui fil. sint legi. diuiditur in duas partes, sicut duo ponit dicta. secûda ibi, verû.

¶ Et in tex. ibi, contrahunt. dic, ideſt contraxisse dicuntur, similis expositio habetur tit. prox. c. duo pueri, vers. cum autem, secundum Hostien. & ibi, personæ, scilicet ambæ hoc voce consona confitentes. & ibi, publicare, dic scilicet coram episcopo, ad quem spectat de talibus cognoscere. infra de consang. & affinit. cap. 1. secundum Host.

1 ¶ Primò nota, q͡ ea † quę non apparet habentur pro non existentib. 2. quæst. 1. c. multi. facit l. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela, & illud Nasonis, sed quod non inuenit vsquam esse putat nusquam.

¶ Secundò nota ibi, aliquatenus expellendi. ar.
2 opti. quod vbi deficit omnis probatio † matrimonij, non est exigendum iuramentum à reo, sed potius pure est absoluendus, quod facit contra no. in cap. continebatur, & cap. attestationes sup. tit. prox. sed potest dici, quod hoc procedit hic, quia nulla suspitio erat de matrimonio, ibi verò erat aliqua suspitio.

¶ Tertiò nota, quod clandestinitas non vitiat matrimonium, de quo latius dicam statim in c. sequenti, quæst. 4.

¶ Quartò nota, quod super contractu matrimonij non debet credi simplici verbo ipsorum contrahentium, nisi ambo hoc asserant, quo casu per inde habetur hoc matrimonium ac si ab initio purè, & in conspectu ecclesiæ fuisset contractum. ex
3 quo inferunt Docto. quod proles † nata ante hanc publicationem, est censenda legitima, q͡ est notabile. qualiter autem debeat fieri hæc publicatio, Doctor. dicunt, quod secundum formam capit. sequêtis, & coram episcopo, vt supra dixi. facit tex. noster, dum dicit, ab ecclesia. episcopus enim est in ecclesia, & econtra. credit tamen glo. hic & Bald. quod habetur pro publicato si coram presbytero, & multitudine personarum hoc fiat, & quod hoc sufficit ad effectum legitimandi prolem. facit cap. sequens.

¶ Quintò no. quod aliquando firmatur post factum, quod ab initio non ualuit. q͡ qualiter intelligatur, dicetur in glo. fin.

¶ Sextò no. quod qui potest dare esse rei, fortius
4 potest qualitatem adijcere. † ad hoc infra de cõdit. appo. c. lucrum. & de sepult. c. de his, secundum Gaspar. de Cald. qui hoc intendit, quod cum contrahentes ex suo consensu possint dare essentiam matrimonio, vt in c. 2. supra de sponſ. & 27. quæstio. 2. c. sufficit. ex eodẽ consensu possunt adijcere qualitatem, publicando matrimoniũ. facit optime tex. in l. 1. in prin. C. de rei vxoriæ actio. & ibi glo. quia si aliquis potest aliquid de nouo inducere, longe fortius inutiliter inductum potest utile facere, vt ibi, & ff. de pact. in l. iurisgent. §. adeo. & C. de dona. ante nupt. in l. fi. §. fin.

¶ Glo. sentit contrarium a tex. in quantum tex. videtur velle, quod clandestinitas non uitiet matri-
5 monium, † quia imo uidetur quod vitiet, cum talia matrimonia præsumantur contubernia, vel stupra. 30. quæst. 5. c. 1. ¶ SOL. Glo. videtur stare contrario. tu dic, quod clandestinitas non vitiat, quia si volunt publicare, recipiuntur ac si publicè contraxissent. Sed si nolunt publicare, procedit contrarium. dicit enim præsumuntur contubernia, & ita dicit gl. ex quo alter vel vterque negat matrimoniũ non debent compelli, ut simul maneant, quia ecclesia non iudicat de occultis. dicit tamen Tan. quod compelluntur indirectè, vt vel ab inuicem recedant, vel confiteantur matrimonium. & in fi. glos. dic secundum Alà. quod compelluntur ad veritatem dicendam. supra ti. prox. c. attestationes. quod etiam tenuit Tancr.

Glo. 2. quærit, quæ sit rationabilis causa de qua loquitur tex. ¶ Glo. sol. in fi. glo. dic, nam tunc non statur confessioni coniugum. infra de eo, qui cog. consang. uxo. suæ. c. super eo. & quod dicit glo. uel aliud matrimonium, intellige prius publicatum dicit tamen hic, Vinc. quod matrimonium palam cõ-
6 tractum præiudicat † clandestino, etiam si haberet vnum testem & famam, quod Gaspar Cald. dicit bene notandum. Sed Tanc. tenet contrarium: mouetur, quia vnus testis & fama plene probat, vt no. gl. in c. veniens. de testi. Sed dicit Dom. meus, quod dictũ Vincentii saluari potest: quia licet ex vna parte sit fama cum uno teste, si tamen ex alia parte est
7 clarior, & apertior probatio, † standum est clariori & apertiori probationi. de quo latius dicam in c. sequenti. 12. quæst. princ. ver. decimoquarto quæro. vtrum autem sit verum q͡ fama semper faciat semiplenam probationẽ, traditur per D. M. in c. veniẽs. supra de testib. & Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. dixi in repeti. c. fin. de iureiuran. Sed latissime in c. qualiter, secundo. inf. de accus. in 10. princ. art. q. 45.

¶ Glo. finalis colligit argum. in fi. glo. dic de hoc brocardo, vt in iuribus in glo. allegatis.

¶ Postremò quærit hic Zab. dictat statutum laico-
8 rum, † quod contrahens matrimonium coram paucioribus decẽ, puniatur tanta pœna, Titius coram Vicario episcopi petit Semproniam in vxorẽ, dicens se illam desponsasse coram quatuor: Potestas

stas vult Titium condemnare pœna in statuto contẽta, quia contraxit coram paucioribus decem: Vicarius misit inhibitoriam Potestati, quæritur, quid iuris. ¶ SOL. Dic de hac q. vt latè dixi in cap. is qui fidem. sup. de spon. art. 19. q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo vnius loci non extendit vires ad alium, nisi reducatur ad ius commune per habentem potestatem.*
2 *Coniugia clandestina reprobantur ab ecclesia.*
3 *Præsumptuosus dicitur qui ex certa scientia facit contra canones.*
4 *Testis vnius dicto nõ statur super matrimonio, etiam si sit sacerdos.*
5 *Ignorantia affectata, quo ad pœnam æquiparatur scientiæ.*
6 *Pœna debet esse conformis grauitati delicti.*
7 *Matrimonium quando dicatur clandestinum, & quot modis dicatur clandestine contrahi.*
8 *Actio popularis consumatur primo agente.*
9 *Sponsalia ne dicantur clandestine contracta, quid agendum sit.*
10 *Sponsalia & matrimonia clandestina, quare dicantur prohibita.*
11 *Prohibitionis vbi est eadẽ ratio, idem ius esse debet.*
12 *Edicta pro matrimonijs cõtrahendis vbi fieri debeãt. Et quid quando locus est interdictus. numero 13. Et quod fieri debeant publice, & quare. nume. 14. Ad quem pertineat illa proponere. numero 15. Et quis sit eius effectus. nu. 18.*
16 *Singulare quandoque resoluitur in plurale.*
17 *Inferior non potest contra statutum sinodi dispensare.*
19 *Præsens contractui matrimonij celebrati sine denuntiationibus, & tacens, an postea volens opponere admittatur.*
20 *Accusans matrimonium si deficiat in probationibus, an alius postea ad accusandum admittatur.*
21 *Matrimonium clandestine contrahentes, an post mortem accusari possint, & nu. 48.*
22 *Constitutionis non publicatæ, an ignorantia prætendi possit.*
23 *Præsbyteris non permittitur ignorare canones pœnitentiales. & nu. 62.*
24 *Sacerdotis officium, quale sit, quando denuntiatur impedimentum matrimonij. Et an ad eum cognitio spectet. nu. 25. Et qualis huius impedimenti probatio esse debeat. 26. & 27.*
28 *Denuntians falsò impedimentum matrimonij, an puniri debeat.*
29 *Constitutionis transgressor, qua pœna puniatur.*
30 *Constitutio pœnalis est restringenda.*
31 *Verbum, quilibet, est sui natura distributiuum.*
32 *Sacerdotis verbo generaliter prolato venit quilibet clericus. Et sacerdos vnde dicatur. nu. 33.*
34 *Sacerdos regularis curam animarum quandoque habere potest.*
35 *Pœna canonis, an imponatur ipso iure, vel sit necessaria sententia, & an minui vel augeri possit. nume. 36.*
37 *Constitutio legatorum durat etiam finita legatione.*
38 *Matrimonia clandestina contrahentes, an & qua pœna puniendi sint.*
39 *Bonum facere non sufficit, nisi fiat bene.*
40 *Laici interuenientes matrimonijs clandestinis, an sint puniendi.*
41 *Proles suscepta ex matrimonio habente impedimenta, an sit illegitima, vel legitima, & quid de natis ex matrimonio clandestino. nume. 42. 44. 45. 46. 47. 49.*
43 *Ignorantia affectata, seu crassa non excusat.*
49 *Diuortij sententia lata, quamuis erronea, si alter coniugum Episcopi authoritate ad secunda vota conuolat, an proles ex secundo matrimonio suscepta sit legitima.*
50 *Matrimonium si fuerit contractum cum vna, & ea viuente, cum alia in faciem ecclesiæ, an proles inde nata sit legitima, & quid agendum.*
51 *Filijs duobus extantibus, vno ex matrimonio clandestino, altero ex matrimonio publice contracto, vter dicatur legitimus vel illegitimus.*
52 *Testis vnus cum fama, an faciat probationem in matrimonio.*
53 *Titulus posterior probatus per testes claros & apertos, præfertur titulo anteriori probato per vnum testem & famam.*
54 *Laici transgredientes canones, per quem puniendi sint.*
55 *Clandestinitatis commissæ circa matrimonium, quis sit effectus.*
56 *Collatio clandestina tenet, licet non careat suspitione.*
57 *Matrimonium clandestinum, an præiudicet secundo in faciem ecclesiæ contracto.*
58 *Ligatus apud ecclesiam, multoties est absolutus apud Deum, & econtra.*
59 *Coniugium eius qui clandestine contrahens fatetur se prius consanguineam vxoris cognouisse, an approbetur ab ecclesia.*
60 *Matrimonium clam contractum, an publicari seu solemnizari possit, & qualiter.*
61 *Contraueniens constitutioni, an aliquo casu excusetur.*
63 *Pater cogens filium clandestinè contrahere, an solus puniatur, vel filius, vel uterque.*
64 *Clandestinitatem probandi onus incumbit asserenti.*

CAP. III.

CVM INHIBITIO. Plura continet dicta, & omnia comprehendendo, hoc dicit: Cum matrimonia sunt contrahenda, debent presbyteri edicta in ecclesijs proponere cum termino, infra quem uolens possit impedimenta proponere. & si de impedimento probabilis fuerit coniectura, interdicitur matrimonium donec de illo cognoscatur, & si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra prædictum interdictũ fuerit celebratum, nati ex tali matrimonio sunt illegitimi, licet parentes ignorauerint, & idem si sciuerunt impedimentum, licet in conspectu ecclesiæ contrahant. hoc prima vsque ad ver. sanè. Et sacerdos qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus, etiam regularis, qui interfuerit, per triennium à beneficio suspendatur, & si culpa exegerit, grauius etiam puniatur: & illicite contrahentes, & etiam illicite denuntiãtes sunt puniendi. h. d. primo ponitur constitutio, secundo punit

nit contrafacientes,ibi, si quis vero.prima subdiuiditur.in quatuor.primo ponitur quædã cõstitutionis approbatio. secundò duplex prohibitio. ibi,vnde. tertio cuiusdam consuetudinis circa publicationẽ matrimonij approbatio,& extẽsio.ibi,quare. quarto instruit,quid agendum sit si opponitur contra matrimonium,ibi,cum autem.

¶ Secunda etiã princ. pars subdiuiditur in quinque.primo ponitur de pœna filiorum propter matrimonium clandestinum contract.in gradu prohibito, ibi, si quis. secundò de pœna prolis in matrimonio scienter contracto in gradu prohi. ibi, pari modo. tertio de pœna sacerdotis non seruantis hãc constit. ibi, sane. quarto de pœna clandestine contrahentium etiam in gradu concesso.ibi,sed is qui. quintò de pœna calumnioſe opponentium impedimentum,ibi, si quis autem.

¶ Et in tex. ibi, vltimis tribus. dic, scilicet 5. 6. & 7.gradibus.& ibi, eam.dic, scilicet inhibitionem in alijs quatuor gradibus.& ibi,volumus,dic & nos pariter debemus hoc velle, per ea quæ no. in cap.is qui.sup.de sponſ.& de conceſs.præben. cap.propoſuit,ſecundum Hoſt.& ibi,ſacerdos,dic,& quilibet clericus,& etiam laicus,vt dicam inf.quæſtio. 12.& ibi,talibus.dic,ſcilicet clandeſtinis coniugijs.& ibi, quare, dic ad hoc vt de contrahendo matrimonio ſit omnibus notum.dicebant enim multi poſt contractum matrimonium,ſi ſciuiſſemus quando matrimonium contractum fuit , contradixiſſemus, quia ſciebamus impedimentum , & hæc fuit cauſa edendæ iſtius conſtitut. ſecundum Hoſtien. & ibi, locorum,dic ſicut eccleſiæ Beluacenenſis,ſupra de ſponſalib. cap.cum in tua. & ibi, manifeſtis. dic, & epiſcopo manifeſtatis , ad quẽ hoc pertinet defendere,vt in c. 1. infra de conſang.& affi.& infra dicã. & ibi,prorogando. dic , ſimile infra de Iudæis. c.in nonnullis,& ſupra de fideiuſſo.c.quod quibuſdam. & ibi, matrimonijs. dic, quid iuris de ſponſ. dicam infra in 3.queſtio.princ.& ibi,opponat, dic ſupple, ſed etiam ipſi , & cap. ibi , presbyteri , dic , ſcilicet parochiales, ad quos hoc ſpectat. ibi,nihilominus, dic non obſtante quod nullus appareat,uel ſi apparuit , fuit repulſus , ſecundum Hoſtien. dicam inf. quæſt. 10. & 11.ibi,expreſſe,dic, ſcilicet & publice. ibi,manifeſtis, dic & manifeſtatis ipſi, ad quem pertinet diffinire,infra de conſangu.& affinit.cap. 1.& quia poſſet quis dicere, nonne punietur, ideo ſubiungit , ſi quis vero, ſecundum Hoſt. ibi, ſuſcepta, dic ideſt,nota antequan. matrimonium comprobetur,aliàs contra, infra qui filij ſint leg.cap.quod nobis. ibi,cum illi,dic, ſcilicet parentes.ibi,taliter, ſcilicet clandeſtine , uel contra interdictum eccleſiæ factum expreſſe, ſecundum Hoſtien.ibi,affectationes,dic,concordat.c.eos qui.de temp.or.lib.6. ibi, impedimentum,dic,ſcilicet canonicum, de quo infra.ibi,ab officio,dic,& per cõſequens,à beneficio, vt inf.q.12.ibi, condigna,dic, ſcilicet arbitrio iudicis. ibi, iniungatur , dic , ſcilicet per epiſcopos . eſt enim de reſeruatis, ut dicam inf.quæſtio.13.ibi,canonicam.ideſt arbitrariam , ſecundum Hoſtien. & Compoſtellanum .

¶ Primò nota , quod prohibitio matrimonij inter conſanguineos , & affines licèt olim eſſet vſque ad ſeptimũ gradũ incluſiuè, ut in cap.licèt ex quadam . ſupra de teſtibus . tamen hodie eſt reſtricta vſque ad quartum gradum , vt hic , & in cap. 1.& c.non debet,infra de conſang.& affini.

¶ Secundò nota, quod reuocatio de aliquibus ex conceſsis, eſt conceſsio , & confirmatio aliorum non reuocatorum.

¶ Tertiò nota , quod facta prædeceſſorum ſunt approbanda per ſucceſſores , & cum ſint rationabiliter,facta ad idem c. 1. ſupra de iuram. calumnię.

1 ¶ Quartò nota , quod conſuetudo † vnius loci non extendit vires ad alium locum , niſi reducatur ad ius commune per habentem poteſtatem , vt hic fecit Papa. facit c.ſuper eo. de cenſib. & quod no. de conſec.diſt.4.c.de tua.

¶ Quintò nota , quod in contractu matrimonij debet interuenire presbiter parochialis, aut ſaltem de ipſius licentia contrahi debet. 30.q.5.cap.aliter. dicam infra,quæſt.6.

¶ Sextò nota , quod filius nati ex matrimonio contracto in conſpectu eccleſiæ , data ignorantia impedimenti ab ipſis parentibus ſeu contrahentibus, ſunt legitimi, & hoc propter bonam fidem ipſorum coniugum , ſecus vbi clandeſtinè matrimonium eſſet cõtractum, de quo infra, in 12.queſtio. principali.verſ.9.quæro.

2 ¶ Septimò nota, quod clandeſtina coniugia † ab eccleſia reprobantur , quia non eſt conueniens , q tantum ſacramentũ clandeſtinè fiat. facit c.conſuluit.ſupra de offic.delega. factum tamen tenet, niſi aliud ſubſit impedimentum.

¶ Octauò nota,quod matrimonio prohibito ſacerdos neque intereſſe , nec authoritatem præſtare dicto.

Nonò nota ibi, præſumat,quod præſumptuoſus
3 dicitur † ille qui ex certa ſcientia facit contra canones.facit cap.illud. ſupra de maio.& obed.

¶ Decimò nota,quod matrimoniũ dicitur clandeſtinum, licet ſit celebratum in preſentia vnius teſtis,etiam ſacerdotis, dixi ſupra in rubr.quæſt. 1. ex
4 quo ſequitur,quod ſuper † matrimonio non ſtatur dicto vnius teſtis, etiam ſi ſit ſacerdos.

¶ Vndecimò nota , quod de conſuetudine ſpeciali poteſt fieri ius commune , per ea quæ notantur in c.cum in tua.ſup.de deſponſal.& in c.1.de locato. & in cap. in nonnullis.ſupra de Iudęis, quod facit ad materiam cap. 1.de conſti.lib.6.

¶ Duodecimò nota , quale debeat eſſe officium ſacerdotis circa matrimonium cõtrahendum,quia debet illud publicare, & edicta cum termino competenti proponere, & ipſe per ſe inueſtigare de impedimento ſi quod eſſet , & ſic eſt caſus in quo in cauſa ciuili iudex debet impartiri officium ſuũ etiã non petenti, de qua materia in cap. ad noſtram,ſupra de iureiur.

¶ Tertiodecimò nota caſum, in quo presbiter videtur habere iuriſdict. nam proponit edictum,& aſsignat terminum,quæ duo pertinent ad iuriſdict. in cap.exhibita.ſupra de iudi. & 3.quæſt.3.c.inducię.§.ſpatium.

¶ Quartodecimò nota , quid ſit officium iudicis,quando denuntiatur impedimentum.dẽt enim interdicere matrimonium , donec de impedimento conſtiterit.

¶ Quintodecimò nota, quod matrimonium impeditur

peditur ex ſola probabili coniectura , & ſic quod non requiritur plena probatio, & de hoc infra quę ſtione ſeptima .

¶ Decimoſextò nota, quod melius eſt ante tempus occurrere,quam poſt vulneratam cauſam remedium quęrere, ad idem. l. fin. C. de tempo.in integ. reſtit.per.

¶ Decimoſeptimò nota, quòd ex matrimonio occultè contracto filij puniuntur,quia dicuntur illegitimi ſi impedimentum ſuberat , quod procedit etiam data ignorantia , ſecus ſi non eſſet clam contractum, tetigi ſupra, & infra latius dicam.

5 ¶ Decimooctauò nota,quod affectata † ignorantia quo ad pœnam æquiperatur ſcientiæ.

¶ Decimononò nota , qua pœna debeat puniri ſacerdos, qui non prohibet illicita matrimonia,ſuſpendetur enim ab officio , & beneficio , & de hoc infra in 12.q.princ.circa principium.

¶ Vigeſimò nota,quod quamuis matrimonium ſit contractum nullo ſubſiſtente impedimento , ſi tamen fuit clam contractum,debet ipſis contrahẽtibus pœnitentia imponi,de quo infra.

¶ Vigeſimoprimò nota,qualis modus ſit ſeruandus in imponẽda pœna ex delicto, debet enim eſſe
6 conformis grauitati † delicti 45.diſtin.c.diſciplina. 33.q.2. cap.admonere. de cle.ex.mi. cap.latores. & l.reſpiciendum.ff.de pœnis.24.q.1.c.non afferamus. cum ſimilibus.

¶ Vigeſimoſecũdò & vltimò nota , quod etiam ille, qui ſcienter denuntiat falſum impedimentum ad impediendum matrimonium , debet puniri pœna hic expreſſa .

¶ Glo. ſuper verbo , clandeſtinè. quærit, & ſol.
7 in fi. gloſ. dic, no. ex glo. † quando matrimonium dicatur clandeſtinum , & quot modis dicatur clandeſtine contrahi , & quod proſequuntur hic Doctor. Sed tu dic, vt latè dixi ſupra , in rubrica, quæſtione prima.

¶ Gloſ. ſuper verbo , voluerit , format quatuor quæſt. & ſoluit. In eadem glo. ibi, quaſi publicum crimen, dic, ex hoc dicit Goffred. pro ſi unus egit contra matrimonium , & ſuccubuit ſuper allegato impedimento , nemo audietur volens illud im-
8 pedimentum iterum deducere , quia † actio populàris conſumitur primo agente , ut l. eum qui.§. in popularibus.ff.de iureiurando.quod non placet Do.Ant. quia ſententia lata in cauſa matrimoniali non tranſit in rem iudicatam , vt in c.tenor. & in c. conſanguinei . ſupra de re iudica. niſi diceremus , quod illud procedit reſpectu ipſorum coniugum , non reſpectu extraneorum , & eſſet notabilis limitatio , ſed tu dic , ut dicam infra eod. quæſtio. 7. & ſequentibus.

¶ In eadem gloſ. ibi, amplius admitti , dic , Gaſpar de Calder. tenet contrarium , dicens quod eſt ſpeciale ratione matrimonij propter periculum animæ,& idem tenet Gul.& ſequitur Dominus meus. nam licet in aliis cauſis generetur aliqualis ſuſpitio, tamen ſecus eſt in matrimonio , de quo etiam infra dicam.

¶ Glo.ſuper verbo , ſi ambo parentes , in princip.colligit, deindè format queſtio.& ponit opiniones, ſed dic de materia ipſius glo. vt dicam infra in 12.queſt.princ.verſ.8.quęro.

¶ Gl.penultima poteſt expediri per contrarium. dic vt in ea.

¶ Poſtremò, quia ſupra in rubrica dixi , me hic examinaturum tertiam quæſtio. principalem , qua
9 quęritur,† quid agendum ſit , & quę ſolemnitas ſit ſeruanda ad hoc,vt ſponſalia non dicantur clandeſtinè contracta , deſcendo ad ipſius tertiæ queſtionis examinationem . & quoniam ſub ipſa 3. queſt. principali ego formaui 8. queſtiones, ideo deſcendo ad primam.

¶ Primò igitur quæro, quia tex. noſter prius dicit , clandeſtina coniugia penitus prohibemus , & poſtea ſubdit , quod cum matrimonia fuerint contrahenda,&c. vtrum hæc forma ſit ſolummodo ſeruanda in matrimonijs & ſponſalibus de præſenti , an verò etiam in ſponſalibus de futuro . & videtur quod ad talia ſponſalia de futuro hæc cõſtitutio ſe non extendat , cum loquatur ſolum de matrimonio, & coniugio, & ſic per verba de præſenti,contrahendo , vt poteſt colligi ex pluribus partibus iſtius decret. ſed tamen Hoſtien. in ſumma huius titu.§.primo, verſic. quid ergo de ſponſalib. dicit , quod licet quo ad verba , tex. noſter non comprehendat ſponſalia de futuro , tamen putat Hoſtien. quod mens huius cap. idem velit in ſponſalib. & ideo clandeſtina ſponſalia,ſicut & coniugia ſeu ma-
10 trimonia intelligantur prohibita † ex mente legiſlatoris , quam ſequi debemus , vt l.ſcire oportet.§. aliud. ff.de excu. tuto. alias autem non bene prouideretur periculis animarum , cum multis modis ſponſalia firmentur , & poſtea matrimonio æquiparentur, ſecundum ea quæ dixi in cap. is qui fidem. ſupra de ſponſal. articu.22. & ſupra tit.proximo,cap.puberes, quæſtio. 11.& per ea,quæ tradun tur per Hoſtien. in ſumma , de matrimonijs.§.finaverſic. præſumptorum . & pro hac opinione facit rubrica noſtra , quæ dicit de clandeſtina de ſponſa. & non de clandeſtino matrimonio , ut ſic tam ſponſal.de preſenti , quam de futuro comprehenderet . facit quod dixi ſupra de ſponſal. in rubrica artic. 1. & cap.2. ſupra titu. proximo. cum ergo ea-
11 dem ſit ratio prohibitionis , † ergo idem ius, vt in cap.inter corporalia , ſupra de tranſ.prelator.& l.illud. ff.ad leg. Aquil. & hanc opinionem tenet hic Hoſtien. & Ioan. And. ſuper verbo, matrimonia , & Zabar. in ſeptima quæſtione , & Domi. Anton. queſtio.2.& Gaſp. Cald.qui tamen ſubdit,quod licet in ſponſalibus forma iſtius decre. non ſeruetur, non eſt locus pœnę hic ſtatutę , quoniam in pœnis debet fieri reſtrictio , vt in regula, in pœnis. de regul. iur. lib.6. & bene facit , quod no. glo. ſuper verbo , contrahere , in clemen. 1. de conſanguinitate & affinitate. ſed dicit hic Zabar.quod hic non imponitur pœna propter omiſsionem bannorum , ſed propter aliud, vt hic, in verſic.ſanè. & dicam infra . ſubdit tamen Zabar. quod ſi pœna veniret imponenda , verum eſt quod dicit Gaſp. & idem ſenſit hic D.Anton. quæſt.2.

¶ Secundò quęro,quia tex.noſter requirit quod hic publicatio fiat in eccleſijs , an in alijs locis talis publicatio fieri poſsit , & facta ſufficiat . & videtur dicendum quod non , quia tex. noſter dicit in eccleſijs . facit cap.cum dilecta . prope finem , ſupra de reſcript. vel ſecundum Hoſtien.in ſumma, eod.

tit.§.1.versic.in ecclesijs, quod in hoc non est uis, dummodo sacerdos hoc publicet parochianis simul vocatis, & coadunatis. facit quod in simili no. Hostien. in summa, in titu. de elect.§. vbi fieri debet. nam ideo tex. hic dicit in ecclesiis, quia ibi etiam non vocati coadunantur singulis diebus dominicis, & festiuis, secundum Hostien. facit capitul. tua, infra titu.1. quia ecclesia idem est, quod fidelium conuocatio, quam Iudæi sinagogam, hoc est, congregationem appellabant. dixi in cap.3. infra de Iudæis, in primo notabili.

¶ Tertiò quæro, quia tex. noster dicit, in ecclesiis, & sic loquitur in plurali, utrum hæc publicatio sit facienda in vna tantum ecclesia, an verò in omnibus ecclesiis, & locis, vbi habitant contrahentes.

12 ¶ Sol. Innocen. hic vult, quod non sufficiat facere in vna ecclesia tantum, quod maxime seruari deberet, quando volentes contrahere matrimonium essent diuersarum parochiarum. hoc tamen secundum Hostien. non seruatur, immo ut plurimum sit in vna ecclesia tantum, & sufficit quod fiat publice, ita quod ad omnes notitia peruenire possit, supra de poltu. ca.2. etiam si extra ecclesiam in locis competentibus, puta in prædicationibus præponatur, ut in cap. responso. de senten. excommunicat.

¶ Sed de ecclesijs dictum est, quia, vt plurimum homines ibi conueniunt, ut dixi in quæstione præcedenti. dicit tamen hic Zabar. quod tutior est opinio Innocen. ut non recedatur ab hac littera, quæ in plurali dicit in ecclesiis, opinio tamen Hostien. videtur verior, quia huic constit. satisfactum esse videtur quandocunque hæc publicè fiant, & ad tex. dum dicit in ecclesiis, possumus respondere, quod in plurali dixit propter matrimoniorum pluralitatem, argumen. capitu. ut priuilegia, infra de priuilegijs. dicit etiam Innocen. quod propter periculum animarum, & illegitimitatem prolis hæc public. deberet fieri in ecclesiis, vbi est antiqua habitatio parentum vtriusque, cum ipsi suorum consanguineorum clariorem notitiam habere videantur. supra de testib. cap. licet. infra qui matrimonium accusa. pos. cap. videtur vbi de hoc. de talibus enim queri debet, vbi melius hoc fieri possit. supra de elect. capitulo scriptum, infra de pur. can. capitulo, cum p. videretur enim quædam derisio dicere, quod publicatio alibi fieri debeat. si enim Mediolanensis, vel Ianuensis velit contrahere hic Senis cũ aliqua Mediolanensi vel Ianuensi, certè non videtur, quod aliquis esset hic, qui illorum consanguinitatem, aut affinitatem scire, aut testificari posset: quare si alibi ubi fuisset antiqua habitatio, & hodie fuisset hic Senis, utrobique fieri debet hæc publicatio, nam in loco antiquæ habitationis melius scirentur gradus, & in hoc loco maior notitia haberetur, vtrum cum aliqua alia contraxerint. dicunt tamen quidam, & ideo male, secundum Inno. quod licet bonum sit vtrobique renuntiare: tamen, si fiat solùmodo vbi est ipsorum antiqua habitatio, sufficit, ad hoc, ut filij non dicantur illegitimi, cum propter cessationem denuntiationis hæc constitutio filios iudicet illegitimos, illorum tantum qui in gradu prohibito sunt conjuncti. alij verò tenent contrarium, dicentes idem esse de alio impedimento, de quo dic, vt dicam infra in duodecima quæstione principali, versicu. octauo quæro.

¶ Si verò non habent consanguineos, vbi est ipsorum antiqua habitatio, sed in alijs pluribus locis, non erit ubique publicatio fienda, quoniam non nimis circa hoc subtilizandum est, propter periculum illegitimitatis filiorum. vnde licet ante factum sit adhibenda omnis diligentia, tamen post factum, quantum fieri potest, debet negligentia tolerari, vel excusari, & ideo dixit Abb. quosdam episcopos hoc seruare, quod ad contrahendum non admittunt extraneos, nisi à suo iudice litteras portent testimoniales. facit, quod not. Ioan. And. in capit. fina. infra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulte. & dicit hic Dominus meus, quod hoc seruare, esset valde vtile, & ita etiam formaliter recitando transeunt Io. Andr. Dominus Antonius, & Zabar. quæstione decima, & vndecima.

¶ Quartò quæro, quid si ciuitas, vel castrum fuerit interdictum, vbi fieri debeat talis publica-
13 tio. † ¶ Sol. Innocen. in summa, eodem titu. §. primo, versiculo, quid ergo si ciuitas, dicit quod fieri debet in prædicationibus, infra de senten. excommunica. cap. responso, quia non debet sacerdos denegare vocem suam talibus contrahere nequeuntibus, sed non debet præstare benedictionem, cum ipsa non inueniatur excepta à generali interdicto: solus enim baptismus, & pœnitentia morientium, & cruce signatorum, ac peregrinorum, ac etiam viaticum, & confirmatio episcopalis, excipiuntur, nisi occasione priuilegij apostolici aliud contingat, supra de sponsalib. capit. non est uobis, & infra de pæniten. & remi. capitu. quod in te, & dicto capitulo, responso, secundum Hostien. quod tamen dicit intelligendum, nisi tales qui petunt publicationem fieri, sint maiori excommunicatione ligati, quoniam tales sacerdos nullatenus audire debet, cum non debeat eisdem participare, ut supra quod metus causa, capitu. sacris. de quo latissimè dixi in capitu. sacris. infra de senten. excom. art. 19.

¶ Quintò quæro, quare talis denuntiatio debeat
14 fieri † publicè in dictis locis. ¶ Sol. dicunt Hostien. & Ioan. And. ad hoc, ut transeat omnibus in notitiam, & sic vt nullus possit ignorantiam allegare, vt in capitulo primo, supra de postula. prælat. & quia, vt dicit Domi. Anto. non est conueniens, quod tantum sacramentum fiat in occulto, ut dixi supra in notabilibus, & vagetur in incerto. & dicit Hostien. in summa, eodem titulo, §. primo, ver. quæritur, &c. quod hoc statutum fuit, ne pericula animarum inde proueniant, si clandestine contrahentur. & quoniam qui male agit, odit lucem. supra de officio delega. cap. consuluit. & ideo prohibentur etiam clandestinæ electiones. supra de electio. cap. quia propter, in fi. & etiam propter periculum animarum; quia, vt dixi, mutata voluntate alterius coniugum, non potest fieri fides iudici, & cum peccato conuolant ad secunda vota, & sic parant sibi laqueum, nam in foro pœnitentiali consulitur eis, ne reddant debitum contra conscientiam:

tiam: in foro autem iudiciali excommunicabuntur, nisi debitum reddant, sed tolerare potius debent excommunicati. infra de senten. excommun. cap. inquisitioni, supra de restitutione spoliato. cap. litteras. §. penultimo, secundum Hosti. & quoniam periculosum est illicita matrimonia cõtrahere, propter peccatum, & propter illegitimitatem filiorum, meritò prouidendum fuit, vt solemnis publicatio fiat, quia vbi maius periculum, & c.46. distin. cap. quiescamus, & in cap. ubi periculum. de electione, libro sexto.

Sextò quæro, ad quem pertineat proponere, &
15 publicare talia † edicta. ¶ Sol. Patet ex tex. dic, quod debet fieri per presbiteros, & pertinet hoc ad presbiteros parochianos, ut colligitur ex tex. nostro, versiculo, sanè. dum dicit, Sane si paroch. sacerdos, vel etiam per alios de ipsorum matrim. arg. cap. mulieres. infra de senten. excommun. & supra, de offic. deleg. capit. in litteris, secundum Hostien. & Ioan. And. & Zabar. hic, & Hostien. in summa, eodem tit. §.1. vers. per presbyteros. facit. 30. quæstio. 5. cap. 1.

¶ Septimò quero, qualiter fieri debeat, seu quid continere debeat hæc publicatio. ¶ Sol. colligitur ex verbis tex. debet enim proponi sub ista forma, quod quicunque potuerint, & voluerint opponere aliquod impedimentum contra tales volentes spons. vel matrimonium contrahere, debeant illud opponere infra talem terminum, quem debet præfigere competentem, de quo in sequenti quæstionibus.

¶ Octauò quæro, quis dicatur competentes terminus.

¶ Sol. Dic, quod secundum qualitatem negotij, & famæ ipsorum uolentium contrahere sacerdos tenetur prolixiorem, vel breuiorem terminum assignare, & sub trino termino. facit quod habetur in cap. sacro. infra de senten. excommunic. & supra de vi. & hone. cler. cap. fina. & de constitut. cap. ex litteris, & 12. quæstio. 2. cap. indigne. faciunt tex. requirentes banna proponenda, qui loquuntur in plurali. supra de sponsa. cap. cum in tua, & infra qui matrimonium accus. poss. cap. fin. & sic cum loquantur de plurali, plures videntur requiri termini, ut dictis iuribus, vel saltem duo termini assignãdi, ut 4. quæstio. 3. versic. vbi numerus, reg. pluralis loquutio, de reg. iu. lib. 6. & ideo verbum, termino, hic positum in singulari resolui debet in pluralem.
16 sic † quandoque fit econtra in cap. ut priuilegia, in fi. infra de priuileg. hoc tamen videtur esse arbitrarium, & sic aliquando tres, quandoque duos termi nos, & quandoque etiam unum assignabit, ratione qualitatis negotij, vt satisfaciamus etiã tex. nostro, qui loquitur in singulari, & etiam satisfiat iuribus loquẽtibus per verbum, banna. Sed quoniam sunt grauis præiudicij, videtur potius exigi trinus termi nus, & peremptorius, per nota. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. supra vt li. non contest. vbi dixi in sexto notabili, vt probatur, supra de dolo, & contumacia, capitulo, prout, & capitulo, dilecti, & ad prædicta vide quę latè dixi in rubri. de dilatio. arti. vigesimoseptimo, maximè in sexta quęstione, versiculo 10. & 11. & prædicta procedunt, nisi certus terminus esset definitus in sinodali statuto, quia tunc talis terminus erit assignandus, alias videtur esse arbitrarium. argumen. l.1. ff. de iure deliberan. dicit tamen Hostien. quod etiam si certus terminus sit assignatus in sinodali statuto, adhuc poterit episcopus aliud arbitrari, quia cum non adstringitur necessario à tali statuto, adhuc poterit expe-
17 dire, vt l.1. ff. de arbitris. inferior † tamen non posset contra statutum sinodi dispensare, supra de maio. & obed. cap. cum inferior, secundum Hostien. Sed Archid. in cap. licet canon. de elect. lib.6. episcopum hoc non posse per adiectionem quam fecit Innocen. ad cap. dilectus. supra de tempo. ordin. & sequitur hic Ioan. And. Sed dicit hic Zaba. quod primum dictum est verius, per ea quæ ipse no. post Ioan. And. in dicto cap. dilectus. Item quia in casu istius quæst. non est propriè dispensatio, sed potius interpretatio, quia ipsius est interpretari cuius est contradicere, vt in cap. inter alia. infra de senten. excommun. & hæc opinio mihi magis placet, subsistente legitima causa, vt dixi.

¶ Quartò principaliter quæro, qui sit istius pu-
18 blicæ denuntiationis effectus. † ¶ Sol. Dic, quod effectus est, vt admittantur volentes denuntiare impedimentum si quid esset, propter quod sponsalia, vel matrimonium contrahi non possent, vt colligitur ex tex. nostro, & ex sequentibus quæstionib. apparebit.

¶ Secundò quæro circa hoc, qui admittantur ad talem denuntiationem faciendam.

¶ Sol. Dic, quod regulariter quilibet admittitur. probatur hic, in quantum tex. dicit, qui voluerunt.

¶ Sed aduerte, quia in contrarium facit tex. iste, dum immediatè subdit, & potuerit. prædicta tamen regula, quod quilibet admittatur, intelligitur si modo sit habilis, & legitimus denuntiator, & ideo tex. dicit, qui uoluerit, & valuerit, hoc est potuerit. facit quod no. in cap. præterea 2. supra de sponsal. & in c. tua. infra de cogna. spirit. facit etiam cap. 1. infra de accusat. & quod nota. in l. vt gradatim. §. sed si lege municipali. ff. de muneribus & honoribus, & in l.1. iuncta glo. super verbo, vnusquisque. C. de sacrosan. ecclesiis. & ideo excommunicatus non admittitur, per cap. intelleximus, supra de iudic. vndecima quæstione tertia, capitu. cum excommunicato, & tenent hic Hostien. Ioan. And. & Doctores.

¶ Aduerte tamen, quia potius admittuntur consanguinei quam extranei. 35. quæstione sexta, capitulo primo.

¶ Tertiò quæro, pone quod matrimonium fuit contractum nulla precedente denuntiatione, aliquibus tamen presentibus, & scientibus impedi-
19 mentum, † & tacentibus, quæritur vtrum postea admittantur ad oppo. ¶ Sol. Glo. hic, super verbo, qui valuerit, vers. sed pone, arguit quod non admittantur. in contrariũ allegat infra qui matrimonium accus. poss. cap. cum in tua. quia ex quo non præcesit denuntiatio, non videtur eis præiudicatum. primum tenet glos. quia isti non videntur suspitione carere. infra qui matrimonium accu. po. cap. cum in tua. & quia, qui sciunt, certiorari nõ debent. l.1. in fi. ff. de act. emp. & supra dixi, quia ista denuntiatio fit propter ignorantes. Item, quia li-

cet isti contrahentes fuerunt in culpa, tamẽ ipsi qui sciuerunt, & nihil dixerunt, fuerunt in dolo, & dolus præponderat culpæ, vt l. item Mela, in princ. ff. ad l. Aqui. & ex quo publicè factum est, non admittitur contradictio. 8. quæst. 1. cap. licet, & sic refidet hic Dom. Anton. Sed Gasp. Cald. tenet contrariũ, quia ista admittitur propter periculum animæ, ꝙ videtur verius, etiam cessante periculo animæ, ex quo tempus non fuit præmissum ad oppon. & sic semper debent admitti apponentes, ar. d. cap. cum in tua. & cum hac opinione transit hic Zab. sed forte vtraque opinio posset sustẽtari, vt prima opinio locũ habeat, quando ille qui non profilit ad denuntiandum, dicit se ignorasse impedimentum tempore quo sui præsentiam exhibuit: secus si tale impedimentum non ignorasset, quo casu procedat secũda opinio, & pro ista dist. faciunt notata in c. pastoralis. supra de excep. & quia quę de nouo emergũt, nouo indigent auxilio, ut l. de ętate. §. ex causa. ff. de interrogatorijs acti. Sed forte melius est dicere per rationes Gaspar. ꝙ utroque casu admittantur, dicit tamen hic Dom. meus, quod tales non possunt carere suspitione, ex quo tacuerunt: concludit tamen quod opinio Gasp. optimè procedit, ex quo edicta non præcesserunt. facit cap. fi. infra qui matrim. ac. poss. & mihi placet.

¶ Quartò quæro, circa prædicta, vtrum vno ac-
20 cusante matrimonium, & deficiente, † alius admittatur.

¶ Sol. Vincen. tenet quod non, quia vno agente popularis actio cõsumitur, nisi alius velit docere de collusione. ff. de proc. in l. non cogendum. §. qui ita. Sed melius probatur in l. 3. ff. de præuaricatoribus, & eandem opinionem tenet Goffr. prædicta tñ opinio videtur procedere vbi talis prosequeretur causam suam, & ignorasset accusationem ab alio institutam. ff. de accusa. l. si cui. §. ijsdem. notat glo. in cap. de ijs. infra de accusa. & ibi dixi. dicit etiam hic Vincen. quod actio popularis etiam consumitur per delationem iuramenti. ff. de iureiuran. in l. eum qui. §. in popularibus, & sequitur hic Ioan. And. Sed quantum ad quæst. nostram, Gasp. Cald. hic tenet, quod etiam alius admittatur propter periculum animæ, ex quo nec sententia transit in rem iudicatam, vt in cap. lator, & in cap. tenor, & in cap. consanguinei. supra de re iudica. & per prædictam rationem, prædicta opinio uidebatur mihi vera an tequam viderem Calder. & Dom. Anton. qui sub breuibus verbis tenet prædictam opinionem: sed dicit hic Zabar. quod in hoc standum est cap. cum in tua. infra qui matrimonium accu. pos. & secundum illud poterit iste admitti. Sed dicit hic Dominus meus, quod cap. tenor, & alia iura allegata contra Vincen. procedunt respectu coniugũ, non autem respectu extraneorum, & esset ista notabilis limitatio ad illa iura. subdit tamen, quod sibi non placet ratione peccati, vt dixi, vult tamen quod iudex aditus admittere non debet non præmissa cognitione, per quam videat illum rationabiliter moueri, faciunt no. per Inno. in d. cap. tenor, ubi ita singulariter no. respectu sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam.

¶ Quintò quæro, vtrũ ad talem denuntiationẽ faciendam admittatur procurator. Sol. Dic quod sic, per cap. tua, supra de procu. secundum Io. And. D. Ant. & Zab. hic.

¶ Quintò principaliter quæro, quando huius-
21 modi † denuntiatores admittantur. ¶ Sol. Glo. hic super verbo, voluerit. in fi. vult, quod non solum admittuntur viuentibus coniugibus, sed etiam post mortem, quod procedit non quo ad effectum impediendi matrimonium, de quo amplius quæri non potest, sed quo ad effectum bonorum. infra qui fil. sint legi. cap. causam. & C. ne de statu defunctorum. l. 1. & vide quod dicam infra, quæstio. 12. versic. duodecimò principaliter.

¶ Sextò principaliter quæro, quod sit officium episcopi, sacerdotis, seu alterius circa hanc denuntiationem faciendam. ¶ Sol. Dic, quod ad episcopum pertinet publicare hanc constitu. omnibus parochianis suis, & prohibere generaliter, & specialiter ne contra hanc constitu. faciant, & hanc publicati. facere debet, ne prædicti ignorantiam valeant allegare, quinimò episcopi in synodis suis, & archiepiscopi in concilijs prouincialibus idem facere debent, ne parochiani possint ignorantiam allegare, vt infra de Iudæis. cap. ita quorundam. in fi. & infra de accusa. cap. olim. secundum Hostien. in summa, eodem titu. §. quam pœnam, super verbo, prohibere, & in versic. sed & episcopi. aliter autem
22 si huiusmodi constitutio † non publicaretur, possent ipsi parochia. ignorantiam allegare, nec haberet locum pœna hic statuta, argumen. infra de simonia, cap. quoniam simoniaca. & est aduertendum circa prædicta, quod Archiepiscopi de episcopis, episcopi de presbiteris, presbiteri verò de parochianis rationem reddere tenentur. supra de officio ar. capitulo, irrefragabili, & de statu monach. cap. cum ad monasterium. §. prior. & subdit Hostien. se non credere, quod episcopi possint aliquam ignorantiam allegare, argum. supra de tempo. ord. cap. vel non est compos. & debet cauere episcopus quales elegerit presbiteros. supra de æta. & qualit. cap. cum sit ars artium. nec supina, & crassa ignorantia eum excusaret, similiter etiam nec vide-
23 rentur hodie excusandi presbiteri, cum † eis non permittatur ignorare canones penitentiales. 39. distinct. cap. quæ ipsis. faciunt etiam no. in cap. 1. supra de officio eius qui renunciauit episcopatui. & infra de clerico excommunicato ministrante cap. apostolicæ.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone ad prælatum inferiorem episcopo spectat institutio vel cõfirmatio, quæritur vtrum ad ipsum pertineat mittere talia edicta, & procedere iudicialiter, iuxta no. in ca. fin. de elect. lib. 6. & videtur dicendum quod non, sed extraiudicialiter, vt infra subijciã, & dictũ fuit in quæst. præcedenti. sed Gasp. Cald. tenet contrarium, quia vno permisso, &c. supra de officio dele. cap. præterea. inducit etiam cap. cum ab ecclesiarũ. & cap. quanto, de officio ordin. & cap. cum contingat, de foro competen. quæ probant, quod inferior prælatus, puta consuetudine, priuilegio, vel præscriptione potest habere iurisdictionem, quare cõcessa inferiori prælato potestate instituendi, vel confirmandi, uidetur esse concessa iurisdictio, per dictũ cap. fina. secundum Zab. & mihi placet, ad quod vide quæ latius dixi in cap. cum ex iniuncto, infra de hęreticis,

hereticis, & in dicto cap. cum contingat, de foro competen. & in mea disputatione quæ incipit, A. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ.

¶ Septimò principaliter quæro, quod sit officiũ
24 sacerdotis, comparente † denuntiatore, & allegante impedimentum. ¶ Sol. Dic, quod debet interdicere matrimonium contrahendum, donec cognoscatur de impedimento, ut hic.

¶ Octauò principaliter quæro, quis cognoscet de hoc impedimento. ¶ Sol. Dicit Innoc. quod
25 talis cognitio fiet † per ipsos presbiteros. alij verò dicunt, ut refert Innocen. quod fiat per solos presbiteros, & hoc vltimum placet Hostien. qui dicit presbyter hoc deferet ad episcopum. supra de officio Arch. cap. 1. 25. dist. cap. 1. Sed primum est verius, secundum Zab. & hoc probatur hic in versic. sanè. & sic ex hoc videtur, quod presbiter parrochialis habeat iurisdictionem, cũ tamen solus diœcesanus in sua diœcesi videatur iurisdictionẽ habere. supra de offic. ordin. cap. 1. & cap. cum ab ecclesiarum. Præter prædicta dicit hic Gaspar de Calderinis, quod hęc banna non sunt iurisdictionis, & sic nec missio bannorum, nec termini assignatio, nec interdictio matrimonij, est iurisdictionis. Sed hæc omnia expediuntur extraiudicialiter. facit ꝙ in simili not. supra de statu mon. cap. in singulis. & ideo poterunt fieri etiam diebus feriatis, & idem dicendũ est de inuestigatione fienda per presbiteros, secundum Zab. Sed post interdictum matrimonium ratione impedimenti, de ipso impedimẽto cognoscet episcopus ad quem pertinet hoc diffinire, vt infra de consang. & affini. cap. 1. secundum Hostiẽ. hic, quem sequitur Zab.

¶ Nonò principaliter quæro, qualis debeat fieri
26 probatio impedimenti. † ¶ Sol. Dic, quod de impedimento nõ exigitur, quod fiat plena probatio: quia, ut hic dicit glo. super verbo, probabilis coniectura, sola probabilis coniectura impedit matrimonium contrahendum, supra de sponsa. c. præterea, & cap. cum in tua. infra de consang. & affini. cap. super eo. & supra de iureiuran. c. quemadmodum. ergo non exigitur plena probatio, & hoc tenet Host. in sum. eod. titu. §. 1. versic. cum autem apparuerit, & Dom. Anton. & Zabar. hic, facit quod dicam infra quæstio. 11.

¶ Decimò principaliter quæro, quid si nullus appareat denuntiator impedimenti, vel si apparuit, &
27 fuit repulsus, qualiter debeat facere † sacerdos.

¶ Sol. Dic, quod ex officio debet inquirere, & inuestigare, vtrum in matrimonium contrahendo sit aliquod impedimentum, & idem si matrimonium esset inde contractum, secundum Goffr. per not. in cap. cum in tua, & in cap. sequenti, & in cap. cum nobis. supra de sponsa. & sequũtur hic Host. & Ioan. And. sacerdos ergo ex officio suo diligenter inquiret ab antiquis omnibus consanguineis, & vicinis qui melius præsumuntur scire veritatem, vt l. si vicinis. C. de nupt. & in l. octaui. ff. vnde cognati. facit etiam, quia quantuncunque partes renuntiẽt productioni testium in matrimonialib. causis, sicut dicit Host. se quandoque vidisse defacto, & quantũcunque iurent, quod ulterius non probabunt, sed renuntiationi stabunt, non obst. tali iuramento iudex ex officio veritatem debet inquirere, quo vsque certificetur, ut hic, & supra de sponsa. cap. sicut, in fi. & cap. consultationi, & supra de iureiuran. ca. quemadmodum. §. fi. & ad materiam infra de consang. & affinit. cap. 1. & totum hoc arbitrio boni iudicis committitur. supra de spon. cap. cum in tua. infra de frigid. cap. fraternitatem, & cap. fina. supra de probat. cap. causam. 30. quæstio. 5. cap. iudicantem. supra de fide instrum. cap. cum Ioannes. ad fi. quia de tanta re mature agendum est, & non segnius. 16. distinct. cap. quiescamus. 61. distinct. cap. miramur. 7. quæst. 2. cap. fina. ff. de Carboniano edicto. l. 1. §. 2.

¶ Vndecimò principaliter quæro, pone aliquis scienter, vel malitiosè falso denuntiauit impedimẽ
28 tum, † vtrum puniri debeat, & qua pœna.

¶ Sol. Tex. hic in fi. vult, quod talis non effugiet canonicã vltionem. & dicit hic glo. fina. quod punitur arbitrio iudicis. supra de officio deleg. cap. de causis. Sed dicit hic Inno. & fuit nota Vin. quod præter pœnam arbitrariam iste tenetur ad interesse, argum. c. pastoralis. sup. de iure patron. in cap. sacro. infra de senten. excommun. & sequuntur hic Ioan. And. Dom. Anton. & Zabar. clericus tamen malitiosè denuntians, durius punitur, quia suspenditur ab officio, & beneficio, ut dicitur hic gl. fi. in fi. per cap. 2. infra de calum. & sequitur Zab.

¶ Sed circa prædicta quæro, quando impedimentum dicatur obijci malitiosè. ¶ Sol. Dicit hic Hosti. quod istud procedit, quando quis scienter objicit falsum, quamuis impedimentum esset legitimum.

¶ Item quæro circa prædicta, quomodo hoc apparebit. So. dicit Hostien. quod eo ipso, quod non iurat, vel deierat, & postea hoc confitetur, quo casu, quantum ad pœnitentiam sibi iniungẽdam, creditur sibi, licèt alias nõ credatur. sup. de test. c. sicut. in probando tñ impedimento matrimonij videtur credendum sacramento denuntiantis habito respectu ad qualitatem personæ, facit c. præterea 2. sup. de spon. ergo procedit etiam si alter non probet. facit cap. significasti. in fi. supra de homici. & hoc est casuale, seu speciale, vt occurratur periculis animarum. facit quod dixi in quæst. præcedenti. aliàs autem regulare est, quod sibi non credatur, supra de dolo. cap. finem. 6. quæst. 2. cap. si tantum, & cap. sequen. secundum Hostien. & sequitur Zabar.

¶ Duodecimò principaliter quæro, quæ sit pœ-
29 na transgressorum † istius constitutionis? & quia supra in rub. ego pro clariori doctrina ipsius quæstio. formaui sub ea, & ad ipsius intellectũ, 14. quæstiones, meritò illas per ordinem sequar.

¶ Primò igitur quęro, quæ sit pœna clericorum, rectorum ecclesiarum parrochialium.

¶ Sol. Tex. hic in versic. sanè, si parrochialis. vult, quod siue sit sacerdos parrochialis, qui tales coniũctiones prohibere contempserit, seu qui eis præsum pserit interesse, per triennium ab officio suspendi debet: grauius etiam puniendus, si culpæ qualitas postulauerit. punitur ergo talis sacerdos parochialis pœna suspensionis ab officio, siue contempserit talia sponsalia clandestina prohibere, siue interfuerit, & cum suspendatur ab officio: ergo pariter & à beneficio suspenditur, quod sine officio non consistit. 81. distinctio. cap. si quis à modo. & cap. si quis

facerdotum.& 1.quæstio.1.cap.si quis obiecerit.secundum Goffr.Host.Ioan.And.& Zabar.

¶ Et aduerte, quia non solum si presbyter non prohibuit, dicitur contẽnere, & in istam constitutionem incidere, sed etiã si ad aures eius peruenit, & tacet, vt sic dicta pœna puniatur, & sic nõ solum punitur rector parochialis, si interfuit, sed etiam si se absentat, & non prohibet, facit infra de regul. iur.cap.penult. secundum Hostien.Ioann.Andr.& Zabar. & ad ipsum puniendum sufficit probabilis coniectura scientiæ, vel negligentiæ: neque enim habent tales iustam causam ignorandi hanc constitutionem. Vnde siue ex cõtemptu, siue ex negligentia, siue ex timore, vel amore, siue precibus, aut pretio ductus, quod sibi incumbebat omisit, puniri debet, infra de simo.cap.nemo. 11.quæst.4.cap.quatuor.magis tamen punitur ex vna, quàm ex alia causa. & ideo tex.noster subdit, grauius puniendus, si culpæ qualitas postulàuerit.

¶ Secundò quæro, quid de sacerdotibus non parochialibus, & alijs † clericis. ¶ Sol. Host. in summa, eod.tit.§.quam pœnam.versic.sanè parochialis. tenet, quod pœna prædicta non habet locum, quia cum constitutio sit pœnalis, est restringenda, argumen. de pœniten.distin.prima.§.pœnæ.& ff.de pœnis.l.præses. & l.si de interpretatione.supra de concess.præben.cap.constitutus. & in regula, in pœnis. de regul.iur.lib.6. cum ergo tex.loquatur de sacerdote parochiali, pœna ad alios non est extendenda, maximè cum ipsi, & non exteri, suorum parochianorum curam habeant, vt in cap.1.supra de offi.ar. & in c.2. supra de paroch. secundum Goffredum. quod verum arbitror, respectu pœnæ imponendæ propter non factam debitam diligentiam in publicando, & prohibendo, & alia faciendo, quæ sibi facienda incumbunt, secundum ea, quæ superius dicta sunt: secus respectu pœnæ, quæ imponitur ratione interessentiæ sponsi.clandestinis, & hoc iudicio meo sentit tex.in cap.sanè.dum subdit, aut quilibet, si sacerdos esset regularis, qui eis præsumpserit interesse. vnde cum loquitur de interessentia, loquitur per verbum, quilibet, quod est vniuersale di
31 stributiuum, † vt l.si pluribus, in princ.ff.de lega.3. & in cap.si propter, de rescrip.lib.6. cum similibus. tales enim ex eo, quod clandestinis sponsi.interfuerunt, suspenduntur ab officio, & beneficio.

¶ Et aduerte, quia licet tex.loquatur de sacerdote, propter quod quidam dicunt, quod ex quo sacerdotibus, & regularibus specialiter interessentia prohibetur, videtur alijs clericis non sacerdotibus permissa, argumen.l.cum prætor.ff.de iudic.tamen communis opinio est, ꝙ prædicta pœna puniantur omnes clerici, qui talibus clandestinis sponsi. interfuerint, quia verba sacerdotis generaliter prolati, ve
32 nit quilibet † clericus. supra de cohab.cleric.& mulier.cap.2.& cap.si autem.11.quæst.1.cap.de persona, supra de pignor. cap.1. secundum Hostien.hic, quem sequitur Zabar. & idem tenet Host. in summa, eod.tit.§.1.versic.ne quis sacerdos. & mihi pla-
33 cet, quia sacerdos † est verbum compositũ ex Greco, & Latino, & exponitur quasi sacra dans.21.dist. cap. cleros. ver. sacerdos. vnde omnes sacri, qui sacra dare, & administrare possunt, latè sacerdotes dici possent. no.glo.in dicto cap.2.& Ioan.And.in cap.nemo, de electio. lib.6. super glo.in verbo, sacerdotio. & ibi etiam Archia. facit 40.distinct.cap. multi.& 15.quæst.5.cap.1.in fine. dixi in cap.3. supra de re iud.vnde etiam clerici in minoribus constituti veniunt, vt no.glo.1.quæst.1. cap.per pecunias.Archid.2.quæst.1.cap.presbyter. prohibentur ergo regulariter omnes clerici talibus clandestinis sponsal.interesse, sub pœna prædicta hic statuta.

¶ Tertiò quæro, quid iuris de regularibus.

¶ Sol. Dic, quod regularis sacerdos, qui curam ha
34 bet animarum,† quam potest quandoque habere. 16.quæst.1.cap.sic viue. & cap.sequen.74.distinct. cap.quorundam.58.distinct.cap.1.& 2.ad quod vide, quæ latè tradũtur per Hostien.in summa, de statu monach.§.& vtrũ plurimum regere. eadem pœna tenetur, qua secularis sacerdos habens curam animarum.

¶ Et aduerte, quia ex quo tex.noster dicit, quilibet etiã regularis, quod ex quo hæc dictio est vniuersalis distributiua, sequitur, quod etiam exemptus hac constit.ligatur, vt no. Hostien. in summa eod.titu.§.fin. verſ.& ex hoc quod dicit quilibet.& no.hic Host.& Ioan.An.& licet olim tales prętextu exemptionis consueuerint talia impunè committere, tamen hodie puniuntur in casibus notatis in c. 1.de priuile. lib.6. sed dicit hic Zab. in verbo, pari. quod exemptus nõ poterit per ordinarium suspendi nisi delinquat in eius dioec. vt d.cap.1.& subdit quod hodie conceduntur pernitiosę exemptiones, quod etiam ratione delicti vel contractus non possint ab ordinarijs iudicari, quæ exemptiones uarijs ex causis sunt & laudabiles & vituperabiles.

¶ Quartò quæro, vtrum prædicta pœna suspensionis per triennium imponatur ipso iure, uel sit ne
35 cessaria sententia.† ¶ Sol. Dic, quod est necessaria sententia. hoc probatur per textum nostrum, qui loquitur per verbum, suspendatur, & sic est futuri temporis, & sic requirit sententiam, vt l.iubemus.§.sanè. C.de sacrosan. eccles. & l.in criminali. C.de iurisdict.omnium iudi.& in c.si diligenti. supra de foro compet. & ibi dixi, ad quod etiam faciunt verba tex. quæ sequũtur dum subdit, grauius puniẽdus si culpæ qualitas postulauerit. facit quia secundum qualitatem criminum puniẽda sunt crimina 33.quæstio.2. cap.admonere. de pœnit. dist. 3.cap.quæro.infra de cleri.exc.minist. cap.latores. uide quod latius dixi inf.de Iudæis.cap.ad liberandam.in 25.notabili, in glo.3.

¶ Quintò quæro, vtrum dicta pœna suspensio-
36 nis per triennium possit minui, vel augeri.† Sol. Dicit hic Host.& in sum.eod.ti.§.fi. verſ.ab officio, ꝙ non debet mutari, vt fiat ultra vel citra.ar.l.3. C.ne sacramẽtum bapti.reiteretur, sed ex post facto cum talibus potest dispensari, infra de senten. excomm. cap.nuper. supra de præben.cap.graue.& ideo non potest immutari hoc tempus seu alterari, quia non potest inferior canonem superioris immutare. supra de tempo.ord.c.dilectus.& per illud cap.uidetur quod etiam non possit dispensari, quia hæc pœna triennij imponitur à iure hominis ministerio: sed in contrarium & uerius est, quod etiam à principio possit hoc tempus elongari, & ex post facto dispensari. facit.supra de re iu. c.quod ad consultationem.& sup.de appellatio. cap.cum sit Romana.

& ibi

& ibi Zabar.& ista opinio mihi placet, quia tex. est hic, cum dicat, grauius puniendus si culpæ qualitas postulauerit, quare arbitror quod à principio dictum tempus non possit abbreuiari, sed bene propter culpæ qualitatem elongari.

Et aduerte, quia, præsuppositio quod dispensari possit, dicit Hostien, hoc uerum, nisi statutum legati obuiaret, per quod dispensatio. Apost. Sedi esset reseruata sicut in prouincia in prouinciæ, ubi sunt constitutiones ꝙ clandestinè contrahentes vel sui præsentiã exhibentes citra sedem Apostolicam mi
37 nime absoluantur. quæ consti. legatorum † durant etiam finito legationis officio, vt in cap.fin. supra de officio leg. Sed dicit hic Zabar. quod talis constitutio solius legati non tenet, quia non potest facere perpetuum præiudicium diœcesanis, vt in cap.fin. supra de confirm.uti.dicit etiam Ho. quod in casu præmisso isti suspenso non potest dari licentia celebrandi, cum sit in mortali, vt in cap.fin. de cohab.cleric.quod verum dicit Zab. stante suspensione. subdit etiam Host. quod vbi est dicta constitutio, cum ordinarius non possit absoluere, multominus proprius sacerdos, & quod etiam de alijs peccatis non debet absolui, licet ei possit dare consilium. inf. de pœnit.& remiss.c.quod quidam. tales tamen secundum Hostien. per constit. illas non sunt excommunicati, licet de consuetudine, ut excommunicati uideantur, quæ consuetudo amplectenda uidetur, quia inducit citius ad absolutionem postulandam. 23.q.5.c.prodest. de quo inf.de sent.exc.c.tua, & c. conquesti.& sequitur hic Io.An.

¶ Sextò quæro, vtrum contrahentes clandestina
38 matrimonia sint puniẽdi, & qua pœna. † Sol. Tex. hic in ver. penult. vult quod talibus condigna sit iniungenda pœnitentia, etiam si in gradu concesso contraherent clandest. sed si in gradu prohibito cõ traherent scienter, venirent acrius puniendi, ad ꝙ vide quod dicam infra, qui matrimonium accusa. poss. articu.34.

¶ Nec obst. quod non debeant puniri si matrimonium licitum contrahunt, quia istud est ex eo quia committunt contra hanc constit. non seruata istius cap.forma, quia non sufficit facere bonum,
39 nisi † fiat bene, vnde dicimus, quod Deus est remunerator aduerbiorum, non nominum. nam licet mors Christi nobis fuerit bona, tamen Deus non remunerauit Iudæos, quia non bene, hoc est non bono animo fecerunt, vt no.gl.in cap.1. infra de collu. detegenda. & ibi dixi. & dicit hic Zabar. quod ex quo non est statuta certa pœna, intelligitur arbitraria, secundum Hostien.& Io. And. facit c.de causis. supra de officio deleg.nam etiam ex eodem facto aliquis leuius, aliquis grauius venit puniendus, secundum quod culpa exigit. supra de uita & honest.cler.c.ut clericorum.ff.de offi.præsid.l. congruit.primo responso.ad fi.ad quod vide quod latissimè dixi in c.licet. infra de pœn.& grauius debent puniri si in gradu prohibito & clandestino cõ trahunt, quam si clandest. contraherent in gradu permisso, vt de se manifestum est. facit cap. inter corporalia.§.penult. sup.de transla.prælat.& sup.de elect.c.nihil. tales ergo clandestine cõtrahentes tan quam canonum transgressores sunt puniendi. qualiter autem sint puniendi, tradunt notab.gl.& Docto.in c.generali. de elect.lib.6. & Docto. in cap.1. sup.de constit.glo.& D.M. in c.nam concupiscentiam. de consti.& in cap.2. de constitut. vt ego late scripsi in clemen.1.super glo.fin. de ætate & qualit. & in cap.1.infra de apostatis.sup.glo.fi. ubi uideas. in glo. talibus pœnitentia iniungenda, secundum Hostien. in summa eod. titu. §. quare prohibentur. verſ. penult.

¶ Septimò quæro, vtrum laici interessentes clan
40 destinis matrimonijs veniant puniendi. † Sol. Dicit hic Host. quod ex verbis eorum laici non prohibentur, sed ex mente, ar.C.de fal.mon. l.1. de sent. excom.c.quanto. supra de offi.deleg. c.1. & secundum Io.An.& Zab. hic, & Dom.An. qui subdit ꝙ non credit quod pœna c.nostri in ipsis locum habeat, per reg.in pœnis. de regu.iur.lib.6.& quia pœna suspensionis de qua in tex. nostro non proportionatur laicis, quod mihi placet. sed tamen arbitror quod tanquam transgressores canonis sint puniendi, secundum quod dixi in præcedenti quæst. sed mitius cum eis agitur, quàm cum sacerdotibus & clericis, vt dicit Hostien. in summa. in §.1. versicu. nequis sacerdos, & puniuntur etiam mulieres, & fortius: quia, ut dixi supra in 5.quæst. coram mulieribus magis quàm coram uiris talia clandestina matrimonia frequentantur. si vero fuerint parentes, præter prædictas pœnas, puniuntur pœna prolis
41 susceptæ,† quæ propter impedimentum illegitima reputatur, vt in seq. quæst.

¶ Sed quæro circa hoc, pone Titius petit Semproniam in uxorem, & iurat quod cum ea contraxit per verba de præsenti, & inducit unum testem, qui iuratus idem deposuit, sed tamen quia non fuit plenè probatum, & mulier negauit, mulier fuit absoluta, quæritur utrũ principalis & testis productus puniri debeant, cum per iuramentum cõstet quod principalis clandestinè contraxit, & quod testis interfuit. Sol. Dicas quod sic, ar.l.de ætate. §.1. ff.de interro.act.& c.cum super. supra de confes.& c.per inquisitionem.de electio. C.de testib. l.nullum. tradit. Hostien. in summa, eod. titu.§.fin. verſ.quid si quis pętat.

42 ¶ Octauò quæro de pœna filiorum † clandestina matrimonia contrahentium. ¶ Sol. Dic, quod si clandestina matrimonia nullum aliud habent impedimentũ, nisi clãdestinitatis, hoc est quia nõ fuerũt publicata & in facie ecclesiæ celebrata, tales filij sunt legitimi, & nulla pœna puniuntur. si uero aliquod subest impedimentum, puta consanguinitatis, vel affinitatis infra quartum gradum, & tales non publice, nec in facie ecclesiæ contraxerunt matrimunium, proles inde suscepta illegitima erit, quamuis ambo parentes ignorent impedimẽtum: sed si in facie ecclesiæ matrimoniũ fuit contractũ, & ambo parentes ignorauerint impedimentũ, proles inde suscepta legitima reputatur: sed si ambo parentes sciuerint impedimẽtum, & tacuerint, proles inde suscepta illegitima erit, ut hic in uer. si quis uero, & in ver. pari modo. vnde approbatio ecclesię non prodest quando ambo parentes sciunt impedimentum, & sic patet quod primo casu factum parentum nocet filijs præter eorum culpam, nec eos excusat ignorantia impedimenti, quãdo matrimonium clandestine fuit contractum, licet in multis

notabilis

notabilis ignorantia debeat esse excusata. supra de cõstitu. c. cognoscentes, & supra de rescript. cap. super litteris. & ff. mandati, in l. si procurator. §. ignorantes. quinimmo etiam in materia nostra ignorantia excusat, si ambo coniuges uel alter coniugum ignorauerint, & matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, ex quo ipsa clandestinè, & non in facie ecclesiæ cõtraxerunt, quare cum attentauerint rem prohibitam, ignorantia non excusat. ad quod facit l. eum qui nocentem. ff. de iniurijs, & satis patet, quod hoc casu filij ex transgressione parentum puniuntur, quia sunt illegitimi. facit cap. 1. de fi. presb. lib. 6.

¶ Nec obst. cap. quod à nobis. inf. qui fil. sint leg. quia ibi filij sunt legitimi propter sequẽtem approbat. ecclesiæ, & ideo dum tex. ibi dicit, suscepta, debet exponi, idest nata, antequam matrimonium approbaretur: nam si postea nasceretur, licet antea concepta esset, legitima censeretur, vt dicto c. quod à nobis, tenet Host. in summa huius titu. §. fin. vers. suscepta. & in summa, inf. qui fi. sint leg. §. 2. vers. 1. ad quod allegat quod legitur & no. in l. qui in vtero. ff. de statu homi. & Inst. de ingenuis. §. 1. sic econtra conceptus ex matrimonio putatiuo, sed publicè contracto, ante sententiam, sed post sententiam diuortij natus legitimus reputatur, vt in cap. cum inter. infra qui filij sint leg. facit d. l. in utero.

¶ Et aduerte, quia sicut scientia parentum nocet
43 filijs, sic ignorantia † affectata, seu crassa, non excusat. facit c. eos. de temp. ord. lib. 6. quia ista est quædam lata culpa, quæ æquiparatur dolo, vt l. latæ culpæ. ff. de verb. sign. facit quod inquit psalmista, Noluit intelligere, vt bene ageret.

¶ Nonò quæro, quid si vnus parentum scit, & alter ignorat impedimentum, vtrum proles inde su-
44 scepta sit legitima. † Sol. Glo. hic super verbo, parentes, refert opiniones. Vgolinus & Lau. voluerunt quod quantum ad scientem proles sit illegitima, quantum vero ad ignorantem proles sit legitima, ar. l. qui contra. C. de incestis nup. ubi error excusat illum qui contraxit incestas nuptias, dummodo errore comperto diuerterit. quod non placet glo. nostræ, quæ vult quod immo reputetur legitima, infra qui fi. sint leg. c. ex tenore. alias autem uideretur quoddam mõstrum, quod aliquis esset pro parte legitimus, & pro parte illegitimus, sicut si ali quis pro parte seruus, & pro parte liber diceretur. ff. de statu liberis. in l. si duobus. Sed melius facit l. duob. ff. de libe. cau. & hoc innuit tex. hic, dum dicit, ambo parentes. & sic à contrario, secus si nõ ambo, & hoc tenet glo. 34. quæst. 1. cap. 2. & sequuntur hic Io. An. & Do. An. & pro ista opinione glo. videtur esse casus in d. c. ex tenore. intelligendo q̃ in facie ecclesiæ contraxerint. & ad prædicta uide, quæ dixi in c. fin. supra titu. prox. q. 9. Sed, vt sit dubia, intelligi debet quando non contraxerint in facie ecclesiæ, & tunc dic, quod prima opinio procedit si ageretur de pœna imponenda contrahentib. facit quod no. glo. super verbo, sciente. in clem. 1. de consan. & affin. si vero ageretur de illegitimitate prolis, uerior est secunda opinio, vt hic.

¶ In contrarium tamen facit, quia hic loquitur, quando in faciem ecclesiæ &c. Sed dicit Zab. quod text. loquitur, siue in faciem ecclesiæ contrahant, siue non, vt colligitur ex littera ibi, etiã in conspectu. quæ dictio, etiam, est implicatiua, vt in c. cum omnes, sup. de const. & in l. etiam matris. ff. de probat. & in l. etiam. ff. sol. matrim.

¶ Decimò quæro circa prædicta, quid si ambo
45 parentes sciant impedimentum, † de quo impedimento debeat intelligi tex. noster. Sol. Hostien. in summa, eodem titu. §. fin. vers. in gradu prohibito. primo arguit, quod non habeat locum, nisi in impedimento gradus, quia cum hæc constitutio sit pe nalis, est restringenda. de pœnit. di. 1. §. pœnæ. & in reg. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. cum sua materia. concludit tamen Hostien. quod putat idem in quolibet legitimo impedimento, per textum nostrum, in ver. pari. & idem tenet hic Hostien. dicens quod debet intelligi de impedimento canonico, quodcunque illud sit, quia eadem est ratio, ergo & idem ius. infra de consanguin. & affinit. c. tua. & supra de rescript. c. super litteris, & idem tenet hic Do. Ant. Alij verò hoc restringunt ad gradum prohibitum consanguinitatis & affinitatis, de quo præmisit tex. noster in primo & secundo responso, & hoc tenet Vinc. in c. ex tenore. infra qui fi. sint leg. & ad illum textum remittit se Io. An. & Gof. in sum. illius titu. tenet Zabar. hic, & infra qui fi. sint leg. cap. penul. in 3. quæst. Ego arbitror utranque opinionẽ posse saluari distinguendo, quod aut loquimur de pœna ipsis contrahentibus vel interessentibus imponenda, & habeat locum tex. noster respectu cuiuslibet impedimenti. facit tex. noster in ver. quare, ibi, dũ tex. dicit, impossibile impedimentum, & melius facit ibi, dum postea subdit, aliquod impedimentum obsistat. & hoc etiam probatur, quia si tales clandesti. contrahunt, uel clandest. intersunt matrimonijs, puniri debent, & si nullum adsit impedimentum. fortius ergo si subest impedimentum. Sed tamen grauius sunt puniendi si adest impedimentum quam si non adsit, ut supra dixi. Aut loquimur quo ad pœnam filiorum, & arbitror quod debeat esse tale impedimentum, quod alias reddat filios illegitimos, videlicet quia infra quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, vel quid simile, aliàs non uideo quod clandestinitas non debeat operari ratione alicuius impedimenti, q̃ alias non redderet prolem illegitimam, ita q̃ proles debeat illegitima reputari.

¶ Vndecimò quæro, quid si coniuges sciebant impedimentum, & contraxerunt in faciem ecclesiæ, nemine contradicente, vtrum proles sit illegiti-
46 ma. † Sol. Tex. in c. ex tenore. inf. qui fi. sint leg. probat quod non, dum ibi ponderatur ignorantia mulieris, pro quo facit tex. noster in ver. pari. & licet Gof. restringat tex. nostrum, quando subest impedimentum consang. vt supra dixi: tamen dicunt Hostien. & Ioan. An. eadem est ratio in quolibet etiam impedimento. quamuis enim hoc c. uideatur pœnale, tamen ex quo emanauit fauore animarum, non debet restringi, sed dilatari, cum per extensionem euitentur animarum pericula, & homines ab illicitis coniugijs detrahantur, & no. singulariter hoc dictum Io. An. ad matrimonium distinctionis iuris pœnalis, & ad limitationem reg. in pœnis. cum sua materia. facit quod no. glo. in simili, in c. sciant cuncti, & in c. fin. de elect. lib. 6. ego tamen intelligo

intelligo de impedimẽto impeditiuo matrimonij, per quod cõtractum matrimonium deberet solui, non autem de alijs impedimentis, quæ impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum, vt est clandestinitas, de qua hic, & alijs plurimis, vide quæ latè dixi in cap. cum apud. supra de sponsalib. artic. 9. quasi per totum. Et sic ex prædictis patet,
47 quod in duobus casibus † proles censetur illegitima; primò, si parentes clandestinè, vel contra interdicta ecclesiæ contrahunt, quamuis ambo impedimentũ ignorent, vel si ambo scientes impedimentũ, etiam in facie ecclesiæ contraxerunt, quod procedit, secundum Host. in summa, eod. tit. §. fin. versic. etiam in conspectu. si modo matrimonium parentibus viuentibus fuerit accusatum, & diuortium celebratum. quod tamen qualiter intelligendum sit, collige ex sequenti quæstione.

¶ Duodecimò quæro, vtrum post mortem parentũ quæratur de tali matrimonio, vel etiam post
48 mortem alterius? Et videtur dicendum, † quod sic, infra qui fil. sint legitimi. cap. lator, & cap. causam. in contrarium facit, quod post mortem nemo potest accusari. 33. quæstio. 2. cap. ad monere. circa tertiam partem primæ columnæ. & 23. distin. cap. quorundam. & C. si reus, vel accusator mortuus fuer. l. 1. 2. 3. & 4. ¶ Sol. Hostien. in summa, eod. tit. §. fin. versic. nũquid ergo post mortem. & dicit, quod quicquid in hoc casu alij dixerint, est distinguendum, quod aut ipsis coniugibus viuentibus matrimonium fuit impeditum, & tunc quæritur de ipso post mortem, ratione hæreditatis, & sic potest intelligi d. c. lator, cum concordantijs, argumen. l. fin. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, & l. quamuis. C. ne de statu defunctorum. secus quo ad detegendum delictum parentum, vel eos puniendos, quia mortui puniri non possunt, nec conueniri, supra de rescrip. cap. significauit. & ff. quæ sententiæ sine appellatio. rescindãtur. l. penul. aut parentibus viuentibus matrimonium non fuit accusatum, & putat Hostiens. quod adhuc quæri possit infra quinquennium, ratione hæreditatis. & sic similiter potest intelligi capit. lator. elapso autem quinquennio quæri nõ poterit, vt in rubrica. C. ne de statu defunctorum, in l. si mater. & sic debet intelligi cap. peruenit. infra qui filij sint legit. vnde illud, quod dicit tex. in cap. licet. infra de coniugio seruorum, de decennio, procedit, quia sic de facto cõtigit, sed idem esset de quinquennio, vt probant iura statim allegata, & hoc intelligas verum quo ad illos, qui in facie ecclesiæ contraxerũt, vt dicunt iura prælegata. iniquum enim videretur, quod ex quo in facie ecclesiæ contraxerunt, & tanto tempore simul quietè mãserunt, post mortem ipsorum deberet proles illegitima iudicari, vt infra, qui filij sint legiti. cap. eum inter, & cap. referente. faciunt not. per Hostien. in summa, in tit. de matrimo. §. qualiter contrahatur. versic. conuincuntur ergo. & sequentibus. Secus autem putat Hostien. de illis, qui clãdestinè, vel contra interdictum ecclesiæ contraxerũt. Tunc enim in perpetuũ quæri potest, quamuis parentes mortui sint, vt infra qui filij sint legit. cap. causam. 1. & 2. quod procedit, nisi prædictum matrimonium clandestinum fuisset postea ante motam quæstionem publicatum, & ab ecclesia solemnizatum: quia, si hoc esset, perinde iudicabitur de prole susceptа post publicationem, & approbationem ecclesiæ, quamuis antea concepta esset, & de alijs, ac si ab initio in faciem ecclesię contraxissent, per cap. secundum, in fi. supra eodem. & infra, qui filij sint legit. capit. tanta, & cap. quod nobis. ad quod vide, quod no. Hostien. in summa, eodem tit. §. vtrũ clandestina. primo respon. & no. circa hanc materiam, quod si episcopus sententiam diuortij tulerit inter duos, quamuis erroneam, & alter ipsorum auctoritate eiusdem episcopi ad secun-
49 da vota conuolauerit, proles † ex hoc secundo matrimonio susceptа debet legitima iudicari, infra, qui filij sint legit. capit. perlatum. §. fin. quod intellige, etiam si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam, argumen. cap. fraternitatis. §. primo, ad finem. infra de frigid. ibi, & postea nupsit in conspectu ecclesiæ: & sic sequitur, quod ecclesiæ auctoritas, & parentum ignorãtia videntur æquiparari, vt innuitur infra, qui filij sint legit. cap. referente. quod intellige nisi coniuges fraudis conscij probentur, puta quia corruperunt testes, vel iudicem, vel ambo sciunt sententiam fore iniustam, per not. per Host. in summa, de spon. duorum. §. an liceat. versic. quid si non seruauit, per text. nostrum, in ver. pari. & sic potest intelligi, infra, qui filij sint legit. cap. per venerabilem. §. primo. vel ibi nõ fuit ordo iudiciarius obseruatus, vel continet allegationem. Concluditur ergo, quod malè factum parentum obest proli, sed non præsumitur, nisi probetur, supra de præscriptio. cap. fin.

¶ Decimotertiò quæro, pone, aliquis publicè
50 contraxit matrimonium cum prima † muliere, deinde ea viuente contraxit cum alia in faciem ecclesiæ, vtrum talis publicatio sufficiat, vt licitè coniungatur cum secunda, & excuset eam, & prolem, an verò secunda teneatur quærere sententiam diuortij, & iustitiam sententiæ. ¶ Sol. Dicit Innocen. quod hæc mulier, quàm primũ matrimonij notitiã habuit, non excusatur à peccato, & filij erunt illegitimi, si postea appareat primum matrimonium fuisse legitimum, & nunquam per ecclesiam separatum. debuit enim diligentius, quàm per solam publicationem inquirere. allegat cap. in præsentia. supra de sponsalibus. facit 34. quæstio. 1. cap. cum per bellicam. & 35. quæstio. 5. cap. 1. publicatio enim quo ad alia impedimẽta præter consanguinitatem, & affinitatem, parum operatur, nisi quia facit præsumi, quod si illi sciuissent impedimentum, non fecissent publicationẽ, sed hæc præsumptio tollitur, si publicè sciebatur, quod cum alia contraxerat. ff. de iuris, & facti ignoran. l. regula. discat igitur cautius negociari, vt in simili dicit textus in l. in ciuilem. C. de furt. si tamen non essent sibi inuicem noti, vel ex diuersis prouincijs, facilius præsumeretur ignorantia, secundum Hostien. & Ioan. Andr. hic, & sequitur Zabar. quæstio. 12. si verò secunda nihil sciret de primo matrimonio, licet publicè cõtracto, nec ipsa peccasset, nec filij illegitimi essent, quia ab impedimento matrimonij publicè contracti tam ipsam, quàm filios ignorantia excusat, quæ ambo interuenire oportet ad hoc, vt excusentur. infra, qui filij sint legit. cap. ex tenore. Idem si lata sit sententia, dummodo non sit appellatũ, hoc sufficit ad excusationem illegitimationis, quamuis

ipsa

ipſa ſententia poſtea retractetur, ſupra de re iudica. cap. tenor. tenent hic Hoſtien. Ioan. And. & Zabar. immo videtur, quod ſi mulier probabiliter credebat primum ſeparatum, quod ſine peccato contrahat, & proles legitima ſit, per cap. cum in Apoſtolica, ſupra de ſponſal. quod non placet Innocen. debuit enim veritatem ſeparationis quærere, vt dicto cap. in præſentia. Non obſt. cap. cum in Apoſtolica. quia ibi non apparet, quod contraxerit cum ſecunda, non ſeruata ſolemnitate, & illa mulier ſecunda excuſatur, quia primum matrimonium non tenuit: & ideo licet talis error excuſaret ab adulterio, ꝙ exigit dolum, & prohibitionem, de qua dicitur infra, de eo, qui duxit in matrim. tamen pro hoc non defenderet prolem, quia debuit clarius inueſtigare, ſecundum Ioan. Andr. Dom. Anton. & Zabar. hic, & Hoſtien. in ſumma.

¶ Decimoquartò quæro, pone, ex matrimonio
51 clandeſtino natus eſt filius,† mulier poſtea contrahit cum ſecundo publicè, ex quo matrimonio naſcitur filius, quæritur, quis iſtorum ſit legitimus, vel illegitimus. ¶ Sol. Gaſp. Calder. in cap. 2. ſupra eo. dicit, quod primus cenſetur illegitimus, ſecundus verò quo ad eccleſiam cenſetur legitimus, quamuis quo ad veritatem ſit contra, quia veritas eſt, quod primus ſit legitimus, & ſecundus illegitimus. ſed eccleſia de primo nõ iudicat, quia non iudicat de occultis, ſaluo eo, quod not. in clem. prima. §. verum, de hæret. in glo. quæ incipit, hic pater, quæ eſt ſingularis, vt ibi dicit Zab. qui etiam dicit in cap. præcedenti, quod hæc quæſtio nihil habet dubij: nam ſecundum Vincen. ſupra, cap. præceden. matrimonium manifeſtum ſemper præiudicat clandeſtino, etiam ſi ambo cõiuges confiterẽtur clandeſtinum, & haberent etiam pro ſe vnum teſtem, & famam, quod eſt ſingulariter notandum, ſecundum Gaſp.
52 Calder. Sed non videtur verum, quia vnus † teſtis cum fama facit probationem, vt ſingulariter not. glo. in cap. primo, ſupra de appellatio. & ſic tale matrimonium, quod prius videbatur clandeſtinum, ſi probaretur per vnũ teſtem, & famam, amplius non diceretur clandeſtinum, vel ſaltẽ, ex quo non conſtat de ipſo, præfertur matrimonio poſtea publicè contracto, ſecundum Zabar. in cap. præceden. Sed dicit ibi Dominus meus, quod dictum Vincen. poteſt ſaluari, quod vbi ex vna parte eſt fama cũ vno teſte pro primo matrimonio, ſed ex alia eſt clarior, & aperta probatio, ſtandum eſt clarioriprobationi, licet vnus teſtis, & fama probent de matrimonio anteriori, quod eſt ſatis notabile. Ex hoc infertur,
53 quod licet vnus probet † per vnum teſtem, & famam de titulo anteriori, tamen debet ſuccumbere, ſi alius probat per teſtes claros, & apertos de titulo poſteriori. Cogitabis, & perpetuo memoriæ commendabis. Conclude ergo, quod ſi matrimonium primum aliter non probetur, niſi per confeſſionem coniugum, aut per probationes non facientes plenam fidem, primus filius illegitimus, & ſecundus legitimus iudicabitur, ſed facta legitima probatione primus, & non ſecundus legitimus iudicabitur.

¶ Aduerte tamen, quod licet primus iudicetur legitimus, tamen & ſecundus propter parentum ignorantiam poſſet legitimus reputari, per ea, quæ ſupra dixi de ſcientia parentum, & ſic ex prædictis habes expeditam duodecimam quæſtionem principalem per 14. quæſt.

¶ Decimotertiò principaliter quæro, quare ſu-
54 pra dixi, quod laici † tranſgredientes hanc conſtitutio nem poſſint puniri, etiam ſi ſint mulieres, quæro per quem iudicem poterunt puniri.

¶ Sol. Ioan. And. hic, ſuper verbo, iniungatur. dicit, quod talis pœnitentia debet iniungi per epiſcopos, quia eſt de reſeruatis, vt no. in cap. ſi epiſcopus, de pœnitent. & remiſſ. lib. 6. & bene dicit quo ad pœnam imponendam, ſed quo ad pœnam clandeſtinitatis eodem modo, quo dixi ſupra eodem, in rubr. q. 1. verſic. ſecundo modo, dicuntur ſpon. clandeſtina, reſpectu ſolemnitatum, &c. de quibus ibi, prout tradit hic Zabar. quæſtio. 7. tales poſſunt puniri per iudicem laicum, ſeu ſecularem, per ea, quæ ipſe Zabar. tradit poſt Gaſp. Cald. in cap. præceden. ad quod vide, quod latè dixi in cap. is, qui fidem. ſupra de ſponſal. artic. 19. quæſt. 6.

¶ Decimoquartò principaliter quæro, quis ſit effectus matrimonij clandeſtini, ſeu clandeſtinitatis
55 cõmiſſæ circa matrimonium. ¶ †Sol. Dic, quod ſola clandeſtinitas, ſi non adeſt aliud impedimentum, matrimonium, aut ſponſalia nõ uitiat, quamuis enim clandeſtina matrimonia fieri non debeãt, tamen facta tenent, vt in cap. primo, ſupra eodem. 30. quæſt. 5. cap. noſtrates. in fi. & §. ſed obijcitur. ſupra de ferijs. c. capellanus. debet tamen talibus pœnitentia iniungi, ſecundum Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. quare prohibentur. verſ. penult. tenent Inno. & Zab. ſupra eodem, in rubrica. facit c. 2. ſupra eod. vnde conſenſus de præſenti ad matrimonium, licet ſit clandeſtine præſtitus, facit matrimonium, ſecundum Gaſp. Cald. ſupra in rubrica, & probatur in allega. §. ſed obijcitur. vbi Gratianus dicit, quod clandeſtinum matrimonium tenet ſi probari poteſt, nã ſine vera probatione nullus debet condemnari, ꝙ probat per unam l. & quatuor cap. ibi deducta, tenent glo. & Docto. in cap. præced. & Hoſtien. & D. M. in dicto c. 1. ſupra eod. quia ſufficit ſolus conſenſus, dummodo poſsit probari, & idem in colla-
56 tione beneficij: quamuis enim collatio † clandeſtina non careat ſuſpitione, tamen tenet, ſi de ea quo quo modo fides fieri poteſt, vt eſt bonus tex. in c. 1. ſupra vt eccleſiaſtica ben. licet ſecus ſit in electione quæ clandeſtine facta non tenet, de quo in c. quia propter. ſupra de elect. & ad prædicta adde quæſtim dicam, quæſt. 15.

¶ Nec obſt. quod talia matrimonia non debent valere, quia potius videntur appellanda contubernia, quia ad hoc poteſt reſpondere, vt dixi in c. præcedenti. in glo. 1. 2. & 3. & ſic ex prædictis infertur,
57 quod quamuis matrimonium ſit clandeſtinũ, † tamen præiudicat ſequenti matrimonio ſecundo, licet in facie eccleſiæ publicè contracto, dummodo primum poſsit alias legitime probari. Si uero non poſſet legitime probari, non præiudicaret alteri matrimonio poſtea publicè contracto. ad quod uide glo. 2. & quod ibi dixi, in c. præced. & quod dixi ſupra, quæſt. 12. quamuis enim uerum ſit primum matrimonium, tamen non eſt credendum, niſi manifeſtis indicijs probetur, vel niſi manifeſto indicio conuincatur, aut niſi iudiciario ordine publicetur. 30. quæſtio. 5. §. is ita. Eccleſia enim non iudicat de occultis,

cultis, ſed ſolus Deus. infra de ſimon. cap. ſicut. in
58 fi. & ideo multotiens ligatus † apud eccleſiam, abſolutus eſt apud Deum, & econtra. infra de ſenten. excommun. c. à nobis. 2. ſecundum Hoſtien. in ſumma, eodem titu. §. quare. verſic. igitur ſi qui primo. Sed pone, retentis dictis terminis, tales ad quod redeuntes ſola vota renuunt, & ad terram ignotam aufugiunt, ibidem confitentes peccatum ſuum, & agentes pœnitentiam de commiſsis, quæritur utrũ ſint tuti. ¶ Sol v. Dic, quod ſic ex licentia iudicis, ſi modo non ſint excommunicati: ſi uerò eſſet excommunicati, quocunque vadant, debent licentiam obſeruare, quia periculoſum eſt eis ſi ſe ingerant, ſed communicantes talibus probabilis ignorantia reddit excuſatos. infra de cleri. excomi. c. Apoſtolicæ, ſecundum Hoſtien. in ſumma, eodem titu. §. quare prohibentur. ver. ſi. de quo uide in c. inter alia. infra de ſenten. excomm. in 21. artic. in quarto membro primi dicti, fall. 9.

59 ¶ Sed circa prædicta vlterius quæro: † pone, quidam confitentur ſe clam matrimonium contraxiſſe, vir tamen dicit quod per prius ipſius mulieris conſanguineam cognouerat, mulier id fatetur, dicunt Petrus & Abb. quod eccleſia non approbabit eorum coniugium, nec illud faciet obſeruari. ſubdunt tamen, quod multi contrarium tenent per c. ſuper eo. inf. de eo qui cogn. conſang. uxo. ſuæ. ad quod ipſi reſpondent quod ibi loquitur in dirimẽdo matrimonium, quaſi dicant, quod ſecus eſt in matrimonio contrahendo. Alij vero dicunt iſtos ſuæ conſcientiæ relinquendos, quod videtur procedere, niſi epiſcopus ex aliqua præſumptione cognoſcat quod ipſe deducit falſum de cognitione conſanguineæ, quod tenet Gaſp. Cald. & uerior videtur opinio quod non ſtatur confeſsioni ſuper eo pula cum conſanguinea, ex quo ſimpliciter prius confeſsi ſunt matrimonium, quia ſtatim per confeſsionem factum eſt publicum, & ſic amplius non eſt credendum confeſsioni coniugum in præiudiciũ matrimonij iam publici, niſi dicatur, quod cum ſimul confiteantur matrimonium, & copulam cum conſanguinea, non debet ſumi confeſsio pro parte, & pro parte non, vt in c. cum olim. ſup. de cenſi. quia tamen hic ſunt facta ſeparata, videtur quod hæc confeſsio habeat uim duarum confeſsionum, ſecundum ea qua traduntur in cap. bonæ. 2. ſup. de poſtula. præla. & ſic ſtetur confeſsioni pro parte & pro parte non, ſecundum Zab. in c. præced.

¶ Decimoquintò principaliter quæro, utrum
60 matrimonium † clam contractum poſsit publicari ſeu ſolemnizari, & qualiter. Sol. Dic, quod ſic, & quod ad hoc tales ſunt admittendi ab eccleſia, niſi iuſta cauſa impediat, & perinde eſt ac ſi ab initio in faciem eccleſiæ contraxiſſent, vt in c. 2. ſupra eo. & in c. 1. infra de conſanguin. & affin. & ſic debet intelligi dictum Gratiani, quod habetur 30. q. 5. §. is ita, & cap. aliter. in fi. ibi dum tex. dicit, niſi uoluntas propria &c. & hoc eſt verum, quo ad firmitatem matrimonij, quod tamẽ etiam ante comprobationem firmum erat, vt in c. capellanus. ſupra de ferijs. dixi in quæſt. præced. in princ. tenet Hoſtien. in ſumma, eod. tit. §. vtrum clandeſtina. in princip. & dicit Vincen. in cap. quod nobis. infra qui ſi. ſint leg. quod in hac approbatione eſt ſeruanda ſolemnitas cap. noſtri. quod dicit Abb. bene not. & dicit Zabar. in cap. præcedenti, quæſt. 5. quod hoc procedit ex eo, quia quantum ad eccleſiam perinde eſt ac ſi nunc cõtraheretur, licèt reſpectu prolis approbatio trahatur retro, quod probatur in c. quod nobis, & in cap. tanta. infra qui filij ſint leg. & uide ad hoc quod dixi ſup. eo. c. 2. in 5. not.

¶ Decimoſextò principaliter quero, vtrum com
61 mittentes in hanc conſtitutionem, † aliqua ex cauſa excuſentur. Sol. Dic quod parochiani excuſantur, propter non factam poblicationem huius cõſtitutionis, propter quod poterunt ignorantiam allegare, nec habebit locum pœna ſup. poſita, ar. inf. de ſimo. c. quoniam ſimoniaca. & propter hoc archiepiſcopi de epiſcopis, epiſcopi de presbiteris, & parochianis, presbiteri uero parochiales de parochianis ſuis rationem reddere tenentur. ſup. de offi. or. c. irrefragabili. & de ſtatu mo. cap. cum ad monaſterium. §. prior. dixi ſup. in 6. q. princ. nec epiſcopi de cętero poſſent aliquam ignorantiam allegare, ar. c. vel non eſt compos, ſup. de tempo. or. vnde debet epiſcopus diligenter aduertere, quales præponat presbiteros. ſupra de æta. & qualit. c. cum ſit ars artium. nec ſupina ſeu craſſa ignorantia excuſabit ẽt
62 presbiterum, † quia non permittitur eis ignorare canones pœnitentiales. 38. diſt. c. quæ ipſis, & ſup. de officio ejus, qui renun. epiſ. cap. 1. & inf. de cle. excomi. c. apoſtolicæ, ſecundum Hoſt. in ſum. eo. ti. §. fin. ver. ſi ergo non publicatur ex ſeq. & vide quod dixi ſup. in 6. q. princ.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone quod ſacerdos ſit ſimplex & beſtialis ſicut ruſticus in mõtanis, qui cum grege ſuo uiuit & paſcitur tota die, quæritur utrum excuſetur? & videtur excuſandus, & accuſandus epiſcopus qui talem elegit, ut ſup. ar. l. cũ de indebito. §. 1. ff. de probat. & l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. cum ſim. Sol. Verius eſſe videtur quod hodie hęc ignorantia non excuſat aliquẽ clericum à toto, ſed tamen epiſcopus, tanquam maior magis deliquit. ſup. de tranſla. epiſcopi. cap. inter corporalia. §. fin. ver. & quamuis idem archiepiſcopis, &c. ſecundum Hoſt. in ſum. eod. ti. §. fin. ver. ſed quæro, quid ſi ſit beſtialis.

63 ¶ Item quæro iuxta prædicta, † quid ſi pater coegit filium vel filiam cõtrahere clandeſtine. Sol. Videtur quod ſolus pater debeat puniri, ar. ff. de his qui no. infa. l. liberorum. §. fi. & l. quod iuſſu. & ſeq.

¶ In contrarium facit, quia in matrimoniis contrahendis non conſideratur, niſi conſenſus eorum de quorũ coniunctione agitur, vt dixi ſup. de ſpon. c. ſicut ex litteris. in 12. prin. ar. & in c. tua. ĩ 14. prin. artic. & 15. & 16. & ideo videtur quod vterque deſinquat. ar. inf. de ſent. excom. c. mulieres. §. fin. & c. vniuerſitatis. ad fi. & ſup. de temp. or. cap. dilectus.

¶ Sol. Dic, quod erit per bonum iudicem arbitranda & conſideranda qualitas coactionis, & compulſionis, ar. c. de muliere. ſup. de ſpon. ſecũdum Hoſt. in ſum. eo. ti. §. fi. in fi. ad quod vide quod dixi in c. cum apud. ſup. de ſpon. in 9. prin. ar. verſ. ſeptimum impedimentum. maximè verſ. tertio quæro.

¶ Vtrum autem propter ignorãtiam parentum filij excuſentur quod non reputentur illegitimi, ui de quod dixi ſup. 12. q. prin. verſ. octauo quero. ibi, ſed pone, aliquis publice. & ver. vlterius quæro, pone

ne ex matrimonio affectata ignorantia parentum eos non excusat. ad quod uide quod dixi in dicto vers. octauo quæro. post princ.

¶ Decimoseptimo & vltimo quæro, quid si aliquis asserat matrimonium clandestine contractum
64 & aliquis contra, cui incumbat onus † probandi.

¶ Sol. Dic, quod in hoc versatur non parua, sed intricata difficultas, quæ oritur ex diuersis lecturis & opinionibus ad c. 1. supra eodem. de quibus dic, ut ibi latè dixi, & hic potes repetere, sed uera est lect. Innoc. quam communiter sequuntur Doct. secundum quam conclude, quod asserenti matrimoniũ clandestinè contractum onus probandi incumbit, vnde si uir asserat, & mulier neget, viro incumbit, & econtra si mulier asserat, & uir neget, mulieri incumbit probatio, & iste intellectus mihi magis placet, ad quod vide Io. An. in addit. Specu. eo. titu. super rubrica, quæst. fi. & ad hanc etiam materiam uide omnino quæ dixi in cap. cum in tua. supra de sponsa. articu. 27. & ex his, Deo duce, plenè & ordinatè est expedita materia istius tituli.

De Sponsa duorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Titulus de sponsa duorum, in quo differat à titu. de secundis nupt.*
2 *Sponsalia bina, quot modis contrahantur.*
3 *Matrimonium si fuerit contractum prius cum puella non apta, post cum alia apta, an primum vel secundum teneat.*

HAEC Rubrica continuatur ad præcedentes hoc ordine. supra uisum fuit de duabus speciebus sponsalium, videlicet, de manifestis, & clandestinis. Verum quia quãdoque quis succesiue bina sponsalia contrahit, vel mulier, ideo subijcitur hæc rubrica. vel melius continuatur, secundum Hostien. quia quandoque post matrimonium clandestinum uxoratus secũdam ducit vxorem, ideo vt sciamus quid iuris sit, post præcedentem titulum subiũgitur hęc rubrica.

¶ Et nota, quòd licet rubrica dicat de sponsa duorum, & non de sponsa duarum, tamen vterque articulus hic tractatur, & arbitror quod ideo hæc rubrica firmatur de sponsa duorum, quia frequentius contingit variatio in mulieribus quàm in uiris iuxta illud Ouidij,

Varium & mutabile semper Fœmina.

Ad quod vide authoritates, quas allegaui in c. tua. supra de spons. in 16. prin. artic.

¶ Cæterum, quia in c. cum apud. supra de spon. in 9. princ. artic. ver. nonum impedimentum. remisi me hic dicturum de illo 9. impedimento, q̃ est impedimentum ligationis, quia quis alijs sponsa. uel matrimonio sit ligatus, ideo pro plena & ordinata doctrina istius impedimẽti prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quæ differẽtia sit inter tractatum istum & tractatum de secundis nuptijs.

¶ Secunda, quot modis bina sponsalia cõtrahantur, & sub ista tractabo tres qq. ad istius quæstionis materiam conuenientes, & de his duabus qq. dicam in rubrica.

¶ Tertia, quid iuris sit si tam prima, quã secunda sint de futuro, quæ prævaleat, & de hac dicam in c. 1. infra eod.

¶ Quarta, quid iuris sit, si tam prima quam secunda sponsalia sint de præsenti, & sub ista subiungo infrascriptas quæst.

¶ Prima, quid si aliquis petit aliquã in uxorem, cum qua dicit contraxisse matrimonium de presenti, illa uero dicit prius contraxisse cum alio, vnde quæritur, quid iuris.

¶ Secunda, quid si duo petunt aliquam in uxorem, & pariter probant, sed nullus probat de tempore anteriori.

¶ Tertia, quid si retento eod. themate, primo constat de matrimonio pro uno, quam pro alio.

¶ Quarta, quid si peto diuortium fieri inter me & uxorem, illa ratione quia dico me aliam uiuam habere, nec probo, utrum mortua sit.

¶ Quinta, quid si aliquis venit ad episcopum, & dicit, Domine episcope, ego intendo contrahere cum tali, non cum illa cum qua dixerat se contraxisse, quid debet facere episcopus.

¶ Sexta, vtrum consuetudine, vel Papæ uoluntate possit induci, vt matrimonium secundum carnali copula consummatum prævaleat primo.

¶ Septima, vtrum filij nati ex secundo matrimonio prætextu consuetudinis, volentis quod secundum matrimonium carnali copula consummatum prævaleat primo. Et de prædictis qq. dicam in c. 2. infra eodem.

¶ Quintò principaliter queritur, quid iuris si prima sponsalia sint de præsenti, secunda de futuro. & de hac dicam in c. 3. inf. eo.

¶ Sextò, quid iuris, si prima sponsalia sint de futuro, secunda sint de præsenti, & de hac dicam in dicto cap. 3.

¶ Septimò, quo iure bina sponsa. sint prohibita, & utrum aliquo casu sit licitum contrahere bina sponsa. & de hoc in c. pen. inf. eo.

¶ Octauò quæro, quam pœnam patiantur contrahentes bina sponsalia, vel bina matrimonia, & de hac, & duabus sequentibus dicam in cap. fin. infra eod.

¶ Nonò, qualiter in hac materia concipiantur libelli.

¶ Decimò, vtrum ex aliqua causa contrahentes bina sponsa. vel matrimonia possint excusari.

¶ Primò igitur quæro, quæ differentia sit inter
1 tit. hunc, † & ti. de secundis nuptijs. ¶ Sol. Dic, quod iste ti. loquitur quando sponsus uiuẽte sponsa cum alia contrahit, vel sponsa viuente sponso cũ alio contrahet: ille vero tit. loquitur, quando sponso seu marito mortuo superuiuens alteri nubit. & ideo licet decretalis, Dominus, posita in dicto ti. de secundis nupt. sit communis utrique ti. fuisset tamẽ sub hoc ti. competentius collocata. & similiter c. in præsentia. sup. de sponsa. aptius fuisset sub hac rubr. collocatum.

¶ Item iste tit. differt à tit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. quia hic titu.

titu. specialiter tractat, & soluit, quis cõtractus præualeat; primus, vel secundus, primo viuẽte. & quia per hunc titulum docemur primum cõtractum firmiorem fore secundo, ambobus coniugibus viuẽribus: quibus verò specialiter contrahitur, & instruimur, vtrum secundus cõtractus posit ex postfacto priori vinculo per mortem soluto cõfirmari: & ideo videtur, quod cap. 2. infra eo. congruentius debuisset sub illo tit. collocari. Item, quia ibi etiam additur de machinatione. Insuper differt hic tit. & tit. de adulter. quia hic loquitur de adulterio commisso marito affectu, ibi verò tractatur de adulterio cõmisso absque maritali affectu, secundum Hostien. in summa, eod. tit. in princ.

¶ Secundò principaliter quæro, quot modis bi-
2 na † sponsalia cõtrahantur. ¶ Sol. Dic, quod contrahi possunt multis modis, de quibus dixi supra de sponsal. in rubrica, in tertio princip. artic. & in cap. tua, eod. tit. in 14. princip. artic. & duobus sequent. sed hic titulus de duobus modis tantum loquitur, quia aut contrahuntur fide pactionis interueniente, puta per verba de futuro, aut fide consensus de præsenti tempore hincinde mutuo concessa, & suscepta.

¶ Et aduerte, quia hoc potest cõtingere quatuor modis. Primò, quando prima sponsalia sunt de futuro. Secundò, quando vtraque sunt de præsenti. Tertiò, quando prima sunt de præsenti, & secunda de futuro. Quartò, quando prima sunt de futuro, & secunda sunt de præsenti, vt ex infra dicendis latius apparebit.

¶ Item aduerte, quia si ego dicerem isto modo duabus puellis, promitto, vel iuro, quod cõtraham cum aliqua ex vobis, non dicuntur contrahi legitima sponsalia, sed cum vna duntaxat, & idem si hoc pluribus dicerem, & mea est electio. Ad quam materiam vide, quod dixi in c. tuæ. supra de sponsal. in 16. princ. art. q. 3. & quinque sequentibus. sed si dicerem, promitto, vel iuro, quod contraham cũ vtraque, nihil ago: quia licèt hoc modo contraherem, non valeret, cum quis eo tempore duas non possit habere vxores, vt infra dicam.

¶ Sed circa hoc dubitatur, quia si cum vna ipsarum, quibus sic iuraui contraxi, & ea mortua superstes instet, quod iuramentũ adimpleam, an teneat. ¶ Sol. Dic, q̃ nõ, quia quando hoc iuraui, aut ego intellexi, q̃ eo tempore vtranque ducerem, sicut intellexit Goffr. vt statim dicam in ver. seq. ergo nõ tenuit, vt in c. gaudemus. infra de diuort. & apparebit ex infra dicendis; aut ego intellexi, quod diuersis temporibus contraherem, & sic quando cõtraxi cum prima, intellexi seruare iuramentũ, & sic etiam cum secunda, & sic nec videtur valere primum matrimonium sacramento deficiente, per ea, quæ dixi in c. 1. supra de spon. in 4. prin. art. & maximè super verbo, indiuiduam. & in c. sponsam, in 7. princ. art. vel est dicẽdum, quod valet matrimonium, per ea, quæ tradit Host. in tit. de eo, qui duxit in matrimo. quam poll. per adult. & quod ibi dicam.

¶ Vlterius quæro circa prædicta, pone, quod altera illarum puellarũ sit apta ad matrimoniũ, altera verò inepta, quia nõ est legitimę ętatis, quid agendum erit? & videtur dicendum, q̃ teneat matrimo-
3 nium, † quod cum apta contractũ est, nõ obstante, quod mulier non apta sit abiecta, arg. ff. de reg. iur. in l. non solent. & C. de donat. in l. sancimus, de con secr. dist. 4. c. si non sanctificatur. ¶ Sol. Dic, quod non tenet matrimonium, quia non cum vna, sed cũ ambabus contrahere intendit, & ideo intentio, seu voluntas, & potestas adinuicem se impediunt, vt in c. cum super Abbatia, de offic. deleg. & arg. l. Pedius. ff. de arb. secundum Goffr. In contrarium tamen facit illud brocardum, si nõ valet quod ago vt ago, & c. sed vt dicit Host. in sum. huius tit. in fi. nõ est de hoc multum curãdum, quia iste casus rarissimè contingit. facit c. fi. infra tit. 1. & ad prædicta omnino vide, quæ in simili dixi in c. tuæ. sup. de sponsa. in 13. princ. art. q. 5. & quinque sequen. quæst.

SVMMARIVM.

1 *Plurale aliquando resoluitur in singulare.*
2 *Pactio omnis, quantumcunque simplex, potest apellari fides.*
3 *Matrimonium contractum contra legem, an teneat.*
4 *Matrimonij sacramentum, quam magnum sit.*
5 *Contractus claudicare non debet.*
6 *Sponsalia duo, si sint ab eodem contracta, priora præiudicant posterioribus. Quid si in posterioribus interuenit iuramentum. num. 7.*

CAP. PRIMVM.

DVOBVS. Contrahens succesiuè per verba de præsenti cũ duabus, tenetur adhærere primæ, & si primæ per verba de futuro, secundę per verba de præsenti, adhærebit secundę. hoc dicit, & habetur pro palea. 27. q. 2. cap. duobus. & secundum Hostien. idem dicit, quod cap. ficut, & cap. penult. supra de sponsal. & duæ sunt partes; primo ponit dictum; secundò ponit dicti declarationem ibi, est autem. & in tex. ibi, pro consensu. dic scilicet obtinendo, secundum Ala. idest consentiam in te, si consenseris in me, secundum Inn. Sed Host. aliter legit literam, dicens, q̃ dictio, vel, hic posita ponitur pro, &, vt l. sæpe. ff. de verb. sign. In tex. ibi, si permiserit. dic, scilicet mulier. & ibi, eum. dic scilicet sponsum de futuro. & ibi, rem. dic, idest carnalem copulam secum habere, quæ talis copula habetur pro consensu, idest pro fide cõsensus, quãuis alia verba non interueniant, quasi dicat, tale matrimonium est præsumptum, & ęquiparatur fidei consensus, vt in c. is, qui fidem. & c. pen. supra de sponsa. ibi, & si. dic, idest quãuis. ibi, corde tamen. dic, quia sine hoc, hoc est, sine consensu omnia frustrantur, vt in cap. fi. ad fi. infra eo. & hoc solum sufficit quo ad substantiam matrimonij. & quod sequitur ore, subaudi, vel alio modo, vel signo, quod sit equipollens, vt in c. tuæ. sup. de sponsa. secundũ Pet. & Host. vel aliter, secundum Host. si vnus dicit alteri; Ego volo te ducere in vxorem, si me vis in virum, & si consentis, quod verum sit matrimonium inter me, & te, ore tuo osculeris me, si statim mulier illũ oscu letur, dicit Hostien. non video, quare hoc matrimonium non sit corde contractum, etiam sine alijs verbis. facit cap. 1. infra de matrimo. contracto contra interd. eccl. & C. de donat. ante nup. in l. si à sponso. & secundum hoc ista decretalis est contra illos, qui

dicunt matrimonium non contrahi ſine verbis, ad quod vide, quod latè dixi in c.tua, ſupra de ſponſal. in 14.princ.art.q.2.& cap.ſequen.& in tex.ibi, vnus alij. dic, propter hoc quidam exponunt tex. dum dicit, concedunt, ideſt concedit. & dum ſubdit, ſuſcipiunt, ideſt ſuſcipit. & ſic † plurale reſoluitur in ſingulare. ſic ff.de orig.iur.l.2. §.exactis regibus, id eſt exacto rege. & Inſtit.de iure perſo.in princ.ibi, omnes homines, ideſt omnis homo.

1

¶ Primò nota, quod omnis pactio quantumcunque ſimplex poteſt appellari fides: † vnde veniens contra promiſsionem, dicitur venire contra fidem. & ita capitur in l.1.ff.de conſtitu.pecun. & l.1.ff.de pact. & ideo promiſsio appellatur fides, ad inſtar religionis fidei, quia ſicut per illã, credimus quæ non videmus, ita in promiſsione, Credo te facturum, quod promiſisti, licet non videam: dicitur enim fides, vel à firmitate, vel quia fiat, quod dictum eſt, vt inquit Cicero in primo Officiorum.& no.in dicta l.1.ff.de conſtit.pecun.

2

¶ Secundò nota ex prædictis,& ex tex.quaſi expreſſum, quod ex ſpon.ſine iuramento contractis obligatur quis ad contrahendũ, ita vt peccet contraueniendo, & cum alia contrahendo, de quo ſtatim dicam in 3.quæſt.princip.

¶ Tertiò nota ibi, non debet aliam ducere, qui contraxit ſponſalia de futuro, non debet aliam ducere, quia non debet fidem violare, & propterea eccleſia compellit, vt ſtet primis ſponſal. dicam in dicta quæſt.3.

¶ Quartò nota ibi, maneat tamen cum illa, quod licet quis non debeat recedere à ſpon. vt ſtatim dixi, ſi tamen recedit, contrahendo cum alia per verba de præſenti, tenet matrimonium, dicam infra, quæſt.6.in cap.3.& ſibi imponitur pœnitentia de fide mentita. ad quod vide, quod dicam infra eod. cap.fin.quæſt.8.

3

Quartò nota ex prædictis,& ex tex.quod † matrimonium contractum contra l.tenet: nam qui recedit à ſponſalibus, contrahendo matrimonium de præſenti cum alia, facit contra legem,& tamen matrimonium tenet, vt dicam in dicta 6.quæſtio.& de materia latius infra, in ti.de matrimonio contracto contra interd. eccle.

¶ Sextò nota ibi, tantum ſacramentum. quod ſacramentum matrimonij eſt magnum, † vt dicit hic Hoſtien. quantum ſit, plura oſtendunt, videlicet auctor ipſius, qui fuit Deus: locus, quia in paradiſo: tempus, quia in ſtatu innocentiæ,& ipſius firmitas, vt patet hic,& infra de frig. cap.fi.& ipſius ſignificatio, de quo traditur in cap.debitum, ſupra de biga. ad quod vide, quæ latius dixi in c.fi. ſupra de ſpon. in 28.princ.artic.in princ.

4

¶ Septimò nota, quod matrimonium de præſenti impedit validitatem ſecundi matrimonij contracti cum alio, vel alia, de quo in cap.ſeq.q.4.

¶ Octauò nota ibi, mutuo. quod ad validitatem, & ſubſtantiam matrimonij exigitur, quod conſenſus ſit hinc inde mutuus, quia contractus † claudicare non debet.27.quæſt.2. §.1.29.quæſt.1.§.1. ſecundum Hoſtien. dixi in cap.tua, ſupra de ſpon. in 14.princ.artic.quæſt.2.

5

¶ Nonò nota ibi, permiſerit. quod tenet matrimonium, quamuis propter pulchritudinem, ſeu ex appetitu copulæ extorquendę ſit contractum. facit cap.tuæ,& cap.veniens. ſupra de ſpon.

¶ Decimò nota, q̃ quamuis in matrimonio contrahendo non detur anulus ſecundũ loci conſuetudinem, aut non ſeruetur alius modus loci, tamen matrimonium tenet, ſi mutuus affuit conſenſus, & hoc voluit tex.hic, dũ dicit, ſi non ſtringit manum. ad quod vide, quæ latè dixi in c.tua, ſupra de ſpon. in 14.princip.artic.

¶ Vltimò nota ibi, ore.arg. q̃ ad validitatem matrimonij exigũtur verba, ſed Hoſt.hic ſupplet ore, vel alio modo, vel ſigno, quod ſit æquipollens, dixi in dicto 14.artic.quæſt.3.

¶ In glo.ſuper verbo, ſacramentum, in fi. dic, vt dixi in cap.fin. de ſponſal. in 29.principali articulo, in principio.

¶ In glo.ſuper verbo, ſi permiſerit. ibi, pro non adiecta debet haberi. dic, & iſta opinio communiter tenetur, licet quidam contrarium dicant, volentes, quod ſponſalia contracta ſub iſtis conditionibus per primum coitum non tranſeant in matrimonium, ſed purificantur, & per ſecundum tranſeunt in matrimonium, quod non placet Vincentio, nec Doct. communiter, qui dicunt poſt glo. quod aut iſte intellexit de coitu fornicario, & conditio habetur pro non adiecta, vt dicit glo. & ſic ſponſalia remanent pura, & ideo per carnalem copulam tranſeunt in matrimonium de præſenti, vt in cap.is qui fidem. ſupra de ſponſal. Sed tu dic, quod etiam ſi eſſent conditionalia, & conditio honeſta, tamen per copulam purificatur conditio, & tranſeunt in matrimonium. ad quod vide, quod dixi in dicto cap.is, qui fidem. in 22.princip.articulo, verſic.tertia declaratio.

¶ Expeditis tex.& glo.deſcendamus ad quæſtio. de quibus in rubr. dixi me hic dicturum.

¶ Tertiò igitur principaliter quæro, quid iuris, ſi bina ſpõſalia de futuro ſint eb eodem, vel eadem contracta? ¶ Sol. Quidam dicunt, quod † priora præiudicant poſterioribus, ſi tamẽ in vtriſque fides, vel iuramentum interuenit, quia ſemper iuramentum ſeruandũ eſt, vt in c.veniens, in fi. & in c.intellecto,& in c.eam te, ſupra de iureiur. & in c.ex literis.§.pen. ſupra de ſpon. ſed ſi in altero tantum fides data fuit, & in alio iuramentum præſtitum ſpõſalia iurata videntur alijs præiudicare, ſiue ſint poſteriora, ſiue priora, ſupra de ſponſal.c.ſicut ex literis. Sed prædicta opinio eſt falſa, quoniam iſte, qui cõtraxit ſponſalia de fururo, non debet aliam ducere, vt hic: & hoc eſt, quia non debet fidem violare, & propter hoc eccleſia compellit, vt ſtetur ſponſalibus contractis etiam de futuro, vt in c.ſicut ex literis, & in c.re quiſiuit, ſupra de ſpon. niſi ambo diſſentirent, vt in c.2. ſupra de ſpon. dixi in c.pe. ſupra de ſpon.ar.31. ver. ſecundò ſoluuntur.& vide, quod dicam in c.fi. infra eod. in 9.q.princ. nec eſt verum, quod ratione iuramenti ſecunda ſponſalia de futuro præiudicent primis, niſi fortè carnalis copula interuenerit, quia eſſet matrimonium præſumptum, vt in cap.is, qui fidem, & c.ſinautem. ſupra de ſponſal. † Iuramentum ergo non ſoluit ſponſalia prima ſolemnia, niſi aliud ſequatur, quia non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſupra de iureiuran. cap.quanto.& argum. 22.quæſt.4.cap.in malis. & quæſt.5.cap.iuramenti.

6

7

Iuramen-

Iuramentum enim nihil addit ad matrimonium, vt in c.licet.infra eo.per ſpon. ergo ſecundo loco contracta etiam iurata nõ ſoluuntur prima, ſed ſoluuntur per matrimonium poſtea contractũ, vt traditur hic: & ad prædicta vide, quæ dixi in c.pen. ſupra de ſpon. vbi plenè tractaui, per quos modos ſoluuntur ſpon. de futuro: ille tamen, qui ſine cauſa ſponſal. etiam de futuro ſoluit, amittit arras, vt no. Sal. in l.1. C. de ſponſ. ad quod vide, quod dixi in c. Gemma, ſupra de ſpon. in 22.princip.artic.

SVMMARIVM.

1 *Deſpõſata per verba de præſenti ante carnis copulam non videtur vocanda vxor, ſed ſponſa.*
2 *Matrimonium cum duobus, vel duabus contrahens, quibus pœnis afficiatur.*
3 *Peccato mortali debetur pœnitentia ſeptennij.*
4 *Sponſalibus duobus de præſenti concurrentibus, prima præualent.*
5 *Vendita re duobus, potior eſt ille, cui eſt primo tradita.*
6 *Conſenſus matrimonij, à quo iure ſit.*
7 *Beneficij per ſolam collationẽ acquiritur ius prouiſo.*
8 *Contractus ſicut conſenſu perficiuntur, ita diſſenſu diſtrahuntur.*
9 *Matrimonio primo valido exiſtente, ſecundum non tenet.*
10 *Matrimonium ſecundum contrahi non poteſt pendente lite ſuper primo.*
11 *Partium iura vbi ſunt obſcura, pro reo pronunciandum eſt.*
12 *Mulier à duobus petita, non conſtito de prioritate, cuius ſit. & num.13.*
14 *Diuortium petens afferens cum alia cõtraxiſſe, ſi non probat, an vxore mortua, poſſit illam in matrimonio habere.*
15 *Filij nati ex ſecundo matrimonio, an ſint legitimi, ſtante conſuetudine, quod ſecundũ matrimonium carnali copula conſummatum teneat.*
16 *Matrimonium contractũ cum ea quam putabat vxorem legitimam alterius, cum non eſſet, tenet.*

CAP. VI.

ACCEPISTI ILLAM. Ducens in vxorem alteri deſponſatam, & eam cognoſcens, eam in vxorem amplius habere non poteſt. hoc dicit, ſecundum vnum intellectum: ſed clarius habetur in c.fi. infra de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. vel ſic, iuxta literam, ponit pœnam illius, qui alteri deſponſatam ducit in vxorem. hoc dicit. Et in tex.ibi, deſponſatam. dic ſcilicet per verba de præſenti: aliàs ſecus eſſet, vt ſtatim dicam infra, in q.4. Et in tex.ibi, fieri legitima. dic, vt habetur c.fi. infra de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adulterium.

¶ Primo nota ibi, deſponſatam. quod deſponſata † per verba de præſenti ante carnis copulam, non eſt appellanda vxor, ſed ſponſa. loquitur enim text. noſter de ſponſa de præſenti: quia, ſi fuiſſet de futuro, tenuiſſet matrimonium poſtea contractum, vt in c.præced.& in c.ſicut,& c.pen. de ſpon. dicam in c.ſeq. in 6.q.princip. & hoc facit ad ſtatuta loquentia per verbum, vxoris, vt non veniant ſponſæ de preſenti ante copulam carnalem, de quo per Dom.meum, ſupra de ſpon.in rub.& in cap.ex publico, de cõuerſio.coniug. dixi ſupra de ſpon.in rub.in primo princ.artic.

1

¶ Secundò nota, quod cõtrahenti matrimoniũ cum muliere alteri deſponſata per verba de præſenti, eccleſia imponit † pœnitentiam, de qua in tex.

2

¶ Et aduerte, quia contrahens matrimoniũ cum duobus, eſt infamis, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, vt l.1.ff.de infamib.& ratione violationis ſacramenti, eſt mixti fori, vt dixi in c.cum ſit generale. ſupra de fo. compet. & ideo tam per iudicem eccleſiaſticum, quàm per ſecularem contra talem delinquentem poſſet agi ad pœnam delicti, vt dixi in d.c.cum ſit generale. facit 32.q.2.c.de Benedicto. Sed Papa hic non curauit de pœna iudiciali, quia ad hoc non fuerat actum, ſed Papa ſolum fuit aditus per viam conſilij ſalutaris ad animam, ad quod vide, quod dicam in c.fi. infra eod.q.8.

¶ Tertiò nota, quod pro quolibet peccato mortali eſt iniungenda pœnitentia † ſeptem annorum. ad idẽ 33.q.2.c.hoc ipſum. Sacerdos tamen ex cauſa poteſt alterare,& diminuere. de pœnit.diſtinc.1. cap.menſuram,& cap.quem pœnitet.& infra de pœniten.& remiſſ.cap.Deus qui.

3

¶ Quartò nota ibi, quod caninam. quod licitum eſt vti vocabulis vulgaribus. & idem no. in cap. accuſaſti, infra, de accuſat.

¶ In glo.2.in ſine. dic, quia quandoque à principio non valet quo ad eccleſiã, ex eo quod non probatur, & eccleſia nõ iudicat de occultis, ſed tamen quo ad Deum, & ideo apparente probatione per declarationem voluntatis eorum, valet quo ad eccleſiam, nam & à principio in vero valebat in ſe, de qua materia dic, vt latius traditur in regula, non firmatur. de reg.iur.lib.6.

¶ In glo. fi. in fi. dic, quærunt hic Doc. quam pœnitentiã iſte debeat agere in illis ſeptem annis. tex. enim iſte non aperit, ſed ſolummodo dicit, q̃ cum ſeptem annis ſequen. pœniteat: ſed de hoc dic, vt latè dicam in c.fi. infra eod. in 8.q.princip.

¶ Poſtremò extra glo. venit hic examinanda 4. quæſtio principalis, iuxta ordinem deſcriptum in rubrica.

¶ Quartò principaliter quæro, quid iuris, ſi tam prima, quàm ſecunda ſponſalia ſint de præſenti.

4

¶ Sol. Dic, quod prima † ſponſalia valent, ſecunda verò non tenent, vt in c.præcedẽ.& hic, & in c.ſeq. & 27.q.2.c.duobus,& in c.pen.& fi. ſupra de ſponſal. quod etiam oſtenditur ex ipſa diffinitione matrimonij, quã poſui ſupra de ſponſal.c.1.art.4. quia ligatus matrimonio, viuente coniuge, ſecundũ matrimonium contrahere nõ poteſt, vt dictis iuribus. & 31.q.1.c.qũo virginibus.32.q.1.c.nuptiæ. & no. in cap.gaudemus, infra de diuort. Nec etiam licet viuente vxore de alia muliere liberos procreare.32. quæſt.4.§.1.& per totum. quæ concluſio procedit, etiam ſi ſequentia ſponſalia de præſenti ſint carnali copula conſummata,& non prima, vt no. in cap. ſequen.& cap.penult.& fin.infra eod. copula enim non addit vinculum matrimoniale, propter quod præferatur priori matrimonio nõ conſummato, licet addat ſignificationem, de qua in cap.debitum,

ſupra de biga.& quoddam vinculum, reſpectu cuiuſdam effectus extrinſeci, de quo in cap.ex publico.ſupra de conuerſio.coniug. ſecundum Zabar.in cap.ſeq. quod tamen procedit,ſi mdo prima ſponſalia ſint valida,ſecus ſi forent illegitima,quia tunc valerent ſecunda, niſi aliud obſtaret, quamuis contra interdictum eccleſiæ contracta viderentur, ſupra de ſponſal.c.cum Apoſtolica. tenet Hoſtien.in ſumma,eo.tit.§.2.verſic.pen. Item procedit prædicta concluſio, ſi modo prima ſponſalia fuerunt pura, ſecus ſi fuiſſent conditionalia conditione honeſta,& poſsibili,& pendente illa conditione contraxiſſet purè cum alia, quia tunc valerent ſecunda, quamuis conditio illa poſtea extitiſſet. Hoſtien. tenet glo.magnam in c.pen.infra titu.1.quia, vt ibi dicit glo. talis conditionis euentus nõ trahitur retro: & ratio eſt in promptu, quia reperit matrimonium in medio purè cum alio contractum,& ſic non poteſt trahi retro. facit c.quamuis,& c.ſi pro te,de reſcriptis,lib.6. & ſic, cum ſublatum ſit extremum ad quod,debet fieri relatio, ſeu retractio,non trahitur retro, ſecundum Do. Ant. & Domi.meum in cap. penult.infra tit.1. & idem tenet Vinc.ibi, & Goffr. in cap.ſuper eo,infra tit.1.quia ex conditionali obligatione ſola ſpes oritur. Inſtit. de ver.obl.§.ex conditionali. ſecus eſt in alijs obligationibus conditionalibus, quia eo ipſo, quod ſunt purificatæ, ſi non reperiunt medium repugnans, trahuntur retro, vt l.potior, & l.qui balneum. ff.qui pot.in pign.habe. & tenet etiam Hoſtien.in ſumma, in tit.de condit. appoſ.§.fin. verſicu.quid ſi contrario. & ſequuntur Dom.meus, & Zabar.in cap.penult. qui aſsignant etiam aliam rationem,videlicet, quia matrimoniũ, ſub honeſta conditione contractum,non operatur plus, quàm ſponſalia de futuro. ſicut ergo ſponſalia de futuro tolluntur per ſponſalia de præſenti, vt dicam infra,in c.ſeq. q.6. ſic & talibus ſpõſalibus ſub conditione honeſta, & poſsibili contractis præiudicatur per ſequens matrimonium. & ad l.potior. & ad l.qui balneũm. reſpondetur,quod ibi obligatus conditionaliter nõ poteſt reſcindere obligationem, ſeu illi præiudicare, obligando ſe alteri curæ, ideo ſecunda obligatio intelligitur ſine præiudicio primæ. facit c.ſi pro te,de reſcrip.lib.6.

¶ Non obſt.cap.fraternitatis. quod glo.in c.pen. infra tit.1. allegat in contrarium, quia ibi ex facto ſequenti declaratur, quod matrimoniũ à principio tenuit: ſed in terminis quæſtionis noſtræ conſtat, quod primum matrimonium nõ habuit efficaciam matrimonij de pñti, ſed potius de futuro, vt dixi.

¶ Aduerte tamen,quia, quod dixi, quod habet vim ſponſaliorum de futuro, debet intelligi reſpectu temporis quo pendet conditio, ſecus reſpectu temporis quo purificatur,quia quantum ad hoc eſt differentia inter ſponſalia de præſenti, & ſponſalia de futuro: quia ſi matrimonium contrahitur ſub conditione honeſta, purificata conditione, matrimonium efficitur purum, vt in c.de illis,infra tit.1. ſed ſi ſponſalia de futuro contrahuntur ſub conditione honeſta, adueniente conditione, remanent ſponſalia pura, & de futuro.

¶ Sed aduerte,quia contra prædictam cõclusionem opponitur: videtur enim, q̃ ſi ſecunda vxor prius fuit cognita, deberet potius tenere ſecũdum matrimonium,quàm primũ, ſicut conſuetudo Mu
5 tinenſis tenebat: nam in vẽditione,† & donatione facta duobus ſucceſsiuè, ille potioris eſt conditionis, cui res primo tradita eſt. C.de rei vend. l.quotiens. ergo per inueſtituram factam per copulã carnalem, videtur, q̃ fortius ſit ſecundum, quàm primum matrimonium. facit quod diximus de obligatione pignoris.ff.qui potio.in pig.hab. l.potior. vbi potior eſt in pignore,qui pecuniam credidit,& hypothecã accepit, licèt ipſe debitor per prius cõueniſſet rem ſibi obligatam. facit etiam,quod traditur de matrimonio ſpirituali,ſupra de iu.patro.c.paſtoralis,& c.quod autem.& tamen dicti contractus,ſicut matrimonium conſenſu contrahuntur. Inſt.de oblig.quæ ex conſen. & l.1.ff.de pign.act. & l. contrahitur,& l.creditor.§.1.ff.de pig. Et ideo videtur, quod de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium,vt in c.inter cæteras.ſupra de reſcrip.& in l.non poſſunt. ff.de legi. dixi latè in c.translato, ſupra de conſtit.

¶ Sol. Glo.in c.fi.infra eo.dicit,quod non eſt ita in matrimonio, quia licet in matrimonio, qui potior eſt tpe, potior eſt in iure,& aſsignat rationem,quia primus contractus matrimonij per ſolũ conſenſum perficitur, quaſi dicat, in materia eſt obligatus quis præcisè ad rem tradendam, ſecus in alijs contractibus, in quibus poteſt agi ad intereſſe, ſed non præcisè ad res, vt in l.ex empto.ff.de act.em.licet enim cum ſecundo proceſſum ſit ad carnalem copulam, quæ copula non facit matrimonium, ſed ipſe ſolus conſenſus, vt l.nuptias.ff.de reg.iur. facit, quod in ſimili dicitur,ſupra de iu.patr.§.cũ autem.& ff.loca. l.in operis.vbi ſi aliquis operas ſuas locauit duobus, tenetur priori conductori antea ſatisfacere.

¶ Sed aduerte,quia contra prædictam rationem facit, quia etiam contractus venditionis conſenſu perficitur.vnde dicit.l.quod emptio,iuris gẽtiũ eſt, & conſenſu perficitur.ff.de contrah.empt.l.1. in fi. quod verum eſt, ex quo de pretio inter partes conuenit. Inſtit.de emp.& vend.§.cum autem emptio. & tamen non pretij numeratio,ſed conuentio perficit emptionem ſine ſcriptis celebratam. ff.de contrah.empt.l.2.§.ſine pretio. patet ergo, quod etiam contractus emptionalis ſolo cõſenſu perficitur, nedum matrimonialis: & ſi dicas,in matrimonio obligatur ad traditionẽ,& non in emptione, vt dictum eſt: reſpondeo, q̃od iſtud,de quo quærimus,videlicet, quæ ſit ratio huius diuerſitatis, quæ videtur eſſe neceſſaria ad ſtatuẽdum ius diuerſum,per not. in c.tua nos,in fi.infra de conſanguin.& affin.& ll. in fi.C.de liber.præter. vnde quidam dicunt,quod non eſt propter fauorem liberorum,& conſtitutiones imperiales.l.conſenſu. C.de repud. Sed prædicta ratio nõ videtur valere,quia etiam ſi nulli liberi ſuperſunt,habet locum,quod ſupra dixi.Item quia filij poſſunt ita haberi de ſecunda, ſicut de prima: immo fortius de ſecunda,cum iam ſit cognita, nec ſecũda ratio,videlicet fauor conſtitutionum imperialium iuuat, quia hæc non eſt redditio rationis, ſed potius voluntatis, quod ſic ſit conſtitutum.

¶ Quare alij, vt Hoſtien. aſsignant aliam rationem, videlicet, quod hoc eſt ex eo,quia conſenſus
6 matrimonij,† per quem matrimoniũ contrahitur, eſt ſpiritualis, ſiue naturalis, & de iure naturali rationali, & à Deo conſtitutus. ad quod vide, quod dixi in cap.1.ſupra de ſponſ.artic.4.verſ.verbum autem,coniunctio,& quod dixi de ſponſal.cap.ſponſam,artic.6. facit 1.diſtinct.§.1.conſenſus vero emptionis, & ſimiliũ contractuum,ſunt iuris gentiũ, & ciuilis,& temporalis,& ab hominibus conſtituti, & contra ius naturale, ſecundum quod omnia ſunt communia.8.diſtinct.cap.quo iure.in tit.de iure natur.gent.& ciui. §.ius autem gentium.& 1.diſtinct. cap.ius autem naturale,& cap.ius gentium.conſenſus ergo matrimonialis de preſenti ſemel adhibitus immutabilis eſt,& perpetuus permanet, quia & auctor ſuus, qui fuit Deus, vt dixi in dicto cap. ſponſam,articulo ſexto,perpetuus,immutabilis, & eternus permanet.22.quæſtio.quarta,incommutabilis. quod etiam more prophetico oſtenditur, ſupra de biga. c.debitũ.& etiã naturali iure eſt immutabile. Inſt.de iure naturali,gentium,& ciuil.§.ſed naturalia.C.de veteri iure enucleando.l.2.§.ſed quia diuinæ. & talis conſenſus matrimonialis non eget adminiculo corporalis traditionis, quoniam ſpiritualia magis in bona volũtate, & communi intellectu, quàm in facto, ſeu corporali apprehenſione conſiſtunt.22.quæſtio.5.c.qui periurare. conſenſus verò emptionalis, & ſimilis,momentaneus eſt, & mutabilis, quoniam ſuus auctor variabilis, & mortalis eſt, quoniam omnia humana, mutabilia ſunt: vnde dicitur, quod omnis ſtatus noſter ſub perpetuo conſiſtit motu: nihil enim inter homines dari poteſt ſtabile, quod nullam patiatur immutationem. in Auth.qe nõ alienan.aut permutandis rebus,& c. §. vt autem res, collat.3. Item temporalia, ſeu corporalia magis cõſiſtunt in facto, & apprehenſione, quàm in bona voluntate, & intellectu, cuius contrarium in ſpiritualibus obſeruatur.15.quæſt.2.c.fi. & ideo in matrimonio, in quo debemus ſequi naturam auctoris ſui, magis operatur conſenſus, tanquam firmior, & traditio tanquam debilior minus operatur: per contrarium vero in emptione magis operatur traditio tanquã firmior, & conſenſus minus tanquam debilior. faciunt not.in cap.inter corporalia.ſupra de tranſlat.epiſc.& in cap.ſolite.ſupra de maior.& obedien.& 5.diſtinct.§.1.& 8.diſtinct. §.1.& §.dignitate.& dicto §.ſed naturalia.ſecũdum Hoſtien.in ſumma,eod.tit.§.2. verſic.quæ eſt ergo. & ſequuntur Ioan.And.& Dom.Anto.in cap.fin. infra eodem. Sed dicit Dom.meus ibi, quod licet ratio Hoſtien. & Ioan.Andr.ſit perſuaſiua, non tamen neceſſario concludit: nam & aliqua fiunt ab homine, quæ tamẽ ex ſolo titulo ſuam habent perfectionem, vt eſt titu. beneficialis. nam per ſolam
7 collationem beneficij † acquiritur plenum ius prouiſo, vt in cap.ſi tibi abſenti, de præben.lib.6.vnde Dom.meus firmat regulam, quod in omnibus ſpecialibus ex ſolo tit.transfertur ius plenum, vt dicto cap.ſi tibi abſenti. & per not.per Inno.in cap.inter cætera.ſupra de præben. iſta enim ſpecialia ſine aliqua executione exteriori ſolo conſenſu firmantur. ad quod vide,quod dicam in cap.ſequen.quæſt.6. Sed Zabar.in cap.fin.infra eod.dicit ad illud de venditione, quod etiam venditor præcisè cogitur ad rem tradendam, ſi rei tradendæ facultatem habet, ſupra de fide inſtrumentorum. capit.cum Ioannes. Item licet matrimonium habeat Deum auctorem, tamen eccleſia diſponit de matrimonio quomodo contrahatur, & inter quos, & quando obliget, vt ſupra de ſponſal. cap.tuæ.& per totum. & etiam in aliis tit.proximè præced. Et ſic videtur, quod præmiſſa non procedant, per quæ non apparet efficax ratio diuerſitatis.

¶ Quare aſsignat Zabar. aliam rationem, quod ideo aliud eſt in matrimonio, quia hoc non conſiſtit in poteſtate coniugum, ex quo contractum eſt, immo tenentur ſeruare,& perficere, ſupra eodem, cap.1.& alteruter in alterutrum ius habet, nec poſſunt etiam communi cõſenſu recedere, licet ſecus ſit in ſponſal.vt in cap.præterea.ſupra de ſponſalib.
3 ſed aliud eſt in alijs contractibus, qui ſicut conſenſu perficiuntur, ita diſſenſu diſtrahuntur, vt d.cap. præterea.& ff.de pact.in l.ab emptione.

¶ Item ante traditionẽ in alijs contractibus non competit ius in re,† & ideo ſi poſt ſolam venditionem factam vni eandem rem vendo, & trado alteri,ille ſecundus eſt potior,tanquam in quem translatum eſt dominium,ſupra de pact.l.traditionibus. priori vero emptori cõperit actio ad intereſſe. ff.de actio.emp.l.1.in fi. quæ ratio ſatis mihi placet, maximè iuncta ſimul cum ratione Hoſtien. & Ioann. Andr. quia ſola conuentione dominia rerum non transferuntur. ad quod vide,quod latè dixi in rub. de cauſa poſſeſſ.& propriet.tract.1.artic.5.

¶ Item quia, vt ſupra dixi, matrimonium habet ſuam eſſentiam ex ſolo mutuo cõſenſu contrahentium, vnde carnalis copula non adijcit maius vinculum, reſpectu eſſentiæ matrimonialis, ideo non tollitur primum per ſecundũ confirmatum,quamuis reſpectu ſignificati copula operetur, quia aliud ſignificat conſummatum, quàm non conſummatum, vt in cap.debitum,de bigam.27.quæſt.2.cap. quapropter. ad quod faciunt no.in cap.2.& in cap. ex publico. ſupra de conuerſio.coniu.tradit Dom. meus in cap.ſequen.

¶ Arbitror etiam poſſe dici, & melius,quod ratio diuerſitatis eſt illa, videlicet, quia primus contractus in rebus profanis valet, nec eſt impeditiuus ſecundi contractus,cum ſe adinuicem compatiatur cum primo,& cum tertio,ſi tertius contractus celebraretur, & ex quolibet dictorum cõtractuum agi poteſt, vel ad rem tradendã, vel ad intereſſe,quamuis quo ad rei acquiſitionem *ille ſit potioris conditionis*, qui rem ipſam prius recepit, quia nõ pactis, ſed traditionib. dominia rerum transferuntur,vt ſupra dixi. ſecus autem eſt in matrimonijs, in quibus
9 ſtante validitate primi,† ſecundum non tenet,nec ſe cõputitur cum ſecundo,nec põt agi ex vtroque, nec datur eſtimabile intereſſe, & primus cõtractus quo ad omnem eſſentiam,& ſubſtantiam matrimonij ſolo conſenſu perficitur, vt ſupra dixi. Concludo ergo, quod nõ ſoluitur primum matrimonium ſolo conſenſu contractum per ſecundum matrimonium,licet ad ſecundum, & non ad primum,carnalis copula acceſſerit: Sed cogitur mulier, quæ cum ſecundo contraxit, redire ad primum, vt hic, & in iuribus allegatis in principio iſtius quæſtionis: & hoc procedit, in quantum vir vellet illam recipere, ſecus ſi illam tanquam adulteram recuſaret recipere, quia non tenetur, vt in cap.ſignificaſti,de diuortiis.32.quæſt.1.cap.dixi.27.quæſt.2.cap. Agathoſa. ad quod vide,quod dixi in cap.fi. ſupra de ſponſal.

artic.29.versi.sextus effectus. ibi,secundò fallit nisi fortè propter propabilē ignorantiā, seu probabile dubium,quod olim erat ratione antiquæ consuetudinis, hac decre.mulier excusaretur,ad quod vide, quod in simili dicit Zab.in cap.is qui fidem. sup.de sponsi.in quinta oppositione. Non tamen intelligas quod licet vir eā recipere nollet,quod propter hoc ipsa posset remanere cum secundo viro,quia viuente primo viro non posset, ratione continui peccati, remanere cum secundo, nisi vellet remanere non tanquam vxor, vel cōcubina, aut ab eo cognoscenda,sed tanquā soror, semota omni copula carnali, vt arbitror: mortuo autem viuo,vtrum possit cum secundo remanere saltem cōtrahendo matrimonium de nouo,dicam in tit. infra de eo,qui du. in matrimon. quam pol.per adult. & prædicta non solum procedunt in muliere quæ cum duobus contraxit, sed etiam idem in viro qui cum duabus mulieribus contraxisset, per ea quæ dixi in rubr.& etiā per ea quæ superius dicta sunt.

10 ¶Et aduerte, † quia prædicta procedunt non solum,quādo super primo matrimonio nullum pendet litigium,sed etiā,si pendente lite matrimoniali coram episcopo, vir appellet, & ante, vel post appellationem ad secunda conuolat vota,interdicere debet episcopus in tali casu ne talis contrahat, & si post tale interdictum cum alia contraxit,episcopus quod temere attentatum est, irritat.tex.est in c.pe. infra eo.vbi Host.& Ioan.And.& hoc casu irritatur secundum matrimonium, licet de validitate primi adhuc non constet, ex quo concurrit pendentia litis, & appellationis, & interdic.superioris.vnde licet pendente lite non debeat interdici usus matrimonij iam acquisiti,ut in ca.laudabilem,sup.ut lite penden.tamen secus est in casu nostro, & tamen regulanda sunt secundum ea quę dicam infra de matrimonio contracto contra interdi.ecclesiæ.

¶Sed circa prædicta, primo quæro, pone quidā petit aliquam in vxorem, cum qua dicit se contra-
11 xisse per verba de præsenti, † illa verò dicit se per prius per verba de præsenti cum alio contraxisse. Et hoc probat,sed non probat de prioritate temporis, quæritur quid iuris. ¶Sol. Dicunt Innocen.& Ioan.And.supra in rubr. quod mulier absoluetur, quia vbi obscura sunt iura partium,pro reo fieri debet interpretatio,vt in cap.inter dilectos.in fi.supra de fide instrumen.& in l.fauorabiliores.ff.de regul. iur.in contrariū facit,quia,ex quo vir probauit contractum de præsenti, fundata est eius intentio, nec vī excludi per probationem mulieris, nisi probet, quod prius cum alio contraxerit.ar.c.cum tu.supra de testi. Sed quia illa dispositio exorbitat à communibus regulis,restringenda est,vt ibi dicitur,maximè per Zaba. sed potest dici,quod ibi statur probationi canonicorum: quia,ex quo probauerunt q̄ post appellationem excommunicatio lata erat, sequebatur eius nullitas,nec tollitur hæc probatio,licet probetur ex aduerso, quod ante appellat. fuit facta: hic autem eo ipso, quod mulier probauit se cum alio contraxisse, sequitur, quod probatio viri non est necessario concludens, prout concludere debet, vt in cap. in præsentia. supra de proba.& sic procedat dictum Innoc.& Ioan. An. & idem tenet Ioan. And.in addit.Spec. super rubr.eo.tit.

¶Secundò quæro,pone,duo petunt eandē mu-
12 lierem, vt vxorem, † & pariter probant,quæritur, cui mulier sit adiudicanda, ex quo nullus probat de anteriori tempore. ¶Sol. Dicit Innoc.quod mulier videtur ab vtroque absoluenda, vel potius differenda est sententia quousque de anteriori tempore probetur, & de hoc traditur per glo. 1.in c.in nostra.sup.de test. Sed Docto.communiter tenent cum Innocen.ut differenda sit sententia,dixi in dicto cap.in nostra,in primo principali art.in fi.quarti membri.quod no.per glos.magnam in cap.licet, in fi.supra de proba. Sed Hostien.in sum.in titu. de testi.§.quæ diuersitates. vers.quid si duo petant, dicit,quod si non apparet de prioritate, danda est illi in quem mulier consentit,ar.l.viduæ.C.de nuptijs, & 1.quæst.vlt. c.sancimus..facit sup.de re iudic.c.fi. & ff.de reb. dub. l. si fuerit. in fi. si verò neutri velit consentire,danda videtur meliori & ditiori; quòd si omnia sunt æqualia, quidam dicunt quod sorte dirimetur per iura prædicta,& 21.distinct.cap.cleros. Mihi videtur quod sit relinquenda conscientiæ suæ, & sic illi erit danda cui consentit, alia verò non videntur sine dubietate procedere. sed dicit Zab.supra in rubr.quod raro, aut nunquam hoc accidit,quia non potest de facili contingere,q̄ æqualiter probent,vt d.c.licet, & d.cap.in nostra. & subdit Zaba. quod posset defendi prima opinio, quod absoluatur ab utroque, per nota.in d.cap.licet, sed D.M.tenet opinionem Innoc.& Ioan.And.

¶Tertiò quæro, circa prædicta, retento eodem themate,de quo in præceden.quæst.quid si de ma-
13 trimonio prius constat † pro vno, quam pro alio, quia fortè alius non habuit ita paratas probationes. ¶Sol. Dicit Innocen.sup.in rubr.& sequitur ibi Ioan.And.quod etiam hoc casu differenda est sententia,ne alteri matrimonio fiat præiudicium,ar.c. super eo.infra de eo, qui cog.consan.vxo.suæ.& in cap.1. infra de frigi.& malef. secus si de præbenda, aut possessionibus ageretur, quia tunc statim pro primo probante fertur sententia, & mandatur executioni, sed victor tenetur cauere condemnato, q̄ seruabit illum indemnem,& si forte aliquas fecerit expensas pro eo,quod pendente li.rem restituet.ff. de rei vend.l.is à quo,& l.sequen.& sequitur D.M. & ex hoc nota vnam differentiam inter matrimonium carnale,& spirituale, de qua materia latè dixi in cap.fina.supra de sponsa. artic.37.& ex prædictis potes colligere notabiles limit.ad d.l.is à quo, & ad alias similes, in quibus dicitur, quod res adiudicari debet primo vincenti,quia illud procedit, quando ex tali adiudicatione,seu traditione, animarum periculum non sequeretur: quia,quando hoc sequi posset, differenda est sententia, & fortius executio.

¶Secundò etiā ex prædictis colligitur,quid agē dum sit, quando duo æqualiter probant, & res petita non est diuisibilis, nec potest insolidum possideri, quod limitatur no.per Barto. in l.si duo.ff.vti possidetis.de quo in cap.licet.supra de probā.

¶Quartò quæro, quid si peto diuortium fieri inter me, & vxorem meam, ex ea ratione, quia di-
14 co me aliam viuam uxorem habere,† quod tamen non probaui,vtrum mortua illa uxore mea, contra quam egi, contrahere possim cū alia: vel quid si iuro quod illa, quam peto, est uxor mea, sed tamen ipsa

ipsa propter defectum probationis absoluitur à peti.mea, vtrum ea viuente possim cōtrahere cū alia.

¶Sol. Dic, quod in talibus, & similib. quæst. sum meæ conscientiæ relinquendus. supra de iureiuran.cap.mulieri. 33.distinct. cap.habuisse,secundum Hostien.in sum.de clandesti.despon.§.penul. versic. penult.

¶Quintò quæro,pone retentis prædictis terminis,de quibus in præceden. quæst. quod talis venit ad episcopum dicens, Domine,ego uolo contrahere cum tali, sed ex quo primam absoluistis, & quia non debeo contrahere nisi præmissis bannis secundum formam cap.fina.de clandesti.despon.ideo peto,quod mandetis sacerdoti nostro, quod hoc publicet in ecclesia sicut debet. Vnde queritur,quid per episcopum agendum sit hoc casu,quia si admittit petitionem, tacitè videtur dare licētiam contrahendi;si verò non admittit,videtur eam denegare, sed neutrum facere debet, ut dicto cap.mulieri.supra de iureiur. ¶Sol. Dic, quod episcopus ita dicet,quoniam tu iurasti, quod cū tali quam iam absoluimus,per verbum de præsenti matrimoniū contraxeras,tibi non videmur posse denegare quod petis,quare cum te tuæ conscientiæ relinquere teneamur,ar.38.dist.cap.de his, ideo placet nobis, & sustinemus , quod presbyter prædicta banna proponat;nos tamen propter hoc nō intendimus tibi dare expresè,vel etiā tacitè licentiam aliquam matrimoniū prædictum contrahendi, immo attestamur te sub aspersione sanguinis Iesu Christi: quod si scias te verum iurasse, nullatenus cum alia contrahas, nec contra tuum venias iuramentum, quod si contrarium feceris, protestor quod manus meę à sanguine tuo sunt immunes.43.distin.c.Ephesis.& est simile, q̄ no. Host.in sum.supra de voto.§.quot sunt species, sub §.votorum, vers.quid si is qui simplex votum & frequenti, secundum Hosti. in sum. de clandest.despon. §.pe.vers.fina.

¶Sextò quæro,vtrum consuetudine possit induci,vt secundum matrimonium carnali copula consummatum teneat. ¶Sol. Dic, quod non,ad q̄ tamen vide quod dicam in cap.fina. infra eo.in 10. quæst.principali.

15 ¶Septimò quæro, vtrum filij nati † ex secundo matrimonio prætextu cōsuetudinis,volentis quod secundum matrimonium carnali copula consummatum teneat, sint legitimi. ¶Sol. Dic, vt dicam in d.10.q.prin.& ex his quæ dixi supra in principio istius quartæ quæst.

¶Octauò quæro, pone, A. non erat legitima vxor B. tamen ego arbitrabar eam fore legitimam ipsius vxorem, & tamen ipsam in vxorem accepi,
16 quæritur vtrum valeat matrimonium.† ¶Sol. Dic quod sic secundum Ioan. And. in regula,cum quis in ius. de regu. iur. lib. 6. in mercurialib. prædicto tamen contrahenti, propter malam ipsius mentē, est iniungenda pœnitentia, per tex. nostrum, & sic tenet Zab. Et aduerte,quia si aliquis viuente prima vxore contrahit cum secunda ignorante eum habere aliam uxorē,mortua prima, non separatur à secūda ad sui petitionem,ut in c.i.infra de eo,qui duxit in matrimonium,quam pol.per adul.ad quod vide q̄ dicam in c.fi.inf.eo.in 8.q.princ.

SVMMARIVM.

1 *Verba in valentibus loqui sunt in matrimonijs necessaria.*
2 *Iuramentum non est de substantia matrimonij, licet fortius obliget contrahentes.*
3 *Copula in matrimonio,quid operetur.*
4 *Exemplis non est iudicandum.*
5 *Papa potest tollere constitutionem prædecessoris, & eam declarare.*
6 *Sponsalia prima de præsenti, prævalent secundis de futuro.*
7 *Sponsalia secunda de præsenti, prævalent primis de futuro.*
8 *Matrimonij carnalis, & spiritualis differentia.*

CAP. III.

LICET. Sponsalia de presenti non soluuntur per matrimonium sequens,etiam carnali copula consummatum. h. d. & ad idem cap.pe. & fi.supra de sponsi. & primo ponitur decisa consultatio, secundo responsio.secunda ibi, consultationi, tertio subijcitur alterius dubitationis solutio, ibi, & si nupserit. 4.remouet obstaculum, ibi, quamuis. & in tex. ibi, mulieri, dic idem econtra in viuo, quia in hoc vir,& mulier non iudicantur ad imparia,ut dixi in capitu.præceden.& supra in rubrica.

¶Primò no.ibi,verbis consuetis, quod volentes contrahere matrimonium debent vti verbis consuetis ad matrimonium,de quo dic,vt dixi in c.tua. supra de sponsi.in 14.princ.art.q.3.

¶Secundò no.ex eisdem verbis, quod consensus in matrimonio videtur debere verbis exprimi,
1 & sic videtur,quod in ualentibus loqui †verba sint necessaria.ad idem cap.pe. supra de spon. sed Host. supplet, vel alio signo æquiualenti, & quod ideo tex.dicit de verbis,quia sic communiter accidit,vide quod latius dixi in d.14.ar.q.3.

¶Tertiò no. quod per ista verba, accipio te in meam,& econtra per mulierem,accipio te in meū, contrahitur matrimoniū per verba de præsenti. ad idem cap.penultimo.sup. de sponsi.idem tamen dicendum est,qualiacunque sint verba, cōsensum de præsenti significantia. vide quod dixi in dicto cap. tua.in 14.art.q.2.& ar.16.

¶Quartò no.ibi, siue sit iuramentum, quod iu-
2 ramentum † non est de substantia matrimonij,licet fortius obliget contrah entes.vide quod dixi in 14. art.quæst.10.

¶Quintò no. quod matrimonium ex solo mutuo consensu contrahentium accipit suam essentialem substantiam, adeo quod carnalis copula non addit maius vinculū respectu essentiæ,& substantię matrimonialis, ideo non tollitur primū per secun-
3 dum consummatum, sed bene † copula addit respectu significati, quia aliud significat cōsummatū quam non consummatum, ut in cap. debitum.sup. de biga. & fortius operatur consummatum quo ad quædam,de quibus in cap.2. & in cap. ex publico; supra de conuer.coniuga. dixi in d.14.artic. q.2.& quæstio.6.

¶Sextò no.quod exemplis non est iudicandum,

vt

4 vt †l.nemo.C.de ſententijs, & in c.in cauſis. ſupra de re.iu.quod videtur procedere etiam ſi talia exẽpla habeantur ex ſententia Papæ contra no. in d.c. in cauſis, & quod ibi dixi, in 3.notabili, & in l.fin. C. de legibus. iunctis no. in capit. 1. de regu. iur. Sed illa procedũt reſpectu ſententiæ inferioris, qui debet iudicare, ſeu in iudicando ſequi ſententiam Papæ, ſecus eſt in Papa iudicante contra ſententiã
5 prædeceſſoris, vt hic, † quia ſicut Papa põt tollere contrariam conſti. prædeceſſoris, & etiam aliter declarare, vt in c. 1. de conſtit. lib. 6. & in c. non debet. inf. de conſabg. & affi. ita poteſt tollere ſententiam ſui prædeceſſoris, vt hic.

¶ In glo. fi. in fi. dic, quid autem de matrimonijs contractis ante hanc cõſtit. dicit hic Hoſtien. quod illa toleranda erant propter ſententias ſummorum pon. & iuuantem cõſuetudinem, vide quod dicam in c. fi. inf. eo. in 10. prin. artic.

¶ Extra glo. quoniam ſupra in rubrica dixi me hic examinaturum quintam & vlt. q. princip. igitur quintò principaliter quæro, quid iuris ſi prima ſponſalia fuerint de præſenti, ſecunda de futu-
6 ro, quæ præualeant. †Sol. Clariſſima eſt concluſio, quod præualent priora, quia ſi præualent matrimonio poſtea ſecundo loco cõtracto per verba de præſenti, fortius debeant præualere ſponſ. de futuro poſtea contractis, ar. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. & c. cum illorum. inf. de ſent. exc. cum ſimilib. & prædicta procedunt quando prima ſponſ. fuerũt legitima, ſecus ſi nõ fuiſſent legitima, ad quod uide quod dixi in c. præced. q. 4. in prin.

¶ Sextò princ. quæro, quid iuris ſi prima ſponſa.
7 ſunt de futuro, ſecũda vero de præſenti. † Sol. Dic quod poſteriora tanquam firmiora præiudicant omnibus, quod procedit niſi antequam ſecunda contracta forent prima ſponſalia de futuro per carnis copulam, vel tradu ctionem ad domumi, vel aliter tranſiuiſſent in matrimonium de præſenti, ſecũ dum Hoſt. in ſum. eo. ti. §. 2. ver. an aũt prima de futuro. q intellige, dummodo fuiſſent legitime contracta, vt ſupra dixi.

¶ Et aduerte, quia hoc poteſt contingere tam in ſponſ. veris mente & uerbis, quàm etiam in ſpon. quæ verbis & mente contrahentium ſunt de præſenti, ſed iuris. nterpretatione, propter impedimentum ætatis, ſunt de futuro, ad quod vide quæ late dixi in c. puberes. ſup. de deſpon. impu. q. 12.

¶ Item procedunt etiam ſi pendente lite ſuper ſponſalibus de futuro, ſponſalia de præſenti ſint cõtracta pro reum conuentum, nam & hoc caſu ualebit ſecundum matrimonium, licet cõtrahens poſſit pro fide mentita puniri, vt ſupra de ſpon. c. de illis, & cap. pen.

¶ Nec obſt. quod lite pend. matrimonium fuerit contractum, vt in c. cum in apoſtolica. & in c. veniens. ſupra de ſpon. vel etiam poſt Iudicis inhibitionẽ, ſecundum Speculatorem in ti. de ſpon. §. reſtat videre, in prin. & adde quod dicam in c. fi. inf. eo. in 10. q. princ.

¶ Sed circa prædicta quæro, quæ eſt ratio, quod
3 matrimonium † carnale ſoluit ſponſa. præcedentia etiam iurata, vt ſupra dixi, & probatur in c. ſicut ex litteris. §. 1. ſup. de ſpon. ſed ſpirituale matrimonium contractum non ſolum non ſoluit ſponſalia ſpiritualia præced. immo nec ualet, vt in c. conſiderauimus, & c. auditis. & c. cum inter canonicos. ad fi. ſupra de elect. vnde primo præſentatus remouet ſecundum poſtea inſtitutum. ſupra de re iu. ca. cum Bertoldus. ad fi. Sol. Dici poteſt quod matrimoniũ ſpirituale, per quod quis magis ligatur unieccleſiæ vel vni dignitati quàm alij, pendet ex conſtitu. eccleſiæ. 13. q. 1. c. eccleſias. & ſup. de his quæ fi. à præla. c. paſtoralis. ſed matrimonium carnale ligatur ex conſtitutione diuina, vt dictum eſt, & ideo Papa in ſpirituali poteſt pro ſuo placito diſponere, ſed non ſic in carnali, ad quod fa. quod tract. Hoſtien. in ſumma in titu. de elect. §. vtrũ mutare. ver. quare ergo ſoluitur matrimonium ſpirituale. & per eundem in ſumma, in titu. de tranſla. epiſcopi. §. cuius authoritate. non ergo reſcinditur tantum matrimonium ſacramenti, ut dicit Aug. in lib. de fide pactionis, & conſenſus, & tranſumptiue in c. 1. ſup. eo. & 27. quæſt. 2. c. duobus. & vide Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. 2. ver. quæ eſt ratio quod matrimonium carnale.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in cauſa matrimoniali non tranſit in rem iudicatam, ab ea tamen appellari poteſt.*
2 *Iudex à quo, pendente appellatione, poteſt interdicere matrimonium contrahendum.*
3 *Lite pendente ſuper matrimonio, non poteſt aliud contrahi.*
4 *Actus celebratus contra iuris prohibitionem, an ſit ipſo iure nullus.*
5 *Sponſalia bina quo iure ſint prohibita, & an aliquo caſu licitum ſit ea contrahere.*
6 *Vxores non conuenit eſſe communes.*
7 *Concubinam habere, an liceat de iure naturæ propter vxoris ſterilitatem.*
8 *Vxores plures eodem tempore habere, an alicui liceat. & nu. 11.*
9 *Vxore prima mortua, qua viuẽte quis cum pluribus contraxerat, cui earum adhærere teneatur.*
10 *Iudeis quomodo licitum ſit repudiare primam vxorem, & ſuperinducere ſecundam.*
12 *Vxore tranſeunte ad religionem, ante carnalem copulam, poteſt vir cum alia contrahere matrimonium.*
13 *Papa, an poſſit diſpenſare quod aliquis contrahat matrimonium ad tempus.*

CAP. IIII.

TVa fraternitas. Ei, qui appellauit in cauſa matrimoniali, interdici debet, ne lite pend. aliud matrimonium contrahat, & ſi contraxerit, debet ſeparari.

¶ Primò ponitur thema.

¶ Secundò præcipit fieri interdictum. ibi, hoc arbitramur.

¶ Tertiò dicit, quid iuris ſi violetur. ibi, & ſi contra. & dicit hic Hoſtien. declarando tex. quod pendente lite matrimoniali coram epiſcopo, vir appellauit, & ante vel poſt ad ſecunda vota vult tranſire ſeu tranſiuit, debet epiſcopus in tali caſu interdicere, ne matrimonium contrahat, & ſi poſt tale interdi-

terdictum ille contraxerit, epiſcopus quod temere eſt attentatum debet irritare. in tex. ibi, deſponſatione. dic, ideſt aliquas petũt quas ſe deſponſaſſe dicunt, ſecundum Inno. ibi, publicè, dic maximè, quia idem eſt & ſi non publicè.

¶ Primò no. ibi, conſenſu, quod ad ſubſtantiam matrimonij ſufficit ſolus conſenſus de præſenti, dixi in c. tua. inf. de ſpon. art. 14.

¶ Secundò no. quod licet in cauſa matrimoniali
1 ſententia † non tranſeat in rem iudicatam. c. lator, & c. conſanguinei. ſupra de re iu. tamen ab ea poteſt appellari, & ſic remedium appellationis proportionatur etiã illis ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam.

¶ Tertiò no. quod appella. pend. poteſt iudex à quo interdicere matrimonium contrahendum, &
2 ſic non ſuſpenditur in totum eius iuriſdictio, † poteſt enim exercere quæ ad faciliorem exitum appellationis tendunt, vt in c. ex literis, infra de matrimonio contrac. contra interd. ec. vnde vterque iudex à quo, & ad quem, poteſt hoc interdictum facere.

¶ Et aduerte, quia etiã ſi non interdiceretur matrimonium, non tamen deberet contrahi. ſupra vt lite pend. per totum. Sed longe magis debent partes abſtinere, facto eis interdicto, vt in cap. ad diſſoluendum. §. fi. ſup. de deſponſ. impu.

¶ Quartò no. quod penden. lite ſuper matrimo-
3 nio, ſiue fuerit appellatum, ſiue non, non eſt licitum contrahere aliud matrimonium, licet talis aſſerat matrimonium contractum eſſe nullum, uel ſe non contraxiſſe, vt in cap. cum apoſtolica, ſupra de ſpon. & ſic patet ex prædictis iurib. idem eſſe in cauſa principali, & appellationis, vide quod dixi ſupra eo. quæſtio. 4.

¶ Glo. fina. in principio allegat, deinde colligit ar. quod probat per multa iura, deinde opponit, & ſoluit diſtinguendo, & ſolutionẽ qualificat. in fi. gl. no. bene diſtinct. glo. quæ quotidie allegatur, & ea dem diſtinctio fieri ſolet, cũ quæritur vtrum actus
4 celebratus † contra iuris prohibitionẽ ſit ipſo iure nullus. de qua materia vide 10. d. c. vides. & per legiſtas in l. non dubium. C. de leg. & regu. ea quæ contra fiunt, de reg. iu. lib. 6. & ibi latè per Pe. de Anch. in repeti. illius regulæ. & dicitur perpetua prohibitio, quando non eſt reſtricta ad certum tempus, ſed prohibitio emanauit propter malum ſeu peccatum quod ex tali matrimonio ſequi poſſet, puta ratione conſanguinitatis, vel affinita. Sed non perpetua dicitur quãdo prohibitio fit ad tempus, puta propter veneration ẽ diei, & ad prædicta vide quæ latius dicam infra in tit. de matrimonio contracto contra interd. eccleſ.

¶ Poſtremò iuxta præmiſſum ordinem in rubri. venit hic examinanda 7. quæſtio. principalis.

¶ Septimò igitur principaliter quæro, quo iure
5 bina ſponſa. ſint prohibita, † & vtrum aliquo caſu ſit licitũ cõtrahere legitima ſponſalia. ¶ Sol. Gaſp. Cald. hic proſequitur, ſed ſatis determinatur in ca. gaudemus. infra de diuor. vbi probatur hoc prohibitum eſſe à l. diuina, qua l. vna vnius, & non plurium debet eſſe vxor. ſi quis enim viuente legitima vxore, cum alia contrahat, adulterium committit, ſicut Lamech. 31. quæſt. 1. cap. quomodo virginib. quod etiam ex verbis Dei oſtẽditur, dum dixit Geneſis cap. 2. in fi. & erunt duo in carne vna. & quia ab initio creationis humanę plaſmauit Euam de coſta Adæ, & ſic vnius hominis, ad deſignandum, q vnus vnius mulieris eſſet ſpõſus, & ſic nec vnus plures vxores, nec vna plures viros poteſt habere, quare ab ipſa plaſmatione naturali, quæ omnes aſtringere debet, hoc fuit inductum diuina opera hoc agente, & vide quod dixi in cap. fin. ſupra de ſponſ. art. 29. uer. 24. concluſio. habere ergo plures uxores eodem tempore repugnat fidei Chriſtianæ, & etiã iuri naturali, rationi, & diuino, & ideo quilibet debet abſtinere, cum quilibet ſit ſubditus Deo, cuius eſt terra, &c. 8. diſtin. quo iure. ſupra de deci. c. tua. ſecundum Hoſtien. in cap. gaudemus. §. quia verò. infra de diuor. Inſuper eſt contra l. moralem & politicam, ad quod vide quod latè dixi in ca. ſponſam. ſupra de ſpon. arti. 6. ſicut enim nõ conuenit, quod
6 vxores † ſint communes, vt dixi in d. quæſt. 6. in ca. ſponſa. ſupra de ſponſa. ita nec conuenit quod epiſcopus habeat plures uxores, & ſequitur Cald. ſup. in rubr. vbi quærit, vtrum propter ſterilitatem vxo-
7 ris liceat de l. naturæ habere concubinã. †& dicit q non, accipiendo l. naturę pro l. diuina, qua prohibetur fornicatio, vt habetur Exodi c. 2. dum dicitur, Non męchaberis, & 32. quæſtio. 4. cap. meretrices. Item eſt cõtra l. naturæ, accipiendo ius naturale pro dicta mine rectæ rationis per ea quæ dixi in dicto cap. ſponſam. ar. 6.

¶ Non obſt. quod dicitur 31. quæſt. 1. cap. quod ſi dormierit, vbi tex. innuit, q quis plures vxores habere poteſt, quia ibi permittuntur plures non ſimul, ſed ſucceſsiuè, nã ſucceſsiuè nedum bigamus, aut trigamus, nec octogamus damnatur, 31. quæſt. 1. cap. Deus, & c. ſequen. ¶ Prædicta tamen regula
8 quod † quis non poteſt habere duas vxores, vel plures eodem tempore, fallit in infidelibus, qui plures poſſunt habere vxores, ſecundum eorum l. & ſecundum ea, quæ trad. in cap. gaudemus, infra de diuor. vbi patet quod quis poteſt habere plures coniuges, & ſi conuertatur ad fidem, non ſolum legitimantur filij nati ex prima vxore, ſed etiam nati ex ſecunda vxore ſuperinducta, vt not. in cap. fina. ſup. de conuer. infid. & hoc inductum eſt fauore fidei, vt ibi traditur, ſed tamen ex hoc non infertur, q teneat matrimonium cum ſuperinducta, quia primo non tenet, vt traditur in d. c. fi. & in d. cap. gaudemus, licèt, ut dixi, fauore fidei propter conuerſionem ad fidem tales filij legitimẽtur. aduerte tamen, quia talis infidelis dẽt adhærere, & cohabitare primę vxori, vt traditur in d. cap. gaudemus, quod procedit etiam ſi ante conuerſionem ad fidem renuntiaſſet primam vxorem, vt d. c. gaudemus. §. qui autem.

¶ Sed circa hoc dubitatur, quid ſi mortua ſit pri
9 ma vxor, † qua viuente cum alijs pluribus contraxerat, & matrimonium conſummauerat, vtrũ debeat adhærere ſecundæ inductæ, vel alteri? & videtur, q nulla aliarum ſit vxor, arg. inf. de eo, qui du. in ma. qu. pol. per adul. ca. fi. in contrarium verò facit c. 1. infra de diuor. & cap. fina. §. qui aũt. eo. tit. per quæ iura videtur dicendum, quod ſecunda cum qua primo contraxit cenſeatur vxor, & hoc tenet Hoſtien. & add. c. fina. de eo, qui du. in mat. reſpondet, quod cum damnatio de qua ibi ſit de iure canonico, non ligat paganos, ut d. cap. gaudemus, & potiſsime ſic

dicit

dicit esse tenendum fauore fidei, sed tamen de iure verius est, quod nulla superinductarum potest esse vxor, quia viuente prima matrimonium cum alijs contractum non tenuit.

¶ Item quæro circa prædicta, intellexi quod Iudæi, & etiam vidi seruare inter eos, quamuis non
10 possint habere nisi vnã vxorem, † si tamen quis ex prima cum qua consummauit matrimoniũ, & per quinquennium seu per sex annos cohabitauit non potuerit habere filios, potest ipse ab ea diuertere, & aliam superinducere, & ipsa potest alteri nubere. pone ergo, quod Iudæus propter sterilitatem diuertit ab vxore, scilicet sua permittente, & aliam superinduxit, deinde conuertatur ad fidem, quæro, vtraque existente viua, cui adhęrebit. Hanc q. non inueni tactam à Doct. & videtur esse satis dubia, maxime si prima vxor esset alteri alligata: arbitror tamen, quod quia ex tępore hic dubitatio mihi euenit, nec data est facultas maturius cogitandi, quod si prima vxor vellet conuerti ad fidem, quod iste teneretur illam accipere, & dimittere secundam: sed si illa nollet conuerti ad fidem, & secunda ad fidem vna cum viro suo conuerteretur, quod hanc secundam posset retinere. Sed si nollet conuerti, quid agendum sit, dic vt traditur in cap. gaudemus. infra de diuort.

¶ Secũdò fallit ratione diuinæ reuelationis, qua
11 mediante potest quis duas habere † vxores, seu habendo duas vxores, vel plures ab adulterio excusatur. quare patriarchæ propter diuinam reuelationẽ excusantur ab adulterio, licet eodem tempore plures habuerint vxores, quoniam tempore ipsorum nõ erat tradita l. coniugij: ergo non erat adulterĩ. supra de consti. cap. nam concupiscentiam. Sed dicit Hostien. in d. cap. gaudemus, quod licet l. Mosaica nõn esset tunc prodita, tamen erat lex naturalis, secundum quam quis debet adhærere vxori suæ, & non alij, nec plures habere vxores, vt supra dixi, & ideo excusantur propter diuinã reuelationem. tradit Hostien. in summa, in tit. de matrimonijs. §. qualiter impediatur, vers. nono, ligamen.

¶ Tertiò fallit si primum matrimonium non valuit, ut matrimonium, sed ut sponsa. de futuro, quia tũc semper valet secundũ matrimonium, vt dixi in cap. præceden. quæstio. 6. & vide etiam ad prædicta quæ dicam in c. fi. q. 8.

¶ Quartò fallit, si Papa dispensat in matrimonio
12 non consumato, † quia, si vxor mea de præsenti cum qua non consumaui matrimonium, transeat ad religionem, possum ego aliam vxorem ducere, & similiter si vir transit ad religionem, potest vxor per verba de præsenti non cognita alium virum accipere, vt in cap. ex publico, & in cap. ex parte, sup. de conuers. conjug. in cap. quanto, & c. gaudemus, de diuort. licet dicamus, quod Papa non potest contra euangelium dispensare, quod dicit, Quos Deus coniunxit, &c. tamen dicit Hostien. quod d. casus excipit, ex quo non est consummatus. vel secũdum Hostien. constitutio Papæ non potest facere matrimonium inter aliquos, nisi consensus interueniat, sed potest inducere nouum impedimentum, vel antiquum remouere, & tunc, vel impedit matrimonium, ita quod sic impeditus non potest secundum Deum matrimonialiter consentire, vel dat viã matrimonio, vt sic secundum Deum matrimonium teneat. infra de cogna. spirituali. cap. super eo. & infra de consang. & affini. cap. quod dilectio. Vnde Papa potuisset de consuetudine, quæ habebat, quod potioris esset conditionis uir secundus qui matrimonium consummasset, quam primus de præsenti qui non consummasset matrimonium, l. facere generalem, uel specialem. infra de cogna. spir. c. 1. de clandesti. despon. cap. fina. 32. quæst. 3. c. quædam lex. & cap. seq. Et idem vult Innocen. in c. præceden. maxime, quia circa matrimonium non consummatũ Papa plurimum potest, ut dicto cap. ex publico, & cap. ex parte, & de hoc in reg. actus legitimi, de reg.
13 iur. lib. 6. vbi quæritur, vtrum Papa † possit dispensare, quod aliquis contrahat matrimonium ad tempus, & ibi Ioan. And. non sol. dicens se nolle ponere os in cœlum disputando de potentia Papæ. 31. d. in tantum. dicit tamen quibusdam videri, quod valeat dispensatio. sed dicit Gasp. de Cald. quod hæc quæst. est minus dubia quam quod dixi de constit. facienda, nam etiam si certo casu possit ex causa dispensare, vt matrimonium legitime cõtractum dissoluatur, ut puta, quod Rex Christianus contrahat cum infideli, quæ vult fieri Christiana, ad augmentum fidei possit dispensare, non tamen debet per hoc inferri, quod super hoc possit generalem facere constit. Vnde extra casum cap. ex publico, supra de conuer. coniuga. consuetudo, vel constitutio Papę non videtur posse dissoluere matrimoniũ, etiam non consummatum, quia est contra euangelium, contra quod Angelus Dei nõ auditur. 11. quæst. 3. cap. is qui. Item contra naturam, & substantiam matrimonij, quod indiuiduam vitæ &c. ad ꝙ vide ꝙ dixi supra & in c. 1. de spon. in 5. quæst. principali, & contra vnum de bonis matrimonij, vt in cap. fin. infra tit. 1. Dicit tamen quod excusarentur qui ratione consuetudinis approbatę per Papã cõtraxissent, quia non peccat qui l. authoritate peccat. 23. q. 4. c. qui peccat. sed dicit hic Zab. ꝙ Papa nõ debet hoc facere, per rationes prædictas & alias de quibus per eum in d. c. ex publico, q. 1. si tamen faceret constitutionem propter opiniones, prædictæ consti. stando esset, nam cõmunior opinio est, quod in matrimonio non consummato habeat plenam potestatem, vt ipse Zab. tradit in d. c. ex publico, q. 1. sed D. M. in c. sequen. dicit de hoc se dubitare, quia Papa non dispensat etiam super matrimonio nõ consummato, nisi ex magna causa. Item, quia, si hoc esset, Papa in cap. præced. & in cap. seq. non retractasset diffinitiones suorum prædeces. si illi potuissent ad libitum hoc diffinire, hæc quæst. iudicio meo est satis disputabilis: quia licet ex causa possit dispensare, tamen causa cõsideratur respectu alicuius subiecti, ratione temporis, qualitatis, & quantitatis negotij, & qualitatis personarum; & euentus, quæ non cadunt in consti. generali. vide quod dixi in c. is qui fidem, supra de spons. in 19. princ. arr. q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores debent se conformare ecclesiæ metropolitanæ circa sacramenta.*
2 *Copula carnalis non est necessaria ad essentiam matrimonij.*

Verbum

3 *Verbum, de cætero, sui natura respicit futura.*
4 *Sponsalia bina contrahentes, qua pœna puniantur.*
5 *Vxorem ducens alteri desponsatam, qualiter puniatur in vtroque foro, & nu. 6.*
7 *Contrahens viuente vxore, cum secunda ignorante illum habere vxorem, mortua prima tenetur adhærere secundæ.*
8 *Matrimonium quod fuit nullum, an ex consensu veteri confirmari possit.*
9 *Libelli qualiter concipiantur in causa matrimoniali. Et quando mulier cum duobus contraxit per verba de præsenti. nu. 10.*
11 *Sponsalia bina contrahentes, ex quibus causis excusentur. & nu. 12. & 17.*
13 *Vxor secunda non tenetur credere sacerdoti dicenti sibi virum habere aliam vxorem.*
14 *Vxor ob absentiam viri non potest ire ad secunda vota, nisi sit de eius morte certificata, & si fecerit, & vir redeat, illi adhærere debet. nu. 15.*
16 *Constitutio declaratoria non extenditur ad præterita habentia contrariam consuetudinem.*

CAP. V.

VAS DVDVM. Qui cũ duabus contrahit sponsalia de præsenti, habebit primã, etiam si secundam, & nõ primam cognouerit, nec valet contraria consuetudo. h. d. communis diuisio. secunda ibi, ne verò. & in tex. ibi, desponsasset. dic, scilicet per verba de præsenti. & ibi, turpis. dic, verba sunt beati Augustin. in lib. 3. confessionum. & ibi, frustrãtur, dic, id est pro nihilo sunt. & ibi, legitime, dic s. interueniente consensu. & ibi, maxime.

1 ¶ Primò no. ꝙ circa sacramenta † ecclesiæ inferiores debent se conformare ecclesiæ metropolitanę, facit. c. ad abolendam. de hæret. vide glo. in c. 1. de sum. Trin. & fi. cat.

¶ Secundò no. ꝙ ad essentiam matrimonij non est necessaria carnis copula, sed sufficit solus cõsen-
2 sus de præsenti, † & hoc probatur hic, & 27. quæst. 2. cap. sufficit. nam illud dicitur sufficere quod ad eius substantiam aliud non requirit, vt no. glo. in c. statutum. de rescrip. lib. 6. dixi in c. tua. sup. de spon. art. 14. q. 3. & 6.

¶ Tertiò no. quod etiam post contractum matrimonium per verba de præsenti potest mulier dici sponsa. dixi in c. licet. sup. eo.

¶ Quartò no. ibi, de cætero contrahendis. ar. ꝙ matrimonia contracta ante istam constit. uidentur fuisse ualida, nam de natura istius verbi, de cætero,
3 est, † quod constitutio duntaxat futura respiciat, ut no. glo. in verbo, de cætero. in proœmio. 6. & glo. in c. licet, de elect. lib. 6. & glo. in clemen. 1. de electio. Io. An. in c. contingit. de sententia excom. & Guli. in clemen. 2. de priuil. sed in contrarium ego allego, quod illud uidetur procedere nisi dispositio emanaret super eo quod esset iuris diuini, quia tũc etiam ad præterita refertur, licèt in constit. apponatur verbũm, de cętero, vt est tex. iunctis his, quę no. Io. An. in cap. cum Christus. de hæret. dixi etiam in clem. 1. de elect. sed latius in c. fi. sup. de const. & vide ad hoc quod dixi in cap. 1. supra eod. in quarta quæst. princip.

¶ Quintò no. illud, ad quod quotidie allegatur, quod turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, verba sunt Beati Augustin. in lib. 3. confessionum.

¶ Glo. 1. sentit duas oppositiones, & soluit. in ea. glo. ibi, contractus est perfectus per solum consensum, aduerte, quia glo. non debet intelligi ruditer vt videatur velle, quod solus iste contractus perficiatur solo consensu, quia etiam plures alij contractus sunt, qui consensu perficiuntur, de quibus in l. consensu. ff. de actio. & oblig. & Instit. de obliga. quæ ex consensu, per totum. sed debes intellegere quod contractus matrimonij est perfectus per solum consensum, per quẽ solum consensum translatum est plenum ius, ita ut traditio corporalis nihil addat, quod non est in venditio. donatio. & cæteris contractib. qui etiã consensu contrahuntur, in quibus ad suam essentiam requirunt traditionem, & rationem diuersitatis prosequũtur hic Hostien. D. M. & Docto. Sed tu dic, ut latè dixi in c. 2. supra eod. in 4. quęst. princ. & vtrum Papa possit statuere, vt per secundum matrimonium consummatũ tollatur primum, tradit hic D. M. tu dic, vt latè dixi in c. præceden. in 7. q. princ.

¶ Postremò extra glo. iuxta pręmissum ordinem in rubr. superest, vt examinemus. 8. quæstio. princ. & sequentes.

¶ Octauò igitur principaliter quæro, qua pœna
4 puniantur cõtrahentes † bina spõsalia. ¶ Sol. Dic, quod aut quis cõtrahit bina sponsalia de futuro, & de iure ciuili efficitur infamis ipso iure, vt l. 1. & l. quid ergo. §. si quis. & §. quod ait. ff. de ijs qui no. infa. tenet gl. in l. eum qui duas. C. ad l. Iuliam de adulterijs, Hostien. in sum. eo. tit. §. quam pœnam. & idẽ si vnam habet in sponsam, & aliam in vxorem, ut no. gl. 1. in d. l. eum qui, per d. l. quid ergo. §. 2. quod intelligo, quando vtramque simul retineret, quod innuit tex. in d. l. 1. in fi. ff. de infamib. & tenet Salic. in l. 1. C. de spons. Secus si sponsam per prius habitam renuntiasset antequam secundam sponsam, vel vxorem caperet, quia tunc non incurreret infamiã, vt arbitror, ex quo hoc facere potest iure permittente, vt l. 1. C. de spon. debet tamen seruare certas solemnitates, de quibus dixi in cap. pe. supra de spon. ar. 31. versi. primo nota. Sed tamen talis qui à spon. sine legitima causa discederet, amittit arras, de quo vide quę latè dixi in c. Gẽma. sup. de spon. ar. 21. quæst. 8. & nouem sequentib. qq. & prædicta procedunt si habens sponsam accipit aliã sponsam, vel contrahit matrimonium carnale cum alia, secus si contraheret spirituale matrimonium, transeundo, s. ad religionem, ad quod vide quod dixi in d. c. Gemma. ar. 21. quæst. 6. vers. 6. facit. fortius ergo ipso iure efficitur infamis qui bina spon. de præsenti contrahit, vt d. l. eum qui duas. quamuis enim secũdum matrimonium non teneat, tamen imperator non iuris effectum, sed animi destinationem puniri voluit, vt d. l. eum qui. vbi etiã punitur in amissione rerum suarum, ut dicit glo. fi. in d. l. eum qui. & talis etiam pœna dupli puniendus est, vt no. in d. l. eum qui duas, & in l. 2. C. de incestis nupt. & ibi Salic. Insuper etiam punitur, quia si vir fecit donationem mulieri, & rem donatam tradidit, repetere non potest, & vir etiam videtur amittere donatio. propter nuptias, & vxor dotem, distinguendo tamen inter scien-

ſcientem, & ignorantem, ac etiam inter errantem, & non errantem, & ignorantiâ iuris, & facti, ſecundum ea quæ latè traduntur per Doct. maximè Sali. in l. ea quæ. C. de dona. ante nuptias. & in l. qui contra. C. de inceſtis nupt. & q̃ tradit gl. fin. in d. l. eum qui duas. C. de adult. & quod traditur in l. cum hic ſtatus. §. pen. ff. de donat. inter virum & vxorem, ad quod vide quod latiſsime dicam infra, qui matrim. accu. poſ. 34. ar. vbi plenè tractabo qua pœna ſint puniendi contrahentes nupt. prohibitas, & prædictæ pœnæ ſunt communes tam maſculis quam fœminis, vt d. l. 1. in fi. ff. de infa. tenet D. M. in cap. 2. ſup. eo. vbi dicit, quod credit, quod eccleſia poſsit imponere pœnam in foro iudiciali, quia iſti abuntur ſacramento matrimonij, & ſic committunt ſacrilegium, quod eſt mixti fori, & ſic tam eccleſiaſticus quam ſecularis poteſt cognoſcere, ut in c. cũ ſit generale, ſupra de foro compe. & ibi plenè dixi, & ſic eſt locus præuentioni, de qua materia pleniſsime dixi in cap. pen. de foro competen. tetigi in c. ex parte. ſup. de ſpon. ar. 24.

¶ Et prędicta vendicant ſibi locum in foro con-
5 tentioſo, in foro autem pœn. † tex. in c. 2. ſupra eo. vult, quod qui accipit in vxorem quã alter ſibi deſponſauerat, 40. diebus in pane, & aqua, cum 7. ſequentib. annis pœnitere debet. ſ. ad arbitrium ſacerdotis, & eſt hoc regulare, quod pro quolibet peccato mortali tanta pœnitentia imponatur. 33. quæſt. 2. ca. hoc ipſum. niſi ſacerdos ex cauſa ipſum tempus abbreuiauerit, ſecundum Dominum meũ, per tex. infra de pœniten. & remiſ. cap. Deus qui, & de pœniten. diſt. 1. cap. quem pœnitet, & cap. menſuram. & dicunt Pet. & Abbas, quod in iſto ſeptennio ieiunabit ſexta feria, vel aliquid aliud aget, vt videbitur confeſſori, & ſequuntur Ioan. An. & Dominus meus, facit d. c. hoc ipſum, & ita dicũt intelligenda omnia iura, quæ imponunt pœnitentiam per numerum dierum, vel annorum, non ſpecificando modũ pœnitentiæ. hæc tñ pœnitentia olim locum habebat, hodie tamen oẽs pœnitentię ſunt arbitrariæ, vt dixi.

¶ Et aduerte, quia etiam licet illis, qui ſine iuſta cauſa recedunt à ſponſ. de futuro, imponere pœnitentiam, de qua in cap. 1. ſup. eo. & hoc propter fidem mentitam, vt ibi, & in cap. pen. ſupra de ſpon. quæ autem ſint iſtæ iuſtæ cauſæ diſſoluendi ſponſalia de futuro, dixi plenè in cap. pe. ſupra de ſponſa. ar. 31. quanta autẽ debeat eſſe iſta pœnitentia, gl. 2. in d. c. 1. dicit, quod forte erit trium annorum, per tex. 27. diſtin. c. ſi vir. loquitur enim de eo, qui poſt emiſſum virginitatis votum vxorẽ duxit; ſed dicit Zab. q̃ pœnitentia erit arbitraria per tex. & iura ſuperius allegata. Punitur etiã ille, qui alteri deſponſatam de præſenti duxit in uxorem, † nam punitur
6 etiam alia pœna, quia ſi eam cognouit, nunquã poteſt illam habere in vxorem, vt in cap. 2. ſupra eod.

¶ Quod intellige viuente primo viro, & hoc eſt indubitatum, vel etiam mortuo primo viro, ex anti quo conſenſu, ſed ex nouo conſenſu poſſet illã ducere in vxorem, ſi illam viuente primo viro non cognouiſſet; vt in cap. pen. & ſi. infra de ſecun. nupt. ſecus ſi viuente primo viro eam cognouiſſet, & ſic adulterium commiſiſſet, vt in cap. fi. infra de eo, qui du. in matrim. quam pol. per adul. vbi principaliter videbimus de materia.

¶ Per contrarium verò ſi aliquis vxore ſua viuẽ-
7 te contrahit † cum ſecunda, quæ ignoraret ipſum aliam habere vxorem, mortua prima tenetur adhærere ſecundæ, & ſic ad petitionem viri non ſeparatur à ſecunda, quamuis dicat ſecundum matrimonium non tenuiſſe, vt in cap. 1. infra de eo, qui dux. in matri. quam pol. per adul. quod tamen procedit, vt dixi, ſi mulier fuit ignara, ſecus ſi fuiſſet ſciẽs. ſed licet à principio mulier fuiſſet ignara, ſi tamen poſtea fuerit certificata, & permiſerit ſe cognoſci, in perpetuum non poterit eſſe vxor illius, vt d. c. fi. inf. de eo, qui duxit in mat. quam pol. per adult. & in c. de eis qui. infra de ſecun. nup. & 34. q. 2. ca. cum per bellicam, &c. ſi virgo. ſi ergo mulier fuit ignorans, vir ad petitio. ſuã tenetur ſibi adhærere, ſed ipſa ad petit. viri non tenetur illi adhærere, & ſic hoc caſu propter diuerſitatem rationis, contractus videtur claudicare, quia vir fuit ſciens, mulier verò ignara: ſi tamen vir mortua prima vxore contraheret cum alia, tenet matrimonium, ſecundum glo. fi. in d. c. 1. infra de eo, qui du. in ma. per cap. pend. eo. tit. & ibi no. dicit tamen Hoſt. in d. c. 1. quod viro imponitur pœnitentia de contemptu, ſi forte contempſiſſet adhærere ſecundæ vxori.

¶ Similiter etiam eſt aduertendum, quod ſi vir contraxit matrimonium cum aliqua habẽte alium virum de quo erat ignarus, tenetur mulier ad petit. ſecundi viri illi adhærere mortuo primo viro, ſed vir non tenetur adhærere vxori, ſecundum Innoc. in dicto cap. 1. & ſic arbitror, quod ſi mulier alteri nuberet, quod valeret matrimonium, ſed ex contemptu eſſet ei pœnitentia imponenda, & ſic prædicta hincinde habita conſideratione vir & mulier non iudicantur ad imparia, nec contractus diceretur claudicare. & ſi forte aliquis, viuente prima vxore, non ſolum cum ſecunda, ſed cum pluribus alijs, forte decem mulieribus cõtraxerit, prima mortua, poteſt vir gratificare cui voluerit, & illam quam de hoc poſtea certificatam cognouerit, vel in quam primo conſenſerit, erit vxor, vt patet ex præmiſſis, non tamen erit vxor ex antiquo conſenſu qui nullus fuit, ſed ex nouo conſenſu tacito, vel expreſſo: vnde dicit Hoſtien. quod ſufficit qualitercunque conſtet de nouo conſenſu, verbo, vel facto: verbo, videlicet ſi dicuntur verba conſueta ad matrimonium, vt in cap. penult. ſupra de ſponſa. de quo dixi latè in cap. tua, eodem tit. artic. 14. facto verò inducitur nouus conſenſus, ſi vtroque certificato ſequitur copula, vt in cap. veniens. infra de eo, qui duxit in matrimo. & in cap. fina. infra de coniugio ſeruo. & ff. de iure dot. in l. Proculus. nam copula, etiã de expreſſo ſiue tacito conſenſu facit matrimoniũ, vt dixi in cap. is qui fidem, ſupra de ſpon. no. Hoſt. in cap. tua, eod. tit. ſufficit ergo, quod conſentiat ipſo facto, ut etiam tenet Hoſtien. in cap. penul. infra de eo, qui du. in matrimoniũ. refert tamẽ quoſdam dicere, quod expedit, quod eam de nouo deſponſet, quod tamen eſt falſum, per tex. in dicto cap. pe. in quantum ibi mandatur dari licentia, quod adhæreat ſecundæ, nec aliquid dicitur ibi, quod contrahat: ſufficit ergo tacitus conſenſus. dicit tamen Hoſtien. quod viro debet imponi pœnitentia, eo quod decepit eccleſiam, ut in cap. cum in apoſtolica. ſupra de ſpon. Et in eo, quod dixi ſupra de conſenſu,

per

per verba, videtur ſentire, quod ſufficiat etiã ſi non ſunt certificati, nam ſaltem tenet nunc matrimonium tempore habili. Inno. verò dicit, quod etiam ſola cohabitatio prẽter copulam facit matrimoniũ. *dicit enim*, quod mulier, quæ non deliquit poteſt à viro recedere, cũ nõ teneat matrimonium, & hoc, *ſi poſt*quam ſciuit impedimentũ, nullo modo conſenſit, quia ante mortẽ primæ uxoris non fuit matrimonium, nec poſt mortem, ſi ſecunda à viro diſceſsit, vel alia ſigna diſſenſus oſtendit, licet ipſa forte ſine iudicio eccleſiæ receſsit, quod facere nõ debuit, vt in c. porrò. infra de Iudæ. & ideo glo. in d. c. 1. infra de eo, qui du. in matrim. dicit, quod etiam mortua prima, & ſic ceſſante illo impedimento, cõ ſenſus ille non ſufficit ad matrimonium, quia intelliguntur durare in primo conſenſu qui fuit erroneus, & idem not. in ſimili in c. fi. infra de coniug. ſeruo. & hanc opin. tenuerunt Alan. Tancre. Vinc. Goffred. & Philip. Sed ſi de nouo conſentirent, ſiue expreſsè contrahendo per verba apta, ſiue tacitè cohabitando in domo, vel alio modo, aut per copulam, & de nouo, matrimonium dicitur contractum, ſecundum Innoc. qui plus voluit, quod non tantum per nouum conſenſum, ſed etiam per veterem hoc fiat: quia licet ille conſenſus eſſet nullus de iure, tamen ex quo effigiem matrimonij geſtabat, ſufficit, ex quo præſumuntur in eadem voluntate permanere, ar. C. de nupt. l. nuptię. & ff. de ritu nup. l. nuptiæ. & l. ſi quis. & l. eos, & eſt verum: quia, ſublata cauſa impedimenti, videtur ſufficere ſola cohabitatio conſenſus inductiua, non vt ex tunc, ſed vt ex nunc. & quod dixi de verbis aptis, ſeu formatis, vide quod dixi in cap. tua. ſupra de ſponſa. artic. 14. queſt. 3. & art. 16. & dicit Innocen. in dicto cap. 1. de eo, qui cogn. conſang. vx. ſuæ, quod non facit vim, vtrũ vir ſciuerit primam mortuã, nec ne, ſed ſufficit, q̃ cõſentit eo tempore quo poteſt eam habere in uxorem. 27. quæſtio. 2. cap. ſufficit. ſed ſolum facit vim, vtrum ſecunda mulier bona fide contraxerit ignorans eum habere aliam vxorem, propter quod dicit, quod ſi poſt mortem primæ vxoris remanent coniuncti, ſiue ſciuerint de morte prioris vxoris, ſiue non, ſeparari non poterunt, cum ſemel conſenſerint in matrimonium eo tempore quo poterant contrahere, & ad prædictam materiam vide quæ tradit glo. ſ. in c. ſignificauit. infra de eo, qui cogno. conſang. vx. ſuæ.

¶ Sed cõtra prędicta opponitur: videtur enim, q̃
8 ex conſenſu veteri non poſsit † cõfirmari matrimonium q̃ nullum fuit, vt l. 2. ff. commoda. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & in regula non firmatur. de reg. iur. lib. 6. ¶ Sol. dicit Inno. q̃ hic ſpeciale in matrimonio ar. ſupra de deſpon. impu. cap. duo, & cap. acceſsit, & cap. atteſtationes. ſed tamen hoc nõ videtur bene probari iure. vnde Innoc. ſecundo loco ſoluit, quod generaliter verum eſt, quod quotieſcunque ex alicuius conſenſu pendet, quod aliquid valeat, ſi eius conſenſus accedit tacitus, vel expreſſus, dummodo talis ſit, quod à iure non improbetur, quod prius factum eſt, etiam ſi prius non valebat, tamen nunc quaſi ex nouo conſenſu valere incipit. ff. de offic. proconſu. l. obſeruare. §. fin. & ff. de donat. inter virum. l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus, & C. communia vtriuſque iudicij.

l. 1. & 2. & præcedens conſenſus trahitur ad vltimũ. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædio. l. per fundum. & per nota. in cap. 1. de deſpon. impube. lib. 6. ex quibus apparet, quod vera eſt ſecunda ſolut. Innocen. prædicta tamen procedit, ſecundum Innocen. ut dixi, quando mulier ignoraſſet primam vxorem, vel per tacitum conſenſum non ratificaretur matrimonium, vt dixi. & aduerte, quia, vt etiam ſuperius tetigi, quod debuit eſſe ignara non ſolum tempore contracti matrimonij, ſed etiam toto tempore durantis matrimonij.

¶ Nonò principaliter quæro, qualiter in hac ma-
9 teria concipiantur † libelli. ¶ Sol. Dic, quod aut agitur vigore ſponſalium de futuro cum duobus contractorum, & tunc ſic concipe libellum.

Coram &c. propono contra B. quod licet cum ea ſpon. contraxerim, ipſa tamẽ matrimonium mecum conſummare detractat, aſſerens ſe cum alio ſpon. contraxiſſe, quare peto per vos cogi dictam B. vt ſponſalia mecum contracta debeat ſeruare, & matrimonium contrahere, & conſummare, non obſt. ſponſalib. quæ aſſerit poſtea contraxiſſe, & ad prædicta peto ipſam B. ſententialiter condemnari, ſecundum Specul. eod. tit. in princ. per cap. 1. ſupra eod. & per cap. ſicut ex literis. ſup. de ſpon. ad quod vide quod dixi ſupra eo. cap. 1. quæſt. 3. & ſimili modo poteſt mulier contra virum libel. concipere verbis competenter mutatis. facit cap. præterea. & cap. ex litteris. 2. vbi de hoc, & c. requiſiuit, ſup. de ſpon.

¶ Sed aduerte, quia quamuis hæc forma ſit bona, non tamen videtur eſſe multum vtilis, quia etiam mota lite poteſt reus cum alia, vel cum alio contrahere per uerba de præſenti, & ualebit ſecundum matrimonium, etiam lite penden. contractũ, ut dixi in cap. 2. ſupra eod. in 6. quæſtio. principali, quare cauere debet actor ne ſe inanibus ſumptibus vexet. l. 2. ff. de inofficioſo teſtamen. & prætera ſeipſum uituperet, nec pœnam petere poterit, quæ in matrimonijs improbatur, ut dixi in c. Gemma. ſupra de ſponſa. art. 20. ſecundum Specul. in tit. de ſponſa. §. reſtat, in princ. & in tit. de ſponſa duorum, in princ.

¶ Si verò mulier cum utroque contraxiſſet
10 per verba de præſenti, ſic concipe † libellum.

Coram &c. propono contra B. quod licet matrimonium cum ea legitime contraxeris per verba de præſenti, ipſa tamen matrimonium mecum conſummare recuſet, aſſerens ſe cum alio poſtmodum contraxiſſe, ac ſe ab illo cognitam extitiſſe, quare peto per vos eam cogi mecum matrimonium conſummare, non obſtan. quod cum ſecundo ſe aſſerat contraxiſſe, & ad hoc ipſam ſententialiter condemnari peto, ac etiam illud ſecundum matrimonium de facto contractum pronuntiari non tenuiſſe de iure, vt in cap. 1. & 2. ſup. eo. & hic. tract. Spec. eo. tit. in fi. ad quod uide quod dixi in cap. 1. ſupra eod. in 4. quæſt. princ. & eo. modo, per contrarium mulier libellum ſuum concipere poteſt in virum, uerbis congrue mutatis.

¶ Decimò principaliter quæro, vtrum ex aliqua
11 cauſa contrahentes bina † ſpon. poſsint excuſari. Sol. Dic, quod ſic.

¶ Primò excuſatur in omnibus caſibus in quibus dixi aliquos poſſe bina ſponſal. contrahere, de

quibus dixi in ca.præceden.quæſt.7. fallen.1. & ſequentibus.

¶Secundò excuſantur quo ad pœnam infamiæ quam incurrunt, vt dixi ſup. q.8. à qua excuſantur filij, ſi iuſſu patris in cuius ſunt poteſtate, cõtrahãt, & patres eorũ infamia notantur, vt l.liberorũ.§.fi.& l.qui iuſſu, & ſeq.ff.de ijs qui no. infa. ad quod vide quod dixi in c.fi. ſup. tit. 1. q.6. Sed hodie forte contrarium de filijs dicendum videtur, cum filij in matrimonijs contrahendis patris voluntatem non teneantur ſequi, ſecundum ea, quæ dixi in ca.ſicut, ex litteris.ſupra de ſpon.arti.12. tenet Hoſt. in ſum. eod.tit.§.fi. verſ.2.

¶Tertiò excuſatur quis à prædictis pœnis, & pœnitentijs, propter probabilem ignorãtiam, eo quod accipiens ignoraret illam alteri deſponſatũ. 34.q.2. c.in lectum, & infra de ſecun.nup.c.dominus. tenet Zab. in c.licet.ſup.eo.& adeo excuſatur, quod filij
12 nati † ex tali matrimonio ſunt legitimi, ſecundum Tancr.& gl.in c.1.inf.de eo, qui duxit in matrimonium. dummodo matrimonium fuerit cõtractum ſeruata forma de qua in c.fi.ſup.tit.1.ſecundũ Zab. & vide quod ibi dixi in 12. q. princ. verſ.circa 8.& dicitur mulier inſcia, quando omnino nihil ſcit, ſupra de reſcr.cap.cum contingat, ſecus ſi aliquo modo audiuiſſet, vel per famam, vel vnum teſtem, vt in c.præterea.2.ſup.de ſpon.& infra de conſan.& affi. c.ſuper eo. nam hoc intellecto debet mulier mittere ad epiſcopum illius viri, ſine cuius epiſcopi licentia, & litteris iſte vir non debet contrahere, ad quod vide quod dixi in c.tua.ſup.de ſpon.artic.16. verſic.quamuis enim.

¶Aduerte tamen, quia alleganti ſcientiam incumbit onus probandi. ff. de probat. l.verius, & in reg.præſumitur, de reg.iu.lib.6.& excuſatur mulier ſi de prima vxore non fuit certificata, nec tenetur credere cuilibet leui informationi, vt in ca.inquiſitioni.inf.de ſent.excom. ſecundum Hoſtien.Zaba. & Pet.in c.pen.inf.de eo, qui cogn.conſan.vx.ſuæ.

¶Sed pone, vir confitetur ſacerdoti, quod habet primam vxorem, & ſuper hoc per ſacerdotem
13 facit monere mulierem, † dicit Hoſt. quod adhuc ſecunda vxor non tenetur credere; nã talia poſſent in fraudẽ fabricari ſeu procurari, vnde ipſa poterit etiam hoc non obſt. debitum exigere, dummodo ſanam habeat conſcientiam, ſup. ut li.pen.c.laudabilem. vir autem ſi veritatem dicit, non exigat, nec reddat, ſed potius excõmunicationẽ ſubſtineat, vt d.c.inquiſitioni. quia ex quo coram eccleſia acquiſitum eſt ius, vel probatio facta, ſup.de clandeſti.de ſpon.c.2.adhoc, vt ſecundo viro teneatur credere, debet fieri fides in iudicio, vel alio modo, ita quod ipſa certificetur. infra de ſecund.nup.c.dominus. ſi verò matrimonium fuit clandeſtine contractũ, nec poſtea per eccleſiam approbatũ, debet quam cito aliquid audit, à carnalib.complexibus abſtinere, ar. inf.qui fil. ſint legi. c.perlatum. ſup.tit.prox. cap.fi. §.ſi quis verò, & ſequitur Zab.in cap.præced.

14 ¶Aduerte tamen, quia licet vir † iuerit in exercitum contra Saracenos, vel in regionem longinquam, antequam ſciatur, vtrum ſit viuus, vel mortuus, licet diu ſteterit, & uxor iuuẽcula ſtimulis carnis reſiſtere non poſſit, tamen ad ſecunda vota non tranſibit, quouſque certum nuntium de morte viri receperit, vt in c.in preſentia, de ſpon.& vide quæ ibi dixi de modis probandi mortẽ, maximè in 3.q. dicetur autem certus nuntius, ſi eſt ille ſub quo militabat, vel ſocius ſuus bonæ famæ, & honeſtus, qui bene nouerit mortem eius: ſi enim talis coram epiſcopo loci iureiurando illum fore mortuum depoſuerit, lapſo anno ſecundum l.incontinenti nubat in domino: ſi verò prædictis non ſeruatis nupſerit, tam ipſa, quam ille cui ſecundo iungitur, vel vt adulteri puniuntur, quod hodie ſecundum canones intelligendum eſt. ſ. ex quo certificati ſunt de vita prioris: ſed ſi dictus nuntius deierauerit, & mẽtitus fuerit, in libris x. auri tenetur obnoxius, vt in l.vxor. & authen. hodie. C. de diuor. & in Authẽ. vt liceat matri, & auiæ. §.quod autem. collat.8. non ergo requiritur probatio, ſed veriſimilis præſumptio, vt ſup. ut li. non conteſt. c.quoniam. §. ſi verò alter. vel dic, quod refert vtrum præſens uelit matrimonium accuſare, & canonicum probare impedimentum, & tunc ſufficit veriſimilis preſumptio, vt puta fama, de quo tamen dic, ut dixi in c. cũ in tua, ſup. de ſpon. ar.27. maxime. q.7. & ſi forte uir redi-
15 ret, † debet ſtatim diſcedere à ſecundo, & redire ad primum, ꝙ ſi non facit, adultera iudicatur. 34.q.2. c.cum per bellicam, &c. cum in captiuitate, & ca.ſi uirgo. quod ſi non ſeruauit prædicta, ſed nupſerit, licet hoc facere non deberet, cum fama communis eſſet in ciuitate, quod mortuus erat, licet non poſſit debitum exigere exacta, tamen reddere põt ſine metu adulterij, niſi ipſa procurauerit talem famam & rumorem, quia tunc adultera eſſet. ff. de adulter. l.miles.§.mulier, & uide ad prædicta Hoſti. in ſum. eod.tit.§.an liceat, & quæ latè dixi in cap.in preſentia, de ſpon.& quod dixi in quæſt.preced. uerſ.no. tamen, quod pendente.

¶Quartò uidentur excuſari prętextu conſuetudinis. Sed aduerte, quia quæſt. uidetur procedere, ſi forte conſuetudo habet, ꝙ ſecundũ matrimonium carnali copula conſumptum prævaleat primo non conſummato, & hoc caſu dic, quod ante deciſionẽ cap. noſtri tales excuſabantur, quia tex. iſte dicit decætero, quaſi dicat, ſecundum Hoſt. ea quæ hactenus prætextu talis conſuetudinis acta ſunt, toleramus. ſic ſupra de conſecr. eccl. uel altaris. c.aqua, & in talibus poteſtatem habemus, ut hic dicit glo. facit, quod no. glo. in cap. 1. de poſtu. prælato. lib.6. maxime quia ſic interdum fuerat per Roma. Pont. iudicatum. ſupra eod. c.licet. unde dicebat ibi Vincen. quod tunc erat matrimonium cum ſecunda, ſed hodie non, ſicut olim erat matrimonium inter conſanguineos, hodie non. 30.quæſt. 1. cum igitur hodie. ergo tales non excuſarentur. facit, quia con-
16 ſtitutio † etiam declaratoria nõ extenditur ad præterita habentia contrariam conſuetudinem, quaſi ratione conſuetudinis illa debeant tolerari, per no. per glo. ſingularem in cap. cum conſuetudinis. ſup. de conſue. & in c.1. de poſtul. præl. li.6. dicit tamen D.M. quod illi tex. poſſent in cõtrariũ adduci, & ꝙ in illis dicitur de cætero, quaſi ſecus eſſet ſi dictum uerbum non fuiſſet appoſitum, ut in cap. cum tu. infra de uſu. Sed tu uide ad prædicta quæ latiſsimè dixi in cap. fin. de conſtitutio. artic. 5. uerſic. prędicta fallen. recipit, & cap. fina. de conſuet. artic. 18. dicit tamen hic Hoſt. quod licet ante hanc conſtit. matri-

monij poſsit tolerari propter conſue. tamen illi qui habuiſſent malam fidem, non fuiſſent excuſati prætextu conſuetudinis, etiam reſpectu temporis prætériti, ſed ſolũ fuiſſent excuſati ſi habuiſſent bonam fidem, quia ſufficeret fides bona, licet deficeret ſacramentum, ut in cap. debitum, de biga. & infra de presbite. non bapt. c.ueniens.

¶Quintò excuſaretur ſi Papa ſtatueret, quod per ſecundum matrimonium conſummatum tolleretur primum etiam de præſenti non conſummatum, quoniam circa matrimonium non conſuma-
17 tur latiſsima † videtur eſſe poteſtas ſummi Pontifi. ſed ad hoc vide quæ latè dixi in cap.præced. quæſt. 7. fallent. 4. Obtentu verò alicuius compoſitionis, aut alicuius fragilitatis carnis non excuſatur, vt in cap. fina. ſupra de tranſac. & in cap. in preſentia. ſupra de ſponſal. tradit Hoſtien. in ſumma, in titu. de matrimonijs. §. quale, verſic. 9. & ex his, Deo duce materia huius tit. ſolemniter, clare, & ordinatè eſt expedita.

De Conditionibus appoſitis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apponi poteſt in quibuſcunque diſpoſitionibus, regulariter.*
2 *Conditio, quid ſit, & quot modis accipiatur, & nu. 3. 4. 5. 6. Reprobatur definitio glo. nu. 7. Bar. num. 8. Hoſt. nu. 9. Bal. nu. 10. Ab. nu. 11. Authorque ſuam ponit, nu. 12. quam declarat, nu. 13.*
14 *Conditio quæ poteſt intelligi de præterito, præſenti, vel futuro, in dubio intelligitur de futuro.*
15 *Conditio, per quæ verba fiat, & qualiter introducatur.*
16 *Diſpoſitio, & conditio differunt.*
17 *Relictum nomine dotis, an habeat in ſe conditionem nuptiarum.*
18 *Verbum, conditio, an faciat actum conditionalem. & num. 19.*
20 *Nomina relatiua, an inducant conditionem. Quid de diſtributiuis. num. 21. Quid de relatiuis referentibus ſubſtantiam. nu. 22.*
23 *Conditio, an inducatur per verbum, an per pronomen, nu. 24. per participium. num. 25. 26. An per præpoſitiones. num. 27.*
28 *Præpoſitio, in, an inducat conditionem.*
29 *Aduerbia, an inducant conditionem, & ibi de pluribus aduerbijs. Quid de aduerbio, dum, nu. 37.*
30 *Dictiones, ſi, & cum, in quibus differant. nu. 31.*
32 *Aduerbia affirmandi, an inducant conditionem. Quid de aduerbijs temporis. nu. 33. Quid de aduerbio, quamdiu. 34.*
35 *Mulieri ſi ſint legata x. quandiu nubit, an debeantur ſingulis annis, vel pro toto tempore.*
36 *Seruitutes conſtitui non poſſunt ad tempus.*
38 *Dictio, Dummodo, an inducat conditionem. Quid de dictione, Quãdo, 9. Poſtquam, 40. Vbi, 41. Quatenus 42. Ne 43.*
44 *Secundum, quandoque eſt dictio, quandoque nomen, & quando exponatur cauſatiue in conceſſione emphyteuſis. nu. 45.*
46 *Damnatus ſoluere vnum par caponum, ſecundũ quod ſui anteceſſores ſoluere conſueuerunt, non dicitur conditionaliter, ſed pure damnatus.*
47 *Coniunctiones, an inducant conditionem.*
48 *Dictio, ſi, præcedente copula, &, accipitur pro, quãuis.*
49 *Cum, quandoque eſt coniunctio, & quandoque aduerbium.*
50 *Dictio, niſi, an faciat conditionem.*
51 *Verba iudicis, qualiter debeant interpretari.*
52 *Coniunctio, alioquin, quam vim habeat.*
53 *Dictio, alias, cuius naturæ ſit.*
54 *Coniunctio, ſiue, quam naturam habeat.*
55 *Coniunctiones copulatiuæ, quid operentur.*
56 *Gerundium, an faciat conditionem. Quid de ſupinis. nu. 57.*
58 *Dies incertus adiectus ſubſtantiæ legati, facit conditionem.*
59 *Tempus ætatis appoſitum legato per dictionem, ſi, an faciat legatum conditionale.*
60 *Dictio, cum, principaliter denotat tempus, ſecundario conditionem.*
61 *Appoſitio tẽporis certi ætati honorati, quid operetur.*
62 *Tempus incertum licet adiectum ſit præſtationi, & non diſpoſitioni, facit conditionem.*
63 *Tempus adiectum ætati tertij, facit conditionem, niſi libertatis fauore.*
64 *Cauſa pia, & libertas, æquiparantur.*
65 *Legatum, inſtitutio, vel ſubſtitutio, intelligitur eſſe conditionalis, licet non fiat mentio certæ ætatis, certi dici, vel incerti, ſi tamen ſolius mortis mentio fit.*
66 *Expreſſio conditionis omnino extituræ, & cuius euentus ſit certus, an & quando, non facit conditionem.*
67 *Ablatiui abſoluti, an, & quando inducant conditionem.*
68 *Conditio, quæ tacitè ineſt, an & quid operetur. & nume. 69.*
70 *Obligatio omnis, vel diſpoſitio, quæ habet in ſe dependentiam, eſt conditionalis, ſiue ſit conditio expreſſa, ſiue tacita.*
71 *Dictio, ex nunc, denotat diſponentis actum, non conditionis purificatæ effectum.*
72 *Obligatio de præſenti non poteſt contrahi ſuper re de futuro.*
73 *Obligatio certa, an, & quando, non poteſt eſſe conditionalis.*
74 *Dies certa non facit conditionem.*
75 *Obligatio ſecundaria, & pœnalis, vel fuit, vel eſt conditionalis, & ideo liquidanda.*
76 *Obligatio, quæ non eſt tranſmiſſibilis, & pura, reputatur conditionalis.*
77 *Verba, quæ poſſunt importare conditionem, & modum, in dubio important conditionem.*
78 *Conditionis diuiſio multiplex.*
79 *Subſtitutio facta filio, quandocunque deceſſerit, ſimpliciter habet in ſe tacitam conditionem, ſi filius ſine filijs deceſſerit.*
80 *Promiſsione, vel iuramento de ſoluendo, quæ conditio tacitè ſubintellagitur.*
81 *Conditio tacita, niſi liberos habuero, ſubintelligitur in promiſsione de donando.*
82 *Conditio tacita dicitur quatuor modis.*

83 *Conditionum plures ſpecies per diuiſiones enumerantur.& nu.84.88.89.cum quatuor ſeqq.*
85 *Conditio quæ faciliter poteſt impleri,dicitur poteſtatiua,vel habet effectum poteſtatiuæ.*
86 *Vxorem ducenti dicitur, nauigaſti . coniugatus enim & nauta æquiparantur .*
87 *Conditio mixta,quæ ſit .*
94 *Conditiones,ſuper quibus diſpoſitionibus apponi valeant, & quales.*
95 *Conditio,quæ, & qualis apponi poſſit , vel non ſuper ſponſalibus, vel matrimonijs,& nu.98.cum quinque ſeq.& num.111.*
96 *Matrimonium conditionale habet vim ſponſaliorum de futuro .*
97 *Matrimonium contractum ſub conditione poſſibili,& honeſta , purificata conditione ex primo conſenſu remanet matrimonium , niſi conſenſus probetur mutatus .*
104 *Conditio adiecta mulieri , ſi nuberet arbitrio talis , reijcitur .*
105 *Mulier contrahens matrimonium cum aliquo,ſi patri placuerit , an poſſit retractare , antequam veniat conſenſus patris.*
106 *Matrimonium contractum ſub conditione , ſi Papa diſpenſauerit, an valeat.*
107 *Fieri quod poteſt per vnum ſolum , dicitur fieri non poſſe .*
108 *Actus,vt retro extendatur , oportet quod potuerit à principio intercedere.*
109 *Obligatio aliqua naſci non poteſt ex pacto à iure improbato .*
110 *Contrahens matrimonium cum vna ſi ei daret centum, & cum alia ſimiliter, cum qua dicatur matrimonium contraxiſſe .*
112 *Contractus omnes etiam per verba de præſenti facti ſub conditione , non dicuntur perfecti, ſed ſuſpenduntur in eucntum conditionis.*
113 *Pecunia quę interuenit in matrimonijs, nō datur pro precio ſacramenti , ſed pro oneribus matrimonij.*
114 *Sponſalia de futuro ſoluuntur per matrimonium de præſenti .*
115 *Copula carnalis in ſponſalibus , quid operetur .*
116 *Sponſalia contracta ſub conditione , ſi te virginem inuenero, an valeant.*
117 *Conditio , ſi in primo coitu mihi placueris , reijcitur in matrimonijs.*
118 *Matrimonium contrahi poteſt ſub conditione . Sed plures recipit limitationes, vt ibi. & nu.124.125. 126.129.130.134.*
119 *Conditio contra ſubſtantiam matrimonij nedum ſuſpendens , ſed etiam reſoluens, matrimonium impedit.121.*
120 *Papa diſpenſare, an poſſit , quod contrahatur matrimonium uſque quo filius maſculus ex matrimonio illo naſcatur .*
122 *Conditio vitians matrimonium , an locum habeat in matrimonio ſpirituali, ſicut in carnali .*
123 *Profeſſio in religione, an teneat cum reſeruatione bonorum .*
127 *Teſtatoris voluntas æquiparatur ſententiæ .*
128 *Regula, Actus legitimi, declaratur.*
131 *Conditio impoſſibilis, an vitiet matrimonium .*
132 *Conditionibus honeſtis , & inhoneſtis poſitis in matrimonio , reiectis inhoneſtis honeſtæ remanent.*
133 *Datum ob turpem cauſam repeti non poteſt .*
135 *Pecunia in matrimonio ſpirituali dari non debet .*
136 *Teſtator, an poſſit in inſtitutione hæredis , legat. vel fideicommiſ. apponere conditionem contrahendarum nuptiarum, vel non contrahendarum, aut viduitatis , virginitatis , ſeu cęlibatus . in quo quatuor iura conſiderantur . nu.137.& 138.*
138 *Lex 2. C. de indic. vidui. perpenditur.*
139 *Conditio publicæ vtilitati contraria in matrimonijs reijcitur .*
140 *Relictum alicui ſub conditione,ne nubat certæ perſonæ , vel in certo loco , vel tempore , valet , niſi in fraudem adiecta ſit conditio .*
141 *Conditio, dummodo non nubat niſi talibus,non expirat per primas nuptias.*
142 *Inſtitutus, vel ſubſtitutus ſub conditione, ne contrahat niſi cum certis perſonis , ſi poteſt cum illis honeſtè contrahere , & contrahat cum alijs , an prinetur .*
143 *Relictum alicui, ſi vxor tranſiuerit ad ſecunda vota, ſequuto tranſitu debetur illi .*
144 *Relictum mulieri viduæ, ne ſecundas contrahat nuptias , quomodo illi debeatur de iure Authen.*
145 *Turres, & pueri ſunt ornamentum ciuitatis, ex Homero .*
146 *Incontinentiæ ſignum eſt in vidua nubente.*
147 *Conditio prohibitiua,ne nubat,cui magis conueniat, virgini, an viduæ .*
148 *Conditio , ſi monaſterium ingrediatur , adiecta relicto virgini, non reijcitur . contrarium ex Bart.nume.149.*
150 *Conditio adiecta relicto vxori à marito moriente antequam eam cognoſcat , ſi non nupſerit , reijcitur.*
151 *Teſtator poteſt adijcere conditionem,ſi monaſterium fuerit ingreſſus , & quando talis conditio dicatur purificata.nu.152.*
153 *Relictum mulieri , ſi vidua , vel cum vidua erit , an pro prima,vel pro omnibus viduitatibus relictum dicatur .*
154 *Relictum filiæ nuptæ ſub conditione , ſi vidua remanebit , an debeatur illi ſi remanſit vidua , ſed non permanſit in viduitate .*
155 *Tranſiens ad matrimonium , an teneatur reſtituere, quod habuit pro tempore præterito .*
156 *Conditio, donec nubat , an reijciatur tanquam inducens viduitatem .*
157 *Relictum mulieri pro alimētis, quouſque vidua erit, ea nubente ceſſat .*
158 *Conditio, ſi à liberis nunquam diſceſſerit,tenet.*
159 *Filia,cui relictum eſt legatum ſi nubat digno, an nubens indigno priuetur illo .*
160 *Conditio adiecta legato , ſi vidua erit , vel nubat de conſenſu T. quod ſi ſecus fecerit relictum vadat ad aliquem pium locum, an reijciatur.*
161 *Teſtator , an poſſit apponere conditionem in ſuo teſtamento .*
162 *Legitima debet eſſe libera ab omni conditione .*
163 *Filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,quæ non ſit per eum adimpleta ante mortem,non tranſmittit ad poſteros per beneficium de ijs qui an. aper. tabulas .*
164 *Cōditio impoſſibilis appoſita à teſtatore vitiatur.166.*

Conditio

165 *Conditio iuſiurandi , an reijciatur tanquam turpis.*
167 *Conditio deriſoria reijcitur.*
168 *Conditio reijcitur , quatenus eſt impoſſibilis , non vltra .*
169 *Ius accreſcendi non habet locum , quando reijcitur conditio à iure reprobata .*
170 *Conditio impoſſibilis , an differat , vtrum adijciatur grauato, vel honorato .*
171 *Conditio impoſſibilis, an aliquo modo honeſte impleri poſſit .*
172 *Conditio impoſſibilis licet reijciatur,vitietur,& non vitiet, tamen ſeptem recipit limitationes .*
173 *Relictum filio ſub conditione, ne quæratur, patri, & monacho,ne quæratur Abbati, an valeat .*
174 *Conditio impoſſibilis in donatione cauſa mortis vitiatur , & non vitiat . Quid in contractibus inter viuos. 176.*
175 *Executor teſtamenti , an diſtribuere poſſit ſub conditione .*
177 *Conditiones impoſſibiles , quare vitient contractus , & non vltimas voluntates. vbi ponitur regula,& num. 178. fallentiæ octo .*
179 *Perplexitas vitiat vltimas voluntates.*
180 *Donatio cauſa mortis reuocari poteſt pro libito voluntatis .*
181 *Conditionis adiectio , an vitiet ſententiam.*
182 *Libertati hominis, an conditio apponi poſſit.*
183 *Pactum non valet, quod quis debeat poße carcerari.*

ONTINVATVR ad præceden tes hoc ordine, quia ſponſ. quandoque cōtrahuntur purè,de quibus dictum eſt ſupra in præcedē tibus titulis: quādoque verò con trahunt ſub conditione,ideo cō petenti ordine ſubiicitur hæc rubr. & quia condi-
1 tio † poteſt apponi non ſolum in ſpon.& matrimonijs, ſed etiam in quibuſcunque alijs diſpoſitionib. regulariter,vt dicam in cap.1. infra eod.in 4.quæſt. princ. ideo ne compilatores haberent rubr. geminam, hęc rubr.dicit de condit.appoſitis,tam in ſpō ſalibus,quā in alijs,& de prima parte rubr.habetur 32.quæſt.2. cap.ſolet. & cap.ancillam. & quæſt.fin. cap.1.& præſenti rubricæ noſtræ conuenit, ſup. de ſeruis non ordinandis.cap.eo libentius, & ſupra de reſtitutione ſpol.& de confirmat.vtili.cap.penul.& in alijs iurib.allegandis in proceſſu.

¶ Et quoniam ſupra in rubr.de ſpon ſum pollici tus me hic examinaturum 23.princ.artic.videlicet, Vtrum ſpon.tam de futuro, quam de preſenti poſſint contrahi ſub cōditionibus,modis,cauſis,& demonſtrationibus,premittendum cenſui,quod quā uis Canoniſtæ non habeant de materia alium titulum quam iſtum : quia tamen , ſi prædictas omnes materias vellem pleniſsime examinare , non ſolum quantum pertinet ad materiam noſtram ſponſaliū, ſed etiam quam ad alias diuerſas materias, vt cōtractuum,vltimarum voluntatum, iudiciorum, ſtatutorum,& reſcriptorum, de quibus Legiſtæ habent plures & diuerſos titulos in C.de inſtit.& ſubſtitut. ſub condit.factis,& in tit.de cōdit.inſertis.& in tit. de his quæ ſub modo. & in ti.de don.quæ ſub mo. & in ff.in tit.de condi.inſtitutionū,& in ti.de cōdi. & demon. vbi latè eſſet acceſſoriū quaſi integrum annum occupare,inſtitui dictam materiam ſolummodo quantum ad ſponſalia,& matrimonia,plene tractare, & quoniam quantum ad alias miſericordias prędicta materia eſt ualde vtilis & quotidiana, ideo ipſam non penitus omittendam diſpoſui. In cæteris ergo aliqua ſingularia ſub compendio deciſiue,aliqua vero remiſsiue tangam.

¶ Cęterū pro clariori & ordinata doctrina proſequar infraſcriptas materias princ.

¶ Prima, de conditione.

¶ Secunda, de modo, de qua forſan tractabo in c.uerum.inf.eo.

¶ Tertia, de cauſa, de quā tractabo in dicto c. verum.

¶ Quarta, de demonſtratione, de qua tractabo in c.fin.inf.eod.

¶ Circa primam materiā conditionis proſequar infraſcriptas qq.princ.

¶ Primò,quid ſit conditio, & quotupliciter accipiatur. Secundo qualiter & per quæ verba fiat. Tertiò, quot ſint conditionum ſpecies, & de iſtis tribus tractabo hic in rubrica. Quartò, ſuper quibus diſpoſitionibus & rebus poſsint conditiones apponi, & de hac tractabo in cap.1. infra eodem. Quintò, quis ſit effectus cōditionis ante impletam conditionem, de qua in dicto c.1. Sextò, quis teneatur vel poſsit conditiones adimplere, & de hoc in d.c.1. Septimò, in cuius perſonam poſsint conditiones adimpleri,& de ipſius capacitate,in d.c.1. Octauò, quando & quo tempore conditio poſsit vel debeat adimpleri, & vtrum mora non adimplętæ conditionis poſsit purgari, & de hoc in cap. 2. Nonò, in quo loco debeant adimpleri, & de hoc in d.cap.2. Decimò,qualiter & ſub qua forma debeant impleri,& de hoc in c.3.Vndecimò,quando & per quos modos & actus, conditiones dicantur impletæ, & purificatæ, & qualiter & per quos modos & actus dicātur defeciſſe,de qua in c.ſuper eo. inf.eod. Duodecimò, qualiter interpretentur, de qua in c.penul.inf.eod. Tertiodecimò,quis ſit effectus conditionis impletæ.de qua in d.cap.penul. Quartodecimò, quando & quibus caſibus conditio appoſita in vno articu. vel loco alicuius diſpoſitionis intelligatur in alio repetita,de qua in d.c.pe. Quintodecimò, an & quando conditio retrotrahatur,de qua in cap.fin. Sextodecimò, vtrum,quando,& quibus caſibus conditio tranſeat contra hęredes,vel ſucceſſores,de qua in d.cap.fina. Decimoſeptimo, de libellis & forma agendi in hanc materia,de qua in d.cap.fina. & prædictas omnes quæſt. proſequar per ſua mēbra, caſus,& quæſtiones,prout in qualibet apparebit.

2 ¶ Primò igitur quæro, quid ſit cōditio † & quotupliciter accipiatur. ¶ Sol. Aduertendū eſt,quia, vt dixi ſup.in rubr.de ord.cogn. art.1. quando verbum eſt æquiuocum, non videtur poſſe dari vnica diffinitio, ut dicit etiā Philoſophus in prædicamentis,quia cum verbum,conditio,ſit æquiuocum, diuerſa ſignificans,& ſic multipliciter accipiatur,meritò non videtur poſſe vnam definitionem comprehendi.

3 ¶ Conditio † enim aliquando ſumitur pro ſtatu perſonę,vnde dicam iſte eſt ſeruilis,vel liberę cō ditionis,ad quod vide quod dixi in cap.cum apud.

ſupra de ſponſa. art.9. verſ.ſecundum impedimentum,& infra in tit.de cõiugio ſeruorum, & 32.q.4. cap.liberi,& l.in ſeruorum.ff.de ſtatu hom.54.diſt. cap.frequens,& cap.quis ex famulis,& 11.quæſt.1. cap.Chriſtianis.ſupra de ſeruis non ordinand.cap. conſuluit, & c.eo libentius,&c.indecorum, & hoc modo compræhendit Iudæũ, quia eſt Iudaicæ conditionis,& in cap.quamuis. de offic.ordin.lib.6. & l.penult.C.de Iudæis. & ſic de ſingulis. & prędicta faciunt ad interpretationem ſtatutorum, & reſcriptorum de talibus conditionibus loquentium. facit ad prędicta, quia conditio prędictorum ſeruorum quãdoque exponitur pro qualitate ſeruiendi, in l.fina.de ędil.edic. & quandoque conditionales ſerui appellantur, vt l.ſcripturas. C. qui potiores in pigno.habeantur.

4 ¶ Aliquando verò conditio † ſumitur pro ſtatu, ſeu iure alicuius rei, ut in ſeruitutibus vrbanorum, & ruſticorum prædiorum,ut in l.cum quis.§. hoc amplius.ff.de dote prælegata.

¶ Quandoque verò pro natura, & qualitate, ut in l.in multis.ff.de ſtatu homi. & in d.l.in ſeruorũ.

¶ Quandoque verò pro aptitudine, vt l.cum veterum. C. de donatio. ante nupt. Ioann. de Imola poſt Iacobum de Are.in l.1.ff.ſol.matr.ſuper glo.2.

¶ Aliquando verò ponitur pro tenore, & ſic nõ ſemper notat actum ſuſpenſiuũ,vt in l.qui ſocietatem.§.fin.ff.pro ſocio.

5 ¶ Et aduerte etiam circa prædicta, † quod ſi verbum,conditio,ſcribitur per duplex,c,ſeu per c,& t, vt alij Grammatici volunt: tunc verbum,conditio, ſignificat genus actionis, ſeu petitionis, vt eſt condictio indebiti, condictio ob cauſam, condictio ſine cauſa, & condictio furtiua. ad quod etiam facit Rubrum,& Nigrum,Digeſt.& Cod.de condict.ex lege.& ff.de actio.& obligatio.l.ceſſat. & Inſtitu.de actio. §.videamus.

6 ¶ Aliquando verò ponitur quod modo, † & appellatur modus, vt in cap.2. & in cap.verum. infra eod.per glo.in cap.Raynaldus,de teſtamen. non tamen propriè,ſed latè ſumpto vocabulo,vt l.2.§.Titio.ff.de obligatio. & econtra, ſimiliter modus latè ſumpto vocabulo quãdoque appellatur conditio, vt in l.Mæuia.ff.de manumiſ.teſtamen.& per Dyn. in regula, imputari. de regul.iur.lib.6. quæ autem differentia ſit inter conditionem,& modum, patebit ex diffinitione cõditionis, & modi, & ex forma inductiua vtriuſque,& ex effectu,& fine utriuſque, & vide glo.in dicto cap.verum.& glo.ſuper verbo, ſub modo. in cap.vnico. ſupra, vt eccleſ.beneficia. & vide,quæ dicam latius in dicto capit.verum,in 3. princip.tracta. Quandoque verò ſumitur pro quadam qualitate, & adiectione ſuſpendente diſpoſitionem. & de hac conditione hic principaliter tractandum eſt.

¶ Quare nunc quæro,qualiter hæc conditio definiatur. ¶ Sol. Glo.in rubrica.ff.de conditio.& demonſtratio.& Azo in ſumma.C.de conditio.inſertis.dicit,quod conditio eſt legati ſuſpenſio in futu-
7 rum euentum, † quæ diffinitio non eſt bona, quia etiam in alijs diſpoſitionibus, quàm in legatis conditio apponitur. Sed dicit Ioan.de Imo.in dicta rubrica, quod ſi verbum,legati,appoſitum in diffinitione,intelligitur exempli cauſa adiectũ, illud verbum non reſtringit diſpoſitionem,vt l.damni ſtipulatio pertinet.ff.de damno infecto.Sed tu dic,quod prædicta diffinitio patitur etiam alios defectus,pro ut apparebit ex impugnatione aliarum diffinitionum,& ex diffinitione quam infra ſubijciam.

8 ¶ Quare Bart.in dicta rubrica,dicit,quod † conditio eſt quidam futurus euentus,in quem diſpoſitio ſuſpenditur; ſed hæc diffinitio non videtur mihi bona, quia conditio non eſt ſemper diſpoſitionis ſuſpenſiua, ſed quãdoque ſolius qualitatis adiectæ diſpoſitioni,vt ſtatim dicam. Item videtur differentia ex alijs, quæ infra ſubiungam in diffinitione, quam ponam.

¶ Hoſtien.verò in ſumma, eod.tit. in prin.dicit,
9 quod † eſt quædam ſponſaliorum, vel contractus ſuſpenſiua promiſsio,cuius effectus cõfirmatio pendet ex futuro. Sed hæc diffinitio non eſt bona,quia non ſolum in ſponſalibus, & promiſsionibus cadit conditio,ſed etiam in vltimis volũtatibus, iudiciis, ſtatutis,& reſcriptis.

10 ¶ Bald.verò dicit, quod † conditio eſt adiectio, per quam diſpoſitum habet in ſui eſſe pendentiam exiſtẽtiam, vel defectum,quæ diffinitio,ſecundum Bald.eſt generalis ad omnem conditionem,ſiue ſit inductiua, ſiue reſolutiua, ſiue de præterito, ſiue de præſenti, referendo ſingula ſingulis, & ſic tranſit Ioan.de Imo.in rubrica. ff.de condit. & demon. quæ diffinitio mihi non placet, quia conditio propriè non eſt de præterito, vel de præſenti, vt ſtatim dicam. Item, quia non ſolum eſſe,vel ſubſtantiam diſpoſitionis ſuſpendit, ſed etiam quandoque ſolũ accidens,& qualitatem,remanẽte ſubſtantia diſpoſiti,vt infra dicam.

11 ¶ Dominus meus hic in Rubrica dicit, † quod conditio ſimpliciter ſumpta eſt adiectio appoſita, vel ſubintellecta,diſpoſitionem ſuſpendens,vel reſoluens diſpoſitionem.& idem tenet Zabar.in cap. verum. infra eod. quæ diffinitio poteſt morderi, vt dixi in quarta diffinitione Bart.

¶ Quare ego diffiniendo conditionem propriè
12 ſumptam, dico, quod † eſt adiectio facta diſpoſitioni,ſeu qualitati diſpoſitionis: quæ,ſi ſit honeſta, & poſsibilis,diſpoſitio,ſeu diſpoſitionis qualitas ſuſpenditur. Et aduerte, quia verbum,adiectio, ponitur vt genus,quia,vt ſæpius dixi,omnis bona diffinitio debet conſtare ex genere,& differentiis:verbum etiam,diſpoſitioni, ſimpliciter ponitur,vt generaliter compræhendat contractus, vltimas volũtates,iudicia, ſtatuta, & reſcripta: ideo autem dixi honeſta,& poſsibilis,quia inhoneſta,ſeu turpis, vel impoſsibilis non ſuſpẽdit,ſed vel ſtatim vitiat actũ, vel vitiatur,vt dicam infra eod.cap.1.quæſt.4. Ideo etiam dixi diſpoſitioni, ſeu diſpoſitionis qualitati, quia conditio quandoque apponitur diſpoſitioni, & ſuſpendit diſpoſitionem: quandoque verò adiicitur qualitati diſpoſitionis: & tunc non ſuſpendit diſpoſitionem,ſed qualitatẽ. ad quod vide, quod dicam infra eod. in ſecunda quæſto.principali. vbi tractabo de nominibus relatiuis, & quod dicam in cap.1. infra eod.quæſt.5. Ideo autem ſubiunxi, ſuſpenditur, vt compræhendat futurum,quia condi-
13 tio † non eſt de præterito, vel præſenti,ſed de futuro, quoniam præteritum, & præſens eſt certum, vt l.cum ad præſens,& l.ita.ff.ſi cer.pet. & in l.inſtitutio talis.ff.de condit.inſtit. & in l.eos, in princ.ff.de condit.& demonſt. & l.conditio in præteritum, & l. etiam.§.ſi patronus. ff. de bon.liber.& in l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.ff.de verb.obli. & Inſtit.de verb.oblig.§.conditiones.& ideo non cadit tunc ſuſpenſio, tamen vbicunque iura appellant conditionem, quæ ſit de præterito,vel præſenti,impropriè loquuntur,vt no.in l.ſi ſic.§.1.ff.de legat.2. l.in conditione.§.1.ff.de conditio.& demonſtratio. & in l.2.ff.de hæredibus inſtit. & in glo. facit tex.in ſimili in l.inſula. ff.de acquirendo rerum dominio. futurum vero conditionale eſt incertum, niſi ſit conditio neceſſaria,ſeu omnino extitura,quæ proprie non eſt conditio, vt l.in illa.§.fin. ff.de verbor. oblig.& in l.ſi pupillus.§.conditione.ff.de nouationibus, & l.nam & ſi cum moriar. ff.de condict. indebiti.tradit Oldr.conſi.223. nam cum talis conditio habeat ſe duntaxat ad eſſe ſeu neceſſario futurum eſſe,propriam naturam conditionis nõ habet. ad hoc enim ut ſit conditio,opportet quod ſuſpendat. ſed id quod eſt de præterito,vel præſenti,non ſuſpendit, etiam poſito quod non ſit in cognitione,natura,vt d.iurib.& in l.qui Romę.§.Augerius.
14 ff.de uerborum obliga. & ideo conditio † quæ poteſt intelligi de præterito ſeu præſenti & de futuro, in dubio intelligitur de futuro, vt l. ex ea parte. §. penul.ff.de verborum obliga. & ideo ſi teſtator dixit, ſi filios habuerit, intelligitur de futuris, vt l. ſolemus.ff.de condit.& demonſt.quod qualiter intelligatur, vide ibi per Doct.

¶ Aduerte tamen,quia dicit Io.An. in c.de illis. & in c.ſi.inf.eo.quod ſi dico,ſub hac forma,contraho tecum matrimonium ſi dederis mihi cẽtum, ꝙ talis contractus eſt cõditionalis, licet dicat, contraho,quia uerbum dederis,eſt de futuro.

¶ Secundò principaliter quæro, qualiter & per quæ verba fiat, ſeu qualiter introducatur conditio
15 de † qua quærimus. de qua materia Bar.ſatis plene & notabiliter tradit in l.1.ff.de condit.& demonſt. Sed proſequendo plenius & magis ordinate, proſequar infraſcriptas quæſt.

¶ Primò, vtrum per nomina introducatur conditio, & hic tractabo de nominibus relationis, & diſtributionis.

¶ Secundò, vtrum per participia.

¶ Tertiò, vtrum per pronomina.

¶ Quartò, quid de præpoſitionibus.

¶ Quintò, quid de aduerbijs.

¶ Sextò, quid de coniunctionibus.

¶ Septimò, de gerundio.

¶ Octauò, de ſupino.

¶ Nonò ſubiungam quaſdam regulas, ſeu concluſiones ad cognoſcendum,vtrum actus ſit conditionalis, vel non.

¶ Circa primam quæſt. de nominibus eſt aduertendum, vt ſingulariter dicit Barto.in d.l.1. verſic. quarto principaliter. quod inter diſpoſitionem & conditionem de neceſsitate debet eſſe diuerſitas,
16 vt † l.inter ſtipulantem.ff.de verborum oblig.& fere patet ex omnibus ll. poſitis in titu. de conditio. & demonſtra. Nomina autem,quæ ſunt de ſubſtantia diſpoſitionis, qualia ſunt nomina perſonarum diſponentium,& perſonarum in quas diſpoſitio cõfertur, & rerum de quibus ſit diſpoſitio, prout ſunt ſignificatiua alicuius ſubſtantiæ exiſtentis, non inducunt conditionem, alias ſequeretur quod idem eſſet conditio & diſpoſitio, & ſic eſſet quædam repugnantia. Si vero ſunt nomina alicuius ſubſtantiæ non exiſtentis, ſed quæ pendet ex futuro euentu, tunc inducunt conditionem, vt lego partum Aretuſæ,& fructus fundi,vel quid ſimile.hic enim nomen partus Aretuſę,vel quem Aretuſa pariet,& ſic de ſimilibus, inducit conditionem, vt l.1. in fi. & l.interdum.ff.de condi.& demonſtratio.& idem ſi eſſent nomina ſignificatiua ſubſtantiæ futuræ, quia tacitam continet conditionem, ut puta, ſi naſcetur,vel in eſſe producetur,vt d.l.1.in fi.

¶ Item eſt aduertendum, quod quandoque in diſpoſitione apponuntur quædam, quæ non ſunt de ſubſtantia diſpoſitionis, ſed tanquam cauſa de futuro, vt promitto centum nomine dotis: Iſtud enim, nomine dotis, eſt cauſa pendens de futuro, & continet quandam tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur,vt l.ſi ſtipulatus.ff.de iure dotium, & l.ſancimus. C.de nupt. & l.ſi extraneus.ff. de condict. ob cauſam, & l.Titio centum. §. Titio genero.ff.de condi.& demonſt.licet quidam illum tex. aliter intelligant, & male, ſecũdum Bar.ut probatur in authen.niſi rogatus. & in corpore,vnde ſumitur. C.ad Trebel. vbi expreſſe patet, quod reli-
17 ctum † nomine dotis,habet in ſe condit.nuptiarũ. & ita concludit Barto.in conſil.174. quod incipit, Quæritur de legatis.

¶ In contrarium tamen facit l.cum unus.§.fin. ff. de alimentis, & ciba. legatis. vbi videtur probari quod relictum pro dote ſit purum, & non conditionale, de qua materia uide late per Barto. in d.§. Titio genero.ff.de condit.& demonſt.ubi in extraneo relinquente pro dote per plures rationes concludit, tale legatum eſſe conditionale, & eſt iſtud maximi effectus, quia ſi eſſet purum trãſmitteretur ad hæredes,ſi conditionale, efficeretur caducum, ſecundum ea quæ dicam in cap.penul.infra eod.in 14.quæſtio.princip. & in cap.fin. inf.eodem. in 15. quæſtio. princ.

¶ Et prædicta dicit Barto. indubitanter procedere, quando relinquitur pro dote reſpectu matrimonij contrahendi cum certa perſona,& ſubdit ꝙ idem eſt ſi ſimpliciter relinqueretur pro dote, licet quidam uideatur velle quod ſit purum, quod Bar. reprobat per plures rationes,quas ibi uide, & mihi placet. & prædicta, ut dixi, procedunt in extraneo legante,uel dotis nomine promittente,ſed in patre dicendum eſt aliud. Eſt enim diſtinguendum, ꝙ aut legat nomine dotis contemplatione certi matrimonij, & facit cõditionem, ut d.§.Titio genero. Aut ſimpliciter legat centum, vel fundum pro dote, & tunc ſi vltra tale relictum pater reliquit filiæ legitimam, idem dicendum eſt quod in extraneo, quia eadem eſt ratio,ſed ſi aliam legitimam non reliquerit,tale legatum eſt purum,quia cum pater ad hoc teneretur,ut l.fin.C.de dot.promiſsione. ad ꝙ vide quæ latè dixi in cap.tuæ. ſupra de ſpon. in 13. princ.articu.queſtio.13.ſequitur quod cum alias eſſet neceſſario relicturus,quia alias non naleat teſtamentum,vt in Authen.ut cum de appellat. cognoſcitur.§.aliud quoque capitulum.ſequitur quod eſt magis quædã monitio,ut filia inde ſe nubat, quam

ſit

sit grauamen, ut ar. l. muto. §. hanc autem. ff. de tute lis. facit d. l. si extraneus. in prin. ff. de condict. ob causam. vnde licet quidam dicant hoc tanquã grauamen remoueri, per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. cum similib. de qua latius dicam infra in 4. quæst. princ. tamen Bar. dicit, quod potius ab initio non videtur appositum ex præsumpta voluntate defuncti, quod procedit secundum Bart. non solum in quantitate vsque ad legitimam, sed etiam in eo quod excedit legitimam. vnde idem legatum diuerso iure censeatur, vt l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & l. eum qui. ff. de vsucap.

¶ Aduerte tamen, quod Ioan. de Imo. in d. §. Titio genero. dicit quod ita demum tale legatum est conditionale, quoniam non præiudicat sponsalib. secus quando præiudicaret sponsal. subdit etiam q̃ in quantum Bar. facit differentiam in patre, utrum relinquat contemplatione matrimonij, uel simpliciter non uidetur benedicere, cũ eadem videatur esse ratio in vtroque, vide ibi per Bar. & per Io. de Imo. & per moderniores, vbi uide quid iuris si ex forma statuti disponitur quod filia dotata à patre non succedat, nec possit aliquid dicere contra testamẽtum patris. quid iuris etiam sit, quando pater legasset aliquam quantitatem filiæ pupillæ pro dote, uide ibidem per Bar. & Io. de Imo. vbi etiam vide, quando tale relictum possit peti, & uide per Bartholom. de Salice. in l. sancimus. C. de nup. & per Io. An. post Iaco. de Arena in addit. Specula. super Rubrica de testa. vers. 8. vbi dicit, quod legatum pro filia nubenda dicitur conditionale, & quod hæres ante matrimonium non tenetur soluere, per l. si legatarius. §. fin. ff. de leg. 3. sed hoc dictum debet intelligi secundum ea quæ superius dicta sunt, & vide etiã Io. An. in additio. Specu. in Rubrica de secundis nupt. ad fin. & glo. in l. in testamento. ff. de condi. & demon. & prædicta quasi quotidiana sunt, & in eadem materia pluries consului.

¶ Sed quæro circa hanc secundam quæst. utrum
18 hoc nomen, cõditio, † faciat actũ conditionalem. verbi gratia si testator dicat, lego sub conditione, uel in alia dispositione sit dictum de conditione. ¶ Sol. Dic, quod licet testator sic dixerit, non tamen dicitur actus conditionalis. unde Bar. in consilio quod incipit, factum tale est, quidam Dominicus, consuluit quod cum testator talem fecisset dispositionem, videlicet, instituo hæredes uniuersales, Iacobum & Venturinum, hac conditione ipsi Venturino adiecta, uidelicet, quod ipse Venturinus debeat redire, stare & morari & communicare cum alijs fratribus suis carnalibus: Concludit Bart. quod licet dixerit, hac conditione, tamen talis non est conditio, sed modus, quod patet ex definitione conditionis, de qua supra dixi, & etiã modi de quo dicam in c. uerum, cum uideatur esse cuiusdam remunerationis à legatario petita executio. unde cõclude, quod propter uerba, & qualitates adiectas uerbo conditionis, ipsius natura mutatur. similiter ego dico, quod si uerbum, conditio, adiiciatur præ
19 terito uel præsenti, non est conditio, † vt puta, si testator dixit, debeo Mariano centum, lego Sempronio centum, si factus est consul, vel si fuerit consul, aut per similia verba, per ea quæ dixi supra in 1. q. & idem si verbum, conditio, non respicit dispositionem, sed executionem, ut l. ità demum. ff. de arbitr. & ibi Iac. Butr. & in l. item quæritur. ff. de pact. & alia plura exẽpla possent figurari per ea, quę tangentur inf. in hac 2. quæst.

¶ Item quæro iuxta prædicta, vtrum nomina re-
20 latiua † inducant conditionem. ¶ Sol. Dic, quod aut loquimur in relatiuo substãtiæ, vt quis, vel qui, vt not. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferuntur. in glo. antepenult. & Institu. de inutil. stipul. §. alteri. & hoc casu, si tale relatiuum ponitur distributiuè, & non relatiuè, quod est quandocunque refertur ad aliquam generalitatem, vel terminum communem, & tunc facit conditionem, vt l. si fuerit. ff. de regu. iur. vt puta, si testator dixit: Lego vni ex cognatis meis, qui primo ascenderit Capitolium, vel monumentũ, vel quid aliud fecerit. quandoque verò ponitur relatiuè, quod est quando refertur ad speciem certam, & limitatam. & hoc casu dic, quod aut iungitur verbo præsentis, vel præteriti temporis, & non facit conditionem, sed facit demonstrationem: aut iungitur verbo futuri temporis, & facit conditionem, vt l. Stichus, qui meus erit. ff. de legat. 1. & l. nuper. ff. de leg. 3. facit l. 1. in fi. ff. de condit. & demonstr.

¶ Sed aduerte, quia contra hoc videtur fortiter obstare. l. 2. ff. de hæred. instit. de cuius legis intellectu dic, vt dicam statim in sequenti quæstione.

¶ Quare distinguendum est, vtrum tale relatiuum, quis, vel qui, adiiciatur substantiæ ipsius legati, vel accidenti, vt ibi videbimus.

¶ Vlterius quæro, vtrum per nomina distributi-
21 ua inducatur conditio, † qualia sunt, siquis, quisquis, quilibet, &c. ¶ Sol. Dic, quod si adiiciuntur verbo futuri temporis, semper faciunt conditionem, vt l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si necessarias. §. fin. ff. de pignor. actio. quæ iura loquuntur de distributiuo, l. si quis, & in l. si quis liberis. §. hęc verba. ff. de vulga. & pupill. & l. fin. C. de impub. & l. 4. §. fin. ff. de legat. 1. quæ iura loquuntur de distributiuo, quisquis. secũdum Bar. in d. l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. Sed miror, quoniam Barto. ponit prædicta inter pronomina: & tamen clarum est, q̃ sunt nomina: quoniam, vt est apud Grammaticos, pronomina, de quibus nulla est dubitatio, sunt 15. inter quæ prædicta non connumerantur.

22 ¶ Insuper quæro de nominibus † relatiuis referentibus substantiam, vt relatiuum, quæ, vel qui, quod est substantiæ relatiuum, vt l. 1. ff. de sentent. quæ pro eo. & supra dixi. & hoc casu dic, vt supra dixi: sed quando refertur ad rem certam, & iungitur verbo futuri temporis, facit conditionẽ, vt dixi.

¶ Nec obst. l. 2. ff. de hæred. instit. quam allegaui supra in contrarium.

¶ Quare aduertendum est, quod aut tale relatiuum refertur ad rem certam, & ad ipsius substantiam cum verbo futuri temporis, & ipsum legatum & substantiam legati reddit conditionale, vt dicta l. Stichum, qui meus erit, & d. l. nuper. quandoque verò non refertur ad substantiam legati, seu dispositionis, sed ad aliquod accidentale ipsius dispositionis, & tunc non ipsam substantiam, sed ipsum accidens reddit conditionale: & sic deficiente conditione non deficit dispositio, sed accidens, vnde remanet dispositio sine illo accidente. Pone exemplum,

plum, dicit testator, instituo te hæredẽ ex partibus, quas adscripsero: nam institutio talis non habet conditionem, quare sibi non adiungitur illud relatiuum, quas adscripsero, quod facit conditionem: nam partes in institutione non sunt de substantia *institutionis*, sed sunt quoddam accidens: & ideo deficiente cõditione deficit illud accidens, & ideo talis institutio remanet sine partibus, iste est tex. in dicta l. 2. ff. de hæred. institu. sentit glo. in dicta l. Stichum, qui meus erit. tenet Bart. in l. 1. ff. eodem. Ex quo infert ibi Bart. quod relatiua accidentis, vt quantitatis, & quotitatis; vel numeri, vt qualis, quãta, & quot, faciunt conditionem, si iunguntur verbo futuri temporis, sed solummodo illam qualitatem, cui adiunguntur, non autem totalem dispositionem conditionalem reddunt, argum. d. l. 2. facit l. si Titius mihi. ff. de legat. 2. & l. demens. §. fin. ff. de hæred. instit. secundum intellectum glo. tenet Bar. in consilio, quod incipit, in quæstio. proposita, viso libello. & vide Bart. in l. si ita quis. ff. de verb. oblig. & in l. si quis fundum, & l. quod sępe. §. in venditione, & l. si debitor. & ibi Bart. ff. de contrahen. empt. & vide in l. si Titius. §. ita. ff. de lega. 2. vbi relatiuum quantitatis non videtur facere conditionem, & vide etiam in l. si sic. §. 1. ff. de legat. 1.

¶ Sed circa prædicta dubitatur, vtrum conditio, quæ inducitur per talia nomina relatiua, dicatur tacita, vel expressa. ¶ Sol. Dic, vt dicam infra, in 3. quæstione principali, vbi tractabo de tacita conditione.

¶ Sed quæro de verbo, vtrum, per verbum in-
23 ducatur † conditio. ¶ Sol. Dicit singulariter Bar. in l. prima. ff. de conditio. & demonstratio. quęstione 6. quod per verbum non inducitur conditio, quia aut tu vis, quod inducatur conditio respectu sui ipsius: & hoc est impossibile, quia conditio, & dispositio essent vnum, & idem; aut respectu alterius verbi positi in alia dispositione, & similiter esset impossibile, quia vnum verbum non iungitur alteri verbo, nec disponit in illud, nisi mediãte aliqua coniunctione, aduerbio, vel aliquo distributiuo, quod habeat hoc inducere, & sic non induceret ex sui natura, sed ex natura alterius adiuncti, vt ex infra dicendis apparebit, aliàs faceremus malam Grammaticam, contra l. Plautius. ff. de auro, & argen. leg. & cap. ad audientiam, supra de rescriptis. Prædicta tamẽ fallunt in verbo subiunctiui modi, quod potest iungi alteri verbo, sine coniunctione: & ideo tunc, sicut nomen posset inducere cõditionem. Exemplum, promitto te dotare, argum. l. stipulatus. ff. de iure dotium, secundum Bart. & bene. ad quod facit, quod dixi in præceden. quæstio. in quantum tractaui, vtrum legatum, vel promissio pro dote contineat conditionem.

¶ Tertiò quæro de pronomine, vtrum inducat
24 conditionem. ¶ † Sol. Bart. in dicta l. 1. ff. de condit. & demonstr. in 5. quæst. princ. dicit, quod quædam sunt pronomina, quæ requirunt vnum verbũ, tantummodo, quædam verò sunt, quæ requirunt duo. De primis dicit Bar. quod quędam sunt significatiua substantiæ, vt ego & tu, & ista non faciunt conditionẽ per se de sui natura, nisi ex natura coniunctionis, vel aduerbij, aut alterius dictionis, de quibus statim subijciam, & supra tetigi, quæstio. 1. in principio, vbi tractaui de nominibus. quædam verò pronomina significant qualitatem, vt meum, tuum, & suum: & ista pronomina faciunt cõditionem, vel demonstrationem, si adijciantur verbo futuri temporis, vt l. nuper. ff. de legat. 3. In alijs verò pronominibus aduertẽdum, secundum Bar. quod quædam sunt distributiua, quædam relatiua, & ponit Bart. exempla de istis dictionibus, quisquis, & si quis, quæ, vt supra dixi, non sunt pronomina, sed sunt nomina, de quibus dicendum est, vt dixi in quinta quæstione.

¶ Quartò quæro de participijs, vtrum faciãt con-
25 ditionem. ¶ † Sol. Bart. in dicta l. 1. ff. de condit. & demonstr. quæstio. fin. dicit aduertendum, quod quandoque participia ponuntur absolutè, & tunc est mirabile: quia licet sint præteriti temporis, tamẽ inducunt conditionem, puta testator rogauit Titiũ hæredẽ institutũ pro medietate, vt acceptis à Sempronio cohærede suo centum florenis, ei restitueret hæreditatem: nam hoc casu, licet verbum, acceptis, sit participium præteriti temporis, tamen inducitur conditio, vt l. à testatore. ff. de conditio. & demonstratio. & l. acceptis. ff. ad legem Falcidiam, & l. Sticho, in princ. & §. 1. ff. de statu liberis. & istam conditionem Barto. reputat expressam, quia actus verbi disponentis per tales conditiones directè suspendit euentũ, in quem exprimitur: quandoque verò participia non ponuntur absolutè, sed reguntur, sicut alij casus, & tunc participia præteriti, vel
26 præsentis temporis nõ includunt conditionẽ, quia nõ sunt de futuro: de participio verò † futuri temporis posset dubitari, vtrum faciant conditionem, vt in hoc exẽplo, Lego tibi Stichum futurum meũ cum moriar: & videtur, quod non faciat conditio. per l. si quis bina, in principio. ff. de periculo, & com modo rei venditæ. contrarium credit Bar. quod faciat conditionem tacitam, sicut si dicerem; Lego Stichum, qui meus erit, cum moriar, vt dicta l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. quia eadem est ratio, nam tale participium adiicit quãdam futuram qualitatem rei legatæ. Non obst. l. bina. quia illud participium, degustãda, fuit adiectum executioni, & non dispositioni. Item, quia habet limitationem certi temporis, & ideo non facit dispositionem conditionalem, sicut in l. ex his. C. quando dies legati cedat. facit, quod statim dicam de dictione, cum, in sexta quæstione.

¶ Quintò quæro de præpositionibus, utrum per
27 eas inducatur conditio. † ¶ Sol. Bar. in d. l. 1. in 3. quæstio. princ. dicit quod conditiones inducuntur quandoque per præpositiones seruientes accusatiuo, qualis est præpositio, ad, vt l. si iure. ff. de cond. & demonstra. licet quandoque præpositio, ad, reperiatur inducere modum, vt l. quibus diebus. §. fin. ff. de condit. & demonstr. & l. insulam. §. fin. ff. locati. de quo dicam in cap. verum, infra eo. vbi tractabo materiam modi. Quandoque vero conditiones inducuntur per præpositiones deseruientes ablatiuo casui, qualis est præpositio, cum: quod tamen procedit si volũtas defuncti appareat, vt l. si ita fuerint. §. fin. de reb. dub. Item etiam quandoque præpositiones deseruientes vtrique casui, prout est præpositio, in, vt l. solemus. ff. de condit. & demonstr. & l. nec semel. §. in habitatione. ff. quando dies leg. cedat.

28 dat.& de prælitione, in, † quod faciat conditio. tradit Bar.in d.l.ſolemus. & in l.Publius. eodem ti. & breuiter conclude,quod hæc eſt regula,quando per prępoſitiones diſpoſitio ſuſpenditur in aliquẽ incertum futurum euentum, tunc inducitur condi tio, & ideo ſi diſpoſitio per prępoſit. ad, pendet ex viribus fortunæ, vel venit explicandum per alium quam per oneratum, facit conditionem, vt l.in teſtamento. ff.de conditio. & demonſtr. ſecus ſi adijcitur aliquid explicandum per oneratum, quia tũc facit modum, vt d.l.quibus diebus. §.Termilius. & ibi per Bar.& vide quod dicam de iſtis prępoſit.ad, pro,in,& ſimilibus,in c.verum.inf.eo. vbi tractabo materiam modi, & de prælitio. pro, vide etiã per Bar.in l. Lutius.ff.de leg.2.

¶Sextò quæro,quid de aduerbijs, vtrum indu-
29 cant conditionem. † & quoniam plura ſunt aduer bia, de quibus dubitatur,vtrum inducant cõditio. ideo ſingulariter proſequar.

¶ Primò dubitatur de aduerbio,cum, & hic aduerte,ſecundum Bar. in d.l.1.ff.de conditio. & demonſtra.quod hæc dictio,cum,quandoque eſt præpoſitio, & tunc habet uim copulæ, vt in l.ille cum illo. in princ. §.ſi quis ancillas. ff. de vſufrũ. legato. quandoque vero dictio,cum,eſt coniunctio, quod eſt ſemper cum apponitur verbo præteriti vel præſentis temporis,& tunc non facit conditionem,ſed ponitur cauſatiue,cũ,pro quia,vel aduerſatiue pro quamuis,vt tradit Bar. in l. demonſtratio.§. 1. ff.de condit.& demonſtr. fortè dicam in cap.fi. infra eo. quandoque verò dictio,cum,eſt aduerbium,& ponitur,cum, pro quando, & ſic eſt aduerbium temporis,quod eſt, quãdo apponitur verbo futuri temporis,& hoc caſu iura videntur ponere regulam, ꝙ inter,cum,& ſi,non ſit differentia,vtrum conditio. inducant, vt l.qui promiſit.ff.de condic.indeb. & l. quicunque.§.pen.ff.de verb.oblig. de quo per glo. in dicta l. 1. Sed quoniam plures leges videntur in hoc contradicere,ideo Doct.varias diſtinc. & theoricas tradiderunt. Gugliel.enim de Cunio in dicta l.qui promiſit.& Petrus de Bellapert.in dicta l.quicunque.& Hoſtien.in ſumma, eo.§.1. in principio, dicunt,quod quãdoque dictio,cum,potius ſignificat admonitionem, quàm conditionem, per l.muto.§.ſub conditione.ff.de tute.& cap.1.ſupra titulo proximo. & iſto modo poteſt intelligi l. ſi decem, cum petiero. ff. de verborum obligatio. ſecundum Hoſt. Alij verò aliter dicunt, ſed tu dic poſt Bart.
30 quod † inter,ſi,& cum,plures ſunt differentiæ; prima, & principalis differentia eſt, quia, ſi, denotat principaliter conditionẽ; ſecundariò tempus, quia nulla conditio eſt,quæ in ſe non habeat tempus futurum, vt ſupra demonſtratum fuit in diffinitione conditionis, in prima quæſtione principali. Dictio vero,cum, denotat principaliter tempus, cũ ſit aduerbium tẽporis,vt dixi,& ſecundario inducit conditionem,vt l.ſi quis legata,in princ.& ibi Bar.ff.de conditio.& demonſtratio.& in l.ſi Titio.ff.quando dies legati ced. & ex hoc inſurgunt plures aliæ differentiæ.

¶Prima,quando iſta verba ponuntur circa ſubſtantiam obligationis,& circa voluntatem,quę exprimitur per futurum ſubiunctiui: nam hęc ſtipulatio, promitto ſi voluero, nõ valet:ſecus ſi dicam, cum voluero, vt l.centeſimis. §.fi. ff.de verb.oblig. & ratio eſt, ſecundum Petr. quia in primo caſu eſt conditio expreſſa,per ſi,ſed in ſecundo caſu eſt cõditio tacita per cum, & expreſſa nocent, nõ expreſſam non nocent, vt in l.nonnuquã. ff.de condit.& demonſtratio. & ad prædicta vide glo.& Docto.in dicta l.centeſimis.§.fin. qui circa prædicta multum laborant.

¶Secunda differentia eſt, quod ſi promittis mihi,vel legas decem, cum petiero, non facit conditionem, vt in l.ſi decem, cum petiero.ff.de verbor. obligatio.& in l.Titio hæres,& ibi Bart.& Ioan.de Imo.ff.de condit. & demonſtratio.ſecus ſi promittis, vel legas mihi decem,ſi petiero,vt no.in dicta l. ſi decem, cũ petiero. & ratio eſt eadẽ, quia per cũ, denotatur principaliter tempus, ſed per ſi, eſt conditio expreſſa: vnde cum per dictionem, cum, talis expreſsio temporis faciat, vel ſapiat exactionem de præſenti, nullam inducit ſuſpẽſionem,vt l.liber homo.§.decem.ff.de verbor.oblig.

¶Tertia differentia eſt,quia dictio,ſi,facit diſpoſitionem conditionalem, ſiue apponatur circa diſpoſitionẽ, ſiue adiiciatur ad executionem, vt in l. quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de conditio.& demonſtratio. ſed dictio,cum,ita demum facit conditionem,ſi apponitur circa diſpoſitionẽ, ſecus ſi circa executionem, vt in l.ſi cui.ff.de leg.1.& C.quando dies legati cedat. l.ex his. ſecundum Doct. ante Bart.ſed dicit Bart.quod illud, quod dictum eſt de dictione,ſi,procedit in vltimis voluntatibus, vt dicto §.quidam Titio. ſecus in cõtractibus,quia tunc non facit diſpoſitionem conditionalem,vt l.2.ff.de in diem adiectio. & ibi not.per glo. Item quod dictum eſt de dictione, cum, vt non faciat conditionem,quando adijcitur executioni,procedit, quando tempus eſſet certum, & certæ ętatis, ſecus ſi incertum,vt no.in l.Seius Saturninus.ff.ad Trebellia. & ibi per Bart.ad quod vide, quod dicam infra, in verſic.decimò quæro,poſt princip. Et ſic ex prædictis patet, quod inter ſi, & cum, remanet iſta differentia, quia in vltimis voluntatibus, quãdo dictio, cum,adiicitur executioni cum certo tempore,non inducitur cõditio: ex quo enim prędeſsit diſpoſitio pura,& poſtea addit tempus,per dictionem, cũ,nõ inducitur conditio, quinimmo ſi qua inducta videretur,intelligitur adempta.& ex prædictis infertur, ꝙ ſi teſtator ita dixerit,lego Titio decem.cũ peruenerit ad ętatem 30.annorum,quia dictio,† cũ,hoc
31 caſu adijcitur diſpoſitioni,ob id tale legatum eſt cõditionale,& ideo ſi Titius moreretur antequam ad illam ætatem perueniat,non tranſmitteret legatum ad hæredem, vt in l.ſi ita ſcriptum fuerit. ff.de manumiſsis teſtamento.dicam infra in d.verſ.decimò quæritur. poſt principium. & ad prædictam materiam vide Bar.in l.quodcunque. §.non ſolum. & l. centeſimis.§.fi.& l.ſi quis ſtipulatus.in principio. ff. de verborum oblig.& per Cy.in l.extraneum. C.de hæredib. inſtit. & uide etiam in l.fideicommiſſa. §. quamquam.& l.vxorem.§.penul.ff.de leg.3. & in l. ſi Titio.ff.quando dies legati cedat. & per Do.Benedictum de Plumbino, in l.ſi ita ſcriptum fuerit. 2.ff.de manumiſsis teſt. & per Cy. & Pau. de Caſt. in l.ex his verbis.C.quando dies leg. cedat; & uide in l.ſed ſi ſub ea. & l. ei qui promiſit. ff.de condict. indebiti.

indebiti. & in l.ex parte.ff.de acquir.hæred.& adde quod dicam infra in d.verſ.decimo quæro.& notabis,quod ſicut ſi teſtator dixit, lego 10. Titio cum petierit,non eſt conditio,vt l.Titia hæres.ff.de conditio.& demonſt.& ſupra tetigi:ita ſi dixit,lego 10. quæ petierit, quia prædicta æquiparantur, ut in l.ſi ita quis.ff.de verbo.obli.

¶ Secundò dubitatur de aduerbijs affirmandi, vt ita, & ſic vtrum per illa inducatur conditio.

32 †Sol. Glo. in l.Iulianus noſter. ff.de conditio. & demonſtra.per illum tex. tenet quod faciant conditionem,ſed dicit ibi Dy. in addit. quod non eſt dictio, ita, quæ ibi faciat conditionem, ſed quia primo uoluit dari,quam liber eſſet,quod eſt de natura conditionis affirmatiuæ, vt probatur in l.qui hæredi dare.§.fi.ff.de conditio.& demonſtr.& in l.ſi peculium.§.is cui.ff.de ſtatu liber.& l.mulier.ff.de conditio. inſtitutio. & idem tenent Barto. & Ioan. de Imo. in d. l.Iulianus. & uide glo. in cap. ſignificante. ſupra de præben. quæ dicit, quod quandoque eſt conditionalis, quandoque modalis, vide quod dicam infra eod. c.uerum, vbi tractabo de dictionibus modalib.

33 ¶Tertiò dubitatur de aduerbijs temporis.†circa ꝙ dic,ꝙ ita demum inducunt diſpoſitionẽ,ſi reſpiciunt tempus futurum, alias autem non poſſent inducere cõditionẽ, vt ſæpius dictum eſt. exemplum in iſtis dictionibus,quoad, donec, ꝙ quandiu,quæ idem ſignificant. exemplum,lego, uel promitto tibi cẽtum, quoad,vel quamdiu,vel donec, fueris in ſtudio. videtur enim quod iſta aduerbia faciant cõditionem,vt in l.pater Seuerinam.§.fi. ff.de condit. & demonſtr.in l.legatum. ff.de annuis leg. & l.4.in princ.ff.de ſeruitutibus.& in l.Gaio.§.Imperator.ff. de alimen.& cib.leg.

¶Sed aduerte,quia contra prædicta, quod non faciant conditionem,ſed modum,ob.l.1.C.de leg, & d.l.4.in princ.& quod ibi no.per gl.ff.de ſeruitu. iſta enim aduerbia uidentur ſolummodo tempus, ſeu dilatio. quandam inducere. ff.de excuſat. tuto. l.pen. in princ. Quare cum in hac materia iura diuerſimode loquantur, ideo ad declaratio. prædictorum dic,ſecundum Barto.in l.1. ff.de condit.& demonſtr. plurimis additis, quod quandoque iſtæ dictiones apponũtur ad incohationem alicuius beneficij, & tunc faciunt conditionem, vt l.pater Seuerinam.§.fin.ff.de conditio. & demonſt. & d.l.legatum.ff.de annuis lega. & d.§.Imperator, & d.l.1. C.de leg. in quibus omnibus. ll.inducitur legatum annuũ,menſtruum,vel diurnõ, vt in alimentis pręſtandis. & ideo dicuntur apponi ad inchoationem cuiuſlibet legati. & hoc ſcribit Cyn. in l.fin. C. de
34 indicta uiduit.& ideo ſi teſtator legat uxori † quãdiu cũ filijs morari, voluerit, illud aduerbiũ,quandiu, facit conditionem. & quamuis pro certo tempore nollet morari,tamẽ pro tempore pro quo vellet,debet habere legatum, ſecundum Dyn. Barto. & Io.de Imo.in d.l. 1.& per Bart. in l.ſi ex toto. §.fi. ff.de leg. 1.& ſic dictio,quandiu, adiecta futuro facit condit.& ad idem.ff.de condi.& demonſtr.& l.
35 ſi quis ita. quid autem ſi teſtator † legat 10. alicui mulieri,quandiu nubat, vtrum debeat intelligi de 10.ſingulis annis,an verò ſoluere 10. pro toto tempore. Io.de Imo.in d.l.1.dicit quod Doct. fuerunt contrarij, ſed communis opinio eſt, ꝙ intelligatur de decem ſingulis annis, per no. in d.l.legatum. ff. de annuis legat. & ſic dictio, quandiu, non ſolum habebit uim limitatiuam,ſed etiã multiplicatiuam, propter uirturem repetitiuam quam cõtinet in ſe, quod perpetuo notabis.

¶ Aliquando uero iſtæ dictiones apponuntur ad ſuſpenſionẽ alicuius beneficij, vel diſpoſitionis præambulæ, vt illa talis diſpoſitio differat in euentum alterius caſus: & tunc aut ſuſpenditur in euentum certo tempore limitatum, & non facit conditionem, ſed diem, ut l.ſcimus. §.donec. C.de iure deliberandi. Aut ſpecialiter in aliquẽ euentum incertum,& facit conditionem,ut eſt tex.notabilis in l.ſufficit.ff.de condic.indebiti.

¶Quandoque verò iſtæ dictiones apponuntur ad limitationẽ beneficij iã conceſsi, ſeu diſpoſitio. præambulæ,vt ſcilicet illud duret in euentum alicuius caſus, & tunc inducunt cõditionem extinctiuã præcedentis diſpoſitionis, vt l.locatio. ff. locati. & in d.l.4.in princ.ff.de ſeruit.& ibi no.

¶Et eſt aduertendũ, quod iſtæ conditiones extinctiuę, quæ per hac dictiones ſignificantur, quãdoque extinguũt ipſo iure, quandoque ope exceptionis,quia aut apponũtur à lege,& tunc euentus extinguit ipſo iure,ut l.ſiue.§.tandiu.ff.de condict. furti. & in l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxalibus. & ratio eſt, quia lex hoc facere poteſt: ſed ſi apponuntur ab homine, diſtingue, quod aut apponuntur circa obligationes mere perſonales,aut circa iura realia. Primo caſu non extinguunt ipſo iure, ſiue loquamur in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus. ff.de verborum obligatio. in l.eum qui ita. vbi dicitur de dictione, donec, ff. de legat. primo, in l. nemo poteſt. & ibi ponitur ratio. Aut apponuntur circa iura realia,& ſubdiſtingue,quod aut circa ius dominij, aut circa alias ſeruitutes.

¶Primo caſu dic, quod aut loquimur in vltimis voluntatibus,& extinguunt ipſo iure,vt l.prima,& fin. C.de leg. ſecundum primam ſolu. ibi poſitam, quæ eſt uera in ſe. & ratio eſt, quia teſtator poteſt retransferre dominium ipſo iure: aut loquimur in contractibus, & tunc non extinguunt ipſo iure, & ratio eſt, quia hoc non poteſt per contractum regulariter fieri, vt no. in l. ea. l. C. de condictio. ob cauſam. & in l.fin.de rebus alienis non alienandis. faciunt no.in l.traditionibus.C.de pactis.

¶ Secundo verò caſu, quando circa alias ſeruitutes, dic quod aut circa ſeruitutes reales, & non extinguunt ipſo iure,ut dicta l.4.in principio. ff.de ſeruit.& ibi per Barto.de dict.quamdiu:& no.quia
36 ſeruitutes † non poſſunt conſtitui ad tempus. de quo dic, ut ibi.

¶Sed aduerte, quia prædictis fortiter uidetur obſtare l.penult. ff.de excuſatio.tuto. & l.quarta.§. ſi quis. ff.de ſuſpectis tuto. vbi prædictæ dictiones non inducunt conditionem extinctiuam, nec extinguunt ipſo iure.

¶Sol. Dicit Barto. quod prædictæ leges in hac materia turbauerunt ſpiritum ſuum: ſed finaliter concludit, quod quandoque per prædictas dictiones temporales diſpoſitio confertur in aliquẽ euentum certo tempore limitatũ, vt eſt tempus tutelæ, & tunc faciunt diem, & non conditionem; ſed quando

quando cõferrentur in tempus incertum, facerent conditionem, vt dictum est. Vnde ad propositum in illis legibus disposita est certa ætas circa tutelam, quæ certo tempore est limitata, eo quod finitur adueniente pubertate; & ideo tempus, quod ibi adijcitur, intelligitur limitatũ, scilicet quo ad reipublicæ causa fuerit absens, scilicet infra illud tempus pupillaris ætatis, meritò facit diẽ, seu dilationem, non cõditionem extinctiuam: & sic apparet, quod glo. quæ dicunt, quod dicta aduerbia faciunt modum, non bene dicunt, secundum Bart. facit ad prædicta d.l. scimus. §. donec. C. de iure deliber.

¶ Vnum etiam est notandũ de natura prædictarum dictionum, quod prædictæ dictiones habent quandam virtutem repetitiuam, vt dispositiuum suum reassumat effectum, cessante impedimento, vt dicta l. penult. & l. 3. §. quod si quis, & in l. si cum in annos, in principio. ff. de conditio. & demonstratio. qui tex. loquitur de dictione, vsque. facit, quod dixi supra, polt Io. de Imo. & de istis oblationibus, donec voluero, vel donec, aut quandiu reuocauero, vide plenè per Bart. in l. centesimis. ff. de verborum obligatio. & adde etiam, quod dicam de istis dictionibus in capit. 2. infra eodem, in 8. quæstione principali.

37 ¶ Quartò dubitatur de aduerbio, † dum, vtrum per ipsum inducatur conditio. ¶ Sol. Idem dicendum arbitror, quod dictum est de præcedentibus dictionibus. facit l. qui cõcubinam. §. vxorem. ff. de legat. 3. & quod not. in l. 4. ff. de seruitutibus. & in l. si quis ita. ff. de verborum obligatio. puta si dixit testator; Lego vxori meæ, dum steterit cum filijs. Nota ergo, quod istud aduerbium, dum, quando suspendit dispositionem in aliquem futurum euentum, facit conditionem, aliàs secus: & ad prædicta vide, quæ tradit Ioan. And. in rubrica, eodem titu. vbi format hanc quæstionem. Quædam ciuitas habet Marianum in dominum naturalem, quæ habebat pontem super flumine cum latis possessionibus deputatis ad præseruationem põtis, & riparum dicti pontis, & omnium iurium, & pertinentiarum suarum, contigit, quod administratores regentes ciuitatẽ, ad quos spectabat, concesserunt Titio pontem pro se, & suis hæredibus, hac clausula adiecta, dum placuerit Domino meo prædicto, qui dictam concessionem confirmauit, & promisit non contrauenire, &c. vbi tractat Ioann. Andr. de potentia istius dictionis, dum, & vtrum inducat conditionem, vide latè ibi per eum.

¶ Sed quæro circa prędicta, quid iuris de dictio-
38 ne, dummodo, † vtrum inducat conditionem.

¶ Sol. Glo. Ioan. And. & Pau. de Leazar. in cap. non potest, de præben. lib. 6. dicit, quod aut dictio, dummodo, iungitur dispositioni perfectæ, prout erat in dicto cap. non potest. & tunc non inducit conditionem. Aut iungitur rei imperfectæ, & facit conditionem, vt in cap. vt præteritæ. supra de elect. & secũdum prędictam distinctionẽ debet intelligi, quod dicit Ioan. Andr. in cap. ex tuarum, de auctoritate, & vsu. pal. super verbo, dummodo. vbi dicit, quod sapit modum, vel conditionem, & subdit, ꝙ necesse est illud existere. & de prædicta dictione vide in cap. quia diligentia, & in cap. cum inter canonicos, in fi. de electio. & in cap. fin. in fi. de translat. prælato. & de ęta. & qualita. cap. cum contingat, de offic. ordin. cap. quod sedes, de foro compet. cap. ex tenore, de cler. coniu. cap. cum Ioannes, de vsu. cap. cum tu. & per Ioan. And. in regula, actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. in mercur. & per Angel. consil. 4.

¶ Quid autem de dictione, quousque. Bartol. in dicta l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. dicit, quod credit idem iuris esse, quod dictum est de dictione, donec, & dum, & alijs similibus, quia eadem est ratio, & idem significatum. ff. de manumiss. testamen. l. Imperatores, & d.l. si cum in annos.

39 ¶ Quintò dubitatur de dictione, † quando.

¶ Sol. Dic idem esse, vt ff. quan. dies leg. cedat. l. si pupillæ. & similiter idem de dictione, quoque, vt l. cum vir. ff. de condit. & demonst. secundum Bart.

¶ Et aduerte, quia dicta aduerbia temporis, de quibus supra dixi, requirunt duo verba, videlicet verbum dispositionis, & aduerbium conditionis. & idem dicendum de similibus aduerbijs temporis, secundum Bar. & nota, quod vbicunque dixi dicta aduerbia facere conditionem, intellige scilicet secundariò, nam principaliter faciunt tempus, vt dixi supra, in princ. de dictione, cum.

40 ¶ Sextò dubitatur de dictione, † postquam.

¶ Sol. Bar. in l. quibus diebus. §. fin. ff. de conditio. & demonstrat. dicit, quod facit conditionem, cum præcedat effectum dispositionis, quæ sequitur, puta, dicit testator, postquam Titius sic fecerit, dabis sibi centum, & sic facit conditionem, vt l. inter illam. ff. de verborum significatio. & l. si ita. §. fin. ff. de leg. 2. secundum glo. ibi positam, quæ exponit, vbi, idest postquam: & sic reprobatur glo. in l. si filius. ff. de dolo. quæ dicit, quod facit modum, quia hoc est falsum: cùm de natura modi sit, vt post quæsitum emolumentum impleatur, vt l. quibus diebus. §. fin. & l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstratio. cuius contrarium requirit dictio, postquam, vt dixi. & vide per Bal. in d.l. quibus diebus. §. fi.

41 ¶ Septimò dubitatur de aduerbijs loci, † vt de dictione, vbi. circa quod dic, quod quandoque ponitur impropriè, & facit conditionem, vt in l. si ita sit scriptum. §. fin. ff. de legat. 2. vnde si testator dixit; Lego Titio centum, vbi voluerit hæres, legatum est conditionale; vt l. fideicommissa. §. si fideicommissum. ff. de leg. 3. & exigit primam voluntatem, quæ non potest postea mutari, vt ibi. Quandoque verò dictio, vbi, ponitur pro, cum, & dic, vt dixi supra, in vers. primò dubitatur. Item quandoque ponitur pro aduerbio, temporis, vt pro dictione, postquam, vt l. postliminium, in principio. & §. 1. ff. de captiuis. & dicta l. 1. §. incestus. & ibi Florianus. & §. quod autem. ff. si quadrup. pauper. fecis. dica. & in cap. 1. de sacramen. vnct. & per glo. in cap. cum in iuuentute, de purgat. canon. & per Archid. 2. quæstio. 5. cap. Mennam. & tunc dicendum est, vt dixi de dictione, postquam.

42 ¶ Octauò dubitatur de aduerbijs † quantitatis, & de dictione, quatenus. & videtur facere condit. per l. Stichum, qui meus erit. de legat. 1.

¶ Nonò dubitatur de aduerbijs negandi, vt de
43 dictione, ne, & similibus. † circa quod Bar. in l. cum tale. §. 1. ff. de conditio. & demonstratio. dicit, quod aut apponitur ad aliquid, quod debet explicari ante perceptum emolumẽtum, & facit conditionem:

Aut

Aut apponitur ad aliquid, ꝙ debet explicari post perceptum emolumentum, puta relinquo tibi centum, ne tale quid facias, & inducit modum, vt dicto §. 1. licèt Dyn. aliter dicat in l. qui absenti. ff. de acq. poss. & ibi tenet etiam Bar. & vide glo. in l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2.

44 ¶ Decimò dubitatur de dictione, † secundum.

¶ Sol. Aduerte, quia quãdoque est dictio, & quandoque est nomẽ, vt secundus, secunda, secundum. & dicitur à sequor ris, eo quod statim sequitur post primum, vt l. ex duobus. ff. de vulgari, & pupillari. & infra de secun. nup. Quandoque denotat prospe ritatem, & bonã fortunam: vnde omnia, quæ sunt nobis secunda, dicuntur prospera fortuna. Quandoque vero hæc dictio est aduerbium, & ponitur pro aduerbio loci, qualitatis, vel similitudinis: & videtur, quod non inducat conditionem, vt l. eũ qui. §. Iulianus. ff. de const. pec. no. Cyn. in l. secundum. C. de contrah. & committ. stip. facit, quod no. glo. in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. & quod dicitur in symbolo: Et resurrexit tertia die, secũdum scripturas. facit & l. penul. C. de instit. & substit. sub conditione factis. & ibi Bar. singulariter dicit, quod non facit conditionem, licet non appareat de conditione, quam quis videtur polliceri: vnde singulariter dicit, quod si aliquis concesit mihi aliquid in
45 feudum, † vel emphyteusim, secundum formã, & modũ, quibus antecessoribus meis erat concessum, licèt non appareat quibus modis, vel formis antecessoribus meis esset concessum, non vitiatur concesio facta, immo tunc dictio, secundum, exponitur potius causaliter, & exponitur pro quia. s. quia meis antecessoribus erat concessum, vt est tex. in c. Abbate sanè, de verbor. signif. & per Gul. de Cun. & Bar. in l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecun. & Pau. de Cast. in dicta l. penult. Idẽ si aliquis dam-
46 naretur soluere vnum par caponum, † secundum quod sui antecessores soluere consueuerunt, non dicitur damnatus conditionaliter, sed purè, & ideo debit capones, licet de cõsuetudine non appareat, tenet etiam Bal. in dicta l. penult. de instit. & substit. sub cõditione factis. & ad prædicta vide glo. in Authen. de testibus. §. quoniam. & in l. vt liberis. C. de collatio. & 19. distinct. cap. si Romanorum. in quibus traditur quid iuris, si non reperitur terminus, ad quem fit relatio. & vide Bar. & latius per Pontanum in l. admonendi. ff. de iureiuran. in prin. & per Bal. in l. 1. ad fin. C. de episc. & cler. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in glo. super verbo, prout. & prædicta perpetuò notabis, quia quotidiana, & vtilia sunt. Sed redeundo ad proximam materiam conditionis, Bald. in l. penult. C. de instit. & substit. dicit, ꝙ prædicta dictio quandoque facit conditionem secundum terminos, quibus adiungitur, & mihi placet. facit, quod dixi supra, versic. secundò dubitatur, & versic. septimò dubitatur.

47 ¶ Septimò quæro de coniunctionibus, † vtrum inducant cõditionem: & primò dubitatur de coniunctione, si. circa quod glo. in l. 1. ff. de cond. & demon. dicit, quod facit conditionem. Subdit tamen, quod quandoque fallit, vt l. muto. §. 1. ff. de tutel. & vide Inno. in c. fin. de præsump. & glo. super verbo, receperint. in cle. 1. de offic. deleg. vbi dicunt, quod per ista verba, prouideas tali, si persona sit idonea, quod dictio, si, non importat conditionem, sed potius monitionem: secus si Papa mãdauit, quod quis prouideat tali, si est Doctor, vel si est oriũdus ex tali ciuitate, dixi in d. clem. 1. Bar. vero in d.l. 1. latius prosequẽdo hanc materiam dicit, quod aliquando dictio, si, respicit verbũ præteriti temporis, & tunc non facit conditionem, vt l. si stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. oblig. trad. in l. demonstratio. §. 1. ff. de condit. & demonst. vbi dicit, quod omnia iura, quę conditiones in præteritum appellant conditiones, loquuntur impropriè. facit, quod dixi supra in rubr. q. 1. Quandoque vero dictio, si, respicit verbum futuri temporis. Et hic aduertendum est, quod quandoque ille futurus euẽtus est certus omni certitudine, quandoque est certus, an, sed incertus, quando, vt est mors; quandoque uero est incertus, an & quando, prout cõiter, sunt regulariter oẽs conditiones. Primo casu nõ facit conditionẽ, vt supra dixi. Secundo casu glo. sunt contrariæ: nã quædam dicunt, quod hæc adiectio, si moriar, non facit conditionem, vt no. in l. si pupillus. §. si quis sub conditione. ff. de nouat. & ibi glo. & l. post mortẽ. C. de fideicom. in glo. magna. tenet Cyn. in l. extraneum. C. de hæred. instit. contrarium vero tenet glos. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. & Dyn. in d. §. qui sub conditione. & hoc sequitur Bar. in d.l. 1. dicens esse casum in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonst. & l. quicunque. §. 1. ff. de verb. oblig. Sed Ioan. de Imo. in d.l. 1. dicit, ꝙ hoc procedit, quando hoc adiiceretur ad personam grauati, vel tertij in vltimis volũtatibus, secus in personam honorati, quia non facit conditionẽ, saltem quo ad transmissionem, vt in l. si cum hæres. ff. quan. dies leg. ced. ad quod vide, ꝙ dicam infra, in ver. 10. ibi, prima conclusio. Tertio casu regula est, ꝙ dictio, si, facit conditionem, vt no. in d.l. 1. ff. de cond. & dem. & in l. 1. C. de his, quę sub mo. & in l. si Titio. ff. qñ dies le. ce. & quasi in oĩbus ll. quæ tractãt de condit. hęc tñ regula recipit fallentias, quas poteris colligere ex rñsionibus, quas dabo ad contraria statim formata.

¶ Vnde contra prędictam cõclusionem primo oppono de l. muto. §. 1. ff. de tutel. ¶ Sol. Dicunt quidam, quod ibi ideo est, quia apponitur cõditio quę tacitè inerat, quia tunc non facit conditionem Sed hoc est falsum, secundũ Bar. quia tacita cõditio est conditio, & suspendit, vt d.l. 1. & no. ff. de pac. in l. item quia. ad quod vide, ꝙ dicam inf. eo. c. 1. in 5. q. princ. Dic ergo, ꝙ ibi non fuit cõditio, quæ tutoris dationẽ suspenderet, sed bene fuit cõditio, quæ administrationẽ suspendit, quia talis expresio facta à iudice, intelligitur facta, secundum ꝙ tacitè inerat, aliàs tutoris datio uitiaretur, ut ibi patet. facit ad prædicta, ꝙ no. glo. in cle. 1. de offi. dele. & Inn. in c. fi. de præsump. Sed dicit Io. de Imo. in d.l. 1. ff. de condi. & dem. ꝙ intellectus Bar. ad l. muto. §. 1. vẽ cõtra casum. l. 3. §. filius. ff. de lib. & posth. nam licet exhæredatio ita demũ debeat habere effectum, si hęreditas adeatur, vt l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de contratab. & sic tacitè ineſt, & tñ si hoc exprimitur in exhæredatione, vitiat illã, nec intelligitur eo modo quo inerat. Sed ad hoc posset respõderi, ꝙ dictũ Bart. procedat in dispositione fauorabili, prout est datio tutelæ, secus in odiosa, prout est exhęredatio, vt l. cũ quidã. ff. de lib. & posth. secundũ Io. de Imo.

¶Secundò oppono de l. fi. C. de libert. & eorum libe. & l. 1. §. sed apud seruum. ff. de aqua plu. arcen. & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. vbi dictio, si, ponitur pro quamuis. Sed dicit Bar. quod ibi non sumitur contrarius sensus, quia insurgeret absonus intellectus: & ideo ponitur, si, pro quamuis, & sic multiplicatiuè, sicut etiam quandoque ponitur aduersatiuè.

¶Tertiò opponitur, quia etiam quãdoque reperitur, ꝙ dictio, si, ponitur pro, quia, vt l. videamus, in princ. ff. de in lit. iur. & l. Titium, & Mæuiũ. §. qui autem. ff. de admi. tut. & l. à quo fundus. ff. de dam. infec. ¶Sol. Vera natura conditionis est, vt significet rem dubiam, quæ habeat se ad esse, & nõ esse, vt dictum est: & ideo quando dictio, si, adiungitur orationi, quę est certa, vel debet poni pro certa, tũc accipitur pro quia, vt sit potius ratio, quàm conditio, vt dictis iuribus. tradit Bart. in l. demonstratio. §. 1. ff. de condit. & demonstr.

48 ¶Quartò opponitur, quia si dictonẽ, si, † præcedat copula, Et, accipitur pro quamuis. vnde in pluribus iuribus exponitur, & si, pro quamuis, vt in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. & l. 2. ff. de aqua plu. arcen. cum simi. ¶Sol. Scire debes, secundum Bar. quod istæ cõiunctiones requirunt duas orationes: nam si ego dicerem, si sic feceris, vel dederis, & aliam non adiungerem orationem, hoc nihil importaret: vnde requirũt aliam orationem, vt faciat orationem hypotheticam, vt puta si sic feceris, vel dederis, lego, vel relinquo, aut dabo tibi tantum, vel tale quid faciam. Hoc prẽmisso distingue, quod aut dictio, &, dictio, si, ponuntur respectu earũdem orationum: & hoc casu dic, quod si dictio, etsi, est simul iuncta, & sic vna sola dictio, & tũc, exponitur pro quamuis, vt in contrarijs. Aliquando verò ponuntur respectu diuersarum orationum: & tunc dictio, si, stat propriè, & faciet conditionem: & similiter etiam dictio, &, stat propriè copulatiuè, vt l. 1. ff. de vulg. & pup. & Insti. de pup. subst. in prin. secũdũ Bar. & no. ꝙ quãdo dictio, si, facit conditionẽ, illã facit expressam, vt l. si Titio. ff. quan. dies leg. ced.

¶Secundò dubitatur de dictione, cum, quæ est
49 coniunctio, † licèt quãdoque sit aduerbium, & ponitur pro quando. ¶Sol. Dic, vt dixi supra in versic. quintò quæro, quid de aduerbijs.

¶Tertiò dubitatur de dictione, nisi, vtrũ faciat
50 conditionem. † Circa quod dic, ꝙ hæc dictio, nisi, quãdoque additur verbo præteriti, vel prẽsentis tẽporis, & tunc est dictio merè exceptiua, de cuius natura solet dici in l. actione. C. de transa. Aliquando vero additur verbo futuri temporis. & hoc casu gl. in l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de act. & obli. distinguit, vtrũ dictio, nisi, præcedat, vel sequatur dispositionem. Sed Bar. dicit illam nõ bene dicere, quia licet præcedat in ordine loquutionis, tamẽ ex ordine intellectus dispositio semper intelligit præcedere, & exceptio sequi per dictionem, nisi, secundum Bart. in l. 1. ff. de cond. & dem. & hoc videtur esse verius, quàm illud, quod dicit Bart. in l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & sequitur Ioan. de Imo. in d. l. 1. Dic ergo, quod aut loquimur in vltimis voluntatibus, & totam dispositionem facit conditionalẽ, vt l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demon. & ibi no. Bar. facit l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 3. Aut loquimur in contractibus, & tũc, aut dispositio fuit cõcepta per verba futuri tẽporis: & idem dicẽdum est: aut per verba præteriti, aut præsentis temporis, & tunc licet dispositio sit pura, tamen facit conditionalem resolutionem, vt in l. 2. ff. de in diem adie. licet gl. in l. 3. ff. de contrah. emp. aliter sentiat, & minus bene. Vnde, vt dicit glo. in d. l. 2. si dictio, nisi, respicit contractum, prout est in facto, reddit eum conditionalem, non purum: si verò, prout est in facto esse, non reddit eum cõditionalem, sed resoluendũ. & hoc est regulare, quod in cõtractibus post perfectũ contractum dictio conditionalis non reddit contractum conditionalem, sed resoluit, vt in l. si distracta. ff. de contrah. emp. In iudicijs vero dic, quod dictio, nisi, facit conditionem suspensiuam, non resolutiuam, vt puta, si iudex dixit, Excommunico Titiũ, nisi soluat Sempronio centum infra decem dies, vt est text. cũ gl. & quod ibi no. Inno. in c. reprehensibilis, su-
51 pra de appell. Ex quo sequitur, quod verba † iudicis potius debent interpretari secundum naturam vltimæ voluntatis, quando talis interpretatio esset benignior. facit l. centesimis, in fi. ff. de verb. oblig. secũdum Ioan. de Imo. in l. 1. ff. de cond. & demon. Sed tu dic, quod ista fuit nota Iaco. Butrig. in d. l. 2. ff. de in diem adiect. & ibi uide per eum, & per Bar. & Salic. & uide per Doct. in cap. præterea. supra de appellatio. & per Barto. in dicta l. centesimis. & l. iudex. ff. de iureiuran. per Dyn. in regula, peccatum. de regul. iur. lib. 6. Et nota, quod contractus dicitur esse in suo perfecto esse, quãdo per uerba præteriti, vel præsentis temporis innititur, quę verba nõ stent in suspenso, secus per uerba futuri temporis. tenet Pet. de Anch. in repet. c. si propter, de rescrip. lib. 6.

52 ¶Quartò dubitatur de cõiunctione, † alioquin. circa quod dic, quod ista coniunctio est mirabilis, quia non solum facit orationem conditionalem, sed in se continet orationem, quæ inducit conditionem contrariam præcedenti dispositioni: vnde si dico, alioquin feceris talia, intelligitur, id est si prædicta non feceris, vt l. si sinita. §. ex hoc edicto. ff. de damno infec. & ibi no. & in l. eleganter. §. pen. ff. de dolo. l. Lucius. ff. de fideicom. libert. & l. si cui legata. ff. de legat. 1. & in l. si seruus legatus. §. si seruus, eod. tit. & in l. omnino. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. tenet Specu. in tit. de citatio. §. 1. versic. sed pone, Papa. vbi dicit Innoc. ita pronunciasse. & ideo dicit Bart. in l. fin. de conditio. & demonstratio. quod iurisconsultus, quilaborauit in conceptione pœnalis stipulationis, in l. cum quid, & in l. continuus. §. penult. ff. de verborum obligat. vnico verbo potuisset se expedire, siue præcedat dispositio affirmatiua, siue negatiua, subiiciendo stipulationem pœnalem hoc modo, alioquin tantum dabis, & hoc est verũ propriè sumendo, licet quandoque in alia significatione reperiatur, vt l. damni. §. penult. & l. fluminum. §. idem seruus. ff. de damno infecto. & l. 2. §. si cut. ff. de aqua pluuia arcen. & l. milites. ff. de custodia reorum. & hoc maximè procedit, quando dictio, alioquin, ponitur in vna, & eadem oratione, ita quod non potest importare conditionem, quoniam tunc importat conditionem, & sui naturam sequitur, quando iungitur cum alia oratione. tu etiam dic, quod dictio, alioquin, vt di-

xi, est

xi, est coniunctio, & exponitur, idest si non, vt dictis iuribus, & in l. donatarum. C. de acquir. possess. & est glo. super verbo, alioquin. in cap. insinuante, de officio deleg. quandoque etiam dicta dictio est, aduersium qualitatiuum, & exponitur, alioquin, idest aliter, & componitur à verbo, alius, secundum Vgutionem, & tunc non faceret conditionem, vt l. solum. ff. de rei vendicat. Instit. de rerum diuisione. §. apium. & vide supra de restitut. spoliator. cap. 1. & ibi dixi in fina. notabili, & in cap. ex literis. infra de homic. aliquando verò ponitur pro, vel, vel alio loco. Instit. de publ. iudic. §. fin. facit, quod statim dicam de dictione, alias, in sequen. versic.

53 ¶Quintò dubitatur de dictione, alias: † circa quod dico, quod quandoque facit conditionem, sicut dictio, alioquin, vt l. diuortio, circa fi. ff. de negot. gest. & tunc resoluitur in si non, vt dicta l. diuortio, & l. alias. ff. de iureiuran. habet etiam hęc dictio alias significationes, quia quãdoque est aduerbium loci, & ponitur alias, pro alio loco, vt l. adeo. §. quod si toto. ff. de acquiren. rerum domin. tradit Bart. in tract. Tiberiadis, lib. 3. in prin. super verbo, alias. facit Instit. de publ. iudi. in §. fin. Quandoque verò est aduerbium qualitatis, & exponitur alias, id est aliter, vel alio modo, vt ff. de peti. hæred. l. denique. §. vtrum. & ff. de aqua quotid. & æsti. l. prima. §. illud. & in cap. significauit, supra de corpore vitia. & ff. de iniur. l. non solum. §. procul. & ff. de iure dotium. l. non enim. Aliquando verò exponitur alias, idest alio casu, vt l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. & sic ponitur ibi exceptiue. & ff. de conditio. sine causa, in l. qui sine. quandoque etiam ponitur pro aliquando, ratione subiectæ materiæ, secundum Martinum de Fano in l. 3. ff. de testibus. & glo. magna, circa medium, in clemen. quocirca, de electio. & in extrauaganti, execrabilis, Ioann. 22. super verbo, canonista. & in extrauag. Benedicti XI. quæ incipit, dudum. Quare secundum subiectam materiam, & naturam orationis, in qua ponitur talis dictio, poterit cognosci qualiter accipi debeat. & an faciat conditionẽ, vel non, facit, quod statim dixi de dictione, alioquin.

54 ¶Sextò dubitatur de coniunctione, siue. † circa quod dico, quod propria natura istius coniunctionis est, vt sit disiunctiua, sed tamen aliquando, licet vna disiungat sensum, tamen coniungit, vt ibi, Alexander, siue Paris, vt C. de in litem dando tuto. l. ad protegendum. vt ibi not. & in Auth. de trien. & semisse. §. consideremus. & C. de vend. rerum ciuitatis. l. fin. & C. de bonis vacan. l. 2. lib. 10. & hoc procedit, quando ponitur inter duo necessaria requisita, vt no. glo. super verbo, prolata. 2. quæstio. 1. cap. in primis. & Archid. & Ioann. Andr. in verbo, confessionem. in cap. quamquam, de usur. lib. 6. & no. quando hæc dictio cadit inter duas orationes futuri temporis, respectu vnius dispositionis, facit conditionem, & inducit disiunctiuè. ff. quan. dies leg. ced. l. huiusmodi. & ff. de verborum obligatio. l. si ita quis. & C. de custod. reor. l. 1. & C. de transactio. l. siue apud acta. & ff. de muner. & honorib. l. 3. Vnde conclude, quod facit conditionem eo casu, quo faceret coniuncti. Quandoque verò ponitur correctiuè, vt cap. Romana. §. 1. de appellat. lib. 6. & ibi per Archid. & Ioan. And. & per Archidiac. in cap. præsenti, de senten. excom. lib. 6. Quandoque verò ponitur alternatiuè, vt disiunctiuè, vt dixi, ad quod etiam vide, C. de verbor. sign. l. cum quidam. & l. 1. §. hoc autem. ff. ad Treb. Quandoque disiunctiuè, vt d. l. ad proregendum. Item nota, quod posita inter genus, & speciem stat aduersatiuè, excludens speciem à genere sequenti, vt no. glo. 12. quæstio. 2. cap. nulli liceat. & posita in gratijs, & priuilegiis ponitur augumentatiuè, non diminutiuè. Bal. consil. 3. quod incipit, Dominus Sabinensis, per l. si quis ita. ff. de auro, & argen. leg. & ibi per Bart. & in Auth. de trien. & semisse. §. consideremus. in glo. super verbo, siue. & eadem ego arbitror de coniunctione, seu, de qua per Dyn. & Bar. in rubrica. ff. de interdict. & 60. distinct. cap. ego Ludouicus. & per Cyn. in dicta l. cum quidam. C. de verbor. significa. & per Dom. Anton. in cap. inter cęteras, de rescrip. & in dicta l. si quis ita. & ibi per Bar. & per Ioan. Monach. in cap. 2. de offic. ordin. lib. 6. per Hostien. & Ioan. And. in cap. ex parte, de restit. spoliator. & ibi per Zabar. quæst. 2. & quæst. 6. & in cap. 1. §. porro. de sta. reg. lib. 6.

55 ¶Septimò dubitatur de coniunctionibus † copulatiuis: circa quod dic, quod quãdoque coniunctio, &, quę est copulatiua, inducit, seu denotat ordinem, vt vnum de necessitate præcedat, & aliud sequatur, vt l. mulier. ff. de condit. instit. & in l. si peculium, in prin. & §. is cui. ff. de statu liberis. facit l. si statu libera. §. si statu libera. eod. titu. & l. quæsitum, & l. Iulianus. 2. ff. de condit. & demonst. & ibi Bart. & Ioan. de Imo. & inducit cõditionem, secundum Bart. qui idem putat de coniunctione alternatiua, quãdo est significatiua ordinis, vt l. cum pater. §. penult. ff. de legat. 2. ex quibus concludit Bart. quod omnis coniunctio, quæ dispositionem suspendit in aliquem futurum euentum, inducit conditionem. Est etiam considerandum, ꝙ coniunctiones quandoque ponuntur propriè, & quãdoque impropriè, vt leg. & not. in l. eas causas

no, quod non differt à verbo infinito, niſi quia habet caſum : dicit tamen aduertendũ, quia ſupinum non habet niſi duos caſus, ſcilicet ablatiuum, & accuſatiuũ : & ratio eſt, quia natura ſupini eſt ſignificare ſolum terminum ipſius actus, & ipſe terminus eſt duplex; vnus eſt terminus à quo, & per hoc habemus caſum ablatiuum, vt ff. de minor. l. 3. §. minorem. vbi ponitur hoc ſupinum, Natu. intelligẽ à natiuitatis momẽto: alius verò eſt terminus ad quẽ, & per hoc habemus accuſatiuum, vt l. ſi quando. §. fin. ff. vt legat. nomi. cauea. Sed illud, quod habet ſe per modum termini, non ſuſpendit diſpoſitionem, & ſic non inducit conditionem, ſed magis terminat, & ideo putat Bart. quod per ſupinum non inducatur cõditio per ſe, niſi fortè ratione alterius verbi, vel dictionis, cui adiungeretur, aliud dicendum eſſet, ſecundum Bar. & mihi placet. facit, quod dixi ſupra, verſic. ſextò quæro. ibi, ſecundò dubitatur. & ibi, ſeptimò dubitatur de aduerbijs, loci. & ibi, decimò dubitatur de dictione, ſecundum. & in verſic. ſeptimò quæro. verſic. primò dubitatur, in fi.

¶ Decimò, quia ſupra in principio iſtius ſecundæ quæſtionis principalis pollicitus ſum ſubiungere circa materiam iſtius ſecundę quæſtionis quaſdã regulas, ſeu cõcluſiones, ad cognoſcendum, vtrum actus, ſeu diſpoſitio ſit conditionalis, vel non, ideo accipe iſtas regulas, ſeu concluſiones.

¶ Prima regula, & cõcluſio ſit iſta. Dies incer-
58 tus † adiectus ſubſtantię legati facit conditionem, vt l. dies incertus. ff. de condit. & demonſtr. ſiue ſit omnino dies incertus, an & quando, ſiue incertus quando, licet ſit certus, an: puta, Lego Titio centũ, cum peruenerit ad ętatem triginta annorum. & ad idem l. quibus diebus. §. 1. ff. de condit. & demonſt. & hoc verum in vltimis voluntatibus, ſecus in contractibus, vt not. per glo. in dicta l. dies incertus. per tex. Inſti. de verborum obligatio. §. ex conditionali. & ratio differentiæ aſsignatur ibi per glo. cui Ioan. de Imo. addit aliam rationem, quia contractus aſſumunt efficaciam ex cõſenſu duorum, ſed legata ex voluntate teſtatoris duntaxat, ideo tranſmiſsibilius cenſetur, quod deſcendit à contractu, arg. authen. itaque. C. comm. de ſucceſſ. & notatorum in cap. 1. ſupra de pact. quàm in vltimis voluntatibus, quæ à ſola teſtatoris voluntate deſcendunt. Item in vltimis voluntatibus procedit dicta cõcluſio, niſi aliud dicendum ſit ex præſumpta voluntate teſtantis, vt l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. vbi dies incertus fuit appoſitus ad ſubſtantiam legati, videlicet, cum peruenerit ad talem ętatem, & tamen nõ reddit legatum conditionale, & ſic tranſmittitur, licet legatarius moriatur ante illam ætatem.

¶ Sed aduerte, quia iſte articulus latiori indiget declaratione; Quare, vt plenè habeas, diſtinguc poſt Paul. de Caſtro in l. ex his verbis. C. quando dies legati cedat. plurimis tamen additis, quia in multis eſt defectiuus. Diſtingue ergo, quod aut
59 tempus ætatis † fuit appoſitum conditionaliter per dictionem, ſi, puta ſi ſuperuenerit ad talẽ ætatem, & reddit legatum conditionale. facit, quod in ſimili habetur de cauſa conditionaliter appoſita in l. demonſtratio. §. quod autem iuris. ff. de conditio. & demonſtratio. & de arbitrio conditionaliter appoſito, vt not. per gloſ. in l. 1. ff. de legat. 2. ſecundum Paul. Sed tu dic, quod hoc fallit fauore libertatis, vt l. ſi ſeruus. ff. de ſtatu liberis, & in l. fideicommiſſaria. §. etiam. ff. de fideicommiſſ. libert. vbi licet talia verba ſint prolata per dictionem, ſi, non tamen faciunt conditionem, vt dicta l. ſi ſeruus, & d. §. etiam. vbi eſt tex. quod legatum libertatis, cum filius, vel ſi filius peruenerit ad talem ætatem, non eſt conditionale, quamuis ſub eiſdem verbis legatum pecuniarium ſit conditionale, aut diſpoſitio fuit facta per
60 dictionem, cum, † quæ principaliter denotat tempus, ſecundariò conditionem, vt dixi ſupra, verſic. ſextò quæro, in principio. Et ſubdiſtingue tres caſus, quia aut fuit appoſitum perſonæ ipſius grauati, aut perſonæ ipſius honorati, aut tertij. Primo caſu potes figurare exemplum, grauo hæredem meum, ℘, cum ipſe peruenerit ad etatem vigintiquinque annorum, det Titio centũ, & hoc tempus non reddit legatum conditionale, ſed in diem, vt l. libertus. §. ab hæredibus. ff. de alim. & cib. lega. & l. fideicommiſſaria. C. de fideicommiſſ. libert. ſecundum Bart. in l. ſi cui. §. hoc autem legatũ. ff. de lega. 1. vbi idem tenet Bal. & de ratione vide ibi per Bar. hoc tamen fallit fauore libertatis, vt ſtatim dixi.

¶ Sed aduerte, quia, vt dicit Ioan. de Imo. in d. §. hoc autem legatum. contra prædictam opinionem ſunt plurima iura. Primò prædicta cõcluſio eſt, contra l. ſi quis à filio, in princ. ff. de legat. 1. vbi apertè lex vult, quod legatum nõ debeatur, ſi prædecedat grauatus ante ætatem: ergo eſt conditionale, aliàs enim debentur: nec videtur bona reſponſio, quam dat Bart. quod non debeatur, ſcilicet interim, quia tex. ille ſimpliciter loquitur, & ſic indiſtinctè videtur intelligendus, argumen. l. in fraudem. ff. de teſtamen. milit. & quia, ſi iureconſultus hoc voluiſſet, bene ſciuiſſet dicere, argum. l. 1. §. ſinautem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & hoc apertè voluit glo. in dicta l. ſi quis à filio. in quantum dicit, quod defectus conditionis vitiauit legatum, & idem ibi tenet Iacobus de Arena. Item non videtur eſſe bona reſponſio ad l. fideicommiſſaria. §. etiam. ff. de fideicommiſſ. liber. vbi teſtator dixit, quod relinquebat libertatem ſeruo poſt certam ætatem filij: & dicitur ibi, quod ſi filius ante illam ætatem defunctus eſt, licet videatur defeciſſe conditio, tamen fauore libertatis iure ſingulari receptum eſt, vt hæres filij aduenientẽ d. tempore teneatur dare libertatem ſeruo. & quãuis Bart. dicat, quod ibi fuit dictio, poſt, & non dictio, cum, inter quæ dicit eſſe differẽtiam, vt l. inter illam. ff. de verborum ſignificatio. tamen non videtur bene dicere, quia d. l. inter illam, non probat differentiam eſſe quo ad effectum conditionis inducendæ, ſed ſolum quo ad hoc, vt vno caſu maius, & perfectius incrementũ requiratur, quàm in alio caſu. Præterea in l. ſi ſeruus. ff. de ſtatu liber. & in dicto §. etiam. non videtur fieri differentia inter poſt, & ſecundum, & ſi: nec etiam videtur bona reſponſio quam dat Bar. ad l. talis. §. libertis. ff. de fideicommiſſ. libert. quæ videtur velle, quod fauore libertatis ex humanitate valeat, vt patet ex mente illius tex. iuncta dicta l. fideicommiſſaria libertas. & l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. teſtamen. vnde dicit Ioann. de Imo. quod videtur eſſe incongruum, violare tot leges per prædictã l. libertis. §. ab heredibus. ad quem §. poteſt reſpõderi, ℘ debet intelligi, quando

quando teſtator noluit facere conditionẽ, vt etiam voluit Iac. de Are. & ſic, vt iura iuribus concordentur, argumen. cap. cum expediat, de electio. lib. 6. & l. prima. C. de inofficioſis donatio. facit quod not. in l. Seius Saturninus. ff. ad leg. Falcid. Vel fortè melius dici poteſt, quod ibi teſtator non ſimpliciter appoſuit tempus certæ ætatis grauati, ſed adiecit etiam quandam conditionem, ſcilicet ſi legatarius non relinqueret ipſum grauatum ante dictam ætatem: & ideo cum dicta conditio ſit verificata, quia legatarius non dereliquit ipſum grauatum, ideo, licet grauatus interim moriatur, tamẽ legatarius debet habere legatũ, & quia videtur etiam, vltra conditionem, diem adieciſſe, ideo tempore ætatis grauati, quod à teſtatore fuit expreſſum, expectatur, ac ſi grauatus viueret, quo tempore voluit teſtator, verificata conditione appoſita legatum teſtari: ſecus ergo quando ſimpliciter adiicitur tempus certę ętatis ipſius grauati, quia tunc etiam facit conditionem, ex quo alia conditio non eſt adiecta, cum poſſibile ſit, quod ſi moriatur legatarius, antequã grauatus perueniat ad dictam ętatem, & ſic eadem ratio eſſe videtur hoc caſu, quæ eſt, quando adiicitur certum tempus ętatis ipſius honorati, vel alterius tertij. facit l. hæres meus. ff. de conditio. & demonſtratio. per quam legem etiam deſtruitur opinio, & ratio Bartoli, quia ſi grauatur hæres dare Titio decem, cum ipſe hæres morietur, cum teſtator videatur ipſum grauare in puncto mortis, vt l. qui duos. ff. de manumiſſ. teſtamen. multo fortius debet dici velle grauare hæredem hæredis, & per conſequens non deberet facere cõditionem, cuius contrarium eſt verum, quia dicto caſu, ſi legatarius decedit ante hæredem, non tranſmittit legatum, vt d. l. hęres meus. ¶ Nec obſt. prædictis. l. talis. §. libertatem, de fideicommiſſ. libert. vbi tempus certæ ętatis, ſcilicet 16. annorum, & etiam conditio, quia dixit teſtator, cum M. filius meus 16. annos impleuerit, rationibus redditis liberum eſſe volo, & tamen tempus certæ ętatis videtur facere conditionẽ, præterquam in libertate: quia poteſt reſponderi, quòd teſtator per prius voluit adimplere conditionem ante tempus ętatis, & ſic principaliter conſiderauit conditionẽ, & ſecundariò tempus, ideo ibi tantum inſpicitur ipſa conditio, vt l. rogaſti, & l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi cer. pet. quia attendi debet, quod principaliter, & non in cõſequentiam agitur, & iſto modo loquitur l. libertis. §. ab hæredibus. ff. de alimen. & cib. lega. Sed in d. §. libertatem, in l. talis. teſtator, vt principaliter cõſiderauit tempus ętatis, & ſecundariò conditionem. Ideo non mirum, ſi ſecundum ſuam naturam tempus ætatis facit conditionem, vt l. ſi quis à filio, de legat. 1. cum aliis iuribus ſupra alleg. contra opinionem Bart.

61 ¶ Secundo verò caſu, quando fuit † appoſitum certũ tempus ætatis ipſius honorati, ſubdiſtingue, quod aut fuit appoſitum ad ſubſtantiam legati, vt lego tibi, cum peruenieris ad ętatem vigintiquinque annorum, & eſt conditionale, vt l. ſi cui. §. hoc autem legatum. ff. de legatis 1. niſi in caſu d. l. Seius Saturninus. fauore filij, tribus concurrentibus. Primò, quia filius. Secundò, quia minor. Tertiò, quia paterna hęreditas eſt debita filio. & ideo dico, quod hæc tria requiruntur, quia non ſufficeret, ſi aliquod prædictorum deficeret, quia tex. §. hoc autem legatum, loquitur in filio, & tamen facit conditionem. Item fallit fauore libertatis, vt l. ſi ita. ff. de manumiſſ. teſtamen. ſed melius facit. l. ſi ſeruus. ff. de ſtatu liberis. aut dictum tempus fuit appoſitum ad præſtationem, & tunc non inducit conditionem, vt in l. ex his verbis. C. quando dies leg. ced. quod procedit, ſi modo ſit tempus certũ, ſecus ſi incertum,
62 quia † tempus incertum, licet ſit adiectum præſtationi, & non diſpoſitioni, facit conditionẽ, vt l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demon. tenet glo. in d. l. Seius Saturninus. & in l. cum pater. C. de manumiſſ. teſtamen. & Bart. in dicto §. hoc autem legatum.

¶ Et aduerte, quia ſi tempus certæ ætatis adiiciatur verbo prima facie executiuo, quod tamen re vera ſtat etiam in vim diſpoſiti, habetur perinde, ac ſi eſſet adiectum ſubſtantiæ diſpoſitionis, & ſic facit conditionem, vt l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. temen. vbi vide Benedictũ de Plumbino, qui ſolemniter repetijt illam legem, tenet Ioan. de Imo. in dicto §. hoc autem legatum.

63 ¶ Tertio caſu, † quando tempus adijcitur ætati tertii, facit conditionem, niſi libertatis fauore, vbi eſt ſpeciale fauore libertatis, quod non faciat conditionem. facit etiam l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditio. & demonſtratio. Item fallit, ſi ex aliquibus coniecturis appareret teſtatorem voluiſſe facere diem, & non conditionem, vt d. l. Seius Saturninus. ff. ad leg. Falcid. ſecundum Bart. in dicto §. hoc autem legatum.

¶ Et aduerte, quia, ſicut dixi ſupra, quod fauore libertatis legatum factum, cum quis peruenerit ad certam ætatem, inducit diem, & non conditionem, vbi aliàs, ceſſante tali fauore induceret conditionem: idem dicendum eſt, ſi relictum eſſet factum in piam cauſam, ſi aliquis peruenerit ad talem ætatem: nam & fauore piæ cauſæ non induceret conditionem, ſed diem. Quare, licet ille præmoriatur, tranſmittet legatum, & non efficietur caducũ, hoc voluit Ang. per l. ſi ita ſcriptum. ff. de manum. teſta. quæ loquitur de libertate. & Ang. trahit illam l. ad legata pia, & dicit non eſſe alibi. Sed Ludo. Pontan. in repetit. authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam, colum. 22. verſi. ſexta. dicit, quod ſimilis tex. eſt in l. ſi ſeruus liber eſſe. ff. de ſtatu lib. Tu dic, quod etiam eſt bonus tex. in l. fideicõmiſſaria libertas. 1. §. etiam. ff. de fideicommiſſ. libert. & mihi placet. facit, quia
64 pia † cauſa, & libertas æquiparantur, vt in l. Antoninus. ff. de fideicommiſſ. libert. & ibi plenè per Bened. & per Bar. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. proxi. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. & l. ſi vnus. C. de teſtamen. & in l. Titio vſus fructus. §. fin. ff. de conditio. & demonſtratio. & per Ioan. de Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. & per Ponta. in d. repe. authen. ſimiliter. vbi ponit plura exempla.

¶ Et aduerte, quia Bal. in hac materia, quando tempus certæ ætatis apponitur iuri iam quæſito: diſtinguit, quod aut apponitur tantum dies certa, aut ſolum dies incerta, aut ſimul permiſcẽtur, vide per eum in l. ambiguitatem. C. de vſufr. Et nota, quod ita demũ dies incertus appoſitus à principio diſpoſitioni, facit conditionẽ, niſi appoſitus ſit ex interuallo, quia tunc ſolũ tribuit exceptionem, vt l. ſuffi-

cit.ff.de condic.indeb.& traditur in l.eandem.ff.de duob.re.& l.Iulianus.ff.de iu.dot.& conditio appo ſita in contractibus poſt perfectum contractū non facit contractū conditionale,ſed reſoluit, vt l.ſi res diſtracta.ff.de cōtrah.emp.& patet ex ſuprascriptis.

¶Secunda cōcluſio ſit,quod licet non fiat men-
65 tio † certæ ætatis,vel certi diei,vel incerti, ſi tamen fit mentio ſolius mortis,legatum,inſtitutio,vel ſubſtitutio intelligitur eſſe conditionalis. vnde per iſta verba, lego, inſtituo,vel ſubſtituo,cum Titius morietur,vel poſt mortem Titij,talis diſpoſitio eſt conditionalis, vt no.in l.extraneum. C. de hæredibus inſtituendis. & ibi per Cy.Bar.Bal.& Docto. & in l.quibus diebus.§.quidam Titio.& in l.hęres meus. ff.de conditio.& demonſtr.& l.poſt mortem, de fideicommiſsis, & in l.ſicut hæres.ff.quan.dies le.ce. tradit Ioan.de Imo. in l.hæreditas. ff.de hæredibus inſtit. nam licèt certum ſit Titium omnino moriturum, tamen non eſt certum, vtrum mori debeat ante teſtatorem; uel, ſi eſt ſubſtitutus, ante inſtitutum, ita concludunt Docto. in d.l.hæreditas, & in d.l.extraneum.propter quod dixit Bar. quod ſi teſtator inſtituit vxorem ſuam, dum vixerit, & poſt eius mortem inſtituit hoſpitale, quod iſta ſubſtitutio cenſetur conditionalis, quia hoſpitale poteſt prius deficere quam vxor moriatur,cū ſit præſumptio q̄ in 30. annis patietur capitis diminutionem, vt l.hæreditatum. ff.ad leg.Falcid. & ſic vult Barto. quod,cum prędicta inſtitutio ſit conditionalis, hoſpitale non poſsit adire antequam vxor moriatur. Sed Bald. in d.l. extraneum, dicit quod vlt. opinio Bartoli eſt fatua,& idem tenent alij ſcribentes: mouentur, quia talis inſtitutio intelligitur facta cōtemplatione Dei,& de ipſo Deo,vt in Authen. de ſanctiſsimis epiſcopis.§.ſi quis in nomine.& Deus nunquam moritur.& ſic tenent, quod d.inſtitutio ſit in diē,& habeatur pro pura, ſecus quādo perſona ſubſtituta eſſet omnino moritura, uide per Bal. & Docto.in d.l.extraneum.& per Bal.& Docto.maximè Io.de Imo.in d.l.hæreditas.

¶Sed tu clarius diſtingue ex mente Docto.tres caſus.Primus,quando legatum vel inſtitutio fit ſub cōmemoratione mortis teſtatoris. Secundus,quando ſub commemoratione mortis hæredis uel legatarij. Tertius,quando ſub commemoratione alicuius tertij.

¶Primo caſu dic, quod talia verba nihil operantur,quia,etiam ſi non eſſet appoſita,legatum aut inſtitutio non haberet vires viuente teſtatore, quia hæreditas non poteſt eſſe viuentis, vt l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæredit. vnde iſta verba, inſtituo te cum moriar,intelliguntur,ideſt poſt mortem meā, quia non habet effectum: Inſtitutio etiam cum incipio mori, ſed poſtquam ero perfectè mortuus, vt d.l.extraneum,ſecundum unum intellectum.ſic in ſimili iſta verba, ante mortem, ratione ſubiectæ materiæ habent locum poſt mortem,ut l.qui duos. ff.de manumiſ.teſtam.tradit Paulus de Caſtro in d. l.extraneum,in legato vero dic,vt ſtatim dicam.

¶Secundo caſu,puta ſi dixit teſtator,inſtituo Titium cum ipſe Titius morietur,& talis inſtit. valet, vt d.l.extraneum.

¶Nec̄ ob.quod hæreditas nō poſsit dari ex die, vt l.hæreditas,ff.de hæredib.inſtit.& talis hereditas videatur data ex die, quia non poteſt valere inſtitutio,niſi cum incipiet mori. quia reſpondeo, quod d.l.hæreditas. non dicit, quòd non ualeat inſtitutio, ſed ſolum dicit quod non poteſt dari ex die,& effectus huius eſt,quia dies reijcitur,& inſtitutus habetur pro pure inſtituto, & ſic ſub dicta conditio. inſtitutus ſtatim mortuo teſtatore poteſt adire, ſecundum glo.in d.l.extraneum.

¶Aduerte tamen,quia hoc procedit in hæredis inſtitutione, ſecus in legato: vnde ſi teſtator legat Titio fundum cum ipſe Titius morietur, valet tale legatum,& dicitur collatum in diem incertum, ſcilicet cum incipiet mori, nec reijcitur, ſed non poteſt peti antequam incipiat mori. & ſi tu diceres, ergo tale legatum nullius erit vtilitatis, quia non poteſt peti obſtante caſu mortis, propter quam videtur effici caducum. quia reſpondeo, quod imo eſt vtile, quia cedit dies ipſius etiam eo viuente, quia viuens moritur, vt l.qui duos. ff. de manumiſs. teſtamento, & ſic tranſmittit ad hæredes ſuos, & ad prædicta uide notabilia verba Auli Gel. de noctibus Atticis, ubi formaliter dicit. Quoad uiuet, cum item dicitur, quoad morietur, videntur quidem dici duæ res contrariæ, ſed idem atque vnum tempus utraque uerba demoſtrant, & ſic videtur ſentire, quod viuens moriatur. & ſubdit, Item cum dicitur, quoad ſenatus habeatur. Item quoad ſenatus dimittetur, tametſi haberi atque dimitti contraria ſint, vnum tamen atque idipſum in utroque verbo oſtenditur. ipſa enim duo,cum inter ſe oppoſita ſunt, atque ita cohærentia, vt alterius finis cum alterius initio miſceatur, non refert vtrum per extremitatem prioris,aut per initium ſequētis locus ipſe demonſtretur.ſed quādo eſſet relictum, cum morietur hæres, tunc ſeruandum eſt quod ſupra dixi. & ad prædictam materiam vide Bald. & Pau. & Moderniores in dicta l.extraneum.

¶Tertio caſu,quando quis inſtituitur hæres,cū tertius morietur, aut ſit legatū Titio, cum Sempronius morietur, & dic quod mortis adiectio facit cō ditionē, cum non ſit certū diem mortis illius tertij euenturam viuente inſtituto vel legatario, nam poterit eſſe quod inſtitutus vel legatarius morietur ante illum tertium,vt d.l.dies incertus.ff.de condi. & demonſt.tra.in d.l.extraneum, ſecundum alium intellectum. quod procedit ſiue teſtator dixerit, cum Titius morietur, vel ſi Titius morietur, quia vtroque caſu legatum vel inſtitutio eſt conditionalis. probatur in l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff. de condi. & demonſt. quia in vltimis voluntatibus non refert inter prædictas formas, vt l.quicunque. §.penult.ff.de verbor.oblig. faciunt quæ ſupra dixi de coniunctione, cum, & ſi.& iſta eſt vera opinio, quam etiam ſequitur Pau.de Caſt. in d.l.extraneū. licet aliqui vellent, quod ex quo conditio omnino eſſet euentura,ſi dixit,ſi Titius morietur,quod talis conditio reijceretur,per l.ſi pupillus. §.qui ſub conditione. ff. de nouat. Sed ipſorum opinio eſt falſa. Nec obſt.d.§.quia loquitur in conditione omnino extitura, vt ſi digito cælum non tetigero, vel cuius erat notitia, quando deberet extare, puta, ſi ſolcras orietur, vel ibi loquitur in contractibus, non in vltimis voluntatibus, & iſta mihi magis placet, quia

quia diſpoſitio conditionalis in vltimis voluntatib. non tranſmittitur ad hæredes, ſecus in contractib. vt dicam in cap.ſi.infra eo.in 16.princ. quæſt.facit, quod dicam in ſeq.concluſ.

66 ¶Tertia concluſio ſit, expreſsio † conditionis omnino extituræ, & cuius euentus ſit certus,an, & quando, non facit condi. vt eſt tex. in d. §. qui ſub conditione,& in l.quod ſi ſub ea.ff.de cond.indeb. quod procedit,ſiue loquamur in contractibus,ſiue in vltimis voluntatibus, vt no.gl.magna in c.penul. infra eo. vbi D. M. Sed ſi euentus eſſet omnino extiturus,ſed ignoraretur quādo,vt puta, cum Titius morietur,in vltimis volunt. inducitur conditio, in contractibus dies,per ea quæ dixi in præceden.concluſione, & vide quod no.gloſ. in l.2.ff.de in diem adiect. & in d.l.quod ſi ſub ea. & vide quod dicam in cap.1. infra eod.in 5.quæſtio.princip.in articulo ſponſalium.

¶Quarta concluſio ſit, ablatiui abſoluti indu-
67 cunt † condi.vt l.à teſtatore.ff.de condi.& demon. & in l.Stico libertas, & l.cum hæres.§.duo.ff.de ſtatu libe.& l.1. C.quando nō petentium partes, & in l.Thais.§.ſi in libertatem. ff.de fideicommiſ. libert. & l.euictis.ff.de vſuris.& l.acceptis. ff.ad l. Fal.quod eſt verum,quando non poſſunt inducere fideicommiſſum,vel ex natura perſonę cui adijciuntur,quia non poteſt grauari, vel ex qualitate rei in diſpoſitione deductæ, ar.not.in l.in ratione. §. tametſi. ff. ad l.Falc.ſi verò referuntur ad perſonam, & ad rem in quibus poteſt cadere fideicommiſſum,inducunt fideicommiſſum quātum ad ſe, vt l.fideicom. §.cum eſſet.de leg.3.& l.ſi ſeruus.§.qui margaritā.de leg.1. Sed quo ad aliud habet vim conditionis,vt d.l.à teſtatore,& ibi Bar.ponit hoc exemplum, dixit teſtator: Titi,acceptis centum à Sempronio cohærede tuo reſtituas illi hæreditatem, illa centum ſunt in fideicōmiſſum quo ad Sempronium,& ſunt in condit.quo ad hæredit. vt perinde ſit ac ſi diceret, Sempronius det centum Titio, & ſi centum dederit,recipiat hæreditatem,vt eſt caſus, in d.l.à teſtatore,& ideo niſi Sempronius det centum Titio, nō poteſt eſſe hæres inſolidum.Bal.verò in repet.l.1.de leg.2. dicit,quod ablatiui abſoluti tunc faciunt conditio. quando cadunt ſuper incerta,ſecus quando cadunt ſuper eo quod eſt certum natura,& intellectu,quia tunc non faciunt condi. & ibi in verſ.oppono 8.dicit quod iſtud legatum arbitrio talis,non facit condit.& tamen hoc legatum,ſi Titius arbitrabitur,eſt conditionale, vide ibi per eum, & adde quod dicā infra in 4.quæſt.princ. propè principium.

¶Quinta cōcluſio, legatum generis,& legatum monitionis, eſt conditionale, vt l.ſi Pamphilo. & l. homine.ff.de opt.lega.dic vt ibi.

¶Sexta concluſio,legatum etiā purum ſub condit.ademptum, intelligitur ſub contraria condi.relictum,tex.eſt in l.aliquando, & ibi no. Io. de Imo. ff.de condi.& demonſt. & l.ſi legatum.ff.de alimentis legatis.

68 ¶Septima concluſio ſit, licet conditio † quæ tacite ineſt, non faciat conditionem, nec etiam in legatis impediat tranſmiſsionem, & expreſſa eo modo quo ineſt etiam non faciat condi. vt in l. conditiones, quæ extrinſecus.ff.de condi.& demonſtr. & l.3.ff.de leg.1.no.gl.in l.aliqñ,& in l.nonnunquam. ff.de condi.& demonſtr. & in l.in conditionib. §.1. eod.tit. & ſimiliter conditio quæ ineſt per modum monitionis,ſi exprimitur,non dicitur facere condi. vt no.Bald.in l.muto.§.1.in fi.de tutelis,qui ſic ſummant illum tex.& nota.in clem.1.de offic.deleg. ad quod uide quod dixi ſupra in verſic. ſeptimo quæro.in princ.& vide Bal.in l.in bonæfidei.C.de iureiuran. verſ.pone, quod in reſcripto Papæ. vbi dicit quod ſi fiat expreſsio eius, quod tacitè inerat per modum inſtructionis, puta quia in reſcripto ad lites Papa dixit,ſi tibi conſtiterit de promiſsione condemnabis,&c. quia hæc clauſula intelligitur exprimere, & non alterare ius commune, cum ſit reſcriptum de iuſtitia,per nota. in dicta clemen.1, & per Innocen.in cap.prudentiam,de offic.deleg.& ideo tunc defertur iurm neceſſarium, in defectū probationis, ſecūdū diſpoſitionē l.in bonæfidei.C.de iu. iu.& l.admonendi.ff.de iureiur.& cap.fin.in fi.ſup. de iureiuran. & ibi dixi in 3. principali articulo, in membro probationis per teſtes.ver. circa quartam. Secus ſi Papa in reſcripto ad beneficiū ſic dixiſſet, ſi tibi conſtiterit, quod P. ſit de legitimo matrimonio natus, prouideas ei de tali præbenda, ſecundū Bal.tetigi ſupra in ver.ſeptimo quęro de coniunct. in princip. Et contractus & legata dicuntur puri & ſine conditione,ſi aliqua conditio non ſit expreſſa, quamuis multæ condit. tacite ſubintelligantur, vt in cap.2. ſupra de ſpon.& ibi D. M. in primo notabili,& ibi tetigi,& in c.ſignificaſti.ſupra de electio. no.glo.in c.2.de elect.lib.6.& gl.in c.1. dè deſpon. impub.lib.6.& glo.2.in fi. in c.quemadmodum.de iureiuran.& Io.An.in c.ex parte. ſupra de conſtitu. & Petrus de Ancha.in repeti.clem.1. de conceſsio, præben. dicam infra in 3.quæſt.princ.ver.tertia diuiſio. quod tamen dixi,quod condit.ſubintellectæ ſeu tacitæ conditiones, ſi exprimantur non faciunt cōditi. eſt verum, niſi teſtator aliud voluerit,vt l.in conditionibus. ff. de conditio.& demonſtratio.

¶Itē procedit, niſi exprimantur alio modo quā inſint,vt l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet. ff.de leg.1.& in l.ſi ita expreſsū. ff. de conditio. & demonſtratio. quia licet in legatarij arbitrio ſit repudiare, vel acceptare legatum ſimpliciter factum,& ſi nō acceptat, tranſmittit ad hæredes ſuos tanquam purum, vt in l.1.§.cum igitur. C. de caducis tollendis. tamen ſi teſtator dicit,relinquo Titio fundum ſi volet, ſi Titius moriatur antequam declaret ſe velle,tale legatum tanquam conditionale efficitur caducum, & non tranſmittitur ad hæredes, vt d.§.illi ſi uolet. & d.l.ſi ita expreſſum. & ratio eſt, quia exprimit alio modo quam ineſſet, quia conditio uolendi non inerat diſpoſitioni nec obligationi, quia legatum purum acquiritur etiam ignoranti, vt l.cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. nec inerat exercitio petitionis, ſed ſi exprimitur,ſi volet,vel voluerit, ineſt tam diſpoſitioni quàm obligationi, quam etiam petitioni,& hoc eſt quod videtur voluiſſe iure conſultus in d.l.ſi ita expreſſum.in fi.dum dicit, quia conditio primæ adiuncta uidetur, & uide ad prædicta Dominos de Rota, deciſione 16. in nouiſ. qui ſingulariter dicunt,quod licet in ſponſalibus ſubintelligatur conditio, ſi Deo, uel eccleſiæ placuerit, tñ ſi exprimitur,quia intelligitur expreſſa aliter quam ineſſet, non operatur iuſtitia publicæ honeſtatis,& vide

vide ad prædicta, quæ dixi in cap. cum dilecta. supra de reſcript. vbi pleniſsimè, & notabiliter exami-
69 nari, an † & quando expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, aliquid operetur. & vide glo. in l. 3. C. de arbitris, quæ dicit, quod tacita conditio non reddit iudicia conditionalia. ſed dicit ibi Iac. Butr. quod eſt verum, quando conditio reſpicit effectum, & ſic videtur concordare cum prædictis. facit l. cum hæres. §. 2. ff. de condi. & demonſt. quid autem ſi iudex dixit, admitto ſi & in quantũ. Bar. tangit in l. ſi quã do. ff. de lega. 1. ſed melius in l. ambitioſa. ff. de decretis ab ordine faciendis. vbi dicit, quod licet alias admiſsio teneret, ſi iudex ſimpliciter admitteret, quamuis talis admiſsio foret iniuſta, tamẽ propter expreſsionem d. clauſulæ erit nulla, & ideo non eſt neceſſe appellare, vel petere, quod anulletur, quia verba prædictæ clau. videtur reſpicere effectum. ar. l. in tempus. ff. de condit. inſtitut. & ſic videtur de mente iudicis, quod vbi de iure non deberet admitti, nullatenus intelligatur admiſſa, & ita tenet Ioan. de Imo. in l. iudex poſtea. ff. de re iudi. & prædicta perpetuo notabis, quia iudices quotidie vtuntur, imo ferè in omnibus actibus, prædictis clauſulis.

¶ Poſtremo circa materiam iſtius ſecundæ principalis quæſt. vide quæ ſingulariter, & ſubtiliter tractat Bald. in repeti. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautionib. colum. 18. & 19. vbi formaliter dicit: Ad hoc vt obligatio ſit pura, debet eſſe pura in materia & forma, forma conſiſtit in conceptione, materia verò in re, & perſona, & ideo ante omnia requiritur, quod perſona ſit talis in qua conſiſtere poſsit obligatio, ut l. vſusfructus. ff. de ſtipula. ſeruorum. & l. quotiens. in fi. ff. de dona. & l. quodcunque gerimus. ff. de act. & oblig. & l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum, & l. exiſtimo. ff. de verbor. oblig. vbi ergo perſona eſt legitima, & conceptio pura, & res in rerum natura, diſpoſitio eſt præſens & pura; ſi vero conceptio ſit in futurum, vel ſuper re de futuro, eſt conditionalis, vnde Bal. in dicto loco tradit infra ſcriptas regulas.

¶ Prima regula eſt. Omnis obligatio vel diſpoſi-
70 tio, † quæ habet in ſe dependentiam, eſt conditionalis, ſiue ſit cõditio expreſſa, ſiue tacita, per l. item quia. §. 1. ff. de pactis, & l. interdum. ff. de verb. obli. & vide ibi per Bal. qualiter intelligatur, quod procedit etiam ſi dicat, ex nunc do. vel ex tunc ſic ſit, nam per hoc non remouetur ſuſpenſio, nec trahi-
71 tur retro, quia dictio, † ex nunc, denotat diſponentis actum, non conditionis purificatæ effectum, ſecundum Bald. in l. Aretuſa. ff. de ſtatu homi. allegat. l. huiuſmodi. ff. de uerborum obligationib. vide quod dixi in c. ſacro. infra de ſent. excom. articu. 13. q. 3. & quod dixi de tacita conditione, intellige ſecundum ea quæ ſtatim dixi.

¶ Secunda regula ſit. Super re de futuro non po-
72 teſt contrahi obligatio † de præſenti, vt d. l. interdum, & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. & ibi Bal. ad idem. l. 1. in fi. ff. de conditio. & demonſtratio.

73 ¶ Tertia regula ſit. Nulla obligatio † certa, an & quando, poteſt eſſe conditionalis, vt l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de nouatio. facit quod ſupra dixi, in ver. tertia concluſio.

¶ Quarta regula ſit. Nulla dies certa facit con-
74 ditionem, † vt l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. de verborum oblig. quod tamen intelligi debet reſpectu vltimarum uoluntatum, an ſit certa, an & quando, vel certa an, & incerta quando, ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

75 ¶ Quinta regula. Omnis obligatio † ſecundaria & pœnalis, vel fuit vel eſt conditionalis, ideo liquidanda, ut l. hoc iure, & l. in illa, & l. ſi eum. §. ſi homo. ff. de uerbo. oblig.

¶ Sexta regula. Obligatio, quæ nõ eſt tranſmiſ-
76 ſibilis & pura, reputatur conditionalis, † vt l. hæres meus. ff. de cond. & demonſt. & l. 1. in fi. ff. quando dies leg. ced. Sed aduerte, quia omnes prædictæ regulæ ſunt declarandæ, & limitandæ, ſecundum ea quę ſuperius dicta ſunt, maxime in concluſionib.

¶ Vltimo adde tu vnam regulã, videlicet, quod
77 verba † quæ poſſunt importare conditionem, & modum, in dubio videntur importare conditionẽ, ſecundum Ioan. de Imo. in l. à teſtatore. ff. de cõdit. & demonſtr. per illum tex. & ex his habes longe melius, clarius, ordinatius & plenius expeditam hanc ſecundam principalem quæſt. quam expediant, & tractent Bar. & Doct.

78 ¶ Tertiò principaliter quæro, vtrum † conditio diſtinguatur, & qualiter, & quot ſunt eius ſpecies, quia in eo quod multipliciter diſtinguitur, nihil deficit.

¶ Prima diuiſio eſt, quod quædam conditio eſt poſsibilis, ut in cap. 3. infra eod. quædam impoſsibilis. Impoſsibilium vero quatuor ſunt ſpecies, quædam eſt impoſsibilis natura, vt ſi digito cælum tetigerit, ſi Chimeram, vel hippocentaurũ donaueris. quędam de iure, vt ſi hominem interfeceris, vel plagium feceris, aut adulterium commiſeris. quædam de facto, ut ſi pauperi adiicitur conditio, ſi centum millia florenorum dederit. quædam ratione peruerſitatis: exemplum, ſi Titius hæres non erit Sempronius hæres eſto, & ſi Sempronius hæres nõ erit, Titius hæres eſto, vt l. ſi Titius. ff. de hæred. inſtituendis, & l. ſi Titius. ff. de verborum obligat. vide gl. in Rubrica. ff. de condit. inſtit. ſed melius per Io. de Imo.

¶ Secunda diuiſio, quod conditionum poſsibilium quædam ſunt honeſtæ, vt in c. 3. infra eodem, & in alijs infinitis iuribus. quædam ſunt turpes & inhoneſtæ, & iſtæ dicuntur impoſsibiles de iure, vt ſi hominem interfeceris, &c. nam poſsibile eſt in facto te hominem interficere, tamen tanquam turpis dicitur impoſsibilis de iure, vt l. 1. & l. conditiones. la prima, & ſecunda. ff. de condit. inſtitu. & l. turpia. ff. de leg. 1. quoniam illud dicimur poſſe, quod honeſte poſſumus, vt l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. & 23. q. 5. c. faciat homo.

¶ Tertia diuiſio, quod conditionũ poſsibilium & honeſtarum quædam eſt expreſſa, puta, ſi dabis Titio decem, vel rationes reddideris, aut ſi nauis ex Aſia venerit, vt dicit glo. in l. 1. ff. de ſtatu liberis, & iura ad hoc ſunt infinita. quædam uero tacita, & à iure aut à teſtatore, vel à partibus ſubintellecta, ut dixi ſupra in præced. quæſt. verſ. ſeptima concluſio.

79 ¶ Item † ſi teſtator filio ſuo ſimpliciter ſubſtituit aliquem quandocunque deceſſerit, ſubintelligitur conditio, ſi filius ille ſine filijs deceſſerit, vt l. cum auus. ff. de condi. & demonſtr. & l. cum acutiſsimi. C. de

C. de fideicommiſſ. & l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. factis. Item ſi relinquitur, vel promittitur pro dote, intelligitur ſi matrimonium ſequatur. dixi in 2. queſt. principali, in princ. Item eſt aduertendum & de pluribus conditionibus à iure ſubintellectis circa pacta, ſtipulationes, iuramenta, & ſimilia, vide quod traditur in cap. quemadmodum. de iureiuran. & per Bal. in l. fina. C. de non nu-
80 me. pecu. vnde ſi promitto, † vel iuro ſoluere, ſubintelligitur tacita conditio, ſi numeraueris, vel fidẽ ſeruaueris, ut d. l. fina. vel ſi promitto, vel iuro non alienare, ſubintelligitur, niſi in caſu neceſsitatis, vel à iure permiſſo, ut l. 1. qui ſatisdare cogantur, & l. ſi cui. ff. de ſeruitu. & l. ſi libertus. ff. de operis libertorum. in cap. querelam. de iureiur. tradit Ang. conſilio 81. Item ſi promitto, vel iuro ſtare mandato arbitratoris, ſubintelligitur, ſi iuſte, & æquè arbitratus fuerit, vt in cap. veniens. & in cap. Quintauallis. de iureiuran. & in l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſocio. & ſi promitto, vel iuro ſeruare, & non reuocare dona-
81 tionem, ſubintelligitur tacita conditio, † niſi liberos habuero, ut l. ſi unquam. C. de reuocandis donatio. 17. quæſt. 4. cap. quicunque, tradit Ang. con filio 235. quod incipit, cum mulier. & Gaſp. de Cal. conſil. 57. quod incipit, Arnaldus, & conſ. 38. quod incipit, ſuper trinitate. Item ſubintelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ar. l. quod ſeruus. ff. de cõdic. ob cauſam. & ſimiliter ſubintelligitur excepta ſuperioris authoritas, ut in ca. conſtitutus, & in glo. ſupra de reſcriptis. & l. Imperatores. ff. ad municipales. in cap. veniens. de iureiuran. & vide glo. 20. q. 2. Beatus, & queſtio. 4. cap. quod prędeceſſor. tetigi in clem. 1. de iureiu. & ſup. in 2. q. principali præcedenti. verſ. 7. concluſio ſit.

82 ¶ Et aduerte, quia conditio † dicitur tacita quatuor modis.

¶ Primò, quando nihil exprimitur, & ſic nec illud quod ſuſpendit, nec euentus in quem ſuſpenditur, vt in ijs conditionib. quę tacitè ſubintelliguntur ex natura rei, vel ex ui nominis, ut l. 3. ff. de le. 1.

¶ Secundò, quando conditio ſuſpendens exprimitur, ſed non exprimitur euentus in quem inducitur: exemplum per cõditionem, quę inducitur per cõiunctionem, alioquin, & dictionem, alias, de quibus dixi in 2. queſt. princ. verſ. 7. quæritur. ibi, quarto dubitatur de dictione, alioquin. & ibi, quinto dubitatur de coniunctione, alias: nã conditio eſt quę ſuſpendit, & illa exprimitur, & ipſa eadem continet in ſe tacitum euentum in quem ſuſpenditur.

¶ Tertiò, quando utrũque exprimitur, ſed principaliter denotat tempus, ſecundario cõditionem, vt cum peruenerit ad talem ætatem.

¶ Quartò, quando vtrũque exprimitur, ſed non porrigitur principaliter ad actum verbi, ut in condi tione quę inducitur per quis, vel qui, de qua dixi in 2. queſt. princ.

¶ Aduerte tamen circa hoc ad idem, quod no. glo. in l. Sticum. de lega. 1. quę vult, quod conditio, quæ inducitur per tale relatiuum, quis vel qui, eſt tacita, idem etiam ſenſit glo. magna, ſi recte ponderetur, in l. 1. in fi. ff. de condi. & demonſt. in contrarium videtur tex. ſiue teſtator dicat, Sticũ qui meus erit, vel ſi meus erit, quia inter hęc non videtur eſſe differentia, ut l. 2. ff. de hæredi. inſtit. & l. nuper. in fi. de le. 3. vbi videt tex. ſed Bar. in d. l. 1. ver. ſed quęro circa prędicta. dicit, quod eſt conditio tacita, per d. l. 1. in fi. iunc̃ta gl. & ratio eſt, quia natura cõditionis eſt, ut ipſam conditionem reſpiciat, ut l. cum ad prędens. cum duabus ſequentibus. ff. ſi certum pe. & l. cedere diem. ff. de verbor. ſignif. Sed relatiuum, quis vel qui, non refert ſe ad actum uerbi diſponentis principaliter, ſed ad ſuum accidens principaliter, & ſecundario, quia illud accidens qualificatiuum porrigitur ad actum verbi diſponentis, & ideo dicitur fieri conditio tacita, quia hoc contingit ex natura rei indiſpoſitione appoſitę, & ſic qualificatę per relatiuũ. ſicut etiam dicitur fieri tacita conditio, quando legatur fructus talis fundi, uel partus talis ancillę, ut d. l. 1. in fi. ff. de condi. & demonſtr. uel ideo dicitur tacita, quia ſecũdario hoc facit, ſicut dicimus de dict. cum alijs aduerbijs temporis, de quibus dixi in 2. quæſt. principali. in verſi. ſexto quæro quid de aduerbijs, ſecundum Bar. qui dicit hoc fore multum utile per illas differenrias de quibus dixi inter, ſi, & cũ. ſexto quid de aduerbijs.

¶ Non obſtant allegata in contrarium, quia verum eſt quod nihil interſit dicere, ſi meus erit, vel qui meus erit, quo ad quędam, non tamen quo ad omnia, vt in multis ſimilibus habemus in l. ſacrilegij. C. ad leg. Iuliam pec. & in dictis differentijs traditis inter, ſi, & cum.

83 ¶ Quarta diuiſio ſit, quia quædam conditio † dicitur affirmatiua, vt ſi aſcenderis Capitolium, ſi rationes reddideris, &c. quædam negatiua, vt ſi non aſcenderis Capitolium, vel non iueris Orbetellum, &c. de quibus in l. Mutianæ. ff. de conditio. & demonſtratio.

¶ Et nota, quod quandoque conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam, vt no. Bart. in l. pater Seuerinam. ff. de conditio. & demonſtr. exemplum, ſi teſtator dixerit, relinquo uxori meę centũ, donec permanſerit cum filiis meis, quia intelligitur donec non receſſerit à filijs, ad idem. l. cum ita. ff. de condit. & demonſt. & quod tradit Bar. in d. l.

¶ Quinta diuiſio eſt, quod quædam conditio
84 eſt † caſualis, quædam poteſtatiua, quædam mixta. Caſualis eſt, quę principaliter pendet à caſu & uiribus atque inſidijs fortunæ, vt puta, ſi nauis ex Aſia venerit, vel talis mulier ter germinos pepererit, ut l. ſi pater. ff. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. factis. Poteſtatiua vero dicitur, quæ principaliter pendet à poteſtate eius qui debet vel poteſt illam adimplere, vt puta, ſi aſcenderis vel non aſcenderis Capitolium; ſi exieris, vel intraueris ſcholas, &c. quamuis enim poſsibile ſit te impediri per caſum, & hac cõſideratione videatur poſſe dici caſualis. tamen, vt dicit Hoſtien. in ſum. eo. tit. §. quot ſpẽcies. verſ. ſecunda diuiſio. nos recurrimus ad generalitatem, & dicimus poteſtatiuam, ex eo quod plerunque & generaliter ſic accidere ſolet, vt ſecundum communem hominum opinionem facile ſit illi cui iniungitur poſſe illam adimplere. ff. de hæredib. inſtit. in l. ſeruum quoque. §. puto. vbi bonus tex. Item põt exemplificari, ſi teſtator legauit aliquid ſub conditione, ſi legatarius manumiſerit ſeruum ſuum: quia licet quidam dubitauerint, vtrum talis conditio eſſet poteſtatiua, ex eo quia manumittere, ſeruum non ſolum pendet à poteſtate domini, ſed etiam ſerui, tamen

men Barto. in l. in testamento. in prin. ff. de condit. & demonstrat. eos reprehendit, quia seruus non potest recusare ciuitatem Romanam, hoc est libertatem, vt l. fin. §. si vero. C. de manum. testamento. Insuper etiam hæc conditio, si hæres vel legatarius dederit decem Titio, dicitur potestatiua, secũdum aliquos, per d. l. suus quoque. in fi. & hoc voluit Pet. de Bellapertica, quem refert & sequitur Cyn. in l. 1. C. de ijs quæ sub modo. & l. fin. C. de conditio. insertis. & ratio est, quia non est præsumendum q̃ il le nolit recipere: sed Bald. in d. §. puto. dicit hanc non esse potestatiuam, ex quo non solum pendet à facto implere debentis, sed etiam tertij, & Bart. in d. l. in testamento. dicit quod non est mere potestatiua, per l. cum ita. ff. de conditio. & demonstrat. nam, si esset mere potestatiua, non deficeret per casum, quod est falsum, vt ibi, & l. quę sub conditio. §. quotiens. ff. de conditio. & demonstra. nisi fauose libertatis, ut dicta l. cum ita. & hoc tenuit glo. in l. secunda. C. de institu. & substitutio. sub condit. factis.

¶ Non obst. dicta l. suus quoque. ff. de hæredib. instit. quæ dicit, quod filius potest institui sub cõdi. potestatiua: quia hoc verum est, sed tamẽ propter hoc non excluditur quo minus possit institui sub condit. mixta, quæ sit facilis, quia dependeat ex potestate filij, & alterius, sed solum respectu difficilis aut casualis conditionis, & ideo potest institui si x. dederit Titio, quia non est verisimile, quòd Titius recusret recipere, & si recusaret, haberetur pro impleta, & ideo dicitur leuis, & potius reputatur potestatiua quantum ad effectum, vt sub ea possit filius institui, cum in hoc implendi facilitas inspiciatur.

¶ Sed aduerte, quia glo. in l. si filius. ff. de condi. institutionum, dicit, quod cõditio quæ consistit in dando, dicitur potestatiua, quando filius faciliter illam potest implere, aliter secus. propter quod dixit ibi Angelus, quod hæc conditio, si dederit centum, non est potestatiua, si filius sit pauper, quod non est mirandum, secundum Ioan. de Imo. quia etiam hæc conditio, si x. dederit, interdum non potest esse potestatiua, si forte sensit de x. aureis, vel libris, & filius esset omnino pauper, sed si sensisset de x. denarijs, hoc est facile cuilibet.

85 ¶ Conclude ergo, quod † si faciliter potest impleri est potestatiua, vel habet effectũ potestatiuæ, vt d. §. puto. & vide Azonem in sum. in tit. de insti. & substi. sub condi. factis. & vtrum faciliter possit impleri, recurritur ad communem accidentiam, & facti frequentiam: vnde quando implementum esset difficile, nõ diceretur potestatiua, propter quod dixit Dy. in l. si filius. ff. de condit. instit. quod hæc conditio, si monasterium intrauerit, non dicitur potestatiua, cum implementum ipsius non sit facile, quia mutatio uitę difficilis est, vt dicit tex. in Auth. de monachis. §. 1. collat. 1. & hoc tenent etiam Bar. & Ang. in d. l. si filius, & idem dicit ibi Ang. de hac conditione, si vxorem duxerit, quia ductio vxoris fit cum difficultate. Sed videtur dici posse, quod licet conditio, si uxorem duxerit, sit difficilis, quia non fit sine difficultate, & expensa, tñ conditio, si uxorem acceperit, vẽ esse facilis, quia aut volet accipere, & mulier consentiet, & faciliter fieri potest, aut mulier nolet, & habetur pro impleta, vt l. 1. C. de insti. & substi. sub condi. factis, secundum Gul. de Cunio ibi.

¶ Sed fortè hęc differentia nõ est bona, quia cõtrahens matrimoniũ, tenetur succesiue illud perficere, & per cõsequens vxorẽ ducere tenetur, & sic propter necessariam consequentiam. vnde iudicanda nõ facilis. facit 17. q. 2. c. nos nouimus. vbi illi qui
86 duxit † vxorem dicitur, nauigasti: quia sicut nauigans multis laboribus & periculis exponitur, ita & vxorem ducens. nauigare enim pro quolibet actu periculoso ponitur, vt no. Ioan. Cald. in cap. fin. de vsu. & vide ad prædicta Paulum de Castro, qui dũ legeret Paduæ. l. 1. C. de instit. & substi. sub condit. factis. dicit, quod si filius Paduæ esset institutus sub condit. si nauigaret vsque Venetias, quod licet reuera ista conditio posset dici mixta, quia pendet à voluntate filij, & à casu, quia posset suffocari in flumine, vel mari, tamen quia nunquam, vel raro hoc contingit, reputatur potius potestatiua, ideo filius posset sub ea institui, ut d. l. suus quoque. §. puto. facit, no. in l. si pater. C. de inst. & substi. sub condi. factis, & ibi Pau. de Cast. & fuit no. Ang. in l. si filius. ff. de condit. institu. vbi dixit, quod ista conditio, si Alexandriã iuerit, dicetur potestatiua, quando per modicum spatium distaret: secus si itineratio esset longa, & subiecta periculis maritimis, & terrestribus, & ad prædicta uide Bar. consilio 218. quod incipit, Vgolinus, quod ad præsens videre non potui. & nota quod conditionum potestatiuarum quædã consistunt in faciendo, & sic requirunt tractũ temporis, & consequenter non possunt impleri momẽto; quædam verò consistunt in dando, & momento possunt impleri. & vtrum tales possint impleri nomine illius qui debet implere, dicam in c. 1. infra eo. in 6. quæst. princ.

87 ¶ Mixta vero conditio † est illa, quę pendet ex parte à facto & potestate alicuius, & partim ex virib. fortunæ, utputa instituo Darium & Aluisium filios Ioan. Mini de Sozinis, qui agunt Damasci, si ad hanc patriam Senensem habitandi causa redierint, ut l. si pater. C. de institu. & substitu. sub condi. factis. & d. l. suus quoque. §. puto. ff. de hæred. instit. & promissio etiam reddendarum rationum dicitur mixta, in l. cum suus. ff. de condi. & demonstr. & sic etiam dicitur mixta, quando non solum dependet à facto meo, sed etiam à facto alterius, de quo tamen dicendum, vt supra statim dixi in conditione potestatiua.

88 ¶ Sexta diuisio sit, quod † quædam conditiones dicuntur de præterito, quædam de præsenti, quędã de futuro, sed primæ duæ species de præterito, & præsenti non sunt propriè conditiones, ut dixi sup. in 1. quæstio. princip. & sępius etiam tactum est. Tertia verò species de futuro continet propriè conditio. vt dixi in dicta quæstione 1. exempla per se patent.

89 ¶ Septima diuisio sit, quod † quædam consistũt in dando, quædam in faciendo, quædam in non faciendo, exempla similiter per se patent.

¶ Octaua diuisio sit, quia quædam conditiones
90 ponuntur † copulatiuè, ut si Romam iueris, & Capitolium ascenderis, ut l. si hæredi plures. ff. de condit. insti. Aliæ alternatiuæ seu disiunctiuæ, ut si Romam

mam iueris, uel latãtiũ mihi donaueris, seu si Grossetum uel Orbetellum nõ iueris, ut in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubijs.

91 ¶ Nona diuisio sit, quia quędam conditio † sunt voluntariæ, quędam necessariæ. Voluntaria dicitur quæ potest apponi & non apponi, puta, contraham tecum matrimonium, si decem mihi dederis. Necessaria, uero dicitur, quæ, si nõ apponitur, nihil agitur, vt contraho tecum si facta fueris Christiana. 28. q. 1. c. non oportet. & uide quod dixi in c. cum apud. supra de spon. in 9. principali articu. vers. sextum impedimentum.

¶ Decima diuisio sit, quia aliquando conditio
92 apposita † est constituens seu introducens, aliquando adimens: nam si dico, dono tibi decem si scripseris mihi Clementinas, vel dederis mihi equum: nam te deinde Cle. scribente, vel equum dante cõstituitur donatio. ff. de conditio. & demonstrat. in l. qui hæredi. §. si. Adimens vero dicitur, cum dico, dono vel lego tibi fundum, si non manumiseris Sticum. hoc enim casu statim ualet donatio uel legatum: sed si postea manumisseris Sticum, utrũque adimitur. ff. de conditio. & demonstr. in l. cum sub hac. tradit Hostien. in sum. eod. titu. §. quot species. ver. quia verò.

¶ Vndecima uerò diuisio sit, quod quędam con
93 ditio † est suspensiua, & hoc est de natura conditionis ante impletam condit. vt dicam in cap. 1. infra eod. in 5. quæstio. principali. quædam inductiua, quæ post nõ esse dat esse, intellige per ipsius implementum, vel purificationem, ut statim dixi, & latius dicam in c. penul. inf. eod. in 13. quæst. princ. quædam uero est translatiua, quæ post unum esse dat aliud: vel dicitur traslatiua quę interim non suspendit esse rei, immo necessario præsupponit, quia priuatio præsupponit habitum. ff. de in diem adiecti. l. 2. ff. de doli except. l. pure, in princ. & sic translatiua videtur interim differre, alias non videretur posse fieri nouatio, quod esset contra mentem contrahentium. ff. si certum pet. in l. pecuniam. ff. de nouat. l. quotiens. vel potest dici, quod translatiua in persona eiusdem non suspendit, ar. d. l. pure. sed in personis diuersorũ suspendit, vt l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si certum petatur, & in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligat. est etiam quædam conditio modificatiua, quæ tamen potius sonat in modum, de qua dicemus in c. 1. inf. eo. in 5. q. princ. & in c. verum. inf. eo. in materia modi.

¶ Quartò principaliter quæro, super quibus di-
94 spositionib. & rebus conditiones † apponi valeant, & quales. & quoniam ego institui in præsenti titu. plenius tractare materiam spons. & matrimoniorũ aliarum verò dispositio. per breues decisio. & remiss. vt dixi supra in princip. ideo ante omnia examinabo, vtrum, & qualiter super spons. & matrimonijs conditiones interuenire possint. circa q̃ proce dam per regulas, declarationes, & fallentias.

¶ Regula igitur sit, quod super spons. & matri-
95 monijs conditio † honesta, & possibilis apponi potest, vt puta, contraham tecum. sponsa. & matrimonium, si dederis mihi centum: vel si pater, aut auus tuus consenserit. valent enim huiusmodi sponsalia, & suspenduntur, donec conditio extet. tenet glos. ma. in cap. fina. infra eod. omnes enim conditiones possunt apponi in matrimonio, dummodo sint honestæ, & possibiles, nec contradicant canonib. secundum Hostien. & Ioan. And. in cap. de illis. infra eod. & D. M. in cap. super eo. infra eo. & clare patebit ex infra dicendis.

¶ Aduerte tamen, quia si post talem consensum conditionatum alius consensus purus de præsenti interuenerit, vel carnalis copula sit subsecuta, videt recessum à condi. & statim est matrimonium, licet conditio nõ extet, vel non extiterit, adeo quod, ex quo constat de carnis copula post sponsalia, quamuis probetur, quod pater, vel auus contradixerit, si tamen non probatur expresse, quod contradixerit ante carnis copulam, in dubio pro matrimonio iudicabitur, vt in cap. de illis, & cap. super eo. & c. per tuas. infra eo. facit. l. sed Celsus. §. fi. ff. de contrahen. empt. secundum Hostien. in summa, eod. tit. §. quæ conditio. in princ.

¶ Aduerte, quia si mulier ante conditio. impletam, & copulam non intendit recedere à conditione, quod hoc non prodest, per no. in cap. cum M. supra de constitu. & cap. solicitudinem. de appell. no. glo. magna, circa medium, in cap. per tuas. infra eo. ad quod vide quod dixi in cap. is qui fidem. supra de spon. ar. 22. in princ. dicit tamen Ioan. And. in c. 1. infra eod. quod audiuit sustineri, quod nunquam vbi est conditio teneat matrimonium, quia non est liber consensus, vel absolutus. & ad d. cap. 1. quod videtur contrariari, respõdebat, q̃ loquitur quãdo matrimonium contrahebatur pure, resoluendum sub conditione, si non darentur x. sicut in adiect. in diẽ. quæ responsio non potest sustineri, quia, ex quo contractum est matrimonium, nulla conditio resolui potest, secundum Vincen. vt patet ex superioribus, & etiam apparebit clarius ex ijs quæ infra dicentur, tenet D. An. in d. cap. 1. infra eo.

¶ Nec obst. quod matrimonium non possit consistere ex consensu puro, & absoluto, quia existente conditione consensus remanet purus, & tunc verè incipit matrimonium, vt in cap. super eo. inf. eo. & in cap. 1. de spon. lib. 6. secundum D. An.

¶ Aduerte tamen, quia D. M. in d. c. super eo. dicit, quod licet non dubitet, quod secundum matrimonium teneat, si contractum est ante euentũ con
96 ditionis, quia matrimonium † conditionale habet vim sponsalium de futuro. vnde sicut illa tolluntur per sequens matrimonium, ut in c. 1. sup. ti. prox. ita & matrimonium conditionale tollitur per sequens matrimonium purum; sed si secundum matrimonium non interceserit, licet glo. in cap. super eo. sentiat, quod possit discedere à tali obligatione, tamẽ Do. M. dicit se dubitare, quia, ex quo se obligauit sub condi. non videtur posse recedere, vt l. potior, ff. qui. po. in pi. ha.

¶ Quare si superuenit euentus conditionis, primum matrimonium remanet purũ, sed dic de hoc vt dicam infra in vers. 6. declaratio.

¶ Et ad id quod dixi de conditione resolutiua, adde quod dicam infra in vers. primò limitatur.

¶ Et aduerte, quia si contractum est matrimo-
97 nium † sub conditione possibili & honesta, puta, si dederit centum, purificata conditione ex primo consensu remanet matrimonium, nisi consensus probetur mutatus, supra de baptismo. cap. maiores.

infra

infra de senten. excommun. cap. à nobis. 2. & C. de probatio. l. eum qui. & sic per implementum conditionis consensus videtur fuisse mutatus, secundū Gasp. de Cald. in ca. 1. infra eo. & sequitur ibi Zab. Prædicta tamē regula recipit plures declarationes.

¶ Prima declaratio est, ꝙ regula prædicta proce
98 dit tā in sponsalib. quā in matrimonijs, † vt dixi, & probatur in ca. de illis. infra eo. & ibi no. D.M. quia ille tex. loquitur per verbum accipiam, quod est futuri temporis, ut in cap. pen. supra de spons. vnde dicit Ioan. And. in cap. 1. inf. eo. quod si ego dico, cōtraham tecum matrimonium, si dederis mihi centum, datis centum, non est matrimonium, sed sunt sponsalia de futuro. similiter si dicat, impono, seu immitto tibi anulum ita quod si dederis centū, sit matrimonium, seu sis vxor mea, datis cētum, est matrimonium, & idem dicit Inno. in c. super eo. inf. eo. & Io. An. in c. 2. in prin. inf. eo.

¶ Sed aduerte, quia Vinc. Pet. & Abbas, in dicto cap. de illis. & Spec. eod. titu. in princ. dicunt, quod sufficit consensus de præsenti, siue sit purus, siue cō ditionalis, dummodo non conferatur in arbitrium alterius, quo casu quando in arbitrium alterius cōferretur, dicunt loqui. ca. super eo. inf. eodem. quasi velint dicere, quod si fuit dictum, contraho tecum si donaueris mihi centum incontinenti, est matrimonium, quia verba sunt de præsenti, nec est collatus consensus in arbitrium alterius, vt puta, si dictum fuerit, contraho tecum si modo pater meus consenserit, quia hoc casu non est matrimonium, nisi pater consentiat, vt dicto cap. super eo. Sed Ioan. An. & Innoc. in dicto cap. de illis. tacitè sentiunt oppositum, & melius. dicunt enim, quod licet consensus sit præstitus per verba de præsenti, ex quo tamen superuenit conditio suspensiua, non tenet matrimonium nisi conditio existat, quia consensus, à quo sustentatur matrimonium, non est purus & absolutus, & hoc etiam sensit glo. penul. in d. c. de illis, & sequitur Do. An. in d. c. super eo. & D.M. in d. c. de illis. qui dicit, quod videtur sibi ipsa veritas, dicens quod ille tex. debet intelligi de cō sensu de præsenti pure præstito. subdit tamē, quod est differentia vtrum dicat, accipiam te, si centum dederis, vel si dicat, accipio te si centum dederis, quia primo casu purificata conditione erunt spons. de futuro, secūdo de prēsenti, vt supra dixi. suspenditur ergo matrimonium quousque det centum, vt d. c. super eo. & si interim contrahat matrimonium cum alia de præsenti, tenet matrimonium, vt supra dixi, & ex talibus sponsa. conditionatis non oritur interim publicæ honestatis iustitia, vt dicam infra eod. ca. 1. in 5. q. princ. & similiter idem dicendum arbitror de matrimonio sub legitima conditione contracto, quia ante conditionis euentū stat in suspenso, nisi fortè sponsalia de futuro essent per prius pure contracta, & matrimonium de præsenti fuerit sub conditione, exemplum, si dixi, contraho tecum spon. de futuro, & si talis consul factus fuerit, vel si dederis centum, promitto, vel volo, ꝙ sit matrimonium. cogitabis.

¶ Secunda declaratio est, quod regula procedit
99 non solum si conditio † honesta, & possibilis expressa in sponsalibus nō sit subintellecta, sed etiam si sit subintellecta, & taliter expressa, quod faciat condit. vt puta, contraham tecum si Deo, vel ecclesiæ placuerit. sunt enim sponsalia conditionalia, adeo quod ante impletam conditionem non contrahitur etiam pub. honestatis iustitia, ut no. Dom. de Rota, decisione 16. in nouis decis. quod est valde singulare, ad quod uide quod dixi supra in 2. q. princ. vers. 7. conclusio.

¶ Tertia declaratio, quod prædicta regula pro
100 cedit † non solum si cōtractum sit matrimonium sub conditione possibili, quę potest impleri & non impleri, & sit suspensiua, sed etiam fortius si esset contractum sub condi. omnino extitura, puta, si sol orietur, vel Antichristus nascetur, aut digito cælum non tetigeris. sed hoc casu matrimonium non non suspenditur, sed intelligitur purum, vt notant Zab. & D.M. post gl. in c. penult. infra eo. & Zabar. in cap. fina. infra eo. & ideo tale matrimonium non solueretur per aliud matrimonium purum, secundo loco contractum, ut no. glo. magna in cap. pen. infra eod. in fi. quæstio. in 1. opinione, vbi D.M. & Docto. trad. Hostien. in summa, eodem titu. §. quę conditio. versic. quid si contraho. licet glo. in dicto c. penul. & Spec. eod. tit. versi. quid si matrimonium contrahitur, aliud senserint, & male, & ratio est in promptu, quia talis propriè non est conditio, ut dixi supra in 2. quæst. princ. versic. 3. conclusio, quia talis conditio omnino extitura habetur pro non adiecta. ff. de condi. & demonstrat. in l. hæres meus, & ff. de condict. indebi. l. quod si sub ea, & sic eius expresio non operatur, ut dixi in d. vers. 3. conclus.

¶ Quarta declaratio sit, quod prædicta regula
101 procedit, siue tales conditiones † non sint necessariæ ad matrimonium, puta si x. dederis, &c. siue & fortius, sint necessariæ necesitate iuris, puta si Christianus contrahat cum Iudea sub conditione, si Iudea efficiatur Christiana. 28. quæst. 1. non oportet. & cap. caue. tenent glo. Do. Ant. & Zab. in c. fi. infra eo. vide quod dixi in cap. cum apud. de spon. ar. 9. quæstio. 21. Sed si esset conditio necessaria necesitate facti, tenet matrimonium, sed non suspendit, ut dixi in præced. declaratione.

¶ Quinta declaratio sit, quod dicta regula proce
102 dit, siue conditio † honesta, & possibilis apponatur in sponsalibus, vel matrimonio, siue sit de futuro, siue sit de præterito, vel præsenti. est tamen differentia, quia si apponitur de futuro, suspendit, si de præsenti, vel præterito, non suspendit, ut dixi supra in 2. quæst. princ.

¶ Aduerte tamen, quia Hostien. in c. de illis. inf. eod. dicit, quod si aliquis dicit, contraho tecum matrimonium, ut des illi centum, quod statim est matrimonium, etiam si centum non dentur, nisi committatur in alieno arbitrio, vt in cap. super eo. infra eod. Sed dicit Gasp. Cal. in d. c. de illis, quod vltimum dictum Host. videtur ineptè dictum, quia si intelligeret quod non sit matrimonium, si contrahens dicat, contraho tecum, vt patri meo placuerit, non suspenditur, nisi exponatur, vt pro si: sed Zabar. in d. c. de illis. dicit quod hoc non infertur ex dicto Hostien. quia debet taliter exemplificari, quod cōsensus sit collatus in alieno arbitrio, exemplificando in modo, quia modus non suspendit, vt dicam in c. uerum. inf. eo. quia dicit Zabar. quod debet exemplificari, quando subijcitur conditio,

vt

vt quia dicit, contraho tecum, vt des centum, si tamen patri meo placuerit, & tunc non est matrimonium, etiam illa dante centum, nisi accedat consensus patris, & ad declarationem prędictę conditionis, arbitrio talis, &c. vide quę statim dicam in sequenti declaratione.

¶ Sexta declaratio sit, quod prædicta regula pro
103 cedit, siue conditio † honesta, & possibilis sit potestatiua, siue casualis, siue etiam pendeat ex arbitrio alterius, vnde potest quis contrahere matrimonium hoc modo, contraho tecum matrimonium si patri meo placuerit, ut in capitulo, super eo. infra eodem. 30. quæstione quinta, capitulo, nostrates. trigesimasecunda, quæstione 2. cap. honorantur. vnde licet patris consensus in matrimonio filię non requiratur de iure canonico, de necesitate, ut dixi in cap. sicut ex literis. supra de sponsa. artic. 12. tamen potest accidentaliter patris consensus induci, & sic pendet matrimonium ex arbitrio patris. vnde si pater non consentiat, non tenet matrimonium, ut dicto cap. super eo. & in iuribus superius allegatis.

¶ Et aduerte, quia licet quidam velint, quod ita demum hoc fieri potest si committitur in arbitriū eius, sub cuius potestate est qui contrahit matrimonium sub tali conditione: puta, si committitur in arbitrium patris, vel aui paterni, secus si hoc fuerit adiectum arbitrio non habentis in potestate, tamē ista opinio communiter reprobatur in dicto capit. super eo. per illum tex. qui loquitur de patruo. per quem tex. Vinccen. Goff. Host. & Ioan. And. concludunt, quod non solum in consanguineum, sed etiam in penitus extraneum potest hoc committi, & idem tenet Specul. eodem tit. vers. quid si dixerit, & sequenti, & Dominus meus in cap. per tuas, infra eo. & vide quod dicam in dicto cap. super eo. & quæ dixi in cap. tua. de spons. articu. 14. quæstione secunda.

104 ¶ Aduerte tamen, quia † si mulieri fieret legatū si nuberet arbitrio talis, quod prædicta cōditio reiicitur, quoniam matrimonium debet esse liberum, vt nubat ad sensum suum, & ideo reputatur purū. & licet ille cuius arbitrio debebat nubere mortuus esset, legatum non deficeret, quia defectus conditionis inutilis non vitiat. tex. est notabilis in l. cum tale. §. rescriptum est. ff. de condit. & demonstratio. tenet Paul. de Cast. in l. secunda. in fi. C. de condit. insertis.

¶ Sed quæro circa prædicta, quædā filia contra-
105 xit matrimonium † cum Titio, si patri suo placuerit, & hoc significauit patri absenti, sed antequam pater assentiret, mutauit uolūtatem, & dicit, quod nullo modo vult illum in virū, etiam si pater consentiret: contigit quod pater hoc ignorans consensit, quæritur vtrum sit matrimoniū inter eos? & videtur quod sic, per l. si mandassem. ff. mandati, & supra de rescrip. cap. ex parte, & supra de procurato. cap. mandato.

¶ Sol. Glos. 2. in fi. in dicto capitulo, super eo. dicit, quod ex quo pater consentit, debet compelli, ut illam recipiat. ar. c. de illis. in fi. supra de despon. impub. nō tamen est matrimonium inter eos. vnde si postea matrimonium contrahat cum alia tenebit, quia non dicitur consensus nisi sit tempore quo pater consensit, quia nec dicitur habere talem potestatem nisi cui concessa duret. ar. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, in l. item eorū. §. actor. & quia vbi deest legitimus cōsensus, non est matrimoniū, vt dixi in c. tua. supra de spon. ar. 14. secundum glo. in d. cap. super eo, & sequuntur ibi Ioan. And. Zas. & Dominus meus, & mihi placet. facit cap. fina. de procu. lib. 6.

¶ Item quæro, retentis dictis terminis, quid si pater tunc temporis non erat in rerum natura.

¶ Sol. Dicit Vinc. in d. c. super eo, quod matrimonium non tenet, quia non consentit, idem tenet Spec. eod. tit. vers. quid si aliquis, quod dicit Io. An. procedere si tunc ignorabat patrem mortuum, ar. de pœni. distin. 1. §. hoc idem, versic. item à mortuo. qui vers. alias est §. si vero filia tunc sciebat patrem mortuum, talis conditio tanquam impossibilis habetur pro non adiecta, ut in cap. fina. infra eo. saluo quod dicitur in cap. tua, supra de sponsa. quasi velit dicere Io. And. quod si non haberet propositum contrahendi, sed decipiendi, licet in foro iudiciali sit matrimonium, tamen secus est in foro pœnitentię, vt dicto cap. tua.

¶ Sed Gaspar Calderinus, per illum versiculū, Item à mortuo, dicit quod utroque casu conditio est impossibilis, & sic etiam in primo casu tenet matrimonium, ut probatur in dicto versic. quia ibi dicitur, quod confessio mortui perit, & glos. ibi, exponit, ideſt non est. & sic vult dicere, quod mortui nulla est operatio. quare cum utroque casu, siue filia sciat, siue ignoret, non posit pater consentire, impossibilis est conditio, & sic reiicitur. Sed Zaba. in dicto cap. super eo. in 1. quæstio. dicit, quod primum dictum est verius, quia quando filius ignorat patrem de functū, non potest dici, quod voluerit purè consentire, & maximè hoc procedit, quia conditio præmissa, præsupponit actum positiuum, si pater consentiret, qui non potest impleri per defunctum, ut in c. si gratioſe. de rescript. lib. 6. & est de se manifestum: si verò nō præsupponeret actum positiuum, sed priuatiuum, tunc magis videretur procedere dictum Gasparis, utputa, si filia dixerit, si pater meus non contradixerit, arg. cap. si delegatus. §. 1. de offic. delega. lib. 6. Sed tamen idem dicit Zabar. etiam hoc casu, sicut quando ponitur actus positiuus, per eandem rationem, quia ex quo ignorat de morte patris, non potest censeri purè consentire, nec quo ad eam potest dici conditio impossibilis, ex quo credebat se habere patrem, facit quod no. in cap. fina. infra de coniugio seruo. in glos. fina.

¶ Vlterius quæro iuxta prædicta, de quæstione quotidiana. pone, duo, inter quos obstante consanguinitate uel affinitate, non poterat esse matrimoniū, contraxerunt matrimonium sub conditio.
106 si Papa dispensauerit, † quæritur an valeat.

¶ Sol. quidam, ut refert Innocen. credunt, quod valeat, sicut in casu dicti cap. super eo. Alij verò, quos etiam refert Innocen. & sequuntur Hostien. & Ioan. And. dicunt, & melius, quod ex quo requirebatur dispensatio, non teneant sponsalia, quia ius talia sponsalia perpetuo prohibet, nec possunt contrahi sub conditione. ff. de verborum obligatio. in l. inter stipulantem. §. sacram. & l. conti-

nuus.§.penult.ff.de verbo.oblig. facit, quod tradit Zabar.in cap.de multa.§.is quoque,ſup.de præben. quæſt.11. ad fi.ſed Gaſp. Calder. dicit primam opinionem veriorem, & quod ſub tali conditio. poteſt contrahi matrimonium, & Papa diſpenſante tenebit matrimonium,cum purificata ſit conditio. Zabar. verò dicit, quod ſecunda opinio eſt verior, & ſic dicit ſe conſuluiſſe in quæſt.facti,ad quod vide etiam Zaba.in cap.dudum. diſt.2.in princ.ſupra
107 de elect.quæſt.3. facit, quia quod † per vnum ſolum fieri poteſt,dicitur fieri non poſſe.l.apud Iulianum.§. fi.ff.de lega.1. no.Dy.in regula, ſemel Deo. de reg.iur.lib.6.quod eſt notandum.

¶ Item quia illud quod fit per beneficium extraordinarium, dicitur non poſſe fieri, vt ſingulariter no.Innocen. in cap.paſtoralis, ſuper verbo, renuntiatum, ſupra de cauſa poſſeſ. & proprieta.ergo hoc tanquam impoſsibile non poteſt deduci in conditionem,vt in cap.fina.ſupra de pac. nec poteſt dici, quod hoc caſu fauore matrimonij conditio habeatur pro non adiecta, vt in cap.ſi.infra eodem. Illud enim debet intelligi, quando alias tenet matrimonium:ſed hic,ſi conditio habetur pro non adiecta, matrimonium non tenet tanquam contractum inter prohibitos, & hanc vltimam opinionem tenet Dom.M.in cap.ſuper eo.infra eod.motus,quia ad-
108 hoc,vt † actus retro extẽdatur, oportet quod potuerit à principio intercedere,& ſic extremũ à quo & extremum ad quod ſint habilia,ſecũdum ea quę traduntur per Barto. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio. ſed matrimonium à principio inter iſtos eſſe non potuit, obſtante impedimento, ergo non poteſt retrotrahi.

¶ Secundò mouetur,quia ex pacto à iure impro
109 bato non poteſt naſci aliqua obligatio,† ut l.cum lex.ff.de fideiuſſo. ſed ex contractu conditionali ſola ſpes eſt in obligatione, & propter illam tempore contractus retrotrahitur: ſed in caſu prædicto nulla nata fuit obligatio ratione prædicta, ergo opus eſt, quod matrimonium de nouo contrahatur, & ſic altero nolente contrahere nõ erit matrimoniũ, ſecundum D.M.& mihi placet.

¶ Inſuper quæro circa prædicta,pone, Titius cõtraxit matrimonium tum Sempronia ſi daret ei centum,deinde contraxit cum Cornelia ſi daret ei centum, contigit quod vtraque dat centum, quæritur
110 cum qua ſit matrimonium. † Et intelligo quęſt. quod eo inſtanti vtraque dat centum. ¶ Sol. Gaſp. Cald.diſputauit,& arguit pro,& contra,& tandem ſoluit, quod ratione incertitudinis matrimonium cum neutra valeat. facit l.ſi fuerit. ff. de rebus dub. & cap.duob.de reſcrip.lib.6. in glo.1.& quod trad. glo.2. in cap. ex literis.2.ſupra de ſpon. & mihi placet,ſi modo,vt dixi, non poſſet probari, quæ datio præceſſerit,ad quod vide quæ dixi in cap.tuę.ſupra de ſpon.in 13.princ.artic. quæſtio.6.& quatuor ſequentibus. arbitror tamen, quod ſi ille,qui recepit eſt certus de aliqua præuentione etiam momentanea, teneatur illam recipere in uxorem, quamuis aliter hoc probari non poſſet,& ſic licet quo ad iudiciũ temporale non poſſet aſtringi,tamen in conſcientia tenetur.

¶ Septima declaratio ſit, quod predicta regula
111 procedit,† ſiue ſpon.ſint contracta ſine iuramento, ſiue cum iuramento. vnde licet quis iurauerit aliquam ducere in vxorem, ſi centum dederit, illam tamen non dantem non tenetur recipere, niſi poſtea purè conſenſerit, vel eam carnaliter cognouerit,in cap.de illis.infra eo.quod procedit non ſolum ſi iſte fuit uſus verbis de futuro, vt accipiam te in vxorem: ſed etiam ſi fuit uſus verbis de præſenti, vt accipio te in uxorem, ſi dederis mihi centum, quia vtroque caſu ſuſpenditur matrimonium in euentum conditionis, per cap. ſuper eo.infra eod. ſecundum Innocen. & Ioan. And. ſed in hoc differunt,quia ſi dixit, accipiam te in uxorem,vel contraham tecum matrimonium ſi dederis centum, etiam datis centum non eſt matrimonium,ſed ſunt ſponſalia de futuro: vnde etiam ſi adimpleta conditione cum alia contrahat, tenet hoc matrimonium, & ſoluuntur dicta ſponſalia, vt dixi ſupra in principio iſtius 4. quæſtio. ſecus ſi dixit, accipio te in uxorem ſi dederis centum, vel ſit matrimonium inter me & te, quia datis centum erit firmum matrimonium,ſecundum Innocen. & ſequitur Zabar.in cap.de illis.infra eo.

¶ Sed aduerte, quia Vinc. in d.c.de illis. videtur velle, ꝙ dicto caſu ſtatim ſit matrimonium, etiam non datis centum, cum talis conſenſus non committatur alieno arbitrio, & hoc tenet Spec. eodem titu.in principio.ubi dicit, quod pauci hanc ſubtilem ueritatem aduertunt.recitat tamen ibi opinionem contrariam, quæ vult,quod eo ipſo,quod apponitur conditio,ſuſpenditur conſenſus,nec refert vtrum dicatur, ſi centum dederis, an dicatur,ſi patri meo placuerit, cum tamen in primo caſu non pendeat ex alieno arbitrio, ſecundo verò pendeat.

¶ Sed Pet. & Abbas videntur accedere ad opinionem Specul. & ad cap. de illis, in quantum dicit, niſi conſenſus de præſenti, &c. dicunt, quod oportet intelligere de conſenſu de præſenti ſub cõditione: quia, ſi intelligeretur de puro, dictum cap. de illis, non contradiceret capitulo, ſuper eo. infra eod.cum tamen Vrbanus ibi inducat dictum cap. de illis, quod fuit Alexandri, pro contrario. Vnde dicunt Pet. & Abbas, quod in dicto cap.ſuper eo. ponderatur ex eo quod conſenſus erat collatus in alieno arbitrio. Secus quando non eſſet ſic collatus, nam in primo caſu illius cap. conditio apponitur circa ſubſtantiam contractus,ſup.de ſpon. c.tuæ.ſecundo verò caſu nõ apponitur circa ſubſtãtialia, ſed circa alia, puta circa dotem, vel ſimilia. glo.tamen penult. in dicto cap.de illis.intelligit de conſenſu de præſenti puro,licet hoc aperte non exprimat. Sed Innocen. hoc expreſsè dicit in d. cap. ſuper eo. vbi circa contrarietatem dictorum duorum c.videlicet. c.de illis, ad cap.ſuper eo. reſpondet, quod cum in cap. de illis, dicatur, quod poſt ſponſ.de futuro conſenſus de præſenti ſuperueniẽs faciat matrimonium, multo magis videbatur ſi à principio interuenit conſenſus de præſenti, ſed ſuſpenſus per conditionem, videatur contractum eſſe matrimonium.

¶ Sed in cap. ſuper eo. reſpondetur, quod conſenſus conditionalis non eſt conſenſus de præſenti, cum ſit ſuſpenſus per conditionem, & hoc plus placet Ioanni Andreę mouetur per capitulum fin. infra eodem. vbi textus utitur verbis de præſenti,

ti,& tamen conditio appoſita facit contractum cõditionalem.Item mouetur,quia ſecundum contrariam opinionem conditio honeſta non differret à turpi: quia ſi dico,accipio te in uxorem,vel in virũ ſi tale. quid turpe feceris, matrimonium hoc valet reiecta illa turpi conditione, ut d.c.fi.& inf.dicam. & ſimiliter ſi dicat, accipio te in uxorem,ſi centum dederis, & ſic ſub condit.honeſta,quod videtur eſſe inconueniens. Item facit,quia ſecundum contrariam opinionem poſſent ſimplices illaqueari, credentes non eſſe contractum matrimonium niſi cõpleta illa cõditione honeſta,& ſic d.opinio nec mẽtire,nec verbis iuris videtur cõueni, & eſt contraria
112 æquitati, & diſcretorum laicorum iudicio,cum alij contractus † etiã per verba de præſenti initi ſub conditione non dicantur perfecti,ſed ſuſpendũtur in euentum conditionis, ut in cap.verum. infra eo. vnde ſi dico, vendo tibi Decretum pro tãto pretio ſi equum tuum mihi dederis, contractus non eſt perfectus,niſi dato equo. ſic ergo debemus dicere, ſi dico, accipio te in uxorem ſi centum dederis, & hanc opinionem tenet Zabar.in d.cap.de illis.dum modo conditio non ſit de præſenti: quia,licet verba cõtractus matrimonialis ſint de præſenti,tamen ex quo conditio habet tractum in futurum, ſuſpenditur in euentum conditionis,quod dicit procedere ſiue committatur in alieno arbitrio,puta, ſi patri meo placuerit, ſiue non, vt quia ſimpliciter dixit, contraho tecum ſi centum dederis. Sed ſi conditio eſſet de præſenti,non ſuſpendit,ut l.cũ ad præſens. ff.ſi cer.pet.& ſupra dixi in rubr. in 1.quæſt. vnde ſi dico, contraho tecum ſi vocaris Nicola, ſtatim eſt matrimonium ſi ſic uocatur, alias non, & iſto modo poſſet ſaluari opinio contraria, alias autem opinio Spec.Pet.& Abb. non eſt vera,nec æqua.

¶ Nec ob.his quæ ſuperius dicta ſunt, ꝙ hæc cõditio,contraham tecũ matrimonium, ſi centum do naueris, non videtur admittenda per l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.ſi tibi vxor. ff.de verborum oblig.vbi ſi mulier ſtipulatur à viro centum ſibi dari, ſi ſibi immiſceret non ualet ſtipulatio tanquam inhoneſta, & idem, ſi apponatur in perſona viri: quia ad hoc reſpondetur ſecundum ea quę latè dixi in cap. literis.il ſecondo, ſupra de ſponſ. in 11.princ. artic.

¶ Item non obſt.ſi diceretur, quod prædicta cõditio de dando centum videatur eſſe inhoneſta, vn de in matrimonio ſpirituali non debet interueni-
113 re, 1.quæſt.2.cap.quam pio. quia † non datur pecunia pro ſacramento matrimonij, ſed pro oneribus matrimonij, quæ vir ſuſtinet.in l.pro oneribus. C.de iure dot.& in cap.ſalubriter. infra de vſur. ad quod uide quod dixi in d.ar.11.& in cap.Gemma, ſupra de ſponſa. ar.20.quæſt.19. & ſic eſt vna differentia inter matrimonium carnale, & ſpirituale, ad quod uide quod dixi in c.Gemma.ſupra de ſponſa. artic.27.ſit ergo concluſio,quod ſiue quis dicat, accipiam te in vxorem, ſi centum dederis, ſiue dicat, accipio te in uxorem, ſi centum dederis, vtroque caſu matrimonium eſt conditionale, & ideo, ſi ante impletam conditionem, audet contrahere cum alio per uerba de præſenti, ſoluerentur priora ſpõſalia: quia licet dictum fuerit, contraho tecum matrimonium, ſi centum dederis, vel ſi talis conſul factus fuerit, utroque caſu hæc uerba habent effectum ſponſalium † de futuro, quæ ſoluuntur per
114 matrimonium de præſenti, vt in cap.1.ſupra titu.1. & in cap.de illis.infra eodem,& ſupra dixi in princ. iſtius quartæ quæſtionis. ſed ſi purificetur conditio ante matrimonium cum alio contractum, tunc eſt differentia, vt ſupra dixi: quia quando dictum fuit,accipiam te in uxorem, purificata conditione remanent ſponſalia, & ſic ualeret matrimonium, etiam cum alio contractum per verba de præſenti: ſed ſi dixi, accipio te in vxorem ſi centum dederis, purificata cõditione tenet primum matrimonium, & non ſecundum. ſecus ſi,vt dixi,ante purificatam conditionem contraxerit matrimonium cum alia de præſenti, quia valeret ſecundũ non obſtante ꝙ in primo conditionato interueniſſet iuramentum, ſecundum ea, quæ dixi in cap.penultimo. ſupra de ſponſ.artic.20.verſi.primo.

¶ Et no. quod prædicta ſponſalia licet hoc caſu dicantur de futuro ſic conditionata, tamen per copulam carnalem tranſeunt in matrim. de præſenti, vt d.cap.de illis.infra eodem,& ſupra tetigi in prin.
115 iſtius quartæ quæſtionis. vnde hæc copula † operari, vī duos effectus, quia purificat conditionem, & inducit vnum de præſenti, vt dicto c.de illis, maxime iuncta glo. ſi. ad quod vide quod dixi in cap. is,qui fidem.ſupra de ſpon.in 22.prin.artic.verſ.tertia declaratio. vbi vide.

¶ Sed quæro, pone, dicit quis, contraho tecum
116 matrimonium ſi te virginem inuenerꝙ, † quæro de viribus dicti contractus. ¶ Sol. Glo.magna in cap.penult. infra eodem,verſic. Item quid ſi dicat. vult quod ſtatim ſit matrimoniũ, vtrum impediatur per talem conditionem, quare, licet eam non reperiat virginem, valet tamen matrimonium, per cap.1.& c.fin.infra eod.32.quæſt.2.cap.ſolet. quia nec talis error dirimit matrimonium. 28. quæſtio. 2. cap.1. nec dirimit emptionem. ff. de contrahen. empt. l.alioquin. §.primo. vbi ſi erratur in qualitate rei emptę,vt quia corruptam quam putabam virginem,valet emptio & idem tenet Specula. eodem titu. verſicu. fina. & Goffr.& Innoc. in cap. de illis, infra eodem dicit tamen ibi Innoc. quod iſta conditio videtur eſſe inhoneſta, quaſi importet idem ac ſi diceret, contraho tecum matrimonium, ſi in primo coitu non placueris. Zab. verò in c.fin. infra eodem dicit,quod eſt turpis, quia præſupponit primum coitum eſſe fornicarium,facit quod dicam in ſeq.quæſtio.& limitatur,quod infra dicam, ſecundum Hoſtien.

¶ Sed aduerte,quia, vt dicit Zab. in c.pen. infra eod.poſſet prædicta conditio taliter intelligi,quôd videretur honeſta: vt quia vult eam facere experiri per matronas honeſtas vnde ſi dixit,contraho ſi inuenero te virginem. ſi enim agendo tecum cognouero te virginem, & hoc caſu vitiatur conditio, & valet matrimonium,ſecus ſi dixerit, ſi inuenta, vel declarata fueris uirgo.

117 ¶ Item quero,pone,dicit quis,contraho † tecũ matrimoniũ, ſi in primo coitu mihi placueris,vtrũ valeat. ¶ Sol.Glo.in c.pe.inf.eo.dicit idem ꝙ in q. prꝰced.volens ꝙ cõditio vitiatur.Hoſt.vero dicit ꝙ hæc declaratio & illa de qua in præc. q. procedit in foro iudiciali,ſed quo ad Deũ,ſi nõ in te velit cõſentire,non eſt matrim.maxime,quia cõditio eſt hone-

ſta,quo ad vitandum bigamiam,per not.in cap.fin. infra eo. ſed Gaſp.Cald. in d.c.pe.dicit, quod tunc conditio indiſtinctè eſt turpis , & ideo reijcitur, q̃ eſt verum ſecundum Zaba.ibi: quia, vt dixi in præced.q.talis cõditio præſupponit primũ compertum fornicarium,& hoc mihi placet,& voluit hoc Spec. eo.tit. verſ.ſi.facit quod no. in c.1.ſup.de ſponſ.

¶ Inſuper aduertendum , quod prædicta regula quam ſupra poſui in princip. iſtius quartæ quæſtio-
118 nis,quod † matrimoniũ poteſt contrahi ſub conditione,recipit aliquas limitationes.

¶ Prima limitatio eſt, quod prædicta regula procedit ſi mentalis cõditio non ſit cõtra ſubſtantiam matrimonij, ſecus ſi eſſet contra ſubſtantiam matrimonij, quia tunc talis conditio ipſo iure vitiat matrimonium,vt in c.ſi.inf.eo.vt puta,ſi vnus dicat alteri , cõtraho tecum ſi prolem generationis euites, vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus digniorem, vt d.c.ſi.& 32.q.2.c.ſoli,& c.aliquãdo . tenet Hoſt.in ſum.eo.tit.§.quæ conditio.verſ.ſi vero ſit honeſta.

¶ Et aduerte, quia dicunt Vinc.Hoſt. & Io.An. quod prædicti tres caſus ponuntur in d.c.ſi. exẽpli cauſa,& q̃ idem eſſet vbicunque apponeretur conditio contra ſubſtantiam contractus matrimonij, & tũc eſſet eadem ratio , vt puta, ſi dico, conſentio in te ſi conſentis in illam,& propter hoc dicunt, q̃ principium d.c.ſi.eſt generale,ſicut etiam alias dicitur in l.2.§.ſi. ff.de iu.& fac.igno.ſed dicit Zab.in d. cap.ſi. quod licet ſint alij caſus , tamen reducuntur ad aliquem dictorum trium.exemplum prædictum reducitur ad ſecundum caſum dum dicit, donec inueniam aliam pulchriorem, &c. in quo violatur ſacramentum, ideſt indiuiſibilitas matrimonij , quia vnus vnius debet eſſe vir & vxor,& econtra, ſup.de biga. c. debitum. ad quod vide quod dixi in rubri. de ſpon.ar.1.& ſup.tit.proximo,per totum. & ideo dicit idem in ſimilibus, vt puta, ſi habens ſuſpicionem de incontinentia mulieris, dixit , ſi adulterata fuerit,volo poſſe libere cum alia contrahere, quod dicit Zabar. ſe vidiſſe de facto , certè non eſt idem matrimonium. & dicit D.M.in d.cap.ſi.quod licet dicta conditio ſit reſolutiua , tamen idem operatur quo ad propoſitum , quod operatur conditio ſuſpenſiua,vt colligitur ex d.c.ſi.in primo exemplo de eo qui contraxit donec inueniet aliam honore vel facultatibus digniorem.Nam hęc conditio non erat ſuſpenſiua, ſed reſolutiua , ex quo ſingulariter
119 ſequitur quod † conditio cõtra ſubſtantiam matrimonij impedit matrimonium,nedum quãdo eſt ſuſpendens , ſed etiam reſoluens , licet plerique ad hoc non aduerterint , & male , putantes quod ex quo matrimoniũ, ſemel tenuit,conditio reſoluens debeat haberi per non adiecta , & vitiatur, & videtur vitiare , quod patet eſſe falſum ex prædictis . Et ſubdit D.M. quod matrimonium non fuit,& non poteſt ſolui.Et aduerte circa prædicta,quia Inno.in d.c.ſi.in quantum dicitur,q̃ conditio cõtra ſubſtantiam matrimonij vitiat matrimonium, interdici debet quando uterque conſenſit conditioni appoſitę contra ſubſtantiam matrimonij: ſi vero alter cõtradixit, tenet matrimoniũ ſi fuerit proceſſum ad conſumationẽ ipſius,& idem dicit fauore matrimonij, ſi alter tacuit, ut tacens habeatur pro contradicente,ar.c.aliquando.22.q.2.idem dictum Inno.eſt bene nondũ: videtur enim velle,q̃ in aliis actibus tacens uideatur conſentire contractui ſecundũ proteſtationem alterius , licet proteſtatio ſit onerosa , & odioſa , de qua materia vide quæ traduntur in c.Cumana, & in c.in Geneſi,ſup.de elec.& Bart.& Doct.in l.quæ dotis.ff.ſol.ma.& in reg.is,qui tacet, in 6. Et dicunt Inno. & Hoſt. hæc ſæpius prædicanda, ne ſimplices mulieres decipiantur .

120 ¶ Sed quæro circa prædicta,vtrum Papa † poſſit ex cauſa diſpenſare q̃ matrimonium cõtrahatur duraturum vſque quo filius maſculus ex matrimonio illo naſcetur . de qua q.latè traditur per Io.An. in mercur. in reg.actus legitimi. de reg.iur.lib.6.& vide quæ dicam inſ. de diuor.

¶ Item quæro circa prædicta,quæ ſit ratio q̃ cõ-
121 ditio † contra ſubſtãtiam matrimonij vitiat matr. Sol.Gl.1.in c.ſi.inf.eo.in ver.& hæc eſt ratio,dicit, quia tria debent eſſe bona matrimonij ſaltem quo ad propoſitũ,ſcilicet fides, proles,& ſacramentũ,& bene dicit quo ad propoſitũ , videlicet q̃ ab initio contrahentes aliter non proponant, quia tũc vitiatur matrimoniũ: ſecus ſi ex poſt facto hoc cõtingat. licet enim alter adulteretur, vel aliam accipiat vxorem de facto,vel proles nõ naſcatur,non tñ per hoc vitiatur matrimonium. De adulterio probatur 32. q.2.c.dixit.& q.7. quaſi per totum. & inf.de diuor. c.2.& c.ex literis.cum ſim. De ſecundo quando aliã duxit,in c.1.& pe.ſup.ti.1.& ibi dixit. De tertio,q̃ licet non naſcatur proles non deſinat matrim. probatur 27. q.2. cap.nuptiarum. dummodo non ſint perpetuo impediti. infra de coniug. ſeruo. cap.1. per totum .

¶ Vlterius quęro,vtrum ſicut matrim. carnale vitiatur per conditionem appoſitam contra ſubſtantiã matrimonij,ſimiliter vitietur matrim.ſpirituale.
122 † Sol. Videtur dicendum q̃ non,per tex.28.di.c. Diaconi , vbi tenet ordinatio quãuis ordinatus dicat ſe velle habere vxorem,q̃ eſt cõtra ordinis ſubſtantiã,ut dicit gl.1.in c.ſi.inf. eo.verſ.& ar.eſt cõtra. Sed tu potes dicere , q̃ conditio illa non eſt contra ſubſtantiam ordinis, reſpectu impreſſionis caracteris,licet ſit contra executionẽ ordinis.facit 21. di.c. Nicena. & c.quoniam , ſecundum Zab. in d.c.fin.

¶ Et ex prędictis ſumpta occaſione, Doct.in d.c.
123 ſi.tractant, vtrũ teneat profeſsio † regularis cũ reſeruatione bonorum.Nam reſeruatio bonorum eſt contra ſubſtãtiam profeſsionis regularis , & contra ſubſtantiã matrimonij ſpiritualis. ſed quoniam hic artic.potius pertinet ad ti.de reg. ideo omitto. Sed vide per gl.& Doct.in authen.ingreſſi.C.de ſacroſ. eccle. & per glo. in cap.inſinuante.inf.qui cler. vel vouen.& per gl.in l.per ſeruum.ff.de vſu,& hab. & 32.q.2.c.ſolet.per gl.& Doct.& D.M. in c.2.de ſta. mon.per D.Ant.D.M.& Zab.in c.ſi.inf.eod.& per D.Domi. in cap.poſtulaſti. de reſcript. & latiſsimè Ludo.Ponta. in l.1.§.ſi ſtipulanti. ff.de verb.oblig. Et quid ſi aliquis legat monacho ea conditione ne uendatur monaſterio . Vide per Barto. in authen. excipitur. C.de bon.quæ libe.& per D.M.in cap.2. de ſta.mon.& per Bar.in q.quæ incipit, quidam reliquit vel donauit. Et uide not.limit. quam dedi in cap.venerabili. infra de ſent.excom. artic.25. q.21. Et ad hanc primam limit. adde q̃ dicam infra eod.

in

in 7. limita. ibi, Et aduerte circa prædictas omnes limitationes .

¶ Secundò limitatur prædicta regula, quòd
124 conditio † poſsibilis & honeſta ſuſpendit matrimoniũ, ſi modo ſit adiecta in matrimonio contrahendo,ſecus ſi in matrimonio iam contracto, quia tunc per adiectionem conditionis non poteſt ſuſpendi vel diſſolui, quia Quos Deus cõiunxit, &c. vt ſæpius dictum eſt, facit quod dicam in ſeq.limit. & in verſ. octauo limitatur.

¶ Tertiò limitatur , niſi ſit conditio reſolutiua, ex quo matrimonium contractum ſub iſta condit.
125 poteſt † diſſolui,vide quia dixi ſup.in princ.iſtius 4.q.prin.& quod dixi ſupra in 7.declar.ver.ſed pone , dicit quis,& uide omnino q̃ dicam inf.in octaua limitatione.

¶ Quartò limitatur prędicta regula,quod procedit ſi modo loquimur in matrimonio carnali,ſecus
126 in ſpirituali,† vt in c.2.de elect.lib.6. traditur per Hoſt.& Zabar.in c.ſuper eo.inf.eod. ad quod vide quod plene dixi in capitulo fina. ſupra de ſponſal. artic.37.

¶ Sed aduerte, quia contra omnia prædicta,tam in regula,quam in declarationibus & limit.videtur fortiter obſtare, quia cũ matrimonium ſit actus legitimus, non videtur poſſe recipere conditionem , vel diem,vt in regula,actus legitimi. ff.de reg.iur.& in ea.reg.in 6. ¶ Sol. Goffr.quem ſequitur glo.1. c.ſuper eo. infra eodem,dicit,quod iſta regula non loquitur in contractibus , ſed in quaſi cõtractibus, pro hoc facit, ſecundum Phil. quia contractus eſt , quando vltro citroque naſcitur obligatio , ut l.Labeo.ff.de verbor.ſignif. tunc autem non ſunt actus de quibus loquitur dicta reg. actus legitimi . Hoſt. in ſum.eo.tit.§.quę conditio.verſ.verũ contra hanc materiã.dicit quod aliud ibi,& aliud hic,& ratio diuerſitatis eſt,quia actus de quib. loquit dicta regula perficiuntur authoritate iudiciali, ſiue teſtatoris,
127 cuius voluntas æquiparatur ſententiæ. ff.de teſta. l.1. ſed ſententia non debet ferri ſub conditione. 2.quæſt.6.§. biduum. Item actus legitimi non recipiunt conditionem , quia iudicia non poſſunt eſſe in pendenti, ut l.non quemadmodum. ff.de iudic. aliud eſt in matrimonio, quod ex conſenſu, & ſola voluntate perficitur,& plerumque in pendenti eſt, vt in c.cum apud.extra titu.de ſponſ.in c.ſuper eo. & c.per tuas.inf.eo.& in c.fraternitatis. ad ſi.inf.de frigi.& idem dicit Hoſt. in d.c.ſuper eo.ſed Zabar. dicit, quod prædicta regula,actus legitimi,non dicit quod nulli actus legitimi recipiant diem, vel conditionem,quia immo recipiunt,vt no.per gl.& Dy.in d.regula,actus. tu dicit clarius, quod regula
128 illa † non dicit ſimpliciter,actus legitimi non recipiunt diem,vel conditionem,ſed dicit, actus legitimi, qui non recipiunt diẽ, vel conditionem . Et ſic cum dicat,qui,loquitur reſtrictiuè: reſtringit enim infinitam præcedentem,vt no. in l.1.C.de ſacroſan. eccle.& l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.& ſic hic præſupponit plures eſſe actus legitimos , qui recipiunt diem, vel conditionem,& alios etiam qui non recipiunt,quos ibi enumerat.vnde acceptatio,hereditatis aditio, ſerui optio, tutorũ à iudice datio.vnde licet hereditatis aditio nõ recipiat diẽ,vel conditionẽ tamen hæredis inſtitutio recipit conditionem.ff.de condi.inſtit.per totum.& C.de inſtitu.& ſubſti.ſub condit. fac. & infra tangetur . Et vide ad prædicta quod traditur per Goffr.Roff.in tracta.libellorum, in tit.de actio.confeſ.verſi.item quæritur in eo. vbi notabiliter loquitur, & ponit rationem quare prædicti actus non recipiant diem , vel conditionem , Quid autem ſi contractum ſit matrimonium duraturum vſque quo filius maſculus naſcetur , & non vlt.tradit Ioan.And.in d.regula,actus,in mercuria. & de hoc dicam plura infra in tit.de diuor.

¶ Quintò limitatur , ſi modo conditio ſit poſsibilis, & honeſta, vt dixi , ſecus ſi eſſet conditio impoſsibilis,& inhoneſta, ſeu turpis, quia talis condi-
129 tio † habetur pro non adiecta , & remanet matrimonium purum,vt in cap.1. & ſi.infra eo.& in l.reprehendenda.C.de inſtitu.& ſubſtit. ſub conditio. fact.exemplũ ſi dico , contraho tecum ſi digito cælum tetigeris, vel furtum feceris, aut homicidium, vel adulterium commiſeris . Nam & iſtę conditiones turpes,dicuntur etiam impoſsibiles propter iuris reſiſtentiam, vt l.1.& l.conditiones. la prima; & la ſeconda. ff.de condi. inſtitu. & l.2. C. de condit.
130 inſtitu. quia illud dicimur † poſſe, quod honeſtè poſſumus.22.quæſt.2. c.faciet hoc , & l.nepos Proculo.ff.de verborum ſignific. & l.filius. ff.de condi. inſtitu.vel ſecundum Hoſtien. ſi quis dicat,contraho tecum matrimonium ſi hodie miſſam celebraueris,vt in cap.noua quædam. infra de pœniten. & remiſ. frangitur enim conditio , & matrimonium , firmatur, vt d.c.1. & ſi. infra eod. Et adde quod dicam infra in 7.limit.

¶ Sextò limitatur, ſi modo conditio ſit honeſta & poſsibilis : ſecus ſi ſit inhoneſta,ſeu impoſsibilis, quia talis conditio reijcitur, & matrimonium remanet purum,per ea quæ dixi in præced.limit.

¶ Septimò limitatur, ſi modo conditio ſit poſsibilis,& honeſta,vt dixi,ſecus ſi ſit honeſta,& impoſſibilis,puta, contraho tecum matrimonium , ſi imperium mihi dederis , vel digito cælum tetigeris , quia talis conditio habetur pro non adiecta , ut ſupra dixi.

¶ Sed contra prædicta nunc opponitur , vide-
131 tur enim quod conditio † impoſsibilis vitiare debet matrimonium , ſicut vitiat alios contractus , ſiue ſit impoſsibilis de iure, ſiue de facto, ſeu de natura,in l.impoſsibilis, & l.ſi plagij. ff. de verborum obligat. in cap. fina. ſupra de pact.& in regula , impoſsibilium.ff.de reg.iur.

¶ Sol. Dic, quod ſpeciale eſt in matrimonio , vt tales conditiones vitientur, & non vitient , ſicut etiam dicimus in inſti.alleg.de quibus infra dicam, & vide de prædictis per Hoſtien. in ſumma, eo.tit. §.quæ conditio.

¶ Et aduerte circa prædictas limitationes , & re-
132 lam , quod ſi plures † conditiones apponerentur in matrimonio , quarum aliquæ eſſent impoſsibiles , vel inhoneſtæ, vel turpes, & aliquæ poſsibiles, & honeſtæ, tunc reijcerentur impoſsibiles,& inhoneſtæ, & non honeſtæ , & poſsibiles , & ſic ad validitatem matrimonij eſſet neceſſarium , quod illæ poſsibiles, & honeſtæ purificarent,puta,contraho, vel contraham tecũ matrimonium, ſi digito cęlum tetigeris,ſi hominẽ interfeceris,& dederis mihi centũ:nam licèt alię cõditiones impoſsibiles, & turpes

reijciantur,tñ illa conditio de dando centum,ad validitatem matrimonij,ẽsset ad implẽda,& purificanda, vt est tex. in l.hæc scriptura.ff.de condi. & dem. facit l.multa. §. 1. ff.eod.titu. & l.si ita quis.& l.quæ sub conditione. §.quoties. ff.de condi.institu. & sic forte conditio adiecta esset pro parte posibilis, & honesta, pro parte vero impossibilis, & turpis, ad implenda esset pro parte posibili, & honesta, ut l. mulier. §. 1. & l.qui dotem.ff.de dote prælega. & d. l.multa.§. 1.

¶Et ex prædictis infertur,ꝙ si dedi tibi centum, vt Capuam vadas, & hominem interficias, quòd si non adimpleuisti modum licitum, possum repete-
133 re,licet datũ † ob turpẽ causam repeti non possit, secundũ Bar.in d.l.hęc scriptura. sed si inter plures conditiones apponeretur aliqua conditio copulatiue, quę esset cõtra substantiã contractus,arbitror ꝙ matrimoniũ nõ teneret, per ea quę dixi supra in cunda limit. Cogitabis, quia Doct. non tangunt.

¶Octauò limitatur, quod prædicta regula procedit, quando conditio posibilis, & honesta ap-
134 pareret in ipso matrimonio contrahendo,† secus si ex interuallo post iam cõtractum matrimonium, quia tale matrimonium iam contractum non dependet à contrahentium potestate, vt in c.fi. supra tit. 1.& latè dicam in tit.de diuor. Et hoc procedit, respectu matrimonij de præsenti, secus si loqueremur in sponsalibus de futuro, quibus conditio ex interuallo potest apponi, eo quod à potestate contrahentium dependet, vt in cap. præterea. supra de spon. ad quod vide quod dixi in cap. penult. supra de sponsa. artic. 31. versic. secundo soluuntur sponsalia. Et hoc procedit, quando ambo contrahentes consentirent cõditionibus ipsis de sponsalibus expositis, secus si alter tantum vellet conditionem adiicere, quia ex quo contractus est perfectus, non potest vnus alio non consentiente conditionem apponere,vt l.perfecta.C.de dona.quę sub modo, licet à puro potuisset, per ea quæ supra dixi.

¶Sed nunc contra prædicta opponitur videtur enim quòd sicut matrimonium spirituale non recipit conditionem, vt in cap.2. de elect.lib.6.ita nec carnale,ar.cap.inter corporalia. supra de excess.prælato. ¶Sol.aliud est in spirituali,in quo non debet
135 dari pecunia,† & quod non recipit conditionẽ, vt 1.quæst.2. cap.quam pio.& dicto cap.2. aliud in carnali, in quo si datur,vel promittitur pecunia,nõ committitur simonia, vt in cap. de illis. infra eo. maxime, quia in carnali dos interuenit. Ad quod vide quod dixi in cap.ex literis.il secondo, supra de sponsa.art. 11.in spirituali vero ineſt,quod nihil dr̃, supra de elect.cap. per inquisitionem.Et ratio,quia vbi pecunia interuenit,de cõditione timeri potest. 11.quæst.3.cap.quatuor.omnia enim pecunię obediunt, & si pecunia posset dari in spirituali, sæpius promoueretur indignus,ꝙ tamen in hoc prohibetur fieri, de elect.cap.cum in cunctis.§.sanè.& cap. causante.& supra de æta.& qualita.cap.accepimus. Secus in carnali, in quo sponsus etiam minus idoneus, & monoculus,& cæcus, & seruus admittitur, qui non admittũtur in sponsalibus,vt supra de corpore vitia.per totum,& de seruis nõ ordi. per totũ. Et ad prædicta vide ea quæ dixi in c.fi.sup.de spon. art.37. vbi plenè tractaui, in quibus conueniant,& in quibus differant matrimonium spirituale, & carnale.

¶Et est aduertendũ, quòd hæc sunt quæ ad materiã istius quartę quæstionis principalis, & principalem materiam tituli nostri pertinent,quę plenius tractanda existimaui.

¶Nunc verò ad alias materias ultimarum uolumtatum, contractum, donationum causa mortis, iudiciorum,& arbitrorum,descendam, quas sub cõpendio decidendo, & remittendo, infra scriptas quæst.tractare intendo.

¶Et quoniam conditio nuptiarum, viduitatis, virginitatis,castitatis,seu cęlibatus,& religionis materiæ prædictæ superius tractatę proximum locum obtinenent, ideo ipsam materiam nunc subiungã.
436 ¶Primò igitur quęro,utrum testator† in institu. hęredis, vel legat. aut fideicommiss. posit apponere conditionem contrahendarum, vel non contrahendarum nuptiarũ,aut viduitatis,vel virginitatis, seu cælibatus. Dicitur autem cęlibatus à cęlebs, & sic significatvirginitatẽ,& castitatem,à cęlo dictus, quia tales sunt digni cęlo. ¶Sol. pro notitia istius quæstionis aduertendum, quòd in ista materia remanent quatuor iura.

¶Primum fuit ius antiquũ, quod disponebat,ꝙ
137 si relinqueretur† mulieri,siue virgini,siue viduę, sub conditione, si non nupserit, talis conditio reijciebatur, & legatum reputabatur purum.

¶Secundum ius fuit cuiusdam legis iulię Miscellæ, sic dictum ab auctore, quam legem non habemus,quia noui iuris compositores videntes illã esse sublatam per l.2. C.de indic.viduitate,illam non in terseruerunt in noua compilatione. Considerabat aut dicta lex causam, propter quam illa conditio reijciebaẽ, scilicet,vt mulieres nuberẽt, & filios pro crearent. Verum,quia multę nubunt non ad istum finem, quia sciunt se steriles seu senes, ita quod generare non possunt,sed propter incõtinentiam, uel alio respectu,ideo dicta lex Iulia induxit,quod si tale relictum factum fuerit viduę à marito,quasi ipsa mulier nõ posset petere relictum infra annũ à tempore mortis mariti, nisi juraret,quod non nuberet nisi causa prolis procreandę,& in casu quo aliter faceret, restituet legatum : post annum vero poterat petere legatum absque iuramento,tenebatur tamẽ cautionem præstare,quæ dicitur Muntiana,de qua dicam in cap.super eo. infra eo. in 10.q. prin.tenebatur ergo præstare cautionem de restituendo,si nupserit alio respectu, quam ex causa prolis procreandæ.

¶Verum, quia per illam l.aperiebatur via periurijs,quia mulieres præstabant tale iuramentum, & postea ueniebant contra,& etiam erat incertũ quo animo, & qua intentione hoc facerent, emanauit tertium ius Codicis, de quo in l.2. C.de indicta vi-
138 duitate, quo iure. l.illa Iulia † sublata fuit in totum,& reuersum fuit ad primum ius Digestorum, & quod dicitur in d.l.2. de muliere per l. 3. eod.tit. extenditur ad virũ. Statuit ergo d.l.2.quod quamuis legatum sit relictum alicui mulieri, si nõ nubat, vel viro si cęlibatum seruet, hoc est si uxorem non ducat,talis conditio habetur pro non apposita, tanquam prohibita,ob publicam vtilitatem,& sic legatum remanet purum, quamuis in muliere de iure

re ciuili per aliam legem infra annum prohibitum fit transire ad secundas nuptias, de qua materia dicam infra,in tit.de secun.nupt.

¶Et aduerte,quia licet vidua,cui est adiecta conditio, ne alias cõtrahat nuptias, si vult effectualiter consequi relictum, teneatur seruare conditionem, tamen in vidua talis conditio reijcitur. Quartum verò ius fuit Authenticorum,de quo in authen.cui relictum. C.de indicta viduitate, & in corpore,vnde sumitur, quod distinguit inter viduam,& virginem, vt tradit glo.in dicta l.2. vt in vidua fiat reditus ad legem Iuliam Miscelam,& sic in ea non reijcitur conditio, licet non per omnia redeatur ad illam legem, vt statim apparebit.

¶Est igitur aduertendum, quod si mulieri, vel
139 masculo relinquitur,† ne nubat,non adiecta certa persona, vel ne nubat alicui, vel ne nubat nisi arbitratu talis, remittitur conditio, eo quod est publicæ vtilitati contraria.ff.de condit.& demonstratio. in l.cum ita legatum.§.arbitratur, & §.Mæuio.nota Bart.in l.mulieri.ff.de conditio. & demonstrat. vbi dicitur hoc verum esse, si conditio sit simpliciter, & sic perpetuo appositа,secus si ad certum tempus. Item hoc verum, si simpliciter prohibuit,ne nubat certis personis, vel in certo loco, dũmodo aliis personis honestè nubere posit. Item hoc verum,si talis conditio sit adiecta virgini, secus si viduæ,secundum Bart.in dicta l.mulieri. & l.cum vir.ff.de conditio.& demonstratio.

¶Et aduerte, quia si testator reliquit alicui mulieri virgini ducenta, si non nupserit,& centũ duntaxat, si nupserit, quod talis mulier debet habere duntaxat ducenta,& non alia centum, quod deberet consequi legatum viduitatis,siue virginitatis,& nuptiarum,vt l.Titio.ff.de condit.& demonstra.& ibi vide de materia: si verò legatũ sit mulieri,ne nubat certæ personæ, vel certis personis, vel in certo loco, vel in certo tempore, non remittitur con-
140 ditio, † vt dixi, nisi in fraudem hoc fuerit adiectum, eo quod mulier cum alio, vel de facili in eo loco,vel extra illum locum nubere non posit,tunc non rescinditur, quod in fraudem legis factum est, vt l.cum ita legatum. & l.hoc modo.ff.de conditio. & demonstratio. si verò relinquitur ei si Titio nupserit, & posit Titio honestè nubere,non remittitur conditio : nam, si tales nuptiæ honestæ sunt,seruandum est præceptum testatoris, aliàs secus. ff.de bonorum possessio. contra tabul. l.3.§.si emancipatus.ff.de conditio.instit.l.fin.& de operibus liberto rum.l.eius artificij. tradit Ange.in l.prima.C.de indicta viduitate. nec refert, vtrum à principio relinquatur sub tali conditione,vel relictum purum per talem conditionem postea adimatur.ff.de adimen. legat.l.si legatum purè.tenet Oldr.consil.16. quod incipit, Titius.

341 ¶Et nota,quod si prædicta cõditio, † si modo, vel dummodo non nubat nisi talibus, non expirat per primas nuptias, secundum Oldradum in dicto consilio, facit, quod no.in l.si suus.ff.de verborum obligatio. & quod traditur in l.Mutianæ.ff.de conditio.& demonstratio.

¶Nota,quod si relinquiẽ sub conditione,si non nupserit, & si nupserit, restituat relictum, quod ex quo remittitur conditio illa,remittitur etiam fideicommissum,& sic onus restituendi.tex.est singularis in l.quotiens.ff.de conditio.& demonstratio.sed si non esset mulieri honestum talem virum habere, perinde vr̃ habendum, ac si reliquisset, ne nubat, quoniam ex quo vult, quod nubat Titio,intelligitur prohibere ne alij nubat, & ideo si Titio non est digna, conditio remittitur, vt l.cum ita legatũ sit. §.videamus.ff.de conditio.& demonstratio.

¶Et ex prædictis infertur,quod si pater instituit filium,vel filiam simul cum alio,& filium,vel filiam instituit, & deinde substituit sub cõditione,ne contrahant matrimonium cum certis personis,quod si cum illis potest honestè contrahere, si contrahit
142 cum aliis, vtrum † excluditur tam ab institutione,quàm à substitutione,vide per Oldradum in dicto consilio 16.& vide,quod dicam infra,in versic. primò quæro, vtrum testator. Sed si testator reliquerit alij, quàm vxori in hunc modum,videlicet, Relinquo Titio centum, si vxor mea post mortem
143 meam nõ transierit ad secunda vota, † ad hoc, vt ille alius possit consequi legatum, opus esset seruare conditionem,& ideo ipsa transeunte ad secunda vota propter conditionis defectum,legatũ expiraret, vt est tex. in l.prima. C.de indicta viduitate. quamuis ergo conditio, ne nubat,adiecta legato facto mulieri reiiciatur: tamen,si sit alteri,non reiicitur, nisi fortè talis legatarius esset adeo consanguinitate coniunctus ipsi mulieri, quod verisimile esset eam à nuptiis abstinere : ad hoc, vt talis consanguineus, puta frater, vel similis, posset consequi legatum, quia tunc conditio reiiceretur tanquam facta in fraudem,vt l.hæres meus.§.in fraudẽ.& Bart. ibi.ff.de conditio.& demonstratio. no.Bar.in dicta l.mulier, eodem titulo.& idem dicendum,si ille esset grauatus restituere vxori, si non nupserit,vt no. glo.in l.prima. C.de indicta viduita. & l.auia.§.Titio.ff.de conditio.& demonst. Et ad prædicta vide, quæ dixi in cap.Gemma, supra de sponsalib. in 20. articulo,in secunda quæstio.principali.& in 3.quæstio.& in versic.tertiò limitatur. Et nota, quod hodie secũdum iura Authenticorum,si mulieri viduę
144 relinquatur, † ne secundas contrahat nuptias à quocunque sit relictum infra annum, non petit legatum, nisi spem secundi matrim. omnino amiserit, vt quia solemne emisit continentiæ votum, vel quid simile contigit. ad quod vide, quod dicam in sequenti, & quod dixi in cap.apud, supra de sponsalib.in 9.principali artic.ver.quintum impedimentũ.Et si tu diceres,quod religiosus posset contrahere matrimonium fortè ex dispensatione.dicit Paul. de Castro in dicta authent.cui relictum. quod hoc neque consideratur : vel melius dic,quod talis conditio negatiua, quæ consistit in iure, dicitur impleta, quando res peruenit ad actum negatiuum de iure, vt dicam in cap.super eo,infra eod.in 11.quæst. princ. Post annum vero talis vidua capit relictum, præstita cautione, de restituendo cũ fructibus perceptis, & percipiendis, si nupserit, licet interim habuerit tit.& dominiũ : tamen, quia resoluitur,ideo ad fructuum restitutionem tenetur, secũdum Pau. in dicta authen.cui relictum,& l.fin.§.fin. C.de indicta viduitate. facit etiam, quod ipse notat in l.1. C.de his quibus vt indignis. & talis cautio exigitur iuratoria cum hypotheca, si res relicta sit immobilis,

lis, & idem etiam si sit mobilis, & persona non sit suspecta, alias autem tenetur præstare fideiussorem, & si fortè erat pecunia relicta, cum qua legatarius contraxit vsuras, transiens ad secunda vota, tenetur tales pecunias restituere de iure ciuili, sinautem talem pecuniam conuertat, soluat tertiam cẽtesimę, quod si res facta sit deterior, medietatem periculi substinebit, & in prædictis vir & mulier procedunt ad paria, vt in Authen. de nupt. §. quæ uero. colla. 4. hodie ergo mulier non iurat, neque promittit non nubere, sed solum promittit si contra fecerit, ut in d. Authen. cui relictum. & sic in hoc differt à l. Iul. Item differt, quia infra annum poterat consequi si iurabat non nubere, hodie vero nisi post annũ præstita dicta cautione, nisi certum sit eam nubere nõ posse, vt certum est. Item l. Iulia remittebat d. cautionem, quando causa prolis procreandæ nubebat. authentica vero, cui relictum, non remittit etiam si causa prolis procreandæ vidua velit nubere. Item l. Iul. loquebatur tam in uidua quàm in virgine, sed ius Authenticorum vult quod remittatur solum virgini, viduæ autem non remittitur.

¶ Et aduerte, quia licet l. 2. C. de indicta viduit. prohibuerit & remiserit dictas caut. tam viduæ quã virgini propter publicam vtilitatem, ut ciuitas populo repleretur, vt l. prima. ff. soluto matrimonio.

145 Nam interrogatus Homerus, † qui murus esset ciuitatis ornamentum: Turres, inquit, & pueri: pro pueris intelligens populi multitudinem, tamen ius Authenticorum honestius concesit esse viduis nõ nubere, vt inquit Valerius de institutis antiquis, quia in uidua nubente est signum incontinentiæ,

146 quod † non est in uirgine, quę aliud matrimoniũ non contraxit. vnde dixit Iustinianus, quod si uidua mortuo viro seruat viduitatem, hoc non multum distat à virginitate, in Authentico de non eligendo secun. nubentes. §. optimum. ad similitudinem turturis, nec minus exaltatur res publica ex bonis moribus, quam ex multitudine populi, secundum Bald.

147 ¶ Sed aduerte, quia utrum conueniat † magis prohibere virgini quàm viduæ; iudicio meo possumus dicere quod ista se habent, ut excedentia & excessa: nam quod virgini fieri debeat potius remmissio, facit: quia licet nuptiæ repleant terram, virginitas replet paradisum. 32. quæst. 1. cap. nuptię. ad quod vide, quod dixi in c. ex literis. il secondo, supra de sponsal. artic. 10.

¶ In contrarium facit, quia illa semel fuit expersa copulã, hæc verò inexperta. Sed in contrarium facit, quia vidua nouit quanta sit continentiæ passio, quæ virgini non est ita manifesta. Cogitabis.

¶ Et nota, quod vidua amittit relictũ nõ solum, si nubit legitimo, sed ẽt si cũ illegitimo de facto matrimonium contraheret, cum non debeat esse melioris cõditionis, ex quo plus deliquit, vt l. si seruus. ff. quod vi, aut clam. no. Pau. de Cast. in dicta auth. cui relictum. pro qua facit bonus tex. in c. eum qui, de præben. lib. 6. facit etiam, quod statim dicam, secundum Bal. Dic ergo, quod si relinquatur virgini, ne matrimonium contrahat, indubitanter seruandæ sunt antiquæ ll. & primum ius Digestorum, secundum Azo. in summa, de quo supra dixi, in titu. de indicta viduitate. & refert Host. in summa huius tituli. §. fin. in fi. vbi subdit, quod hodie videtur fuscitatum ius antiquum per dictum Apostoli, Mortuo viro nubat in Domino, vt in cap. penult. & fin. infra de secun. nup. de quo dicemus in d. tit.

¶ Et aduerte, quia Bal. in dicta authent. cui reli-

148 ctum. dicit, quod si relinquatur † virgini, si monasterium ingrediatur, quod talis cõditio non reiicitur, quia vita cõtemplatiua maioris est perfectionis, & gradus, quàm vita actiua: & ideo non debet ab illa abstrahi sub spe præmij, vt in Auth. de sanctiss. epis. §. sed hoc præsenti. Bar. tamen consuluit contrarium, consil. 48. quod incipit, Domina Mita Pauli, vbi fuit etiam in mirabili opinione, quod re-

149 lictum † factum mulieri, quæ nunquam habuit virum, sub modo, vel conditione, si tale monasterium intrauerit, reiiciatur, & quod potest petere relictum.

¶ Primò, quia inducit viduitatem.

¶ Secundò, quia ad intrandum in certo loco, quod fieri non potest, vt infra dicam.

¶ Tertiò, quia inducit speciem seruitutis, quod fieri non potest, vt etiam infra dicam.

¶ Quartò, quia videtur continere simoniam, & idem etiam tenet Bart. consilio, quod incipit, Testator Menicam. sed mihi plus placet opinio Bal. quam etiam sequitur Pau. de Cast. in dicta authen. cui relictum, in fi. nec est verum, quod contineat simoniam regu. monasterij, immo pietatem. & idem tenet Bal. in l. 2. C. de instit. & substit. sub conditio. fact. vide, quod dixi in c. ex literis. 2. supra de sponsalib. artic. 11.

150 ¶ Et ex prædictis infertur, quod si vir, † qui contrahit matrimonium cum aliqua, antequam illam cognoscat, diem obijt, & sibi reliquit centũ, si non nupserit; quod hæc conditio reijcitur tanquam à virgine, secundum Bal. Ang. & Pau. de Cast. in dicta authen. cui relictum. & similiter econtra, si mulier non sit virgo, & nunquam nupsit, si sibi relinquatur, si non nubat, remittitur conditio, secundũ Ang. & Paul. de Castro in dicta auth. cui relictum. licet Bal. videatur sentire contrarium: sed plus placet mihi opinio Ang. ad hoc, vt ista, de qua iam est ortus timor incontinentiæ à malis moribus abstrahatur, vt dicta authen. cui relictum. Sed si tale legatum fuerit concubinæ, tunc seruanda videtur conditio, sicut in vidua, secundum Ricardum Malumbram, quem refert, & sequitur Bal. in dicta authen. cui relictum. quia non debet esse melioris conditionis concubina, quàm vxor. ff. de legat. 3. in l. item legato. facit cap. eum qui, de præben. lib. 6. & quod dixi supra de matrimonio illegitimè contracto. Petrus tamen de Bellapertica tenuit contrarium. pro quo facit, quod statim dicam, quia ista videtur esse abstrahenda à malis moribus per contractum nuptiarum.

¶ Item ex prædictis infertur, quod potest testa-

151 tor † adiicere cõditionem, si monasterium fuerit ingressus, vt dixi per dictum §. hoc præsenti. in Authent. de sanctissimis episcopis. in capit. in præsentia, de probatio. nam si in dictis iuribus conditio illa, si sine filiis decesserit, reiicitur, ne sit vitæ contemplatiuæ impeditiua, de quo latius dicam in cap. super eo, infra eo. in 11. quæstio. principali. Fortius debet valere cõditio, per quam inducitur ad talem vitam

vitam contemplatiuam. facit 27. quæst. 1. capit. nuptiarum. & 32. quęst. 1. cap. nuptiæ. & 33. quæstio. 5. cap. tunc saluabitur. In contrarium tamen facit, secundum Hostien. in summa huius tituli. §. fin. circa finem. quoniã matrimonia, & continentia debent esse liberæ voluntatis. 32. quæstio. 1. cap. integritas. & in capit. cum locum, & in cap. Gemma. supra de sponsal. Cogitabis.

¶ Aduerte tamen, quia retenta prædicta opinione, quod valeat talis conditio, si monasterium in-

152 trauerit, talis conditio † non dicitur purificata, si intrauit religionem, & monachatus non tenuit, vel si ante professionem exiuit de monasterio, vel si intrauit, & non est professa, de quibus vide omnino per Dominum meum in dicto cap. in præsentia. vbi etiam dicit, quod non est purificata, si fieret ingressus in fraudem substituti, & probaretur fraus propter comminationes præcedentes, secundum Dominum meum ibi, in versic. sed circa prædicta vertitur dubium. nec etiam dicetur purificata, si dedicasset se, & sua ecclesiæ seculari, secundum Dominum meum in versic. vlt. glo.

¶ Sed quæro, iuxta prædicta de notabili quæst.

153 Pone, † testator reliquit filiæ suæ, vel alteri, si vidua, vel cum vidua erit, aliquid annuum: ipsa fuit effecta vidua, & certo tempore vixit vidua, deinde transiuit ad matrimonium, & nihilominus petebat annuum legatum sub dicta conditione relictum: quærebatur, vtrum debeat habere. Pau. de Castro in l. fin. §. fin. C. de indicta viduita. dicit, quod cum d. q. esset Venetijs corã Auditoribus, prædicti Auditores deliberauerant dare sententiam contra legatariam, dicentes, quod intẽtio testatoris fuit, quod mulier haberet, donec vidua staret, & non vltra. Sed dicit Paul. quod cum ipse consuluisset in contrarium, & Auditores legissent consilium, contrariam dederunt sententiam, & sic in fauorem legatariæ, per tex. d. §. fi. qui vult, quod conditio, si peruenerit ad viduitatem, non reiicitur de legato, quia non inducit viduitatem, seu perseuerantiam in ea. Nam sufficit ad eam peruenisse, licet in ea non perseueret.

¶ Item quero, quid si testator legauit filiæ nuptę

154 sub conditione, † si vidua remanebit, & ipsa peruenit ad viduitatem, tamen in ea non permansit, vtrũ debeat consequi legatum. dubium facit significatum dicti verbi, remanebit, vtrum intelligatur, cum vidua erit, & ad viduitatem peruenerit, duntaxat, an verò intelligatur, & in ea perseuerabit.

¶ Sol. Dicit Pau. de Castro se vidisse plura consilia Doctorum de Florentia, qui tenuerunt, q̃ non sufficit peruenisse ad viduitatem, nisi daretur perseuerantia, qui moti fuerunt propter verbum, remanebit, quod est compositum ex re, & mane, vnde non perdit significatum, seu non adimpletur ex eo solo, quod peruenerit ad viduitatẽ. facit l. verbum, reddendi. de verborum significatio. & ideo si testator dixisset, superuenerit ad viduitatem, & in ea manebit, lego; legatum amitteret nubendo; ita & in proposito, quia dictio, re, importat viduitatem, & verbum, manebit, importat perseuerantiam pro tempore futuro. & vtrum trãsiens ad matrimoniũ,

155 teneatur † restituere, quod habuit pro tempore præterito; videtur distinguendũ, quod aut testator loquutus est per si, aut per, quousque, vel donec. Et adde, quod no. Barto. in simili in l. hoc articulo. ff. de hæred. instituen. Sed quando legatum factum esset viduæ cum prædicta conditione, clarum est, quod importaret perseuerantiam viduitatis. Sed Paul. dicit, quod etiam in primo casu, quando nuptæ fieret tale legatum, videtur debere sufficere, quod ad viduitatem peruenisset: nam, secundum communem vsum loquendi, illa dicitur remanere vidua, quæ ad viduitatẽ peruenit, quamuis in viduitate nõ perseueret: & sic verba testatoris secũdum dictum commũnem vsum deberent interpretari, vt l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. secus si nupta reliquisset, vt dixi, secundum Paul. & mihi placet.

156 ¶ Sed dubitari potest, vtrum conditio illa, † do nec nubat, reiiciatur, tanquam inducens viduitatẽ?

¶ Sol. Quidam distinguunt, quod aut legatũ prędictum extinguitur per conditionẽ per testatorem appositam contracto matrimonio, ac si ex toto à principio relictum non esset, & hoc casu conditio tanquam repugnans vtilitati rei publicæ habetur pro non apposita, & ideo contracto matrimonio nihilominus legatum debetur. ff. de conditio. & demonstratio. l. sed si hoc specialiter. §. fin. & l. cum ita. §. hoc modo, & l. cum tale. §. Mæuiæ. & l. mulieri, & Titio, & l. hæres meus. §. fin. eod. titu. Aut legatum nõ omnino extinguitur, sed eius durationem mensurat, sicut in legato annuo, donec nubat, & hoc casu tenet conditio, & ideo ex contractu matrimonij legati præstatio pro futuro tempore finitur. ff. de annuis legat. in l. legatum est ita Titiæ. hoc tamen videtur expresè contradicere l. Titiæ vsusfructus. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. vbi videtur dici, quod hoc sit priuilegium libertatis. & de hoc latius vide per Old. consil. 162. quod incipit, Thema est, B. condidit testamentum.

¶ Sed pone, quod relictum sit mulieri sub hac

157 forma, Lego alimenta, † quousque vidua erit.

¶ Sol. Dic, quod ea nubente tenetur rem restituere, & sic legatum perditur, sed nulli fructus restituuntur, secundum Pet. de Bellapertica, Thomam de Piperara, Ricardum Malumbræ, Iacobum But. Cyn. & Angel. in dicta l. fin. §. fin. C. de indicta viduitate. quia tot sunt legata, quot sunt dies, menses, & anni: sed quando simpliciter legauerit, si nõ nupserit, perditur relictum, & restituuntur fructus interim percepti, secundum Angel. & supra dixi. & idem dicit Bald. in authent. cui relictum. C. de indicta viduitate. si sint relicta alimenta virgini, donec, vel vsquequo nupserit, quia dicta verba non important conditionem, sed diem, quæ non spernitur, nec à iure reiicitur. ff. de conditio. & demonstratio. in l. si homo. & fuit opinio Iac. de Beluiso in Authen. de nup. vnde fuit sumpta dicta authen. cui relictum.

¶ Et aduerte, quia si conditioni de non nubẽdo sit adiectum tempus mortis, puta dixit testator, Mæuiæ si non nupserit, fundum cum morietur lego, tam conditio, quàm tempus reiicitur, secus si non ad tempus mortis, sed vsque ad triennium, vel quadriennij tempus adiiciatur, quia tunc reiicitur conditio, & non tempus, vt l. cum tale. §. Mæuiæ. ff. de cond. & de. de quo vide ibi per gl. Bar. Bal. & Mod.

¶ Vlterius

¶ Vlterius nota circa prædicta, quod hæc con-
158 ditio, † ſi à liberis vnquam diſceſſerit, tenet, quia non adiicit viduitatem, quia poteſt nubere, & ſemper ſtare cum liberis, vt l. cum tale, in princip. ff. de condit. & demon. & ibi Bar. & Pau. de Caſt.

159 ¶ Sed quæro, pone, pater legat, vel inſtituit † filiam ſuam in mille libris, vel certa portione, ſi nubat digno: ſi verò nubat indigno, priuat eam: ipſa verò ſecundū morem ciuitatis non nubit digno, quia nobilis ignobili nubit, vel ſecundum leges, quia ſcienter nubit cōſanguineo, vel affini, cui non poteſt nubere. ¶ Sol. Dic, quod priuatur legato, nec poteſt agere ad legitimam. no. Bal. in l. ſi pater. C. de ſponſ. & vide, quod dicam infra eadem quæſtione. verſic. primò quæro, vtrum teſtator. Et nota, quod ſi maritus relinquit vxori mille, ſi vidua permanſerit, & ſi nupſerit, quingenta, quòd ſi nupſerit infra annum, non debet habere quingenta, ſed ſolum ſi nupſerit poſt annum, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſecund. nup. verſic. ſed pone, prior maritus. de quo dic, vt dicam infra, in tit. de ſecun. nup.

¶ Sed pone, teſtator reliquit viduæ in caſu vidui
tatis, vel appoſuit conditionē, quod nubat de con
160 ſenſu Titij, quod ſi ſecus fecerit, relictum † vadit ad aliquem pium locum, vtrum hoc caſu reiiciatur cōditio. ¶ Sol. Tex. facit, quod no. in l. Titio vſusfructus. §. fi. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi tex. vult, ꝙ ſi teſtator reliquit viduæ ſeruum, quouſque vidua ſteterit, & ſi nupſerit, legauit libertatem ſeruo, quod ſi nubat, ſeruus conſequitur libertatem: ergo eodem modo videtur dicendum in dicto caſu, quia perſona in quam transfertur, eſt priuilegiata. ita voluit Gugliel. de Cunio in l. ſed ſi pupillus. §. conditio. ff. de inſtitoria. & quamuis Bart. in dicta l. Titio. §. 1. hoc non firmet, tamen Ioan. de Imo. ſequitur ibi prædictam cōcluſionem, & mihi placet, quoniam fauor piæ cauſæ, & libertatis ęquiparantur, vt no. Bart. in l. prox. ff. de his, quæ in teſtamen. delen. & l. Antoninus. ff. de fideicommiſ. libert. dixi ſupra in 2. quæſt. princip. verſic. 10.

¶ Sed quoniam hucuſque loquuti ſumus de cōditionibus adiectis ſpōſalibus, & matrimonijs, tam carnalibus, quàm ſpiritualibus: ſupereſt nūc quærere, vtrum conditio poſsibilis, vel impoſsibilis, ſiue de natura, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue ratione perplexitatis, ſiue cōtra ſubſtantiam, vitiet alios actus diſpoſitionis, pro cuius materiæ declaratione proſequar infraſcriptas quæſtiones.

¶ Prima, quid iuris in vltimis voluntatibus.
¶ Secunda, quid in donatione cauſa mortis.
¶ Tertia, quid ſ executione vltimarū voluntatū.
¶ Quarta, quid in contractibus.
¶ Quinta, quid in iudicijs.
¶ Sexta, quid in arbitrijs.
¶ Septima, quid in relicto libertatis.

161 ¶ Primò quæro, vtrum teſtator † poſsit apponere conditionem in ſuo teſtamento. ¶ Sol. Dic, ꝙ aut loquimur de conditione poſsibili, & honeſta, aut impoſsibili. Primo caſu regula ſit, quod poteſt, quoniam in diſpoſitionibus, ſeu traditionibus rerum ſuarū poteſt quis conditionem quam vult apponere, vt l. in traditionibus. ff. de pact. nec reiicitur, ſiue adiiciatur inſtitutioni hæredis, vel ſubſtitutioni, aut etiam legatis, & fideicommiſsis, vt infra eo. cap. verum. 18. quæſt. 3. cap. Eleutherius. 11. quæſtio. 1. cap. & ſi tributum. 23. quæſtio. vlti. cap. tributum. & C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditione factis. l. 1. & per totum. & C. de condit. inſert. & ff. de conditio. inſtit. & per totum tit. de condit. & demonſt. quare ad hoc, vt hæres inſtitutus, aut ſubſtitutus legatarius, aut fideicommiſſarius conſequatur hæreditatem legatum, vel fideicommiſſum, neceſſarium eſt cōditionem impleri, & purificari, vt dictis iuribus, de quo latius dicam in capit. penult. infra eodem, articulo 11.

¶ Prædicta tamen concluſio procedit, niſi conditio etiam poſsibilis, & honeſta adijceretur à patre filio ſuo in inſtitutione ipſius, quia hoc caſu quo
162 ad legitimam cōditio † reiiceretur, ſiue eſſet conditio caſualis, ſiue mixta, quoniam omnis cōditio, & omne grauamen adiectū legitimæ filij reiicitur, & relictum quo ad legitimam remanet purum, vt l. ſcimus. §. cum autem. & l. cum antiquioribus, & l. ex tribus. C. de inoffic. teſtamen. traditur in cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. ſupra de teſtamen. & l. Pa pinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſtamen. & l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & in Authen. vt cum de appellatio. cognoſci. §. aliud. & in l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſtitu. tradit Hoſtien. in ſumma, eo. tit. §. 2. verſic. excipitur, & ſequen. & in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſt. ſecus ſi eſſet inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quod qualiter intelligatur, vide in dictis iuribus. & de conditione mixta, & lei, vide, quod dixi ſupra, in 3. quæſt. princip. verſic. quinta diuiſio. & per Dominos de Rota, deciſ. 26. quæ incipit, quod inſtitutio filij. & Paul. de Caſtro in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. vbi omnino vide, quia notabiliter loquitur, & per Io. de Imo. in dicta l. ſuus, & in l. Lucius, de hæredibus inſtit. Quid autem de nepotibus. Hoſtien. in d. §. 2. verſic. ſed nunquid idem in nepotibus. arguit pro, & contra: & tandem diſtinguit, quod aut nepos ſubintrauit primum locum ſuitatis, & idem: aliàs ſecus, vt dicta l. ſuus quoque. 1. reſpon. & in l. ſed & ſi in conditione. §. nepotes. ff. de hæred. inſtit.

¶ Sed aduerte, quia in hoc ſunt variæ opinio. de quibus vide per Azo. in ſumma. C. de inſtit. & ſubſtit. & per Pet. Cyn. Bart. Bal. & Pau. de Caſtro in dicto cap. ſi pater. & per gloſ. in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & legit. & per Ang. Bart. & Ioan. de Imo. in dicto §. nepotes. vbi notabiliter loquitur. & tam de filijs, quàm de nepotibus, vide latiſsimè per Ioan. de Imo. in l. ſi filius. ff. de conditio. inſtitutionum. vbi latiſsimè loquitur. vbi etiam tradit, quid ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, & vtrū ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ſub qua poteſt inſtitui, ſit neceſſe; quod filius exhæredetur in contrarium conditionis euentū, ſi eſt talis, quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu. vide per Ioan. de Imo. in dicta l. ſi filius. colum. 6. & per Paul. in dicta l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.

¶ Et aduerte ſecundum Angelum, & Ioann. de
163 Imo. in dicta l. ſi filius. quod † ſi filius eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ nō ſit per eum adimpleta ante mortē, non tranſmittit ad poſteros per beneficium. de his, qui ante apertas tabulas. vide glo. ff. ad Trebell. & per Angel. & Ioan. de Imo. in

in dicta l. ſi filius. ſuper verbo, exiſtat. & quid iuris, ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione, ſi voluerit, vide Imolam in dicta l. verſic. quæro, an filius. col. 12. & in verſic. circa caſualem, vel mixtam, col. 13. & ibi latiſsimè vide per plures columnas. & quæ dixi de caſuali, vel mixta, quæ non poteſt opponi, intellige vſque ad legitimam valet, quæcunque ſit conditio etiam caſualis, dummodo ſit honeſta.

¶ Secundo caſu principali, quando conditio eſt
164 impoſsibilis, ſume regulam per contrarium, quod teſtator † non poteſt illam apponere, & ſi apponit, conditio vitiatur, & non vitiat vltimam voluntatem, quæ regula procedit, ſiue cōditio ſit impoſsibilis de natura, vt ſi digito cœlum tetigeris, vt l. 1. ff. de conditio. inſtitut. ſecundum vnam lecturam, & l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos, de legat. 1. & l. obtinuit. ff. de condit. & demonſtrat. ſiue ſit impoſsibilis ratione turpitudinis, vel inhoneſtatis: vt puta, ſi hominem interfeceris, ſi à marito diſceſſeris, vt l. conditiones. 1. & 2. & l. ſi filius, & l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſer. & l. reprehendenda. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. & l. turpia. ff. de lega. 1. Et nota, quod hæc conditio adiecta viduæ, ſi à liberis vnquam diſceſſerit, non dicitur turpis, ſeu inducere viduitatem, vt dixi ſupra ead. quæſt. verſic. & nota, quod hæc conditio, ſi à liberis.

165 ¶ Quid autem de conditione † iurisiurandi, vtrum reiiciatur tanquam turpis, vide in l. non dubitamus. & ibi glo. ff. de conditio. & demonſtratio. quod qualiter intelligatur, & vtrum procedat in relictis ad pias cauſas, vide in l. quæ ſub conditione. §. quotiens. ff. de conditio. inſtitutio. & l. hæc ſcriptura. ff. de conditio. & demonſtratio. & l. ſi quis libertatem, cum ſequenti. ff. de manumiſſ. teſtam. & clarius in l. ſi quis ita. §. ita. ff. de ſtatu libe. & per Ludo. Pontanum in repet. auth. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam, verſic. 36. colum. 84. ſiue etiam ſit impoſsibilis de iure, licet non ſit turpis: puta, quia ſit contra ſubſtantiam diſpoſitionis. Exemplum, ſi non miles inſtituit aliquem in fundo duntaxat: nā hoc eſt impoſsibile de iure, & contra ſubſtantiam hæreditatis, cū hæreditas ſit ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, vt l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de verbor. ſignif. & l. hæreditas. ff. de reg. iur.

¶ Sed aduerte, quia ſi etiam conditio impoſsibilis, accipiendo affirmatiuè hoc propter incluſam affirmatiuam, tamen ſi accipiendo negatiuè, prout eſt incluſa negatina, talis conditio eſt neceſſaria, tunc relictum remanet purum. Exemplum, legat teſtator Titio fundum, ſi digito cęlum non tetigerit, relictum eſt purum, quia hoc eſt neceſſarium, licet à contrario affirmatiua, videlicet digito cœlum tangere, ſit impoſsibilis, vide latè per Imol. in l. prima. ff. de conditio. inſtit. Quid autem ſi ſit impoſsibilis aduerſario opponente, & poſsibilis eo tacente: puta, quia dixit teſtator, quod legabat militi fundum, ſi tanquam procurator defenderet heredē, vel vxorem ſuam in iudicio. vide glo. & Doct. maximè per Ioan. de Imo. in dicta l. 1. qui notabiliter loquitur.
166 ¶ Et ſic patet ex prædictis, quod tales † conditiones impoſsibiles de natura, vel de iure, quia turpes, vel inhoneſtę, & quę impoſsibilitatem faciunt, reiiciuntur, vitiantur, & non vitiant inſtitutionem, & ſubſtitutionem, & legata, ſeu fideicōmiſſa, immo tales, reiectis illis conditionibus, remanent puræ, vt in iuribus ſuperius allegatis, & idem ſi adiecta eſſet conditio contra ſubſtantiam diſpoſitionis, vnde hæres inſtitutus in fundo conſequitur totam hæreditatem, detracta fundi mentione, vt l. 1. §. ex fundo. & l. ſi alterius, & l. quotiēs. §. ſi duo. & l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inſtit. & ratio eſt, quia tales res particulares, in quibus quis eſſet hæres inſtitutus, faciunt impoſsibilitatem, & ideo tanquam facientes impoſsibilitatem detrahuntur. Cum ergo detrahatur fundi mentio, quod inſtitutus non conſequitur omnia bona per ius accreſcendi, vt voluit Bart. & malè, de quo dic, vt latè dixi in repetitio. cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. & ideo ſi teſtaror vellet aliquem eſſe hæredem ex die certa, vel ad diem certam, vel incertam, puta quod incipiat eſſe hæres tali die, nullo dato alio cohærede, vel vſque ad talem diem, nullo dato ſubſtituto, quia tunc detrahitur dies, quæ inducit impoſsibilitatem, & remanet inſtitutio pura, ſimplex, & perpetua, vt l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit. de quo dic vt ibi.

¶ Et prædicta etiam concluſio procedit, ſi conditio ſit impoſsibilis tantum de facto: vt puta, ſi relinquit pauperi, ſi decem miha dederit. no. glo. Inſtit. de hære. inſtit. §. impoſsibilis. traditur per Bar. in l. 1. ff. de condit. inſtit. & ibi vide latè per Io. de Imo. verſic. circa vlt. impoſsibilitatem, col. penult.

167 ¶ Vlterius, etiam ſi conditio ſit deriſoria, † reiicitur, vt l. conditiones contra. ff. de condit. inſtit. vt puta, ſi alicui relinquitur ſub conditione, ſi ſui ludibrium faciat populo, vel quod vocetur veſpertilio, vel oſſa ſua proijciat in mare, vt ibi dicit glo. ſecus ſi ſolū ſit deriſoria, puta ſi alicui legatus ſit fundus, ſi in capaci centum dederit: nā licet talis conditio nō poſsit impleri de iure, quia ille eſt incapax, tamen debet impleri de facto, & volens potius relictum petere, vt l. Mæuius. ff. de condit. & demonſt. ad quod vide, quod dicam in cap. 2. infra eod. in 7. quæſt. princip.

168 ¶ Aduerte tamē, quia conditio † reiicitur, quatenus eſt impoſsibilis, & non vltra, vt l. qui dotem. ff. de dote præleg. & in l. multa. §. 1. & in l. ſi ita quis. ff. de condit. & demonſtr. & in l. qui ſub conditione. §. quotiens. ff. de condit. inſtitut. ad quod vide, quod dixi ſupra eadem quæſt. verſic. ſeptimò limitatur. Vtrum autem, ex quo conditio reiicitur, & vitiatur, & non vitiat, de iure prætorio poſsit adiri hæreditas de iure ciuili. Bar. tangit in l. 1. ff. de condit. inſtit. & ibi Ioan. de Imo. quæſtio. fin. vbi tenet, quod non.

¶ Et aduerte etiam, quia quod ſupra dixi, procedit, ſi conditio etiam nō vera potuit eſſe vera, quia tunc reijcitur: puta ſi teſtator, qui nūquam habuit filiam, ſic dixit in teſtamento: Si Cornelia filia mea viuit, Titius hæres eſto, vt eſt tex. in l. ſi Mæuia. ff. de hæredib. inſtit. ſecus vbi conditio non eſſet vera, tamen potuit eſſe vera, licet ſit falſa, quia vitiat, & nō vitiatur, vt l. cum in ſecundo. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſtamen. no. glo. & Doc. & maximè Ioan. de Imo. in d. l. 1. ff. de condit. inſtit.

169 ¶ Nota etiam, † quod quando reijcitur conditio tanquam à iure reprobata, non habet locum ius accreſcendi, vt l. mulieri. & ibi Bart. ff. de conditio. & demonſtratio.

¶Insuper etiam est aduertẽdum, quod quidam
170 faciunt differentiam, vtrum conditio † impossibilis adiiciatur honorato, vel adiiciatur grauato, quod qualiter intelligendũ sit, vide per glo.& Doctor. in l.obtinuit. ff.de conditio. & demonstratio. & per glo. Bart.Ioan.de Imo.& Docto.in l.1. C.de condit.appos. & in l.1. C.de his, quæ pœnæ nomi. & ibi per glo.& Doct.& Pau.de Cast.& vide etiam per Bart.Ang.& Ioan.de Imo.in dicta l.1.ff.de con
171 dit.instit. Vtrum conditio adiecta † impossibilis possit aliquo modo honestè impleri,puta commutando in aliam causam. Exemplum, si relinquatur aliqua quantitas aliquibus religiosis, vel canonicis pro missis cãtandis,& illa ecclesia, vel ciuitas sit interdicta. vide ibi per eos, & in l.legatum. ff.de administr.rerum ad ciuitatem pertinentium. Et nota, quod si conditioni impossibili adijciatur pœna, si non adimpleatur, non valet adiectio pœnæ, secus si non præcederet conditio impossibilis, quia hodie adiectio pœnæ tenet. ad quod vide, quæ latè traduntur per glo.& Doct.in l.2. C.de his, quæ pœnæ nomine.

172 ¶Prædicta autem regula, quod † conditio impossibilis reijcitur, vitiatur,& non vitiat,recipit plures fallentias.

¶Primò fallit in conditione impossibili ratione perplexitatis, quia illa non reijcitur,& vitiat,& non vitiatur. Exemplum, si testator dixit,si Titius hæres erit, Seius hæres esto: si Seius hæres erit, Titius hæres esto. tex.est in l.si Titius.ff.de condi.instit.de cuius legis intellectu vide ibi,& in l.Titius.ff.de verborum obligatio.& per glo.in dicta l.1.ff.de cond. instit.& melius per Ioan.de Imo.ibi, col.pen.

¶Secundò fallit, quando conditio non est propriè impossibilis, ex eo quia lex ei non resistit, sed potius ei non assistit. Exemplum in cõditione reddente dispositionem captatoriam, quia tunc talis conditio vitiat dispositionem propter defectũ formæ à iure traditæ, vt l.illa institutio,& l.si quis Sempronia. ff.de hæredibus instituen.nisi esset relictum ad pias causas, secundum ea,quæ traduntur in cap. cum tibi, supra de testamen.

¶Tertiò fallit, quando propter adiectam condi tionem impossibilem testamentum detegitur peccare in forma, seu solemnitate substantiali, vt puta, si filius instituit sub conditione casuali, vel mixta à iure prohibita, quia sancitum est, vt non possit instituí, nisi sub potestatiua, vel mixta facili,quia tũc testamentum redditur nullum, secundum ea, quæ traduntur in l filiusfamilias. ff.de conditio.institut. & in l.suus quoque.ff.de hæredibus instituen.& supra latè tetigi.

¶Quartò fallit, quando talis conditio potest impleri de facto, & in implemento facti non versatur turpitudo,quia tunc nõ reiicitur talis conditio, sed debet tunc de facto impleri, vt l.Mæuius, & l. qui hæredi.ff.de condit.& demon. & l.mulieri.§.1. ff.de condit.instit.& supra tetigi. secus si turpe esset impleri eam etiam de facto, quia tunc reiiceretur, per ea, quæ dicta sunt.

¶Quintò fallit,quando conditio respicit aliquẽ honestum finem, quia tunc non simpliciter reiicitur talis conditio, sed debet implementum fieri, & commutari in aliam similem honestam causam, vt l.legatum.ff.de vsufruc.lega. de quo vide per Io.de Imo.in d.l.1.ff.de cond.instit.

¶Sextò fallit,quando testator putauit conditionem esse possibilem,quæ poterat esse possibilis,sed erat impossibilis. Exemplum, testator reliquit Sticho seruo centum, si manumittatur,Seius erat manumissus, quem testator credebat esse seruũ: nam hoc casu non vitiatur, nec vitiat, vt est casus singularis in l.seruo manumisso. ff.de condict. indebiti. quod qualiter intelligendum sit, vide per Ioan.de Imo.in d.l.1.de cond.instit.col.antepenult.

¶Septimò fallit, quando conditio turpis adiicitur oneri, ad quod honoratus tenebatur,quia tunc licet reiiciatur conditio tãquam turpis,tamen onus remanet. Exemplum, testator instituit filiam nuptam, & fecit legata sub conditione,vel in diem,& iussit eam cauere, si non diuerterit à marito, & sic testator videtur voluisse à cõtrario,quod argumentum videtur esse validum regulariter, vt l.1.§.huius rei. ff.de officio eius, cui mandata est iurisdictio. & sic filia videbatur exonerata à conditione cauendi, si diuerterit. cum ergo istud diuertere, esset turpe, dicebat se fuisse exoneratam ab ista cautione. l. reprehendenda. C.de instit.& substit. Nam si à testatore fuisset expresè exonerata à cautione, non fuisset obligata cauere: ergo idem videbatur dicendũ, si relicta est exoneratio à contrario sensu, & sic dicebat, licet non diuerterim, tamen cauere non debeo. sed hæc allegatio non releuat, quia immo tenetur cauere, quia non est verum, quod à contrario sensu uideatur exonerata sub conditione, si diuerterit, quia ista conditio esset turpis, & testator esset reprehendendus, vnde talis contrarius sensus sumi non debet, & per consequens ar. non tenet: debet ergo cauere, licet non diuerterit. tex.est sin-
173 gularis in l.2. C.de condit.inser. Vtrum † autem quis possit relinquere extraneo,patri,vel matri,sub conditione, quod de bonis suis nõ possit relinquere filio, seu filijs, vel relinquere filio sub conditione, ne quæratur patri, vel relinquere monacho sub conditione, ne quæratur monasterio. vide plenè per Bal.& Paul.de Cast.in authen.excipitur. C.de bonis,quæ lib er.

¶Secundò quæro, quid iuris in donatione cau-
174 sa mortis. ¶Sol. Dic, quod conditio † impossibilis vitiatur,& nõ vitiat. tex.est.singularis in l. quę sub conditione.§.hoc edictum. versic.& in mortis. ff.de conditio. institutionum, & sic donatio causa mortis in hoc accedit ad naturam vltimæ voluntatis, tenet Ioan.de Imo.in l.si filius. ff.de condit.instit.versic.fallit secundò,colum.10.& idem tenet in l.1. eodem titulo.

175 ¶Tertiò quæro, vtrum executor † testamenti posset executionem,seu distributionem facere sub conditione, maximè relictorum ad pias causas.

¶Sol. si rectè memini, Gaspar Calder. consil.33. quod incipit, inhærendo verbis quæsitorum,quod ad presens videre non potui, tenet quod non, tetigi supra, in eadem quæst. versic.quartò limitatur.

¶Quartò quæro, quid in contractibus inter vivos. ¶Sol. Dic,quod si est conditio † possibilis,& honesta, tenet, & suspenditur contractum, vt l.potior,& l.qui balneum.ff.qui potio.in pign.habe.tales enim conditiones post quisque in traditionibus rerum

rerum suarum apponere, vt l.in traditionibus.ff.de pactis. Si verò conditio sit impossibilis de natura, vt si digito cœlum tetigeris, vel de iure, quia ius prohibet, vel quia turpis, aut inhonesta, vel aliter, talis conditio regulariter vitiat contractum, & non vitiatur,vt l.impossibilis,& l.si plagij.& l.generaliter.ff.de verborum oblig. cum similibus. quod procedit,secundum Angel.in dicta l.1.ff.de conditio. institutionum. siue loquamur in contractibus bonæ fidei, siue stricti iuris, vt l.non solum.ff.de actio. & obligatio. Item procedit, siue loquamur in contractibus, qui verbis contrahuntur, siuere, & sequitur Ioan.de Imo.& idem si conditio sit de iure necessaria, ex eo quia contraria conditio sit impossibilis de iure, quia tunc etiam vitiatur contractus,vt l.iuris gentium.§.si vt maleficium.ff.de pact. no.Bart.in dicta l.non solum.ff.de actio.& obligat. & ideo si promitto tibi decem, si maleficium feceris, non valet promissio, vt habetur in dicto §.si vt maleficium.

177 ¶Sed quæro, quæ sit ratio, quod tales † conditiones vitiant cõtractus, & nõ vltimas voluntates.

¶Sol. Glo.in l.1.ff.de condi.instit.dicit,quod ideo in contractibus talis conditio impossibilis vitiat,& non vitiant, quia in contractibus vtriusque consensus exigitur, quæ ratio non videtur bona, quia videtur potius concludere per contrarium,cum validius debeat esse quod duplici,quã quod vno consensu firmatur, secundum Bal.& Ang.in dicta l.1. qui dicunt, quod ratio, quare in vltimis voluntatibus conditio vitietur, & non vitiet, est specialis fauor vltimæ voluntatis, quam etiam sequitur Barto.in dicta l.1. Sed fuit originalis opinio glo.in l.non solum.ff.de actio.& obligatio. & Instit.de hæredibus instituen.§.impossibilis.& sequitur Zabar. in cap.fin. infra eod. quæ ratio mordetur per Ioan. de Imo.in dicta l.1. Bal.etiam assignat aliam rationem, quia in contractibus ad hoc, vt producatur obligatio, requiritur causa, si conditio impossibilis non potest habere causam: ergo,&c.

¶Alij verò assignant rationem,quoniam in cõtractibus ideo conditio impossibilis vitiatur, quia est quid imputandum sit illi,cui quæritur talis obligatio, quare consensit apponi conditionem impossibilẽ: & hæc ratio satis mihi placet, licet Ioan. de Imo.arguat in cõtrarium, & hanc rationem sensit tex.in dicta l.non solum.& istud arbitror voluisse glo.in dicta l.1.de condit.inst.in quantum dixit, quod in cõtractibus vtriusque consensus exigitur. facit, quia ex quo ille, cui quæritur obligatio, consentit conditioni impossibili, est quid sibi imputetur, & quodammodo perfunctorię, & derisorię videntur contrahentes loqui, sed in vltimis voluntatibus nihil est quid imputetur hęredi,vel legatario, sed testatori duntaxat, vide latius per Ioan.de Imo. in dicta l.1.

¶Prædicta tamen regula fallit.

178 ¶Primò in contractu matrimonij, † vt dixi supra,eadem quæst.in princ.& ibi posui rationes specialitatis: nam hoc operatur specialis fauor matrimonij, vt dicit Zabar.in cap.fin.infra eod.

¶Secundò fallit in donatione causa mortis, in quantum participat de contractu, vt statim dixi.

¶Tertiò fallit in contractibus innominatis, vt no.glo.in l.prima.ff.de condit.institutionum.quod qualiter intelligatur, vide ibi per Bart. Bal. Angel. & Ioan.de Imo. Et subdit ibi Bald. quod conditio impossibilis non impedit translationem dominij, de quo vide ibi per Ioan.de Imo. & vide, quod dixi supra de causa possessio.& proprieta. tracta.1.artic.5.quæst.8.

¶Quartò fallit, si conditio sit necessaria, ex eo quia contraria conditio sit impossibilis de natura: puta, promitto tibi centum, si digito cœlum non tetigeris, quia tũc valet contractus, ac si dispositio esset pura, vt traditur in dicta l.impossibilis. facit l.si pupillus.§.quæ sub conditione.ff.de noua.quod intellige, quando contractus incipit à præcedenti conditione, secus si inciperet à præcedenti dispositione impossibili, quia tunc non valeret promissio facta sub tali conditione necessaria adiecta in pœnã præcepti impossibilis non seruati,vt l.si homo mortuus.ff.de verbor.obligatio.

¶Quintò fallit in contractu bonæ fidei,non respectu substantiæ contractus, sed respectu accidentis, seu circa executionem ipsius. Exemplum,si aliquis locat insulam fabricandam, & adiicit certum tempus,infra quod non possit fabricari: nam tunc non vitiatur cõtractus, sed fit moderatio illius temporis. tex.est singularis in l.insulam.§.1.ff.loc.tradit Bart.in l.si mihi, & tibi.§.1. ff.de legat.1. & Bart.& Ioan.de Imo. in l.1. ff.de conditio.institutio. & per Bart.in l.illud.ff.de donatio.cau.mor.& per Pontanum in l.impossibilis.ff.de verbor. obligat. & vide, quod dixi supra,eadem quæstione, versic.septimò limitatur.

¶Sextò fallit,si conditio sit impossibilis de natura, vel de iure, quia turpis, vel quia ius resistit, secus si ratione perplexitatis: vt puta, si Titius,& Seius à Mæuio ita stipulati essent, fundum Sempronianum, si Titio non dederis, mihi dare spondes? & rursus Titius dixerit, fundum Sempronij,si Seio non dederis, mihi dare spondes? quamuis enim
179 perplexitas † vitiet ultimas uoluntates, vt l.si Titius.ff.de hæred.instituen.& supra dixi,tamen non vitiat contractum, sed occupantis melior est conditio, vt l.si Titius.ff.de verborum obligatio.de cuius legis intellectu vide ibi.

¶Septimò fallit, si conditio sit impossibilis ratione pacti adiecti ad contractum,quia talis contractus potest transire in aliam speciem contractus,retento eo.nomine. Exemplum,dono tibi talem rem causa mortis, cum hoc,quod nullo casu reuocetur, quoniam licet non posset reuocari.s.contra substan
180 tiam † donationis causa mortis,quæ pro libito voluntatis reuocari potest à donatore.ff.si certum petatur.in l.non omnis. & Instit.de donat.§.1. tamen talis donatio valet, & transit in donationem inter viuos, vt l.vbi ita donatur.ff.de donatio.cau.mort. secus si conditio esset contra substantiam contractus, nec posset transire in aliam speciem contractus eiusdem nominis. Exemplum,si concedo rem tibi precario, cum hoc, quod non possim ante tale tempus reuocare: nam tunc reiicitur talis conditio, & potest pro libito reuocari, & sic non transit in commodatum, quia commodatum non retinet nomen precarij, vt l. cum precario.ff.de preca. & in c.fi.supra de precar. & ibi dixi in lect. in voce.

¶Octauò fallit, si consuetudo sit contra substãtiam ipsius contractus, respiciens non ipsum cõtractum principalem, sed aliquod accidens consecutiuum à contractu, quia tunc non vitiatur cõtractus principalis. Exemplum, si in consecratione ecclesiæ apponitur conditio, quod dos ecclesiæ non subsit episcopo consecranti, quia tenet contractus, & consecratio, & reiicitur cõditio. 10. quæst. 1. cap. 2. quia licet conditio illa sit contra substantiam regiminis, & ordinationis, quæ debet pertinere ad episcopũ, non tamen est contra substantiam consecrationis, secundum Io. And. & Doc. in c. fi. infra eo. ad quod vide glo. notab. in d. c. 2. facit, quod dixi supra in 5. fallen. & si sit adiecta duplex conditio, vna impossibilis, & alia possibilis, vel vna sola, quæ pro parte sit possibilis, & pro parte impossibilis, vide quod dixi supra ead. quæst. verſic. 6. in fi.

¶Quintò quæro, quid in iudicijs. ¶Sol. Vide-
181 tur dicẽdum, quod adiectio † conditionis etiam possibilis vitiet sententiã, quia sententia non debet ferri sub conditione, vt l. 1. §. biduum. ff. quando appellan. sit. & 2. quæst. 6. §. biduum.

¶Sed aduerte, quia tex. illi videntur velle, quod licet sententia non debeat ferri sub conditione, lata tamen teneat, & sic voluit Pontanus in l. impossibilis. ff. de verborum obligationib. vbi dicit, quod conditio impossibilis naturaliter adiecta sententiis, vel arbitrijs non vitiat, sed vitiatur, & ibi assignat rationes, vide ibi per eum, & per Doct. in iuribus superius alleg. & maximè per D. Ant. de Prato veteri in d. l. 1. §. biduum.

¶Sextò quæro, quid in arbitrijs. ¶Sol. Dic, q̃ ex quo arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt l. 1. ff. de arbitr. idem dicẽdum est, quod dictum est in præceden. quæstio. tradit Ioan. de Imo. in l. 1. ff. de condit. instit.

¶Septimò quæro, vtrũ libertati hominis possit
182 apponi conditio, † per quã libertas restringatur.

¶Sol. Tex. est, quod non, in l. Titio centum §. Titio centum, el secondo. ff. de condit. & demonstrat. nisi in libertis, vt ibi: & sic patet, quod non potest quis locare operas suas in perpetuũ, de quo ibi per Bart. & Ioann. de Imo. & per glo. in l. 3. §. ne tamen. ff. de vsufru. & per Cyn. & glo. in l. antiquitas. C. de vsufruc. & per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat. nec etiam videtur quis posse se obligare per pactum cũ conditione, vt continuo debeat in certo loco habitare, vt per Bart. & Ioan. de Imo. in d. §. Titio cẽtum. Item nec videtur
183 valere pactum, † per quod quis debeat posse carcerari, de quo per Bart. & Ioan. de Imo. in d. §. Titio centum. & per Doct. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. vbi Bart. inducit ad hoc illum tex. & per l. non est singulis. ff. de regul. iuris. & idem videtur tenere Bald. post glo. in authen. immo ad debitum, circa finem. C. de actio. & obligatio. & potest relinqui libertas seruo sub conditione, si seruierit extraneo, vt l. cum hæres. §. Stichus Titio. ff. de statu liberis. Item si est impossibilis de facto, ideſt valde difficilis, etiam in libertate nõ reiicitur, vt l. cum hæres. §. 1. ff. de statu liber. & ex his, Deo duce, est notabiliter expedita hęc rubrica cum quatuor principalibus quæstio. suis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, an possit in sponsalibus apponi, & an vitiet, vel vitietur.*
2 *Conditionis effectus, ante ipsam impletam quis sit.*
3 *Filius institutus sub conditione potestatiua, si moriatur ante implementum, non transmittit.*
4 *Legata sub conditione non petuntur ante conditionis euentum.*
5 *Conditio habet effectum suspensiuum in contractibus, & certis actibus.*
6 *Emptione facta sub conditione, non potest agi ante conditionem impletam.*
7 *Debitum nobis sub conditione, non dicitur in bonis nostris.*
8 *Conditio quando suspendat actum, & quando effectũ.*
9 *Conditio tacita ita suspendit, sicut expressa.*
10 *Verba conditionalia quandoque sunt suspensiua, & quando que dispositiua. Et quo casu inducant dispositionem. num. 11.*
12 *Conditio quæ pendens non suspendit, deficiens non extinguit.*
13 *Conditionem implere quis teneatur, vel possit.*
14 *Conditio mixta, & à potestate alicuius descendens, quandoque à casu impletur.*
15 *Pupillus sine tutoris authoritate conditioni parere potest.*
16 *Conditio quædam consistit in faciendo, quædam in dando, & in vtraque quis teneatur ad implementum. numero 17.*
18 *Conditionem alternatiuam quis pro alio adimplere potest in criminalibus.*
19 *Conditio potestatiua, quæ consistit in faciendo, per quem impleri possit.*
20 *Conditio consistens in facto indiuiduo pluribus apposita, an per vnum impleri possit.*
21 *Conditio pluribus adiecta, an & quando scindi possit.*
22 *Conditio adiecta vniuersitati potest per regentes illam impleri.*
23 *Filij plures, si sint instituti sub conditione manumittendi seruum, & seruus sit apud vnum, ille implere tenetur, nec ab alijs reficitur.*
24 *Hæres eius, qui non impleuit conditionem, an illam implere possit.*
25 *Promittens alicui dare equum, si det sibi decem, tenetur primus ex parte sua implere.*
26 *Conditionem implere, an quis cogi possit.*
27 *Conditionis implementum, an transeat ad hæredes.*

CAP. PRIMVM.

QVICVNQVE. Defectus turpis conditionis in contractu matrimonij appositæ non vitiat matrimonium, sed vitiatur. hoc dicit. Primò ponitur thema, ex quo resultat tacita quæst. Secundò responsio. secunda ibi, dicimus. Et in tex. ibi, despõsauerit. dic scilicet per verba de præsenti, secus si de futuro, & sic soluitur contrarium de cap. illis. infra eod. secundum Vincen. Et ibi, voluerit. dic, quę fortè iam adimpleuit turpem conditionem, secundum Innoc. vel non adimpleuit, secundum Abba. & Pet. Et ibi, frangatur. dic, id est pro non adiecta habeatur talis turpis conditio: vt puta, Contraho tecum si furtum feceris, si homicidium, vel

vel adulterium commiseris, quoniam talis cõditio reiicitur & vitiatur, matrimonium verò remanet purum, si verba sunt de præsenti, aliàs remanent sponsalia pura, si verba sunt de futuro, vt contrahã matrimonium, si fratrem interfeceris, ad quod vide, quæ latè dixi in rubrica, in 4. quæst. princip. verſic. prima declaratio. Item in tex. ibi, irrefragabiliter. dicit hic Ioan. And. quod quandoque audiuit substineri, quod nunquam, vbi est conditio, tenet matrimonium, quod falsum est, vt dixi in d. verſic. prima declaratio. & ibi, tenentur. dic, ac si conditio non esset adiecta, vt dixi in d. q. 4.

¶Glo. prima potest recitari per quæstionem, de qua conditione loquatur tex. & soluit. in fi. glo. dic,
1 cum quæritur, vtrum conditio † possit apponi in sponsalibus, & an vitiet, vel vitietur: distingue, vt dicit glo. quod aut loquimur in cõditione directa, aut in resolutiua. Primo casu distingue, quod aut conditio est possibilis & honesta, aut est impossibilis, vel turpis, vel contra substantiam matrimonij, & de omnibus prædictis, & alijs membris, quæ fieri possunt in hac materia, dic vt latissimè dixi supra, in rubr. in 4. quæst. princip. in princ.

¶Postremò, iuxta præmissum ordinem in rubr. descendo ad quintam quæst. principalem.

¶Quintò igitur principaliter quæro, quis sit ef-
2 fectus conditionis † ante ipsam impletam.

¶Sol. Distingue duo membra. Primum, quando conditio fuit honesta, & possibilis. Secundum, quando est impossibilis, seu turpis. Circa primum dic, quod talis conditio est suspensiua actus, & dispositionis, cui adiungitur, vt in c. fi. infra eo. & l. 1. C. de instit. & substit. sub condit. fact. seu de condit. insertis. & probatur ex diffinitione conditionis, de qua dixi in rubrica, quæst. 1. & in l. qui heredi. §. fin. & l. quia non sub conditione. ff. de conditio. & demonstratio. vbi etiam si fit relicta libertas sub conditione reddendarum rationum, non debetur nisi satisfiat, reddendo rationes, & restituendo reliquũ. & ad idem tex. in l. seruus si hæredi. §. 1. ff. de statu liberis. & ibi per Benedict. de Plumbino, & l. si quis ex testamento, eo. ti. & latius patebit ex inf. dicẽdis.

¶Aduerte tamen, quia contractus cõditionalis statim parit spem obligationis naturalis, & ciuilis, vt no. glo. in l. petens. C. de pact. & ideo dicitur habere aliquas vires, etiam ante existentiam conditionis, vt no. glo. in l. huiusmodi. ff. de verb. obli. & traditur in l. si usufructus. ff. de stipul. seru.

¶Et aduerte, quia prædicta conclusio procedit, siue loquamur in sponsalibus, siue in ultimis uolun tatibus, siue in contractibus. In sponsalibus est tex. in cap. fin. infra eod. & in cap. super eo, infra eod. & ideo ex sponsal. conditionatis conditione honesta, & possibili ante conditionis euentũ non oritur publicæ honestatis iustitia, secundum Dom. meum in cap. de illis, infra eod. tetigi supra, in rubr. quæst. 4. in princ. quod tamen procedit, si conditio possibilis, & honesta, sit adiecta in matrimonio contrahendo ab ipso principio, secus si ex interuallo matrimonio iam cõtracto, quia tunc matrimonium non suspenditur, vt dicit hic glos. dixi supra, in rubrica, in 4. quæst. princip. verſic. septimò limitatur. Et similiter etiam, vt dixi, procedit in vltimis voluntatibus, vt d. l. 1. C. de condit. instit. vnde institutus hæres
3 ante conditionis euentum non potest hęreditatem adire, vt ibi, & si filius † instituatur sub conditione potestatiua, sub qua potest institui, secundum ea, quæ habentur in l. seruus quoque. ff. de hered. instituen. & in l. si filius. ff. de condit. institut. si moriatur ante purificatam conditionem, non transmittit, secundum Ang. & Ioan. de Imo. in dicta l. si filius. per glo. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & tenent ibi Doct. & tenet glo. in l. 1. C. de his, qui ante apertas tabulas. dixi supra, in 4. quæst. princip. verſic. primò quęro, vtrum testator. Et nota, quod si testator instituit duos hęredes, vnum purè in totũ, alium in medietate sub conditione, solummodo suspenditur institutio alterius in parte, & alius ante conditionis euẽtum in totum est hæres, secundum Bald. in l. extranea. C. de hæred. instit. verſic. adhuc dubitatur. & vide glos. in l. si pluribus. ff. si pars hæred. pet. secundum Ioan. & l. hęc scriptura. §. fi. & l. si separatim. ff. de cond. & dem. & l. 1. §. vbi autẽ. C. de cad. toll. ff. de solut. in l. ex parte liberę. & l. sub conditione. §. 1. & l. planè. §. si coniunctim. & ibi Bart. ff. de leg. 1. licet aliqui aliter teneant. Item procedit etiam si loquamur in legatis & fideicommissis, vn-
4 de legata † sub conditione non petuntur ante conditionis euentum, vt l. legata quę sub conditione. ff. de condit. & demonst. & ideo non potest hæres pendente conditione alienare, nec seruitutem rei legatę imponere, vt l. si fundum. ff. de condi. & demon. & hoc clarum, si postea sit purificata cõditio. Vtrum autem interim teneat alienatio, vel seruitutis impositio. glo. sunt contrariæ. vide Bar. & Doct. in d. l. si fundum. & statu liber; cui sub conditione relicta est libertas, potest interim ante purificatam conditionem dari pro noxia à domino, nec tãtum propterea seruo adimitur spes libertatis, ut l. statu liberum medio. ff. de statu libe. & si pendente conditione hęres, vel legatarius moriatur, non transmittit hereditatem, vel legatum, vt latius dicam in cap. pen. inf. eo. in 13. q. princ.

¶Quid autẽ de die incerta. dic, vt l. hęres meus. ff. de condi. & demonst. dicam in d. q. 13.

¶Nota tamen, quod si testator Sticum seruum suum legat Titio, & ipsi seruo legat libertatem directè, si Titio x. dederit, per secundum legatũ conditionale primum fit conditionale, tex. est valde singularis in l. Sticum Titio. ff. de statu libe. & vide ibi per Bened. de Plumbino, & per eum in l. si quis ita. ff. de manumiss. testam.

¶Insuper procedit prædicta cõclusio, quod con
5 ditio † habeat effectum suspensiuum in contractibus, & cęteris actibus, vt l. potior. & l. qui balneum. ff. qui potiores in pig. habeantur. no. D. An. in cap. super eo. infra eo. vnde donatio facta sub conditione, ante conditionis euentum non tenet, ut in c. fi. infra eo. quod qualiter intelligitur, dicã latius ibi, & in cap. verum. infra eo. circa intellectum illius c. contractus enim conditionalis, ante conditionis euentum non dicitur perfectus, ut l. necessario. alias incipit, si pendente. ff. de periculo & commodo rei venditę. nec pignoris obligatio facta ante conditionis euentum producit effectum, vt d. l. potior. & d. l. qui balneum.

¶Et sic ex prædictis sequitur, q̃ pendentia conditionis impedit ortum obligationis, vide tex. in l.

grege.§.ſi ſub conditione.ff.de pigno.& ideo ſi pro debito conditionali res ſit hypothecata, ante conditionis euentum non rectè agitur,cum interim nihil debeatur,vt ibi, & per conſequens etiam impedit ortum actionis,nedum ad implendũ,ſed etiam ad reſcindendum, vt l.bouem. §.penultimo. ff.de ędil.edic. vbi ſi ſeruus ſit emptus ſub conditione, ante conditionis exiſtentiam non poteſt agi redhibitoria, quia non eſt perfecta emptio,& ideo arbitrio iudicis imperfecta fieri non poteſt.

6 ¶Ex quo ego infero, quod ſi emptio † ſit facta ſub conditione, non poteſt agi ante conditionem impletam propter deceptionẽ vltra, vel citra dimidiam iuſti pretij,de qua materia diximus in voce in cap.cum dilecti,& cap.penult.ſupra de emp.& vendit.& traditur in l.2.C.de reſcind.vend.& ſimiliter ſi debitũ ſit ſub conditione,ante conditionis euentum non poteſt ſolui vt debitum, licet poſsit ſolui ex mera liberalitate, vide tex. & Bar. in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.inter certam.ff.de verb.obligat. nam tale debitũ ſub conditione non facit aliquem creditorem,vel debitorem, vt l.creditores.ff.de ver-
7 borum ſignificatio.& ideo quod † nobis ſub conditione debetur, non dicitur eſſe in bonis noſtris, vt l.ſubſtitutio. ff.de acquir.rer.dom. & ſic actus conditionis nõ eſt propriè, ſed impropriè actus, vt l.1. in princ.& §.1.vbi glo.ff.de donat.

8 ¶Item nota,quod ſi conditio † reſpicit ſubſtantiam actus, ſuſpendit actum: ſi verò reſpicit effectum, ſuſpendit dũtaxat effectum, vt l.ita demum. ff.de arbitr. & in l.item quia.ff.de pact. & per Iaco. Butrig.in l.præſcriptione. C.ſi contra ius, vel vtilitatem publicam. & ſimiliter ſi conditio reſpicit adminiſtrationem, & non dationem tutoris, ſolum ſuſpendit adminiſtrationem tutelæ, & non tutoris dationem, vt l.auia.§.pater.ff.de condit.& demon.

¶Item prædicta procedunt, ſi loquamur in conditione propriè ſumpta, ſecus ſi in modificatiua: hoc eſt in ea, quæ ſumitur pro modo, argum.l.ita demum.ff.de arbitr.& l.ea conditione. C.de reſcin den.vendit. vide quod dixi ſupra,in rubr.quæſt. 1. verſic.aliquando ponitur pro modo.

¶Item locũ habent prædicta, ſi cõditio ſit propria de futuro, ſecus ſi de præſenti, vel præterito, quia illa non ſuſpendit, vt l.conditio. ff.de verbor. obligatio. & l.qui abſenti.ff.de acquiren.poſſeſsio. not.Zabar.in cap.verum, infra eodem. vel etiam ſi actus eſſet geſtus ſub conditione neceſſaria. Et ad prædicta vide, quæ dixi ſupra,in rubrica,in 4.quæſtione principali, verſic.tertia declaratio. & verſic. quinta declaratio. Nota tamen, quod requiritur cauſæ cognitio, an ſit de præterito,præſenti,vel futuro. facit c.2.de reſcrip.lib.6. & quod no.in l.multum.ff.de condit.& demonſtr.

9 ¶Et aduerte circa prædicta, quia ita † ſuſpendit conditio tacita, ſicut expreſſa, vt l.1.ff.de conditio. & demonſtratio. tetigi in rubrica, in ſecunda quæſtio.princip.verſic.ſeptimò quęro,quid de coniunctionibus. & vide omnino, quæ ibi dixi in verſic. ſeptima concluſio ſit. licet cõditio, quæ tacitè,&c. & vide Ioan.de Imo. in l.ſi filius. ff.de conditio.inſtitutio.in notabilibus.

10 ¶Item aduerte,quia quandoque verba † conditionalia vno reſpectu ſunt ſuſpenſiua,& alio reſpectu ſunt diſpoſitiua. Exemplũ,inſtituit teſtator Titium, & Sempronium hæredes: & ſubdidit, quod Sempronius acceptis cẽtum à Titio,reſtituit hæreditatem Titio. illa verba, acceptis, faciunt conditionem,vt l.à teſtatore.ff.de conditio.& demonſtratio. dixi ſupra, in rubrica, in ſecunda quæſtio.principali.verſ.quartò quæro de participijs. dicta enim verba important duplex grauamen: vnum in perſona Sempronij, ſcilicet vt reſtituat ſuam hęreditatis partem Titio cohæredi, iſtud eſt conditionale, ſi Titius dabit ſibi centum, & quia conditionale, ſi Titius moritur ante ſoluta centum, non tranſmittit facultatem ſoluẽdi ad hæredem ſuum, vt dicam infra, in ſeptima quæſtione principali. Aliud verò grauamen inducit,vt Sempronius reſtituat hæreditatem Titio: vnde in facultate Titij eſt ſoluere centum,ſi vult conſequi partem Sempronij cohęredis, & Sempronius cohæres tenetur recipere centum à Titio, ſi Titius velit ſibi ſoluere, quod grauamen potuit teſtator adiungere ipſi Sempronio hæredi
11 inſtituto, & ſic eſt caſus, in quo verba † conditionalia inducunt diſpoſitionem,& obligationẽ,quãdo referuntur ad perſonam, quæ poterat grauari. facit l.ſideicommiſſa.§.cum eſſet,in fi. ff.de legat.3. licet regulariter conditio diſpoſitionem obligationis nõ inducat,vt patet ex ſupra dictis,& in l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.poteſt ergo Titius viuens cõpellere Sempronium cohæredem ad recipiendũ, ſed facultatem non tranſmittit ad hæredem, & ſimiliter Sempronius poteſt compellere Titium ad ſoluendum, ex quo Titius eſt cohęres inſtitutus,ad quod vide,quod dicam in ſequen.cap.in 7.quæſt.princip.in fi.

¶Secundo membro principali,quando cõditio adiecta eſt impoſsibilis de natura, vel de iure, quia turpis,vel inhoneſta, ſi eſt talis actus,vel diſpoſitio, quæ vitietur propter talem cõditionem adiectam, prout ſunt regulariter cõtractus, de quibus dixi ſupra in rubr.in 4.quæſt.princ. verſic.quartò quæro, quid in contractibus. In iſtis caſibus non eſt opus quærere de effectu talis conditionis,niſi quo ad effectũ,quia vitiat,& nõ vitiatur. ſi verò talis ſit actus vel diſpoſitio, qui nõ vitiatur per tales cõditiones, prout eſt matrimonium,vltima volũtas,& donatio cauſa mortis: clara patet concluſio,qp talis cõditio, ex quo reiicitur,nullũ producit effectum,& diſpoſitio remanet pura, & moriens tranſmittit hæreditatem, ſi eſt talis perſona, quæ poſsit tranſmittere, vt ſuus,vel ſi ſumus in terminis ti.de his,qui ante apertas tabulas, vel iuris deliberandi, ſicut ſi diſpoſitio eſſet pura.quando enim conditio tanquam turpis, vel contra iuris diſpoſitionem reiicitur,relictum remanet purum: ideo ſiue ante,ſiue poſt moriatur,legatum tranſmittitur, arg.l.filiæ,in prin.& l.cum tale.§.Mæuię.ff.de condit.& demonſtr.

12 ¶Et nota, quod conditio, † quæ pendens non ſuſpendit, deficiens non extinguit, vt l. cum tale. §.1.ff.de condit.& demonſtr.

¶Item nota, quod vbi eſt conditio,& dies,licet impleta ſit conditio, expectatur dies, vt l.ſi peculium.§.fina. ff.de ſtatu liberis. Et ex his eſt expedita quinta principalis quæſt. & notabiliter.

¶Sextò principaliter quęro,iuxta premiſſum or-
13 dinem in rubr.quis teneatur,vel poſsit † conditionem

nem ádimplere. ¶Sol. Dic, quod ſi loquimur in cõditione caſuali,fortuna eſt illa,quę adimplet,vel deficere facit cõditionem, vt de ſe manifeſtum eſt. facit,quod habetur in l.ſi is qui.§.1.ff. de acqui.rer. dom.& ipſius fortunę dux eſt Deus, vt inquit Seneca ad Lucillum,epiſt.7.& Bal.in l.ſi.in prin.C.cõm. de leg.& ideo dicit ibi Bal.quod cum Deus nõ habeat ſuperiorem,à ſententia fortunę nõ appellatur.

¶Nota etiam, quod quandoque mixta cõditio,
14 & ad poteſtatẽ † alicuius deſcẽdẽs à caſu impletur, puta ſi relictum fuit filio, ſi emancipabitur à patre, ſufficit patrem mortuum, vt l.ſi pater. C.de inſtit. & ſubſtit. ſub condit.fact. Si verò loquimur in conditione poteſtatiua, vel mixta,dico quod debet impleri ab eo, qui vult illam participare, vel per illam conſequi, quod promiſſum,vel conuentum eſt,ſeu à teſtatore diſpoſitum, vel relictũ: & ſi ſunt conditiones,quæ conſiſtunt in dando,impleri debent ab eo, quẽ teſtator voluit dare, adeo quod ſi pendente conditione moriatur, nõ tranſmittit poteſtatem implendæ conditionis ad ſuum hæredem.tex.eſt in l.à teſtatore. ff.de condit.& demonſt. Grauatus ergo tenetur adimplere, ſiue ſit maior, ſiue pupillus:
15 nam & pupillus † ſine tutoris auctoritate conditioni parere poteſt, vt l.conditionibus. ff. de condit. & demonſt. & vide quod no.in l.cum pupillus,eodem tit. Itẽ filiusfamilias, & ſeruus ſine iuſſu patris, vel domini poſſunt implere conditionem,quia per hoc nemo defraudatur, vt dicta l.conditionibus. no.Hoſtien.in ſumma,eod.tit.§.2.verſic.impleri autem debet. quod qualiter procedat, cum pupillus non poſsit in alium dominium transferre, nec hæreditatem adire.glo.Bar.& Doct.dicunt,quod hoc eſt, quia ex implemento conditionis pupillus non obligatur,nec contrahere,aut quaſi contrahere dicitur,nec alicui præiudicium inferre. vtrum autem ſi adimpleatur conditio, ſub qua ſunt inſtituti hæredes, fiant hæredes. dicam in cap.penult. infra eo. in 13.quæſt.principali.

¶Aduerte tamen, quia ſi eſſet inſtitutus pater,
16 vel dominus,ſi conditio † edicta inſtitutioni conſiſtit in faciendo, non videtur modo aliquo poſſe impleri per filium,vel ſeruũ, ſed patrem, vel dominum, cuius perſonam conditio reſpicit, vt l.1. §.ne autem. C.de cad.toll. & no.in l.ſi.ff.de cond.inſtit. Sed ſi conditio cõſiſtit in dando, etiam per filium, vel ſeruum impleri non poteſt ad effectum purificandæ conditionis abſque voluntate patris,vel domini, ſine quorum volũtate non poſſunt dominiũ transferre, vt l.ſeruus. C.de pact. ad quod vide, qp dixi ſupra,de cau.poſſ.& propriet.in rubr. tracta.1. artic. 10. Si verò ſit inſtitutus filius, vel ſeruus, ſiue conditio conſiſtat in dando,ſiue in faciendo, poſſunt implere ſine iuſſu patris, vel domini, ad finem purificandi conditionem,non tamen,vt per hoc patri,vel domino ſine eorum iuſſu hęreditas acquiratur,per l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acq. hære. tenet Io.de Imo.in d.l.conditionibus.

¶Et nota mirabile, quod ſi alicui ſeruo hæredis ſit relicta libertas, ſi Titio centum dederit,qp etiam ſi ſeruus hærede inuito cauſa conditionis implẽdæ centum Titio de peculio ſoluerit, ſit liber, licet nummos non faciat accipiẽtis, vt in l.ſi inuitis.ff.de conditio.& demonſtratio.

17 ¶Item nota, qp conditiones, † quæ conſiſtunt in dando, & ſic quæ momento impleri poſſunt, poteſt quis non ſolum per ſe,ſed etiam per alios adimplere, vt traditur in l.ſi filius.ff.de condit.inſtit. Sed dicit ibi Ang.quod iſtud procedit,quãdo implerẽtur per alium habentẽ mandatum, aliàs requireretur ratihabitio,per not.in l.Arethuſa,in fi.ff.de ſtatu homi. & l.ſub conditione. iuncta glo.ff.de condit.inſtit. Sed Bal.in d.l.ſi filius. dicit, quod poteſt impleri per alium nomine implere debentis, etiam ſi ille,qui debet implere,ſit ignorãs, per d.l.ſi filius. quod dicit eſſe notatu dignum. & ſequitur ibi Io. de Imo. & vide latius ibi per eũ, & quod conditio, quæ conſiſtit in dando, poſsit per alium impleri,vt eſt tex.in l.Stichum Titio.§.fin.ff.de ſtatu liberis. &
18 ideo † ſi aliquis eſt condemnatus in amputatione capitis, vel pedis, ſi non ſoluerit centum infra menſem,poteſt alius, maximè coniunctus ſoluere ad finem vitandæ pœnæ,vt l.1.& 2. C.de liber.cau.facit l.non tantum.ff.de appell. & vide quod no. Bart.in l.Stichus.ff.de pecul.legato.

¶Aduerte tamen,quod licet conditio conſiſtat in dando, non tamen poteſt adimpleri per hæredẽ illius qui tenebat adimplere ad effectũ cõſequendę hæreditatis,vel relicti,ſecundum Bar.in l.ſub diuerſis.§.hęredi.x.ff.de cõd.& dem.& ideo ſi legatarius, cui aliquid ſub conditione, etiam dandi, mortuus eſt ante impletam conditionem, hæres ipſius non poteſt adimplere conditionem,ad finẽ conſequendi legatum, ſed legatum efficitur caducũ, vt d.l.ſub diuerſis,& d.l.intercidit.ff.de condi.& demonſt.& l.1.§.finautem. C.de caducis tollen. & hoc verum, quando hæres in cuius perſona debet impleri conditio non commiſit moram circa implendam conditionem, nam tunc tranſiret legatum ad hæredes non impleta conditione,ſed tamen ſi legatum non eſt tale, propter quod propter moram illius cui debet impleri, conditio habeatur pro impleta plene, volens legatarius conſequi legatum tenetur dare. Secus ſi conditio penitus habetur pro impleta:nam tunc nec ab ipſo, nec ab hærede opus eſſet offerre, vt l.penult. C.de condit.inſertis. quæ loquitur in legato libertatis directæ. vnde cum ſtatim per oblationem factam purificata ſit conditio, & ſic merito conſequitur libertatem, non tenetur amplius offerre.ad quod vide quæ dicuntur in d.l.penult. & d.§.
19 ſi hæredi. Si verò eſſet conditio † poteſtatiua, quæ conſiſtit in faciendo, talis conditio per ſe,& nõ per alium videtur poſſe impleri, quod procedit quando ex facto nõ habet reſultare aliquod opus.poteſt figurari exemplum,ſi Romam iuerit, vel ſi liberalibus ſtudijs ſe imbuerit, vt d.l.ſi filius. Si verò reſultaret opus certum, puta ſi domum fabricauerit, tunc videtur, quod poſsit per alium impleri,ut no. glo.valde ſingularis in d.l.Arethuſa.in fi.de ſta.homi. Sed dicit Ioan. de Imo. quod forte illa glo. debet limitari, quando debens implere non habebat peritiam fabricãdi tale opus,quia tunc videtur ſenſiſſe de ſtatu,quod per alium poſsit implere, per ea quæ habentur in l.continuus.§.ſi ab eo.ff.de verbo. oblig. vel quando confertur in tempus in quo tale opus per eum fieri nõ poſſet, vtputa, promiſit quis fabricare domum cum moreretur, per ea quæ habentur in l.finali. C. de contrahenda ſtipulatione,

alias forte non posset per alium fieri inuito promissore seu stipulatore, per ea quæ habētur in l.nemo est qui nesciat.ff.de duob.reis. & in l.inter artifices. ff.de solu.ad quod etiam vide quod traditur per Io. de Imo.in l.qui sic. ff.de verborum obligat. & vide bonum tex.in l.Sticum Titio.§.fina. ff.de statu libe. vbi conditio operarum etiam adiecta libertati, debet per statu liberum, & non per alium impleri.

20 ¶Est etiam notandum, quod conditio † consistens in facto indiuiduo, pluribus appositа, vtputa reliquit testator centum pluribus personis si domũ fabricauerint, vel rationes reddiderint, potest per vnum adimpleri, *alijs* etiam contradicentibus, vel negligentibus, quia pluralitas resoluitur in singularitates.ff.de condi.& demonstr.in l.falsa.§.fina.& ff. de leg.3. in l.qui concubinam. §.quibus.sed tamen non sufficit implere pro parte, quia qui partem indiuidui facit, nihil fecisse videtur, vt l.si is qui ducẽta.§.quædam.ff.de rebus dub. Sed faciendo totum, prodest sibi, vt partem legati consequatur, alijs verò non prodest, tex est in l.fin. C.de condi.insertis.

¶Aduerte tamen, quia quod dixi, quod consequitur partem suam, procedit vigore primi implementi. vnde, si alij vellent postea soluere impensas ad eos pro virili portione pertinentes, cõsequerentur portiones suas, sicut si simul impleuissent, ar.l.fi. C.de iure dominij impetrando. Sed si *alij* interpellati recusarent soluere debitas impensas, tunc qui adimpleuit per ius accrescẽdi, totum relictũ consequeretur, secundum Bal.& Pau. de Cast.in d.l.fi.& latius ibi per Cy.quæst.2.

¶Et aduerte, quia Bar.dicit, quod satis est, quod ille impleat nomine aliorum, ad hoc vt omnes consequantur legatũ, quod præsumitur, quod nõ placet Bal.in d.l.fin. quia operæ vnius, non sunt operæ alterius, vt l.si non sortem. §. alterius.ff.de condict. indeb. mihi videtur verior opinio Bar. quia ex quo sibi conceditur, quod possit totum adimplere ad consequendum partem suam, vel totum per ius accrescendi, nisi forte esset fabricandũ opus, ad quod omnium prædictorum industria requisita fuisset. quo casu fortè non sufficeret ab vno duntaxat implere. cogitabis. & licet conditio dandi possit per alium impleri, vt dixi, tamen secus est in conditione in faciendo, vt l.Sticum. §.Sticus.ff.de statu liber. & prædicta procedũt nisi de uolũtate testatoris aliud appareret, vtputa, quia noluit conditionem habere pro impleta, nisi omnes simul impleuerint, vt l.tales condi.& l.conditionib.ff.de condi. & demonstr. secundum Pet.& Cy.in d.l.fina. Vel nisi testator uoluerit haberi pro impleta quo ad omnes, etiam si vnus solus impleuerit.ff.de manum.testam. l.si fuerit, in princ.& vers.quod si ex ijs.tenent Cy.& Pau. de Cast.in dicta l.fina.& vide per Bal.& Doct.ibi.

¶Quid si adiicitur pluribus hæc cõditio, si Capitolium ascenderint, vel si centum dederint, vel rationes reddiderint. ad quod vltimum vide tex.in l. si ita libertatem. §.si duo. ff.de statu libe. vbi conditio reddendarum rationum appositа pluribus, qui separatim gesserunt, debet per omnes, vel saltẽ per alterum insolidum pro eius commodo impleri, & idẽ etiam videtur esse si simul gesserunt, vt in l.si ita fuerit.ff.de manum. testam. in eo tamen quod dixi de cõditione, si plures ascendetint Capitolium, dicit Hostien.in summa, eod. tit.§.2.versic.'sin autem plures personæ, quod tale factum dicitur diuiduũ, & quod adimplens pro parte admittitur, quia verbum plurale diuisiuum geminat significatum, ut d. l.fina. & l.falsa demonstratio. §.qui error.ff.de condit.& demonst.& supra tetigi.& ad prædictam ma-
21 teriam, an, & quando conditio † adiecta pluribus possit scindi, vide per Bar. in l.cui fundus.ff.de cõdi.& demonstr. & l.tales, & ibi Ioan.de Imo.eo.tit. Etsi conditio dandi oppositа est seruo plurimũ dominorum, censetur cuilibet dominorum appositа. Vnde vnus potest adimplere, etiam alio non adimplente, vt est tex. in l.qui hæredi.§.si duorum. ff. de condi.& demon. & vide ibi Pau.de Cast. qui notabiliter loquitur, & etiam in d.l.cui fundus.

22 ¶Et nota, † quod si conditio est adiecta municipibus, vel vniuersitati, dicitur adimpleri si adimpletur per regentes vniuersitatem, etiam si in facto consistat, ut l.municipib.ff.de condi.& demon.

23 ¶Item nota, quod si pater institueret † filios sub cõditione, si talem seruum manumitterent, & vnus solus filius sit dominus illius serui, ipse solus tenetur conditionẽ implere, nec potest ab aliis pro rata extimationis petere, ad hoc allego tex. sing. in l.fideicommissaria libertas. §.seruus. ff.de fideicom.liber. & idem arbitror in alijs casibus similib.

¶Vtrum autem qui tenetur adimplere cõditio-
24 nẽ, si illam non adimpleat, † hæres eius possit implere? Doct.sunt varij, Cyn.recitat opiniones in d. l.fina.C.de condi.insertis.vers.sed ego quæro, nunquid.vide ibi, & collige ex ijs quę supra dixi, & quę dicam in c.seq.in 7.q.princ.

25 ¶Sed quęro, pone, Titius promisit † Sempronio dare Sticum, vel equũ, si daret sibi x.quæritur, quis teneatur primo adimplere adhoc, vt ab altero possit promissum consequi. ¶Sol. Damasus quæst.4. vt refert Io.And. in mercu.in reg.frustra.de reg.iu. lib. 6. concludit, quod iste qui petit tenetur prius implere, & non est, quia iste qui sub conditione promisit nõ tenetur alteri, nisi conditio impleatur, Institu.de verbor.oblig.§.ex conditionali.ad quod vide quod dicam in cap.penult. infra eo. quæst.13. oportet igitur illum prius implere si petere vult, alias petitio sua esset nulla, cũ nulla sit alterius mora, ut l.si pupillus. ff.de verb.oblig.

¶Postremo quæro, vtrum quis possit compelli
26 implere conditionem. † ¶Sol. Dic, quod aut quæritur, vtrum præcisè possit compelli. & dic, ꝙ non, quia ubi non est obligatio, nõ est compulsio, vt l.si quis sub conditione.ff.si quis omissa causa testamenti.& in l.si pro temporali. ff. de admin.tuto. & l.si pupillus.ff.de verborum obliga. quod intellige, nisi conditio alias habeat implicitam dispositionem.ff.de legat.2.l.fideicommissa, & d.l.si quis sub conditione, secundum Bal.in l.fina.C.si plures vna sententia, colum.fina. facit d.l.si cui legatum.

¶Aut quæritur, vtrum directè possit compelli. & dico quod causatiue potest compelli, quia si vult consequi hæreditatẽ, vel relictũ sub conditione factum, tenetur conditionẽ adimplere, ut l. cum ab eo.ff.de contrahen.empt.facit l.2.C.de ijs, quæ sub modo relinquuntur, secundum Cy. in d.l.fin.C.de condi.insertis. in 6.quæstio.& nota, quod licet talis posset adimplere, non propterea, si nollet adimplere,

re, haberetur cõditio pro impleta, per l.iure ciuili. ff.de conditio.& demonstratio. & l.iure ciuili.ff.de regul. iur. Et ex prædictis decidit Cy. quæst. quod si Papa contulit canonicatum Bononiensem sub conditione, ꝙ statim, ꝙ erit canonicus Bononien. vacet præbenda Mutinensis, ꝙ quamuis ipse possit obtinere canonicatum Bononien. tamen conditio non habetur pro impleta, nec propter hoc vacare dicitur præbenda Mutinensis, nec potest compelli ad acceptandum, per dictam l.cum ab eo. & idem etiam voluit Pet. Et ad materiam istius quæstionis vide, quæ dicam in capit.penult.infra eodem artic. in 13.quæst.principali. & vide etiam, quod dicam in cap.fin.infra eod.in 15.quæst.principali. vbi tra-
27 ctabo, vtrum † conditiones in contractibus transeant ad hæredes eorũ, qui debebant illas implere.

SVMMARIVM.

1 *Seruus non impeditur monachari.*
2 *Modus potest dici conditio, latè.*
3 *Libertas, an dicatur res spiritualis.*
4 *Pretiũ dare, vt alicubi fiat ecclesia, vel monasterium, non est simonia.*
5 *Manumissus promotus ad clericatum, potest reuocari in seruitutem, si non est seruatus modus appositus in manumissione.*
6 *Vouens religionem non potest etiam à Papa liberari sine maxima causa.*
7 *Conditio, in cuius persona possit, vel debeat impleri.*
8 *Conditio, an debeat impleri in eo à quo, vt ab indigno hæreditas aufertur.*
9 *Conditio dandi hæredi, an in venditore impleri possit.*
10 *Conditionem implere, an sufficiat in persona minoris, qui aduersus hæreditatem aditam restitutus est.*
11 *Conditio dandi, per quem impleri debeat. & numero 17.*
12 *Iussus dare domino, non implet conditionem dando seruo.*
13 *Nominibus appellatiuo, & proprio expressis à testatore, attenditur quod præcessit.*
14 *Conditio implenda in persona legatarij, non potest impleri in persona hæredis.*
15 *Verba sunt ciuiliter intelligenda.*
16 *Conditio faciendi, per quem impleri debeat.*
17 *Conditio dandi, non expressa certa persona, cui dandum sit, impleri debet in personam hæredis.*
18 *Conditio dandi adiecta seruo iusso dare filio alterius hæredis instituti, potest impleri dando patri, non solum viuente filio, sed etiam eo mortuo.*
19 *Domino dare iussus, non implet conditionem, dando seruo.*
20 *Conditio dandi pupillo, vel furioso, dicitur impleri, dando tutori, vel curatori. Quid si detur pupillo sine tutoris auctoritate. & num.21.*
22 *Conditio dandi adulto, non impletur dando curatori.*
23 *Conditio dandi adiecta statu libero potest per ipsum impleri, & in cuius personam.*
24 *Conditio dandi, qualiter impleatur, & adiecta pluribus à testatore, diuiditur ex testamento.*
25 *Substitutio fideicommissaria facta pluribus etiam per copulam, vt locum habeat, quia copula resoluitur in singularitates, sufficit in persona alterius existere conditionem.*
26 *Conditionis euentum recipere, an cogi possit ille, cui debet impleri conditio.*
27 *Conditiones appositæ, quando, & quo tempore impleri debeant.*
28 *Conditionum, quæ in futurum conferuntur, triplex natura refertur.*
29 *Conditio casualis sufficit, quandocunque impleatur etiam viuente testatore.*
30 *Conditio potestatiua implenda post mortem testatoris, debet impleri post aditam hæreditatem, & in personam hæredis, si aliud non est expressum.*
31 *Conditio potest perpetuò impleri, donec supersit facultas implendi. Quid in contractibus, & quid in vltimis voluntatibus. num.32.*
33 *Conditio, certo tempore implenda, non potest impleri post.*
34 *Moræ purgatio fauore libertatis, quando admittatur.*
35 *Legatis quod tempus expectetur, quantum ad capacitatem legatarij, vel hæredis instituti.*
36 *Conditio, in quo loco impleri debeat. & num.37.*

CAP. II.

QVM SIT. Seruus manumissus ea conditione, vt fiat monachus, & monasterio deseruiat, si hoc acceptando monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur obseruare. hoc dicit. Primò ponitur thema. Secundò decisio. secunda ibi, tu ergo'. & dicit hic Hostien. quod iste seruus manumissus fuit, vt seruiret monasterio, nec ipsum desereret: quare si contrauenerit, prouidendum, ne monasterium deserat, & voluntas defuncti non valeat præteriri. & ibi, & infra. dic, sub isto, infra, continebatur in antiqua compilatione hoc exordium, cum sit proprium disciplinæ ab illicitis prohibere, & excessuum culpas salubriter resecare, studiosè eius seruanda est censura: nam si negligitur, cuncta in confusionem deueniunt, dum alter deseruit quidquid eam custodiendo alter ædificat.& ibi, præscribere.dic, scilicet nomine monasterij, vel fortè erat datus executor à defuncto, supra de testam.cap.Ioannes.vel secundum Innoc.intererat sua, quia erat sacerdos illius monasterij, in quo tales manumissi monachari debebãt, arg.supra de reb.eccle.non alien.c.si quis presbyterorum.& ibi, seruituti. dic, s.illius monasterij, nõ autem manumittentis, secundum Vinc.& ibi, ex ipsis mancipijs. dic s.taliter manumissis. & ibi, clericos. dic s.seculares, supra de ser.non ord. c.eo libentius. secundum Hostien.ibi, sic te exhibe. dic s.de transgresso mandato sic eum punias, & ab eo cautiones exigas, quod de cætero talia non attentet, secundum Innoc.argu.infra, de sent.excomm.c.grauem. & supra de præsump.c.literas.§.fi.& hoc intelligendum est, secundum Hostien.quoniam non erit professus: alias enim si fuisset professus, non posset cauere.12.q.1.c.nolo. sed tamen posset intelligi dictum Innoc.de iuratoria, vel simili cautione.

¶Primo nota, quod in manumissione serui potest apponi conditio manumissionis resolutiua.

1 ¶Secundò nota, quod licet quis fuerit † seruus, non propterea impeditur monachari.54.dist.c.multos. nec ad sacros ordines promoueri, vt cap.nullis. & cap.de famulis.supra de seru.non ordin.

¶Tertiò

¶ Tertiò nota, quod ſeruus poteſt manumitti ſub cõditione, ſeu modo, quod fiat monachus, vel clericus.

2 ¶ Quartò nota, quod modus † latè poteſt dici conditio, de quo latius dicetur in c. verum. inf. eo.

¶ Glo. 1. ſentit contrarium, & pro ſolutione ponit duas opiniones. In eadẽ gl. ibi, eſt res ſpiritualis,
3 no. hanc glo. quæ vult, ꝙ † libertas ſit res ſpiritualis. facit, quod no. in c. nullus. allegato in glo. Sed hoc eſt falſum, primo, quia ſi eſſet res ſpiritualis non caderet in laicum, vt in cap. 2. ſupra de iudic. ſecundo quia non poſſet dari libertas pecunia recepta, quod eſt falſum. vt l. 1. & 4. ff. de manumiſ. & ideo tene ſecundam ſolutionem gl. nam iſte purè, & ſine pecunia recipiebatur in monachum. Item, quia hic eſt
4 quædam conditio certa, vnde ſicut non † eſt ſimonia ſi datur prædium, vt ibi fiat eccleſia, vel monaſterium, vt in cap. olim. ſupra de reſtitu. ſpolia. ita ſi ſeruus manumittat, vt fiat clericus, vel monachus, quoniam non poteſt prius fieri monachus, vel clericus, quam ſit liber. ſupra de ſeruis non ord. per totum. Hoſtien. intelligit, quod non ſub conditione, ſed ſub modo iſti fuerint manumiſſi, vnde hic capitur conditio largo modo pro modo, vt ſupra dixi.

¶ Gl. 2. quærit de intellectu literæ, & ponit duas lect. In eadem glo. ibi, quam cito acceptauerit conditionem intellige cum effectu, faciendo profeſsionem in manibus illius qui potuit incorpori religioni, ſecundum no. in c. porrò. ſupra de regula.

¶ In ſi. gloſ. Dic, vult ergo glo. quod promotus
5 ad † clericatum poteſt reuocari ad ſeruitutem, ſi nõ ſeruat modum appoſitum in manumiſsione, ſecus in eo qui eſt factus monachus. ſed nec gl. nec Doc. reddunt hic rationem diuerſitatis: vnde Dominus meus hic dicit, quod ratio differentiæ poteſt eſſe, quia clericus degradatus definit in effectu eſſe clericus, vt in capitulo, degradatio. de pœnis. libro 6. & ideo ſine violatione clericatus poteſt degradari, & redigi in ſeruitutem, ſed monachus degradatus, vel depoſitus non definit eſſe monachus. Eſt enim monachatus, votum quoddam, à quo non poteſt li
6 berari etiam per Papam, † ſaltem ſine maxima cauſa, ut in c. cum admonaſterium, de ſta. reg. ex quo ergo purè vouit Deo, non poteſt amplius ad ſeculum redire, & ſubiici ſeruituti temporali, & ſi fuiſſet ſeruus illius monaſterij non poſſet intrare aliud monaſterium etiam ſtrictius, per no. in ca. de famulis, & in cap. eo libentius. ſupra de ſeruis non ordin. & quod legitur, & no. 27. quæſt. 1. cap. ut lex continentiæ.

¶ Sed contra hoc opponitur de noſtro tex. in fi. vbi Papa mandat ſeruari manumittentis intentionem. ¶ Sol. Doct. non tangunt, & contrarium videtur difficile, ſecundum Dominũ meum. Sed poteſt dici in hærendo intellectui Hoſti. quod iſti fuerunt manumiſſi ſub modo, ut fierent monachi, vnde conditio redigendi ipſos ad ſeruitutem non debet referri ad tempus poſt monachatum, quia voluntas manumittentis fuit, ut fierent monachi, & ſi nollent, redigerentur in ſeruitutem; quare, ſi fuerunt effecti monachi, ſeruauerunt voluntatem manumittentis, & propter hoc compelluntur perſeuerare in monaſterio.

¶ Glo. fin. poteſt recitari per q. vtrum hæc verba ſint efficacia ad libertatem reuocandam, & ponit duas opiniones & ſubdit ſuam, dic vt in ea.

¶ Poſtremò iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, cadit hic examinatio 7. princ. quæſt.

¶ Septimò igitur principaliter quæro, in cuius
7 perſona poſsit, vel debeat conditio † impleri, & de ipſius capacitate. circa quam queſt. proſequar duo membra, primum de conditione quæ conſiſtit in dando, ſecundum de conditione quæ conſiſtit in faciendo. circa primum, dic quod regulariter conditio debet impleri in perſonam illius cui teſtator dari ſeu impleri uoluit, ſi eſt maior, alias in perſonã tutoris, vel curatoris, ſi debet dari pupillo, vel minori, aut etiam furioſo. nam talibus non rectè ſoluitur niſi poſtea ſolutum in eorum vtilitatem conuertatur. ff. de ſolu. in l. ſi ſeruus. & l. Stichum aut Pamphilum. §. vſumfructum. nec eſt curandum, an perſona illius cui debet dari cauſa conditionis implendæ poſsit, vel non poſsit capere. quid enim ſi teſtator præcepiſſet proijci in mare? parendum eſſet, ut l. Męuius cui. ff. de condi. & demonſtr. & non ſolum poteſt impleri in perſonã eius cui damnatus eſt hæres, vel legatarius dare, ſed etiam in perſonam hæredis ipſius. Sed tamen circa hoc diſtinguendum eſt, ſecundum Bar. in l. ſub diuerſis. ff. de condi. & dem. quod aut loquimur in hærede, aut in legatario.

¶ Primo caſu, aut teſtator loquutus eſt ſub nomine appellatiuo tantũ, aut ſub nomine proprio, aut ſub utroque. primo caſu, ſi teſtator loquutus fuit tantum per nomen appellatiuum, puta, ſi dederit hæredi, tunc poteſtas implendi talem conditionem tranſit in quemlibet in quem nomen appellatiuum hæredis tranſit, ut l. cum ita datur. ff. de conditio. & demonſt. & vide in l. ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatu liber.

¶ Et aduerte, quia ſatis impletur in perſonã hæredis putatiui, licet poſtea ſuccumbat. ſed quia in hoc aliqua iura videntur varia, pro concordia ipſorum diſtingue poſt Iac. de Are. & Bene. de Plumbino, in l. ſtatuliberis. la ſecõda. §. Quintus. ff. de ſtatulibe. quod aut ſententia lata eſt pro ſcripto hærede contra legitimum, & tunc ſiue iuſte, ſiue iniuſte, prodeſt ſtatuliberis. & ratio eſt, quia ſcriptus hæres ſententiam pro ſe latam non poteſt dicere iniuſtam. ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. 1.

¶ Aut ſententia fertur pro hærede legitimo cõtra ſcriptum hæredem, & tunc aut ſententia fuit iuſta, & hoc caſu, quia non valet teſtamentum, nec libertates in eo datæ, vt d. l. ſi ſuperatus. ff. de pigno.

¶ Aut ſententia non fuit iuſta, & tunc non præiudicat ſtatuliberis, ſed ſatis fuit dare hęredi ſcripto putatiuo, vt d. §. Quintus. & hoc in quantũ ipſi ſtatuliberi dando hæredi putatiuo adimpleuiſſent cõditionem, quia tunc ipſi conſequuntur libertatem, ſed pecuniam, quam dederunt ſcripto hæredi, hæres legitimus, pro quo ſententia data eſt, aduocat, ſicut cętera bona hęreditaria. ſi uerò ſtatuliber non adimpleuit conditionem in perſonam ſcripti hæredis, fauore libertatis poterit adimplere in perſonã legitimi, ſecundũ præfatos Doct. quod tamen non videtur mihi procedere ſine dubitatione, propter d. l. ſi ſuperatus.

¶ Item aduerte, quia conditio de dando hæredi non intelligitur impleta dando fideicommiſſario, vt

vt eſt tex. in l. qui hęredi. §. cum hæreditas. ff. de condit. & demon. nam conditio de dando hæredi, debet impleri in eo qui eſt hæres nomine, non in eo, qui eſt hæres effectu.

¶ Non obſt. quod ſtatim dicetur de ſeruo inſtitu
to hęrede, cui aliquis tenetur dare aliquid cauſa cõditionis implendæ, quo caſu dicitur ſatisfieri conditioni dando domino, quia penes ſeruum non remanent aliquæ actiones actiuę, vel paſsiuæ, ſed omnes tranſeunt in dominum, ſed penes hęredem, qui hæreditatẽ tenetur reſtituere, remanent actiones actiuę, & paſsiuæ directæ, ſed vtiles tranſeunt in fideicommiſſarium.

¶ Sed quæro circa hoc, quid de eo à quo aufertur hæreditas tanquam ab indigno, vtrum in eius
8 perſona debeat impleri conditio † dandi, quod videtur, quia de facto remanet hæres, vt l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga. & pupilla. facit l. ſi is qui. & l. in ſubſtitutione, eod. tit. tenet Bar. in d. §. cum hæreditas. Sed Pont. in l. ſi totam. ff. de acquir. hære. dicit, quod contra Bar. videtur caſus in l. poſt legatum. §. fi. verſ. alio. ff. de ijs quibus, vt indignis.

¶ Item quæro, quid de eo, qui vendit hæreditatem, vtrum conditio † dandi hæredi poſsit impleri
9 in uenditione. ¶ Sol. Dic, quod ſic, quia iſte eſt hęres, ſed illud quod recepit cauſa cõditionis implendæ, debet reſtituere emptori, per l. venditione. ff. de hæredi. vel actione uendita. tenet Barto. in d. §. cum hæreditas.

¶ Et nota circa prædicta, quod ſatis eſt dare illi qui à lege ponitur loco hęredis, puta illi cui bona adiiciuntur, ut l. ergo. §. ſi ſub conditione. ff. de fidei com. liber.

¶ Inſuper nota, ꝙ iuſſus dare hæredibus, ſi tempore quo dat reperit ſe hæredem pro parte, deducit partem ſuam pro rata pro qua eſt hæres. Secus ſi non eſt hęres, quamuis forte ſperetur eſſe hæres, quia tunc nihil deducit, vt l. qui hæredi. §. Plautius. ff. de condi. & demonſt.

10 ¶ Vlterius quęro, quid ſi minor † adiuit hæreditatem, & tandem aduerſus aditam hæreditatem reſtitutus eſt, vtrum ſufficiat adimplere cõditionẽ in perſonam ipſius. & videtur dicendum, quod ſic, quia remanet hæres, vt l. ſed etſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minorib. Sed Bar. in d. §. cum hæreditas, dicit ſe dubitare, & ideo dicit cogitandum.

¶ Secundo caſu, ſi ſub nomine proprio mandatum eſt dari hæredi cum cauſa conditionis implen-
11 dę, quia dixit, ſi x. dederit Titio, quia cõditio † dandi adiecta certæ perſonæ nomine proprio nuncupatę non poteſt impleri, niſi in perſona illius, non autem hęredis ipſius, & ideo, ſi ante implementum ille ſit mortuus, legatum deficeret, vt d. l. cum ita datur. & hoc procedit etiã ſi iuſſus ſit dare ſeruo ſub nomine proprio, quamuis ſeruus ſit hæres inſtitutus, quo caſu dando, ſeu ſoluendo domino, nõ implet conditionem. tex. eſt in l. qui hæredi, in prin. ff. de condi. & demonſt. longe ergo minus dicitur implere conditionem ille, qui iuſſus eſt dare ſeruo ſoluendo domino, ut d. l. qui hęredi. & ratio eſt, quia ſeruus inſtitutus retinet nomen hęredis quo ad implementum conditionis, de quo plenè per Ioan. de Imo. in l. cum filio. ff. de leg. 1. facit quod no. gloſ. in l. placet. ff. de acquiren. hæredi. ſi tamen ſeruus conſentiret, quod daretur domino, videretur conditio adimpleta, ſecundum Bar. Bal. Imo. & Pau. de Caſt. in d. l. qui hęredi. & adde quod dicam infra in verſ. quarta concluſio. per contrarium vero, iuſſus da-
12 re domino, non intelligitur adimplere conditionem, ſoluendo ſeruo, vt traditur in d. l. qui hæredi.

¶ Aduerte tamẽ, quia quod dixi, quod ſi aliquis eſt iuſſus dare hæredi ſub nomine proprio, debet adimpleri in perſonam ipſius, & non hæredis, fallit in ſtatu libero, fauore libertatis, ſi habebat pecuniã paratam tempore mortis illius, quia tunc conditio habetur pro impleta, etiam ſi nulli det, vt d. l. cum ita datur. ff. de condi. & demonſtr. & l. ſi peculium. §. is cui. ff. de ſtatu libe. tradit Bart. in l. ſub diuerſis. & in l. ſi hæredi. ff. de condi. & demonſtr. & quæ ſit ratio ſpecialitatis in ſtatulibero, ponit Bar. in dicta l. qui hæredi.

¶ Tertio caſu, quando teſtator expreſsit nomen appellatiuum, & proprium, dic quod inſpicitur, ꝙ
13 præceſsit, † ſecundum Bar. & Ioan. de Imo. in dicta l. cum ita. & §. 1. & in l. ſub diuerſis. §. hæredi, & ibi vide Ioan. de Imo. ff. de condi. & demonſtr. faciunt no. per Doct. & quod ibi dixi in c. quoniam Abbas. ſup. de offic. deleg. & latius dixi in rubrica de cauſa poſſeſ. & proprie. tracta. 1. art. 5. verſ. 4. per ſeruos limitat. 2. Idem in effectu vult Bald. in l. fi. C. de condit. inſer. in 10. queſt. quod tamen arbitror limitandum, niſi conditio adiiceretur ad veteris debiti, vel quaſi determinationem, vt puta ſi teſtator legauit libertatem ſeruo, ſi Titio, Sempronio, & Meuio hæredibus ſuis rationes reddiderit: nam cum iſtud debitum de rationibus reddendis veniat ex antiqua cauſa, & ſic quemlibet hæredum reſpiciat pro portione hæreditaria, meritò reliqua quæ veniunt reſtituenda in redditione rationis ſunt reſtituenda cuilibet hæredum pro portione hæreditaria, per l. ſi legati ſerui nomine. ff. de legat. 1. & l. ſtipulatus. ff. de vſu. & l. ſi quis ex teſtamento. ff. de ſtatulibe. Vnde tunc etiam in perſonam ſecundi hæredis, videtur poſſe impleri conditio. Secus ſi adijceretur ad noui debiti ſeu quaſi debiti determinationem, quia tũc ſi præcedant nomina hæreditaria, intelligitur pro portionibus hæreditarijs, vt l. ita libere. §. 1. ff. de ſtatu libe. ſecundum Dy. & ſequitur Bene. de Plumbino in d. l. ſi quis ex teſtamento, & vide in l. qui pecuniam. ff. de ſtatu liberis.

¶ Secundo caſu principali, cum loquimur in le-
14 gatario, dic quod conditio † adimplenda in perſonam ipſius legatarij non poteſt adimpleri in perſonam hæredis, licet ſi eſſet adimplenda in perſona hæredis poſſet adimpleri etiam in perſona ſecundi, vel tertij hæredis. & ratio differentiæ in promptu eſt, quia hęres legatarij non eſt legatarius, ſed hæres hæredis eſt hæres in infinitum, vt l. ſciendum. ff. de verborum ſignif. facit l. fina. C. de hæredib. inſtit. & l. ſi peculium, in princ. & §. 1. ff. de ſtatu libe. & generaliter idem dicendum eſt in perſona cuiuſcunque tertij, ſi vni tertio aliquid dandum, vel faciendum eſſet cauſa conditionis implendæ, quia ſi moriatur antequam debens implere conditionem in perſonam illius illam adimpleat, conditio habetur pro defecta, & relictum irritatur, nec poteſt conditio adimpleri in perſona illius, vt l. cum ita. ff. de condi. & demon. quia illi tertio ſoluendum erat reſpectu

perſonæ

personæ suæ, ideo personam suam non egreditur, ad quod vide glo. Cy. Ang. & Pau. de Cast. in l. fin. C. de condit. insertis.

¶ Aduerte tamen, quia arbitror, quod prædicta forent limitanda, si modo tantum spatium intercesserit, quod potuerit imputari illi qui debet adimplere conditionem, quando nō adimpleuerit, cum debeat illam quamprimum potest adimplere, vt dicam infra in 8. quæst. princ. Secus si nihil potest sibi imputari, quia statim mortuus est legatarius, vel ille tertius cui soluēdum erat, pone quod testator legauit Titio fundum Sempronianum, & voluit, q̄ si Sempronius daret sibi centum, teneretur dare medietatem, vel totum fundum Sempronio, cum ver-
15 ba † sint ciuiliter intelligenda, vt l. si cui. ff. de serui. & no. glo. in l. 2. C. de fide instrumentorum, & iure hastę fiscalis, lib. 10. no. glo. Bart. Bal. & Ang. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun.

16 ¶ Item nota, quod conditio † faciendi non debet impleri, nisi in personam illius, cui aliquid faciendum est, vt l. statu liber. la prima. §. fin. ff. de statu libe. ad quod vide quod dicam in c. de illis. infra eo. in 10. princ. art.

¶ Postremo circa istam 7. quæst. subiiciam pro ipsius clariori doctrina quasdam conclusiones, quarū
17 prima sit, quòd conditio † dandi, non expressa certa persona cui dandum sit, impleri debet in personam hęredis. tex. est in l. ita libere. in prin. & in l. qui pecuniam. ff. de statu libe. & debet impleri in persona cuiusque hęredis pro portionibus hæreditariis, vt ibi dixi. ad quod vide etiam quod supra dixi, secus si appareret in qua persona, seu cui personæ hæredum, legatariorum, vel extraneorum esset dandum; nam si dixit, hæredibus, pro portionibus hęreditarijs esset soluendum; Si uero nominauit personas per nomina propria, tunc pro numero personarū viriliter esset soluendum, & non pro portionib. hereditarijs, ut in l. si pecuniam, & in l. ita liber esse. in fi. ff. de statu liber.

18 ¶ Secunda cōclusio sit, conditio † dandi adiecta seruo iusso dare filio alterius hęredis instituti, potest impleri dando patri, non solum viuente filio, sed etiam post mortem filij, vt l. si statu libera. §. si filiusfam. ff. de statu libe.

¶ Sed quæro circa hoc, quid si alicui esset aliquid relictum à filiofamilias hærede institutos? arbitror, quod si adita hæreditas per filium olim potuisset impleri in personam patris, cuj tota hæreditas olim quęrebatur etiam quo ad proprietatem, secus si per filium hereditas non fuisset adita, per tex. in d. §. si filius, in quantum ille tex. post aditam hæreditatem per filium assignat rationem, quia ad patrem emolumentum peruenit, mortuo verò filio ante aditam hęreditatem tex. ille ponit specialitatem in statu libero. Sed hodie maius dubium est post aditam hęreditatem per filium, cum proprietas datur filio, si non sit institutus contemplatione patris. sed forte distinguendum, quia Doct. non tangunt, quod aut damnauit dare hęredi, aut Titio filio familias, vel Tit. hęredi. & vī, quod nō possit impleri in personam patris. & quantum ad secundum casum videtur expeditum, per l. sub diuersis. ff. de conditio. & demonst. videlicet quando damnatus fuit dare Tit. filiofamilias, vel Titio hęredi. Primus verò casus videtur magis dubius, quia filiusfamil. mortuus ab intestato non habebat hæredem, sed pater omnia bona filij occupabat iure peculij, vt l. 2. ff. de castrensi pecu. Sed illud procedebat olim de iure ff. sed hodie de iure C. filiusfa. in omnib. aduentitijs habet hæredem patrem, vt in l. quod satis. C. de bonis quæ libe. & clarius in Authen. de hæredib. ab intestato. §. si igitur defunctus.

¶ Tertia conclusio sit, iussus dare domino, dan-
19 do seruo non implet conditionē. † tex. est in l. qui hæredi. in princ. ff. de condi. & demonst. sicut econtra conditio dandi seruo, non adimpletur dando domino, de quo tamen dic, vt supra dixi.

20 ¶ Quarta conclusio sit, conditio † dandi pupillo vel furioso, adimpleri dicitur dando tutori, vel curatori, vt l. qui filium. ff. de manum. testam. & l. si seruus. & l. Sticum, aut Pamphilum. §. vsumfructum. ff. de solu. & l. si fundus. ff. de condi. & demonstrat.

¶ Nec obst. quod dixi supra de conditione dandi seruo aut domino, aut certæ speciali personæ, q̄ non dicitur adimpleri dando alteri domino, vel seruo, eo, q̄ conditio debet adimpleri in forma specifica, vt dicam in c. sequen. quæst. 10. nam dicunt Doct. in d. l. si fundus. quod illud quod dictum est de pupillo & furioso, debet intelligi quando datū tutori versum sit in vtilitatem pupilli, & sic censetur pupillo datum, ar. l. non solum, in fi. ff. solu. mat. & idem si datum esset domino in vtilitatem serui manumissi. Nec ob. quod soluens tutori liberetur, licet pecunia non sit conuersa in vtilitatem pupilli, vt l. quod si forte. ff. de solut. quia illud contingit fauore liberationis.

21 ¶ Quid autem si detur pupillo † sine tutoris authoritate, vtrum videatur adimpleta conditio de dando pupillo? Glo. tangit in d. l. si fundus. ff. de condi. & demonstrat. & clarè non decidit. sed dic secundum Doct. quod si pecunia soluta pupillo est salua, clarum est quod intelligitur impleta cōditio: si uerò non est salua. aut erat dandum ad vtilitatem solius pupilli, quia penes eum erat remansurum, & tunc non intelligitur adimpleta conditio, secus si ad vtilitatem alterius. exemplum, si stipulor dari mihi aut pupillo, quo casu datum pupillo tanquam procuratori meo debet mihi restitui, vt l. Iulianus. §. 1. ff. de verborum obligat. & sic dicitur adimpleta conditio: nam mihi debet imputari, quod pupillum adieci stipulationi. facit l. si stipulatus fuero. ff. de solu. & l. si seruus. x. eo. tit. no. glo. in l. conditionibus pupillus. ff. de condi. & demon.

22 ¶ Quinta conclusio sit, conditio † dandi adulto non impletur dando curatori. tex. est in l. Lutius. ff. de manu. testamen. no. Bar. in l. si fundus. ff. de condit. & demonst. nisi adultus sit in præsentia curatoris, alias non videretur satisfacere conditioni nisi probaretur versum in utilitatē adulti, ad quod uide Bene. de Plumbino in d. l. Lutius. vbi est tex. singularis, secundum eum, & ita debes intelligere, quod dixi supra in princ. istius 7. quæstio. conditio tamen dandi furioso adimpletur dando curatori, vt sup. dixi, & traditur in d. l. Lutius.

¶ Sexta conclusio sit, si testamētum irritatur per contratabulas, aut ex præteritione, vel exhæredatione irritum fiat, quo casu conseruantur legata, ut in authen. ex causa. C. de liberis præte. & in corpore vnde

vnde sumitur, talia legata implēda sunt in persona ipsius filij, & ipsius contratabulantis, seu obtinentis ex prouisione d. authēticæ ex causa. tex. est singularis, & forte non est alibi, in l. is qui in potestate. §. fi. ff. de lega. pręstandis. secundum Ioan. de Imo. in l. filio prętorito. ff. de iniusto testamen. colum. 57. & mihi placet. licet Bar. ibi senserit secundum Franciscum de Ramponib. quod esset implendum in persona hæredis scripti.

23 ¶ Septima conclusio sit, conditio dandi † adiecta statulibero potest impleri per ipsum statuliberum, non solum in personā domini, cui seruus damnatus est dare, sed in personam emptoris ipsius statuliberi, & etiam hęredis ipsius emptoris, & alterius cuiuscūque, ad quem dominium serui peruenerit, vt l. si is cui. & ibi per Bene. de Plumb. & l. mortuo. §. 1. & l. si statu libera. §. 1. & §. si seruus. & l. vsusfructus. & l. ita liber. §. 1. ff. de statu liber. facit etiā l. qui libertatis. & l. qui alienam. §. 2. ff. de euictionibus. & vide quod dicam in cap. sequenti, in 10. q. princ. ip.
24 vers. 4. noto.

¶ Octaua conclusio sit, conditio † dandi impletur, siue detur illi cui quis est iussus dare, siue alteri, de eius voluntate tacita, vel expressa, ut l. statu libera. §. si seruus. ff. de statulibe.

¶ Nona conclusio sit, si conditio dandi adiiciatur pluribus, diuiditur ex ipso testamento: nam licet vna, & eadem summa adiiciatur pluribus, tamē propter enumerationem personarum videtur esse diuisa, ut l. cui fundus. ff. de condi. & demon. quod qualiter intelligatur, vide ibi per Bar. & Modernios res. & in l. fina. C. de condi. inser. & ibi per Cyn. & Doc. & Pau. de Cast. & vtrum ab vno pro parte sua possit impleri ad finem saltem cōsequendi partem suam, vide ibidem, & in dictis iuribus. vide quid iuris, quando obligatio dandi incępit à persona plurium, vel à persona vnius tantum, & deinde descendit in plures, & vide tex. in l. qui duobus. ff. de condi. & demon. vbi quando conditio dandi implenda in persona duorum, non potest impleri pro parte in persona vnius, vt legatarius partem legati consequatur, vide etiam materiam tex. notabilem, & quod ibi tradit Bar. in l. cui vsusfructus. ff. de vsufructu legato. vbi dicit, quod conditio, sub qua legatum diuiduum debet resolui, impleta pro parte operatur, vt legatum pro parte resoluatur. Si verò esset conditio faciendi, ratione indiuiduitatis, non sufficit nisi in omnes adimpleatur conditio, quod qualiter intelligatur vide in d. l. cui fundus, & in alijs iurib. supra allegatis. vbi etiam vide per Bar. & Doct. quid si testator dixit, si omnes ascenderint Capitolium, & vide quæ dicam in sequenti capituli, quæstione decima.

¶ Et nota, quod in substitutione fideicommissa-
25 ria † facta pluribus etiam per copulam, quia copula resoluitur in singularitates, sufficit in personam alterius existere conditionem, vt sub stitutio locum habeat, vt l. fi. ff. de leg. 2. & l. Lutius. §. Caio. de le. 1. & per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & per Bal. in l. penul. C. de impuberum & alijs substitutionib. & quando conditio esset facti indiuidui, vide etiā in l. si ita fuerit, & in l. si legato. §. si Sticus. ff. de manum. testam.

¶ Postremo quæro, vtrum ille cui debet impleri
26 conditio, † possit cogi ad recipiendum conditionis implementum. pone, testator reliquit fundum Titio, vel libertatem Stico, si x. dederit hæredi, vel alteri tertio: Vtrum hæres, vel ille tertius possit compelli x. recipere. ¶ Sol. Dic, quod non, vt l. dedi. §. fi. ff. de condic. ob causam. nam, si non vult recipere, habetur pro recipiente, & videtur conditio purificata, ad quod vide quæ dicam in cap. sequen. quæstione 10.

¶ Sed circa hoc dubitatur, vtrum tales qui semel nolunt recipere, possint pœnitere, & petere sibi relictum? & videtur quod non, ex quo ex sola mora purificata est conditio, & cum semel legatum sit effectum purum, semper videtur durare purum, & ideo etiam legatarius videtur obligatus iterū offerre. in contrariū videtur per l. cui fundus. ff. de cōdit. & demon. gl. tangit in l. cum quidam. C. de condi. insert. & sentit, quod si legatario est satisfactū, non cogitur legatarius vlterius offerre, sed si non est satisfactum, legatarius cogitur iterato offerre, secundum Pet. sed Bal. ibi in vers. sed nunquid possit cōpelli, dicit, quod cum talis semel impleuerit conditionem, non cogitur vlterius offerre, si ille cui fuit oblatum, non habuit causam non recipiendi, alias secus, & ita intelligitur l. cui fundus.

¶ Tu dic, quod aut facta oblatione conditio statim habetur pro impleta, quia facta est executio, & nihil aliud restabat fiēdum, vt in seruo qui propter oblationem à se factam statim consequutus est libertatem, hoc casu non est opus alia oblatione, vt d. l. cum quidam. Secus si per oblationem non consequitur executionem, quia tunc, licet per oblationem purificata sit cōditio, quia habetur pro impleta, vt l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & per mortem offerentis non fiat caducum, sed transmittatur ad hæredem, vt d. l. cui fundus. tamen, licet ita sit, ipse legatarius, nec ipsius hæredes admittuntur ad petēdum legatum, nisi conditionē impleant, si ille paratus est recipere. quia licet quantum ad transmissionem conditio habeatur pro purificata, non tamen habetur pro purificata quantū adhoc, quod iterum uolenti recipere nō teneatur soluere, vt est tex. in d. l. cui fundus. ff. de condi. & demonstra. qui non est alibi, secundum Pau. de Cast. ibi.

¶ Et nota etiā circa prædicta, quod quando conditio est talis quæ dispositionem, & conditionē inducat, potest honoratus in cuius personam aliquid implendum est, cogi ad recipiendum. ad quod vide quod dixi supra in capitulo præceden. in sexta quæstio. princ. versic. aduerte tamen, quia quandoque.

¶ Postremò, quando considerāt capacitas eius, in cuius persona conditio debet impleri, dic vt latius dicetur in sequenti 8. q. princ.

¶ Octauò iuxta præmissum ordinem in rub. principaliter quęro, quando, & quo tempore appositæ
27 conditiones † impleri debeant, & vtrum mora non impletæ conditionis possit purgari. ¶ Sol. Dic, quod aut ad implendam conditionem est appositū tempus à lege, statuto, iudice, arbitro, vel testatore, & illud seruādum est, vt in authen. hoc amplius. C. de fideicommissis, & in cap. nos quidem. & c. si hæredes. supra de testamen. & l. cum res. ff. de lega. 1. in l. Celsus. ff. de arbit. in l. magnam. C. de contrahen.
& com-

& committen. stipu. in l. traiectitiæ. ff. de act. & obli. & l. si in diem. ff. de condi. & demonst. & in l. cedere diem. ff. de verborum signif. & vtrum possit purgari mora, traditur in iuribus prælegatis. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & ex infra dicēdis aliquid apparebit. & ideo si testator iusit dare centum, vel rationes reddere infra 30. dies, illud etiam à statu libero seruandum est, vt in l. Stico libertas. §. fin. ff. de statu libe. & ad materiam vide quæ latè dixi in c. fi. de dilat. in 22. prin c. art. maxime in versic. quartus princ. effectus. Si vero nec à lege, nec à testatore, vel contrahentibus, & cæteris tempus fuit appositum,
28 aduertendum est, quod † conditionum quæ in futurum cōferuntur, triplex est natura. Quędā enim non nisi viuente testatore impleri possunt, vt puta, si mihi nupserit, & clarum est ipsam debere impleri viuente testatore, vt de se patet, facit l. Thais. §. hæredem. & §. Splendophorus. ff. de fideicom. liberta. Quædam verò duntaxat possunt post mortem testatoris impleri, puta, si ad exequias testatoris iuerit, quo casu de se manifestum est tempore exequiarum talem conditionem impleri debere. Quędam vero utrumque tempus, vitæ, & mortis, respiciunt: vt, si filio meo nupserit, vel alio modo possunt diuersis temporibus impleri, secundū quod traditur per Hostien. in summa, eod. tit. §. conditionum quę in futurum.

¶ Et in istis aduertendum est, quod si conditio adiecta per testatorem forte tempore testamenti sit impleta, & testator ignorauit, dispositio intelligitur purificata. Si verò non ignorauit, exigitur quod ite rum impleatur, vt l. si iam facta. ff. de condi. & dem. Conditiones verò in nō faciendo consistentes adiectę legatarijs, quia nō possunt impleri, nisi morientе legatario, impleri dicuntur, licet suspensiue per cautionem Mutianam de non faciendo quo ad cōsequendum legatum, de quo dicam infra in c. sequ. quæstio. 10.

Cæterum in conditionibus, que in dando, vel in faciendo, vel aliter in casu consistunt, distingue, q aut loquimur in cōditione casuali, aut in mixta, vel
29 potestatiua. primo casu † videtur sufficere quādocunque conditio sit impleta, etiam viuente testatore, vt l. 2. ff. de condi. & demonst. & nota. in l. si quis hæredem. C. de institu. & substitu. sub condi. factis. vbi tex. vult, quod sufficit implere, licet implementum non duraverit, & idem dicendum est in condi tione mixta, quæ dependeat ex voluntate implere debentis, & à casu fortuito, vt si Alexandriam iueris, quia accedit ad naturam casualis, vt l. suus quoque. ff. de hæredi. instit. & similiter etiam si ex facto legatarij, & alterius. tertij implemētum dependeat non est enim ita verisimile, quod tertius ita consentiat, sicut est verisimile in conditione dandi, quod velit recipere, puta si nupserit tali, vel talem in vxorem acceperit, & ideo sufficit quandocunque tales conditiones impleantur, etiam si impleantur viuente testatore, & à legatario etiam ignorante eas sibi incumbere, & sic etiam, si fato sint implete, purificantur, vt in l. hęc conditio, la prima, & in l. si sic legatum. alias est. §. & in l. huiusmodi, & in l. si iam facta. ff. de condi. & demonst. quod adde ad id, quod dicam in cap. sequen. in 10. quæstio. princ. in princ. Et idem dicendum est in quacunque mixta conditione, & etiam potestatiua, si modo sit difficilis, vt impleri possit quandocunque, etiam viuente testatore, vt d. l. hæc conditio. & l. multum. ff. de condit. & demonstr. & per Bar. in d. l. 2. Vel etiam, si esset cōditio non reiterabilis, vt si manumiserit Sticum seruum, vt l. quæ sub conditione. §. quotiens. ver. mortuo. ff. de condi. instit. facit quod no. Bar. in l. 3. in prin. ff. de annuis legatis, & quod nota. in d. l. hæc conditio. Sed secus est in conditione potestatiua facili, quæ quando debeat impleri, apparebit ex infra dicendis, & in c. seq. q. 10.

30 ¶ Et aduerte, quia si esset conditio † potestatiua, quæ debet impleri post mortem testatoris, debet impleri post aditam hæreditatem, & in personam hæredis, si aliud non est expressum, ut no. gl. & Bar. in d. l. 2. vide quod dixi supra in 7. quæst. vers. prima conclusio. & si forte in dispositione legali, vel statutaria dicat, si quis soluerit x. eximatur à banno, non sufficit ei qui soluit ante conditum statutum, secundum Bar. in l. 2. in fi. ff. de condi. & demon. ad quod vide quod tradit Bart. in l. si quis in graui. §. vtrum ff. ad Syllanianum.

¶ Et nota, quod tempus implendæ conditionis consistentis in dando hæredi, sufficit currere ab adita hæreditate, ut l. statuliberos. la prima. §. si quis hęredi. ff. de statulibe. & intellige à die scientiæ, quia ante non debet ignoranti currere, ar. l. fi. C. de anna li except. & l. annus. ff. de calumniatorib. cum alijs similib. & sic, si testator dixit, si centum dederit infra 30. dies, intelligitur infra 30. à die aditæ hæreditatis, vide quod traditur in d. §. si quis hæredi. & ibi
31 per Benedic. de Plumb. & vtrum conditio † possit perpetuo impleri, donec supereſt naturalis facultas implēdi, vide in l. Thais. §. si intra. ff. de fideic. libert. & intelligitur debere impleri infra tempus, si modo commodè illud fieri potest. ff. de præscrip. verb. l. naturalis. §. at cū do. & ita debet seruari & intelligi, quando tempus esset expressum, vt l. statu liberum. §. Sticum. de leg. 2. Sed si tempus non est appositum, nec tacitè, nec expresè in contractibus, po-
32 test quandocunque † impleri. l. fi. ff. de contrahen. empt. Sed in vltimis voluntatib. debet impleri cum primum potest leuiter, & habiliter, vt traditur in d. l. hæc conditio. ff. de condit. & demon.

Hic etiam aliqua desunt.

¶ Insuper etiam nota, quod quando implemen-
33 tum conditionis † determinatur ad certum tempus, si non impleatur illo tempore, conditio dicitur deficere, & alio tempore impleri non potest, vt l. fideicommissaria. §. fin. & l. Thais. §. si ergo. ff. de fideicommiss. liber. & l. si vsusfructus in biennium. ff. de vsufructu legato.

34 ¶ Et aduerte, quia quando conditio † consistit in facto difficili, graui & successiuo, admittitur purgatio moræ fauore libertatis, vt l. seruus. la 1. §. seruus cum hæredi. ff. de statulibe. Sed quando conditio consistit in dando, non admittitur purgatio moræ, etiam ad libertatem cōsequendam, vt in l. si intra. ff. de statulibe. & si esset certum conditionē ante diem statutū adimpleri nō posse, non expectatur dies,

dies, si est apposita dictio, tunc, vel alia dictio extremitatem significans, vt l. 4. §. fi. ff. de conditio. & demonstr. vide quod dicam in c. pen. inf. eo. articu. 13. & quod traditur in l. si seruum. §. sequitur. & in l. si ita quis. ff. de verb. oblig.

¶ Sed quæro circa prædicta, quod tempus expe-
35 ctetur in legatis † quantum ad capacitatem legatarij vel hęredis instituti. ¶ Sol. Dic, quod inspicitur tempus extantis conditionis. vnde licet post testamentum, & mortem testatoris, & etiam post aditam hæreditatem legatarius fuerit deportatus, tamen si tempore existentis conditionis fuit restitutus, sufficit, vt l. eum qui. ff. de condit. & demonstra. & idem dicēdum in instituto hærede sub conditio. vide ibi per Doct. & in l. 1. C. de hæredib. instituendis.

¶ Aduerte tamen, quia quod dictum est, procedit quando interim fuit effectus incapax, & solum ciuitatem, non autem libertatem amisit, quia solum modo fuit deportatus, & ante euētum conditionis restitutus, secus si amisisset ciuitatem & libertatem. puta, quia fuisset effectus seruus pœnæ, quia damnatus in metallum: nam hoc casu, licet esset restitutus ante conditionis euentum, non consequeretur legatum, vt l. intercidit, & ibi Docto. ff. de conditio. & demonstratio. & fortius hoc dicendum, si pendente conditione perderet vitam naturalem, & ante purificationem conditionis esset restitutus ad uitam, ut contigit de Lazaro. vide in dicta l. intercidit. quod tamen dixi de damnato in metallum, videtur limitandum, nisi fuisset plenè restitutus, de quo dic, ut dicta l. intercidit. & latius per Barto. in l. 1. in fi. ff. de contra tabulas.

¶ Item procedit in libero homine, qui esset damnatus in metallum, & restitutus, secus in seruo damnat. in metallum, & restituto, quia seruus per damnatus in metallum non perdidit libertatem, quam non habet, sed de vna seruitute trāsfertur in aliam, vt l. Aristo. ff. de manum. testam. & vide ibi omnino Bene. de Plumb. qui pro solutione ad d. l. intercidit, ponit plures intellectus. Item secus est in testamento ad pias causas, arg. dictæ l. Aristo. quam ad hoc al legat Pont. in repet. authenticæ, similiter. C. ad leg. Falcid. vers. 25. Postremo ad materiam istius quæst. vide quæ dicam in c. seq. in decima quæst. princ.

¶ Nonò, iuxta præmissum ordinem in rubrica,
36 quæro, in quo loco conditio † impleri debeat.

¶ Sol. Dic, quod aut lex, statutum, testator, iudex, arbiter, vel contrahentes apponunt certum locum, in quo conditio debeat impleri, & illud seruandum est. ff. de eo, quod certo loco, per totum, & C. ubi conueniatur qui certo loco dare promisit, & uide quæ latissimè dixi in cap. dilecti. de foro competen. Si verò non sit adiectus certus locus per testatorem, vel per contrahentes, &c. in quo loco debeat fieri satisfactio, & implementum conditionis. arbitror distinguendum, quod aut materia subiecta requirit certum locum ad conditionem implendam, ut puta, si testator legauit alicui, si rationes reddiderit, & arbitror quod intelligatur obligatus reddere rationes in loco gestæ negotiationis, per ea quæ traduntur in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. similiter idem dicendum est in similibus casibus. Si verò materia adimplendæ conditionis sit indifferens, arbitror quod debeat impleri in loco conditi testamenti, si tam ille cui conditio est implenda, quā ille qui debet implere conditionē, sint de eodē loco. Vel dic, quod debet impleri in loco domicilij ipsius cui est implenda. & vtrum in casibus prædictis, vel similibus, si impleretur in alio loco, habeatur ratio interesse, ita vt sit habita ratio loci, dubiū facit, quia conditio debet impleri in forma specifica, & ad vnguem, vt statim dicā in c. seq. in 10. q. prin. ex ijs quæ dixi in d. c. dilecti. de fo. compe. potes colligere veritatem, & vide quæ ibi dixi in 8. q. prin. Quid iuris si
37 contractus geritur in vno loco, & conditio † impletur in alio loco, quia existens hic Senis promittit tibi ducenta si Imperator venerit Mediolanum, & sic impleta est ibi conditio: vtrum debeat attendi locus celebrati contractus, an vero existentis conditionis. vide ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum conditionale defecta cōditione non obligat quem ad periurium.*
2 *Sponsalia de futuro contrahi possunt sub conditione.*
3 *Conditio honesta valet in sponsalibus vel matrimonio, inhonesta reijcitur, & est pro non adiecta.*
4 *Conditio apposita in contractibus quot casibus tollatur*
5 *Sponsalia sub cōditione celebrata purificantur per consensum de presenti postea subsequtum.*
6 *Conditiones qualiter, in quantum, & sub qua forma debeant impleri.*
7 *Conditio potestatiua debet impleri ex proposito, scienter, & non fato.*
8 *Actum quis regulariter facere videtur ex causa ex qua debet.*
9 *Conditionis implementum quod quandoque fit à lege prodest implere debenti, etiam si cōtra voluntatem implere debentis fiat.*
10 *Bannitum capiens, quo casu premium non consequatur.*
11 *Conditio impleri debet in forma specifica, & ad vnguē, vt est concepta, cum declarationibus. & nu. 17.*
12 *Obligatus liberare aliquem per instrumentum publicum, quo casu satisfecisse non dicatur.*
13 *Conditio dandi adiecta vni non potest pro parte impleri, etiam si ex post facto de ipso perueniatur ad plures.*
14 *Conditio facti indiuidui vel diuidui, adiecta pluribus, vel vni, an & quando sufficiat pro parte impleri.*
15 *Conditio reddendarum rationū apposita pluribus qui separatim gesserunt, debet per omnes impleri.*
16 *Conditio dandi adiecta vni, est indiuidua. & ideo dando pro parte nihil agitur, nisi dato demum residuo.*
18 *Datum vltra debitum potest per condictionem indebiti repeti.*
19 *Legatum ad pias causas sub conditione, si legatarius tale quid fecerit continuis decem annis, debetur licet interpollate fiat.*
20 *Conditio dandi ex vna causa non impletur si detur ex alia quam causa conditionis implendæ.*
21 *Liberatio habetur pro solutione quo ad conditionem implendam.*
22 *Conditio implenda de iure, debet de iure, & non de facto impleri.*
23 *Cōditiones debēt formaliter impleri & de facto, prout verba sonant, non inspecto vtrum ex illo facto sequatur aliquis iuris effectus.*

24 *Legatarius cui certum quid relictum eſt, ſi centum dederit alicui incapaci, debet ſaltem de facto illa centum offerre.*

25 *Seruus, cui à domino relicta eſt libertas ſub conditione dandi hæredi rem ipſius hæredis, conſequitur libertatem tradendo ipſam rem, licet non faciat accipientis.*

26 *Conditio deriſoria, dummodo non ſit turpis, adimpleri debet.*

27 *Conditio dandi à tertio non purificatur ex eo ſolo quod ille ſit locuples & potens ad dandum, niſi actu dederit.*

28 *Conditio ſatisfandi, quomodo purificetur.*

29 *Datio libertatis ſub cõditione reddendarum rationũ non impeditur, ſi per hæredem ſteterit.*

30 *Promiſſum ſub conditione, ſi chalendis quid feceris, intelligitur de primis.*

31 *Conditionem ſemel eſſe impletam ſufficit.*

32 *Statuto ſtante, quod dotes puellarum poſsint conſtitui ſuper monte, vt nubant, vt eſt Florentiæ, vtrum ſemel dotata poſsit amplius ſibi facere dotem ſuper monte, ſi forte remanſit vidua.*

33 *Verbum aptum referri ad plures actus ſucceſsiuos, quando ad primum referatur.*

34 *Legatum alicui, ſi intrauerit monaſterium, an illi debeatur, ſi intrauit, deinde exiuit.*

35 *Oblatio non debet plus operari, quam vera ſolutio.*

36 *Cautio Mutiana habet locum in vltimis voluntatib.*

37 *Obligatus dare ſtatuliberum, quomodo adimplere dicatur.*

38 *Alteratio qualitatis rei, an impediat implementum conditionis.*

39 *Seruus communis, cui ab vno ex dominis relicta eſt libertas ſub conditione dandi, poteſt implere conditionem, ſoluendo tam de peculio proprio teſtaris quam alterius.*

40 *Conditio vbi apponitur ad prouidendum contra actum fictum, non ſufficit actus fictus, ſed requiritur verus.*

41 *Conditio ſi cui implenda eſt, ſufficit illum eſſe capacem tempore exiſtentis conditionis, licet tempore teſtamenti, vel aditæ hereditatis capax non fuerit.*

42 *Relictum ſub duplici conditione requirit concurſum vtriuſque ad hoc, vt conditio dicatur efficaciter purificata. declaratur, nn. 44.*

43 *Conditio vna quandoque importat duas conditiones, & vtraque eſt adimplenda.*

45 *Conditionibus alternatiuè, vel diſiunctiuè conceptis affirmatiuè, ſufficit alteram impleri.*

46 *Conditio, vt purificetur, debet eſſe in perfecta eſſentia, & non in fieri, vel in ſpe proxima purificationi.*

CAP. III.

DE ILLIS. Hoc dicit in ſumma. Qui iurauit aliquam accipere in uxorem, ſi centum ſibi donauerit, non dantem accipere, non tenetur, niſi poſtea purè cõſenſerit, vel eam carnaliter cognouerit, & pars iſtius ſupra de ſponſ. c. de illis. de cuius facto deciſa fuit hæc decretalis, vt patet in antiqua compilatione.

¶ Primò ponitur thema, ſecundò declaratio, ibi, reus periurij, tertio exceptio duplex, ibi, niſi. & in tex. ibi, accipiam. dic, & ſic eſſent ſponſalia de futuro ſub conditione. Idem tamen dicendum eſſet ſi dixiſſet, accipio, & ſic eſſent ſponſalia de præſenti, vt in c. ſuper eo. infra eo. differunt tamen, vt ſtatim dicam. & ibi, reus. dic, quia nõ ſtat per eum, ſed per mulierem, vt in c. ſicut, de ſpon. & ibi, de præſenti. dic, purus, vel conditionalis, dummodo ſit talis, qui non dependeat ex alterius arbitrio, vide quæ dixi ſupra, quæſtio. 1. & etiam in 4. quæſt. principali, ver. prima declaratio.

1 ¶ Primò nota, quod iuramentum † conditionale defecta conditione ſeu non impleta conditione non obligat quem ad periurium, tetigi in cap. 1. ſupra eodem.

2 ¶ Secundò nota, quod ſponſalia de futuro † poſſunt contrahi ſub cõdi. tex. enim noſter loquitur in ſponſalib. de futuro, propter verbum, accipiam, q̃ eſt futuri temporis, ad idem c. pe. ſup. de ſpon.

¶ Tertiò no. tex. valde notabilẽ, iudicio meo, q̃ hæc conditio tam in ſpon. quam in matrimonio eſt
3 honeſta, ſi mihi tm̃ † vel tale quid donaueris: nam ſi non eſſet honeſta, non ſuſpenderet ſponſalia, vel matrimonium, ſed pro nõ adiecta haberetur, vt in c. 1. ſup. eo. & c. fi. inf. eo.

¶ Nec obſt. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. vbi non videtur valere ſtipulatio ſic concepta, promittis mihi x. ſi tibi nupſero, & procedit tam in viro quam in vxore, quia ad hoc reſpondere debes, ut dixi in c. ex litteris. el 2. ſup. de ſpon.

4 ¶ Vltimò no. duos caſus, in quibus conditio † apposita in ſponſalib. tollitur. primus eſt per carnalẽ copulam ſub ſecutam, & hunc caſum bene nõ. maxime iuncta glo. fi. extendit enim c. is qui fidem, & duo operatur talis carnalis copula, quia purificat cõditionem, & transfundit ſponſalia de futuro in matrimonium conſummatum. Secundus caſus, quando interuenit conſenſus de præſenti.

¶ Glo. 1. ſentit contrarium. in ea. gl. ibi, licita eſt. Dic, vt dixi ſup. in rubr. in 4. q. princ. verſ. prima declaratio. in fi. gl. dic ut dixi in c. Gẽma. ſup. de ſpon.

¶ Glo. pen. & fi. poſſunt recitari per qq. in gl. fin. in fi. dic, vt dixi in d. c. is qui fidem. de ſponſal.

¶ Sed quæro, quia tex. hic dicit, q̃ per cõſenſum
5 poſtea ſubſecutum de præſenti † purificantur ſponſalia ſub dicta conditione celebrata; quæro, vtrum ſufficiat omnis conſenſus. ¶ So L. Vinc. & Abbas hic, & Spec. eo. tit. in princ. dicunt ſufficere conſenſum de præſenti, ſiue purus ſit, ſiue conditionalis, dummodo nõ conferatur in arbitrium alterius, puta, ſi dictum fuerit, contraho tecum ſi pater meus conſenſerit, quia hoc caſu non eſt matrimoniũ, niſi pater conſenſerit, vt d. c. ſuper eo. Sed Innoc. & Io. And. hic tacitè ſentiunt contrarium, & melius. volunt enim, q̃ licet conſenſus ſit præſtitus per verba de præſenti: tamen ex quo ſuperuenit conditio ſuſpenſiua, non tenet matrimoniũ, niſi conditio exiſtat, quia conſenſus talis, qui debet ſubſtantificare matrimonium, non eſt purus, & abſolutus, & hoc ſentit hæc glo. ſecundum Do. Ant. in d. c. ſuper eo. & dicit Dominus meus, quod eſt ipſa veritas.

¶ Vnde dicit, quod exceptio hic facta de conſenſu, debet intelligi de conſenſu de præſenti purè præſtito. eſt enim differentia, vtrum dicam, accipiam te, ſi decem dederis, vel accipio te ſi decem dederis, quia primo caſu datis decem purificantur ſponſalia, ſed adhuc non eſt matrimonium, ſecũdo caſu purificata cõditione eſt matrimonium de præſenti, & mihi placet, vide quod dixi ſup. in rub. in 4. q. princ. verſ. quinta declaratio.

¶ Poſtremo, iuxta præmiſſum ordinem in rubr. venit hic examinanda 10. quæſt. principalis, videlicet, qualiter, in quãtum, & ſub qua forma debeant
6 conditiones † impleri. circa quem art. pro faciliori declaratione, & remiſsione procedam colligendo notabilia.

¶ Primò nota, quod conditio caſualis impletur à caſu contingente ſeu eueniente eo modo quo cõcepta eſt, vt puta, ſi imperator venerit in Italiã, aut nauis ex Aſia venerit, nã eo ipſo, quod imperator, vel nauis venit, purificata eſt conditio.

7 Secundò nota, quod conditio † poteſtatiua debet impleri ex propoſito, ſcienter, & nõ fato, vt l. 2. in ſi. ff. de condi. & demonſt. debet ergo impleri ex propoſito ab eo qui ſcit eam ſibi incumbere, vt l. ex his verbis. ff. de teſtamẽto militis, & l. ex pacto. ff. de hæredi. inſtitu. tradit Io. Cãd. conſil. 79. quod incipit, Titius. vnde, ſi quis vult potiri legato, debet probare conditionem impletam facto ſuo, ſecundum Dy. & Doct. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. traditur in l. 3. ff. de condi. & demonſt. vnde ſi legatarius ignorat, & quodammodo fato, hoc eſt à caſu impleat conditionem, non releuatur, vt d. l. 2. ff. de condi. & demonſt. tradit. Hoſtien. in ſum. eo. tit. §. 2. verſ. item quædam ſunt in dãdo. quamuis enim ad euitandam pœnam ſufficiat fato cõditionem adimplere, vt d. l. cum ſeruus. ff. de verb. obli. tamen non ſufficit quo ad cõſequendam rem, ſecundum Dy. & Bar. in d. l. 2.

¶ Aduerte tamen, quia videtur ſufficere, quod à lege ſuppleatur implementum conditionis, puta, tenebatur quis manumittere ſeruos infra certũ tempus: nam ſi infra tempus ſtatutum non manumittit lex adimplet conditionem, & facit eum liberum, vt l. fi. C. ſi mancipium ita fuer. aliena. & d. l. cum ſeruus. & vide Bar. in d. l. 2. qui dicit, quod ſi relictum eſt alicui ſub conditione, ſi aſcenderit Capitolium, quod probabitur, q̃ ex propoſito, & animo adimplendi conditionem aſcenderit Capitolium eo ipſo, quod probatur ipſum ſciuiſſe conditionem inſertam, & aſcendiſſe, vt d. l. 2. facit, quia regulare eſt,
8 quod quis videtur facere † actum ex cauſa, ex qua obligatur, vt not. in l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & quod no. glo. in l. ſed interim. in princ. ff. de dona. inter virum & vxorem. Et ſi implementum conditionis requireret ſumptum ſeu impenſam, & conditio reperitur adimpleta, præſumitur adimpleta per obligatum, nec eſt opus alia probatione, tex. Bal. & Ang. in l. 1. C. de alimentis pupillo præſtandis, & ideo ſi teſtator legauit alicui, ſi imaginem alicuius Sancti depinxerit, aut pingi fecerit in tali loco, vel ibi fabricauerit capellam, & ibi reperiatur imago picta, vel capella fabricata, præſumitur id factum à debente cõditionẽ implere, vt traditur per Bar. in l. cum ſeruus. ff. de verbo. oblig. & ibi per Io. de Imo. Ang. tamen ibi allegat in contrarium, l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. Sed parum facit.

¶ Et aduerte ad vnũ mirabile, quod implemen-
9 tum † conditionis, quod quandoque fit à lege, proueſt implere debenti, etiam ſi fiat contra voluntatem debentis implere, vt l. fina C. ſi mancipium ita fuerit alienatum. & vide iura, quæ ibi allegantur, & in d. l. cum ſeruus.

¶ Apparet igitur ex prædictis, q̃ ad conſequendum commodum purificatæ conditionis, conditio debet impleri ex propoſito, ſcienter, & non fato, vt in iurib. ſuperius allegatis, & ſic prædicta faciunt ad deciſionem q. Dictat ſtatutũ, quod ſi aliquis ceperit bannitum, debeat habere tantum præmium:
10 nam ſi aliquis officialis, † vel alius cepit bannitum propter delictum, quod tunc commiſit, vel forte cepit, quia res ſibi ſubtractas aſportabat, vt illas recuperaret, non debet habere præmium, ad quod vide Dominum Nellum de S. Geminiano in ſuo ſolemni tractu bannitorum, in ſecunda pate ſecundi temporis, quæſt. 22. & 23. & Bar. in l. 3. §. vtrum. ff. ad Sylanianum. & Bal. in l. genero. ff. de infamib.

¶ Et vtrum ſufficiat honorato ſcire cõditionem impletam, & quid in conditione iuris, & quid in cõditione hominis, vide per Bar. in l. multum. ff. de cõdi. & demonſt. & prædicta procedunt in conditione poteſtatiua, vel etiam mixta, quæ ſit facilis: ſecus ſi eſſet mixta, vel poteſtatiua difficilis, quia ſufficit qualitercunque illa ſit impleta, ad quod vide quod dixi in cap. præced. q. 8.

11 ¶ Tertiò nota, q̃ conditio debet impleri in forma ſpecifica, & ad vnguem, ut concepta eſt, ut l. Meuius, & l. qui hæredi. ff. de condi. & demonſt. & l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſtam. & per Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. & qualiter poſita in perſonam vnius poſsit impleri in perſonam alterius, dixi in cap. præceden. quæſt. 7. & latius, quæſtio. 8. & quod dixi, quod conditio debet impleri in forma ſpecifica, maxime procedit in conditionibus quæ in facto conſiſtunt, vnde iuſſus aliquid facere pupillo, non dicitur ſatisfacere adimplendo in perſonam tutoris, ut l. ſi ſeruus. decẽ. ff. de ſolutionib. facit dicta l. Meuius. ff. de conditionib. & demonſt. quæ tamen loquitur in conditione dandi, ſed longe magis debet impleri in forma ſpecifica cõdit. faciendi, quæ non tranſit ad alium, licet ſit talis per quem alteri quæri poſsit, vt no. Barto. & Docto. in l. qui hæredi. ff. de conditio. & demonſtratio. & propter prædicta conſului in quæſtio. facti, & incipit conſilium, Chriſoſtomus de Tuderto, q̃ ſi aliquis tene-
12 batur aliquem liberare † per inſtrumentum publicum, non diceretur ſatisfeciſſe conditioni, ſi liberaſſet notarium tanquam publicam perſonã recipientem nomine illius liberationem per publicum inſtrumentum. facit quod no. Barto. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. ubi dicit, quod quando apponitur conditio voluntaria, debet omnino impleri in forma ſpecifica, quia ille qui eam apposuit uidetur cogitaſſe formam, & non effectum, vnde ſequitur, q̃ deficiente d. forma deficit actus, vt in cap. quia propter. de elect. 12. quæſt. 2. c. ſine exceptione, & in l. cum hi. ff. de tranſact. cum ſimilibus. & prædicta concluſio probatur etiam ex ijs quæ no. Bar. & Doct. in l. ſi x. cũ petiero. & in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborum obligat. vbi traditur, quod cõditio faciendi in perſona vnius, non adimpletur faciendo illam in perſonam hæredis, & tamen hæres cenſetur eadem perſona cum defun-

cto, vt l. si ego. §. partus. ff. de publiciana, & alias plures rationes vide in d. consilio. ad quod accedant quæ supra dixi, & infra dicam, & quę dixi in c. præced. quæst. 8.

13 ¶ Et aduerte, quia si conditio † dandi est adiecta vni, nō potest pro parte impleri, etiam si ex post facto de ipso perueniatur ad plures, per l. cui fundus. ff. de condi. & demon. & ibi Pau. de Cast. quia si solū adimpleretur pro parte, non diceretur adimpleri in forma specifica, & ad vnguem, vide quod dixi in cap. præceden. quæst. 7. versic. 9. conclusio, & vide Bal. in l. fina. C. de condi. insertis, & si conditio dandi sit adiecta vni, & hæredes sint duo, puta relicta est libertas seruo, si x. dederit, & ipse dedit vni ex hæredibus quinque, non impeditur serui venditio, donec alia quinque alij hæredi dentur, vt l. duobus. ff. de statulibe. & vtrum hoc casu, quando seruus est venditus, alia quinque pro implenda conditione debeant dari alij hęredi, an verò emptori, gl. in d. l. duobus, sentit quod emptori. Bene. de Plum. contrarium dicit per illum tex. vide ibi per eum, & vide quod dixi in cap. præceden. in 7. quæst. princ.

14 versic. 7. conclusio. & de conditione † facti indiui-
dui, vel diuidui adiecta pluribus, vel vni, an, & quādo sufficiat pro parte impleri, vide Cy. in l. fin. C. de condi. infer. & quod dixi supra eo. cap. 1. quæstio. 6. vers. est etiam notandum.

15 ¶ Nota tamen, quod † conditio reddendarum rationū appositā pluribus, qui separatim gesserunt, debet per omnes impleri, vel saltem per alterum insolidum, vt l. si quis ita libertatem. §. si duo. ff. de statulibe. vide quæ dixi in d. c. 1. q. 6.

¶ Aduerte tamen circa prædicta, quia quandoque potest impleri aliter quam in forma specifica, videlicet propter voluntatem eius ad cuius vtilitatē erat implenda, vt statim dicam, & dixi supra in cap. præceden. quæst. 7. vers. 8. conclusio. Item quandoque, licet cōditio debeat impleri in persona vnius, sufficit quod impleatur in persona alterius, & sic non in forma specifica, ad quod vide quod dixi in cap. præceden. in 7. quęstio. princ. & quoniam dixi, conditionem implendam in forma specifica, & ad vnguem, sequitur quod si relictum sit alicui, si iurauerit se Capitolium ascensurum, non sufficit ascendere, nisi iuret, vt l. si quis ita libertatem. §. qui ita liber. ff. de statuliberis.

16 ¶ Et nota, quod conditio † dandi adiecta vni, est indiuidua, & ideo dando pro parte nihil agitur, nisi dato demum residuo, vt l. statuliberis. §. si iussu. ff. de statuliberis, & hoc est verum, quando conditio dandi respicit consequendum indiuiduum, vt libertatem; secus si diuiduum respiceret, vt traditur per Bened. de Plumbi. in d. §. si iussu, & ibi vide, vtrum soluto deinde residuo conditio debeat retrotrahi, ad quod vide quod dicam in c. fi. inf. eo. q. 16.

¶ Nota tamen, quod licet quis pro adimplenda conditione debeat soluere integra centum, vel sine diminutione, tamen soluendo solum quinquaginta, vel aliud de uoluntate eius cui conditio est adimplenda sufficit. hoc tenet D. Nellus in tractatu bannitorum, in 3. parte secundi temporis, quæstio. 80. & probatur in l. solutionis, & ibi per Bar. ff. de solu. facit l. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig. & l. quarta. §. ait prætor. iuncto §. soluisse. ff. de re iudicata. & est casus secundum vnam lect. in l. filium, quem habentem. C. famil. ercis. & in l. iusiurandum à debitore. cum l. seq. ff. de iureiu. & vide quod dixi supra in cap. præceden. quæst. 7. vers. 8. conclusio.

17 ¶ Nec obst. quod conditio † debeat impleri in forma specifica, vt dixi, quia illud procedit nisi de voluntate illius cui debet impleri aliud sit seruatū, per iura prædallegata, ad quod etiam facit, quia seruus qui debet prestare mercedem diurnam, implet conditionem si ex voluntate hæredis, vel tutoris ipsius prestat ministerium loco mercedis, & admittitur restauratio pro tēpore quo fuit in fuga, nisi stetisset per hęredem, vt l. fideicommissaria. §. seruum. ff. de fideicom. liber. & adde quod dixi supra in rubri. in 4. q. princ. vers. 3. dubitatur de aduerbijs temporis. ibi, & ideo si testator.

¶ Nota tamen, quod plus dando seu soluendo quam fuerit in conditione appositum, dicitur con-

18 tio † adimpleri, & potest repeti per cōdictione indebiti illud quod plus datum est, vt in l. statuliber. §. si pluspquam. ff. de statulibe. etiam si id solum sit datum de peculio domini, dummodo sit datum extra neo cui debebat adimpleri conditio, & non domino: quia, si domino debuisset impleri cōditio, non posset repeti.

¶ Vlterius nota circa prædicta, quod si testator

19 fecit legatum in piam causam, † si legatarius tale quid fecerit cōtinuis x. annis, licet dixerit continuis x. annis, tamen sufficit interpellatis x. annis id fecisse, quia speciali fauore piæ causæ conjunguntur tēpora, licet eo modo conditio non uideatur impleta in forma specifica ad vnguē. casus est singularis in l. Paulus respondit. §. Caius. ff. de liberali causa, & in l. fideicommissaria libertas. §. fina. ff. de fideicom. liber. tenet Pont. in repeti. authen. similiter. C. ad l. Falcid. versic. 32.

20 ¶ Item nota, quod conditio † dandi ex vna causa, non impletur si detur ex alia causa, quā causa cōditionis implendæ, vt l. seruus qui. ff. de statulibe.

¶ Vlterius etiam nota, quod ab illo qui tantumdem tenetur habere, opponendo seu deducendo non dicitur conditio adimpleri, vnde liber esse iussus si x. hęredi dederit, libertatem non consequitur dando x. quæ sola sunt in peculio, si tantundem domino debeatur, vt l. si x. hæredi. ff. de statulibe. seruus tamen potest implere conditionem dandi compensando, & sic consequi libertatem, ut l. si peculium. §. quod si hæredi. ff. de statuliber. & ratio est, quia qui cōpensat, videtur soluere. ff. de liberali causa, in l. vel permutatione, & ff. solu. matrim. in l. filio. facit quod singulariter no. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. vbi dicit, q. qui iurat soluere, nō efficitur per iurus si compensat, tenet Bened. in l. statuliberos. §. 1. ff. de statulibe. licet Bar. ibi videatur aliud sentire, & ad materiā vide quod dixi post Doct. in cap. ad nostram. el primo. sup. de iureiur.

¶ Et nota, quod quo ad conditionē implendam

21 liberatio † habetur pro solutione, ut l. si fundū sub condi. §. si Titio. ff. de leg. 1. de qua materia vide per Bar. in l. Iulianus. ff. de condi. & demonst. vbi etiam tradit, quid si debens soluere nō vult nec liberare, nec solutionem recipere, quid debeat facere volens adimplere conditionem, & alias similes q. vide ibi per Bart.

¶ Nota

¶ Nota etiam, quod si relicta sit libertas seruo si seruierit, dicitur conditionē implere operas præstādo, & si dictum fuerit, si operas præstiterit seruiendo, dicitur conditionem adimpleuisse, vt l. si quem. ff. de statuliber. Item conditio dandi intelligitur impleta, si mortuo hærede statuliber in vtilitatem rerum hæreditariarum conuertit quantum dare debuit, vt l. si mortuo. ff. de statulibe.

¶ Quartò principaliter nota, quod si conditio

22 potest † impleri de iure, debet de iure, & non de facto impleri: vnde si testator reliquit alicui centum si vxorem duxerit, & talem ducat de facto, & non de iure, non debet habere relictum, vt l. hæc conditio. ff. de condi. & demonstr. dixi in cap. ad audientiam. de spon. in 6. notab. & ibi tenet Pet. de Anch. quia ad commodum consequendum non sufficit adimplere conditionem de facto, vt d. l. hæc conditio. & l. cum mulier. ff. de condi. instit. & in l. ea quidem. C. si mancipium ita fuerit alie. quod intelligo, quando potest adimpleri de iure, secus si conditio adimplenda non posset impleri nisi de facto, quia tunc satis est implere de facto, per l. Sticus si hęredi. & l. si quem. §. 1. ff. de statulibe. & est tex. in l. Meuius cui. ff. de condi. & demon. vbi traditur, quod con-

23 ditiones † debent formaliter impleri, & de facto, prout verba sonant, non inspecto, vtrum ex illo facto aliquis sequatur iuris effectus. facit d. l. mulier. §. 1. ff. de condi. instit. Sed si potest impleri de iure, implēda est de iure, vt dixi. facit l. si seruus. ff. de sol. vnde licet ex implemento conditionis potestatiuæ nullus sentiat commodum, nihilominus non admittitur quis ad legatum, nisi illam impleat. vnde si

24 alicui † relinquatur tale quid, si centum dederit alicui incapaci, debet legatarius saltem de facto illa cē tum offerre, secundum Bart. in tractatu Minoricarum, lib. 6. c. 3. & vide Bar. in l. quidam cum filium. ff. de verborum obli. & in d. l. mulier, & in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. & in l. filio quem pater. ff. de libe. & posth. & quod traditur in l. quod meo. in princ. ff. de acquir. posses. & si teneor tibi aliquid dare, vel facere sub conditione, si Titius promiserit mihi x. teneor tibi qualitercunque Titius mihi promittat, vt d. l. Sticus si hæredi. ff. de statulibe. sic etiā sufficit statulibero de facto tradere pecuniam peculiarem pro implemento conditionis, vt in l. si peculium. §. 1. & l. si intra. ff. de statulibe. & d. l. si x. hæredi. licet dando dominum non transferat, vt no. Io. de Imo. in l. si inuitis. ff. de condit. & demonst. tenet Hostien. in summa, eo. tit. §. 2. vers. sed hic notandū. per d. l. mulier. §. si quis. ff. de condi. & demon. dixi sup. eo. c. 1. q. 6.

¶ Et nota, quod potestas, quam habet seruus soluendi de peculio, pro adimplenda conditione, procedit ex mente testatoris, vt d. l. si x. hæredi. & similiter dicitur seruus implere conditionem, si dat hæredi quæsitum ex operis suis, licet illud quæsitum fuerit domino suo, vt est tex. notabilis l. statuliberos. §. si quis seruum. ff. de statulibe.

25 ¶ Et ex prædictis sequitur, † quod si testator seruo hæredis reliquerit libertatem sub conditione, si dederit hæredi rem ipsius hæredis, consequitur libertatem tradendo ipsam rem, licet non faciat accipientis, vt est tex. in l. si quis ita. §. penult. ff. de statulibe. & quod seruus possit causa consequēdæ libertatis implere conditionem de peculio, probatur in l. si quis ita libertatem, & l. si seruo. ff. de statulibe. & in l. 3. §. subtilius. ff. de cōdictione ob causam, quod procedit etiam si illam pecuniam tradiderit herede inuito, vt l. si inuitis. ff. de condi. & demonst. dixi in cap. 1. supra eo. quæst. 6. vers. & nota mirabile. & ex prædictis infertur, quod si aliquis reliquit alicui aliqua sua bona, sub conditione, si centum dederit filio suo spurio, vel aliter incapaci, debet cōditio impleri eo modo quo potest, licet spurius ex testamento patris capere non possit.

¶ Item nota, quod prædicta procedunt etiam si

26 derisoria esset conditio, † quia debet adimpleri, dummodo non sit turpis. Secus si esset derisoria & turpis, vt l. conditiones. ff. de condi. institu. no. Bar. in l. Meuius. ff. de condi. & demon. dixi supra in rubri. in 4. quæst. princ. vers. vlterius etiam si conditio sit derisoria.

27 ¶ Quintò nota, quod conditio dandi † à tertio non purificatur ex eo solo, quod ille sit locuples, & potens ad dandum, nisi actu dederit, vt l. Stichum. §. Sticus. ff. de statulibe. quinimo si alicui relinquatur libertas cum x. dare poterit, non consequitur libertatē, licet dare possit, nisi actualiter dederit, vel steterit per eū, qui debebat recipere, vt l. 3. §. si quis sic acceperit. ff. de statulibe. vbi Dy. dicit, quod ille §. non est alibi, & sic illum allegat Pont. in singularibus suis. facit l. seruus qui testamento. §. fina. ff. de statulibe.

28 ¶ Sextò nota, quod conditio satisdandi purificatur, siue præstita sit satisdatio, siue alio quocunque modo cautum, vt l. Sticum Titio. §. Sticus. ff. de statuliberis.

¶ Septimò nota, quod vbi aliquis iussus est fieri liber, si rationes reddiderit, quoddam speciale ibi obseruatur, vt, si quidem nihil sit in reliquis, pura videtur datio libertatis. ff. de euict. in l. qui libertatibus. §. seruus. Sed si aliquid est in reliquis, non solū tenetur ad reddenda reliqua, imò etiam dominum suum in reliquorum facto instruere tenetur, & sic computum plenè legere & examinare, vt l. cum seruus. ff. de condi. & demonst. Sed quia forte dominus posset inueniri nimis improbus, rectè dictum est, quod arbiter detur, cuius arbitratu hæc omnia

29 fiant, & sic nō impeditur libertas, † si stet pre hærede quominus rationes reddantur. ar. ca. suspitionis. de offic. deleg. & probatur. ff. de fideicommissa. liber. in l. si purè sit data, & in l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. & quando relinquitur alicui si rationes reddiderit, talis tenetur non solū de his quæ per se, sed etiam de his quæ per coadiutorem administrauit, vt l. Stico libertas. §. seruus. & §. Titius. ff. de statulibe. & vide ad materiam reddendarum rationum, quæ dicam in 11. q. princ.

¶ Octauò nota, quod si aliquid sub conditione

30 promittitur, vel relinquitur, † puta, si Kalen. Aug. tantum dederit, vel tale quid fecerit, intelligitur de primis, vt in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & in l. cum pater. §. pater certam. ff. de lega. 2. & in l. dotis promissio. ff. de iure dot. facit l. ex vsu. cum l. seq. ff. de vino, tritico & oleo legato, & sic si emo fructus prædij, intelligitur de primis, vt in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. matrimo. & ibi Doct. intelligitur tñ de primis, quando actus redderetur inu-

tilis, si non intelligeretur de primis, vel quando aliqua ratio potest assignari, quare potius de primo, quàm secundo, & tertio intelligi debeat, secũdum Doct. in dicto §. hoc sermone. & glo. & Docto. in l. eum qui Calendis. ff. de verbor. oblig. aliàs secus, vt traditur in dictis iuribus.

¶ Nonò nota, quod sufficit conditionem semel
31 esse impletam, vt l. cum vxori. C. quando dies leg. ced. & l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. sub conditione fact. & l. si ita fuerit. ff. de manumiss. temen. & videtur sufficere adimplere per actum momentaneum. facit cap. debitores. supra de iureiurando. no. dom. Anton. in cap. commissum. supra de sponsalib. In contrarium tamen facit, quod tradit Bart. in l. sicut. §. superuacuam. ff. quibus modis pignus; vel hypotheca soluitur. vide in prædictis iuribus, & prædicta faciunt ad materiam d. l. inter Castellianum. ff. de arbitr.

¶ Et ex prædictis videtur decidi quæstio, in qua superioribus diebus consului Florentiæ: viget Flo-
32 rentiæ statutum, † quod dotes puellarum possint constitui super monte, vt nubant, vtrum illa, quæ semel fuit dotata, possit sibi amplius facere dotem super montem, si fortè remansit vidua? & videtur dicendum, quod non. facit, quod not. Bald. in l. fin. C. de dotis promiss. in 3. colum. vbi dicit, quod si ille, qui est obligatus ad dotem semel illam constituit, non tenetur amplius dotare, per l. socius qui pro filia. ff. pro socio. & l. si quis testamento. ff. de legat. 1. facit l. stipulatio de dote. ff. de iure dotium. & quod no. glos. in dicto §. hoc sermone. per tex. in l. dotis promissio, in fi. ff. de iure dotium. quæ dicit, quod si me obligo pro dote alicuius mulieris, si Titio nupserit, & ipsa alium virum accipiat, licet postea velit Titium in secũdum virum accipere, sum liberatus, quasi ad dotem primi matrimonij, & non secundi fuerim obligatus; sed tamen consului contrarium per plures rationes, sed maximè per theoricam Bal. in l. inuitus, in fi. C. de procuratoribus. vbi limitat dictũ §. hoc sermone, dicens, quod verbum
33 aptum † referri ad plures actus successiuè, tunc refertur ad primum actum tantum, quando primus actus consumeret effectũ, secundum intentionem loquentis, & ita voluit §. hoc sermone. quod etiam voluit Bart. in l. 1. ff. ad legem Iuliam maiest. & in l. qui per salutem, in fi. ff. de iureiur. vbi verò primus actus non consumeret effectum, secundum intentionem loquẽtis, intelligitur nedum de primo, sed etiam de vlteriori, vt dicta l. hæc conditio. la prima. ff. de conditio. & demonstratio. & vide Bald. in dicta l. inuitus. qui ponit etiam alia exempla, vide etiam Paul. de Castro in l. 2. §. finali. ff. qui satisdare cogantur.

¶ Item ex prædictis videtur decidi alia quæstio.
34 Pone, fuit factũ legatum † alicui, si intrauerit monasterium, ipse intrauit, & postea exiuit, vtrum debeat habere legatum. Barto. dubitauit, sed Paul. de Castro in l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. sub conditione factis, dicit non esse dubitandum, quia aut non fecit professionem, & non videtur intrasse, argumen. notatorum in auth. ingressi. C. de sacrosanctis eccles. Aut fecit professionem, & tunc conditio dicitur purificata, licet postea egrediatur. vide ibi per Paul.

¶ Decimò nota, quod si alicui sit relictus fundus, vel alia res, si centum dederit, ad implendam
35 conditionem † non sufficit offerre 80. vt l. si triennio. ff. de statu liberis. quia non debet plus operari oblatio, quàm vera solutio: sed vera solutio partis non sufficit, vt dixi supra, ver. tertiò nota. ergo, &c. vide quod dicam in cap. super eo, infra eod. in 11. quæstione principali.

¶ Vndecimò nota, quod in conditionibus negatiuis, potestatiuis, vel mixtis, quæ nõ possunt impleri nisi per vltimum vitę spiritum, puta si non ascenderit Capitolium, vel non iuerit Orbetellum, &c. in vltimis voluntatibus, pro implemento præstatur
36 cautio † Mutiana, vt l. Mutianæ. ff. de conditio. & demonstratio. de quo dic, vt latius dicam in dicto cap. super eo, in 11. quæst. princip.

¶ Aduerte tamen, quia libertas relicta seruo sub conditione non faciendi, puta si non adscenderit Capitolium, competit cum primum potuit facere, & non fecit, vt l. libertas. l. 1. §. 1. ff. de manumiss. testamen. & sic in dicto casu non est opus cautione Mutiana.

¶ Duodecimò noto, quod obligatus dare rem affectam conditione, quæ conditio purificata habet eximere rem de communi cõmertio, pro adimplenda conditione dandi non tenetur illam facere
37 accipientis irreuocabiliter, & sic † obligatus dare statuliberum, præstando ipsum, licet sit affectus cõditione libertatis, dicitur adimplere conditionem, vt l. statuliberum. §. illud tractandum. ff. de statulib.
38 ¶ Vtrum autem alteratio † qualitatis rei impediat implementum cõditionis, puta, si debetur sub conditione sistendi seruum in iudicio, & ipse sit effectus liber, vtrum sistendo talem videatur conditioni satisfeciſſe, tex. probat, quod no. in l. pen. ff. si ex noxali causa agatur. Secus si promisit sistere statuliberum: nam licet interea sit effectus liber, dicitur in eadem causa sistere, vt l. fina. ff. si ex noxali causa agatur.

¶ Decimotertiò nota, quod quando alicui relinquitur libertas sub conditione dandi, & tali seruo fiat etiam relictum pecuniarium, tale relictum videtur factum pro adimplenda conditione, vt l. si seruo. ff. de statulibe.

¶ Decimoquartò noto, quod relinquens seruo libertatẽ si hæres non manumiserit, intelligitur relinquere libertatem sub conditione, si hæres ei non relinquat libertatẽ, & ideo, hærede non relinquente libertatem, seruus illam consequitur, vt l. si quis ita. in princ. ff. de statulibe.
39 ¶ Decimoquintò noto, quod seruus † communis, cui ab vno ex dominis relicta est libertas sub cõditione dandi, potest implere conditionẽ soluendo tam de peculio proprio testatoris, quã alterius, nc. l. si quis ita libertatẽ. §. 1. ff. de statulibe. nec propterea dominium serui accrescit alteri domino, per tex. Institu. de donat. §. fina. quia tenetur hæres recepti x. à seruo, ad quos soluendos tenetur redimere seruum ab alio domino, & manumittere, & fortius libertatem consequitur quando vnus ex dominis alium condominum reliquisset hæredem, secundum Bened. ibi.

¶ Decimosextò noto, quod si testator reliquit primo sub vna conditione, deinde addit aliam non contra-

contrariam primæ, non videtur à prima recessisse, sed utraque implenda est, vt l. si quis ita libertatem. §. fi. ff. de statulibe.

40 ¶ Decimoseptimò noto, quod vbi conditio † apponitur ad prouidendum cõtra actum fictum, non sufficit actus fictus, sed exigitur, quod verus interueniat, & ideo si apponitur conditio in aliquo legato, si aliqui nascentur, non intelligitur de natiuitate ficta, quę habetur eo, quod agitur de commodo nati, ut no. glo. in l. qui in utero. ff. de statu hominũ. Nota tamen, quod si testator dixerit, si Pamphila serua mea dederit hæredi meo centum, lego libertatem seruo, quem in vtero habet, quod si Pamphila dedit x. & perceperit duos, tres vel plures, fauore libertatis quilibet erit liber, siue sit masculus, siue fęmina, tex. est singularis in l. cum inter veteres. C. de fideicom. liber.

¶ Decimooctauo noto, quod satis est illum cui
41 implenda est conditio, † esse capacem tempore existentis conditionis, licet tẽpore testamenti, vel aditę hæreditatis non fuerit capax: quod qualiter intelligatur, uide quod dixi supra eod. cap. 1. quæst. 5. & c. 2. quæst. 8.

¶ Decimononò noto, quod si aliquid est relictũ
42 vel promissũ alicui sub duplici † vel multiplici conditione, requiritur implementum, vel concursus vtriusque, ad hoc vt efficaciter dicatur conditio purificata, vt l. si hæredi plures. ff. de conditio. institutionum. & Institu. de hæredibus instituen. §. si plures. & in l. si quis stipulatus fuerit decem. ff. de verborum obligationibus. tradit Pontan. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. nec sufficit adimpleuisse pro maiori parte, vt l. Męuius, & l. cui fundus. ff. de conditio. & demonstratio. tradit Dominus meus in cap. sua, infra de pœnis, & ibi dixi. & vide, quod dixi supra eodem, cap. 2. quæstio. 7. versiculo, octaua conclusio. & vtrum prædicta vendicent sibi locum, siue cõditiones apponantur affirmatiuè, siue etiam negatiuè, vide omnino tex. notabilem, & quod ibi traditur in fi. is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubiis.

43 ¶ Aduertetamen, quia quandoque vna † conditio videtur importare duas conditiones, & vtraque est adimplenda. Exemplum, si testator dixit, si filius meus decesserit sine hæredibus, talem substituo: videtur enim, quod sit necessarium adimplementum conditionis, quod non solum sint hæredes, sed etiam liberi: nam hoc verbum, sine hæredibus, appositum in conditione, restringitur ad liberos, vt l. ex facto. §. finali. ff. ad Trebellianum. & hoc voluit Bartolus in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis libertorum. Sed Bald. in l. prima. C. de conditio. insertis. sentit, quod quando istud verbum, hæredibus, apponitur in conditione, debemus tenere glos. in dicta l. ex facto. quod sufficiat, quod sint de liberis, licet non sint hæredes, nisi apponeretur in concessione feudi, vel emphyteusis, quo casu requiritur, quod quis sit de liberis, & hæres, secundum Bald. & sic resident Paul. de Castro in dicta l. prima.

¶ Vtrum autem in casu prædicto sufficiat ad purificandam conditionem, quod sit institutus in re certa. Bar. ibi tenet, quod sufficit. Bal. verò in l. liberti, libertæque. C. de operis libertorum. reprehendit Bart. per l. quædam. §. 2. ff. de edendo. sed idem Bald. in capit. 1. de successione feudi. tenet opinionem Bartoli. & hoc videtur verius, secuudum Paul. in dicta l. prima.

¶ Et aduerte circa prædicta, quod quandoque pluralis loquutio resoluitur in singularitates, & tũc
44 non est necessarius vtriusque † concursus, quando respicit diuersos & separatos effectus. exẽplum, dixit testator, lego Titio Sticum & Pamphilum seruos meos, si mei erunt cum moriar: nam licet tempore mortis solus Sticus reperiatur seruus esse, tamen debetur, ut l. falsa. §. si quis. ff. de conditio. & demonstratio. secus si tales singularitates requirerentur ad producendum vnum & eundem effectum, vel si esset apposita dictio collectiua, vterque, vel similis, quia tunc requireretur concursus hominum, vt l. cum quidam. C. de impuberum, & alijs substitutio. ubi omnino uide, & vide per Bal. & Bar. in dicto §. si quis. & quod dixi supra in cap. præcedenti. in septima quæstio. principali. vers. octaua conclusio.

45 ¶ Vigesimo noto, quod si † conditiones concipiantur alternatiue, vel disiunctiue, sufficit alteram impleri, si conceptæ sunt affirmatiue. exemplum si Titius consul factus fuerit, vel Sempronius iuerit Romam, relinquo fundum, quia ad veritatem talis alternatiuæ sufficit alteram partem esse veram, vt l. plerunque. ff. de iure dot. traditur in dicta l. si hæredi plures. ff. de conditio. institutio. & per Barto. in l. is qui. §. hoc interdictum. ff. quod ui, aut clam, & est optimus text. in dicta l. si. is qui duceuta. §. vtrum. ff. de rebus dub. Secus autem esset, si negatiue essent conceptæ. exemplum si Titius non iuerit Romam, vel Imperator non uenerit in Italiam, legò, vel dabo tibi centum. requiritur enim hoc casu quod neutrum factum sit. vnde ex eo solo quod Titius inerit Romam, & Imperator nõ venerit in Italiam, deficit conditio, tex. est singularis in d. §. vtrum. vbi omnino videas.

¶ Vigesimoprimo noto, quod ad purificandam
46 conditionem † debet conditio esse in perfecta essentia, non autem sufficit quod sit in fieri, uel etiã in spe proxima purificationi, ut l. Aretusa. ff. de statu homin. & l. qui hæredi. §. fin. ff. de conditio. & demonstr. & l. 2. C. de conditio. insertis.

¶ Vigesimosecundò noto, quod si aliquis pro adimplenda conditione tenetur soluere, & debitum non sit liquidum, sufficit quod præstatur cautio, ad hoc ut conditioni dicatur satisfactum, ut l. statu libe. rationum. ff. de statulib.

¶ Postremò ad materiam istius decimæ quęstio. vide quæ dicam in cap. super eo. inf. eod. in 11. quæstio. princip. quæ plurimum conuenit cum ista, & quæ dixi in cap. 2. supra eodem, quæst. 6. & in cap. 2. quæstio. 7.

SVMMARIVM.

1 *Donans rem ecclesiæ, potest apponere conditionem, & modum etiam donationis resolutiuum.*
2 *Modus appositus in donatione facta ecclesiæ, in dubio non intelligitur finalis.*
3 *Conditione resolutiua contractus statim tenet tanquam purus.*

4 *Donatio facta eccleſiæ reuocari non poteſt prætextu modi non adimpleti.*
5 *Prælatus ſolus non adimplendo modum, an poſſit præiudicare eccleſiæ. & 39.*
6 *Bona eccleſiæ, an, & quando in caſu neceſſitatis alienari poſſint.*
7 *Bona alienari prohibita, an, & quando alienari poſſint.*
8 *Modus, quid ſit.*
Et in quo differat à conditione. 10.
9 *Conditio impleri debet antequam diſpoſitio ſortiatur effectum.*
11 *Modus quotuplex ſit, ſeu qualiter diſtinguatur, & accipiatur.*
12 *Fieri ſub modo, & fieri in vim modi, differunt.*
13 *Diſpoſitio modalis, qualiter, & per quæ verba dicatur fieri, vel induci modus.*
14 *Modus, an inducatur per nomina, an per præpoſitiones. nu. 15. An per dictionem, pro, nu. 16. An per aduerbium, ne, pro vt non, ſi non. num. 17. An per dictionem, poſtquam. nu. 18.*
19 *Legatum ſub conditione, vt aliquid faciat, eſt modale.*
20 *Modi natura, quæ ſit.*
21 *Modus, ſuper quibus adimpleri poſſit.*
22 *Offerens poſſeſſionem pro dote eccleſiæ, ſi in traditione vult apponere modum, non poteſt.*
23 *Modus, quibus actibus, & diſpoſitionib. apponi poſſit. An ſuper ſeruitutibus. nu. 24.*
25 *Modus impediens libertatem, vel inducens ſeruitutem, non valet. nu. 27.*
26 *Modus, ſeu conditio, quo viduitas totaliter inducitur, in virgine reijcitur.*
28 *Statutum de homine carcerando, an valeat.*
29 *Modus, qualiter dicatur impleri, deficere, aut alterari.*
30 *Cautio pro modo implendo, an locum habeat etiam in contractibus. & nu. 32.*
31 *Contractu ultro citroque obligatorio, quis debet prius implere pro parte ſua.*
33 *Modus deficiens per caſum, non facit deficere legatum.*
34 *Modus, intra quod tempus impleri debeat.*
35 *Modi impleti, vel deficientis effectus, quis ſit.*
36 *Legatum pro paſſagio terræ ſanctæ, vt legatarius petere poſſit, quid facere debeat.*
37 *Matrimonium contractum ſub modo, ſtatim eſt validum, licet modus nondum ſit adimpletus.*
38 *Modo non adimpleto à legatario, legatum reuocatur.*
40 *Prælatus in quærendis poteſt præiudicare eccleſiæ, non in queſitis.*
41 *Legatum purum recta via quo ad dominium, ſi res eſt teſtatoris, tranſit in legatarium.*
42 *Fundus ſi ſit donatus eccleſiæ, vt T. alimenta præſtaret, & ſi non præſtiterit, quod T. & hæredes eius poſſent aduocare fundum ab ea, ſi eccleſia ſemel ceſſauit in præſtando, an fundus ab ea aduocari poſſit.*
43 *Honoratus non poteſt per modum in plus grauari à teſtatore quam fuerit honoratus.*
44 *Modus impoſsibilis de natura, vel de iure, adiectus in vltima voluntate, reijcitur.*
45 *Modus appoſitus rei relictæ, vel donatæ, qui reſpicit vtilitatem alterius, quam legatarij, quomodo impediat ipſius rei alienationem.*
46 *Remedia quæ competant contra nõ adimplentem modum, cui competant, & qualiter agatur.*
47 *Legatus volens conſequi legatum ſub modo, an teneatur prius offerre cautionem.*
48 *Modus, an ſit de neceſsitate probandus.*

CAP. IIII.

VERVM. Res donata eccleſiæ ſub modo, ſtatim eſt eccleſiæ, nec reuocatur, non ſeruato modo, niſi hoc in contractu ſit expreſſum. hoc dicit. Et primò ponitur dictum, ſecundò exceptio ibi, niſi. & reſpicit ſecundam partem rubricæ, dum dicit, vel in alijs contractibus. & eſt notabilis, & allegabilis, & legitur varijs modis: ſed cõmunis intellectus eſt, quod loquatur de modo, & ita ſummaui, licet in litera ponatur verbum, conditio, ſed exponitur, ideſt modus, ad quod vide, quod dicam infra, in 5. quæſtio. princip. & ſic expone, conditione, id eſt modo.

¶ Primò nota, quod donans rem eccleſię poteſt apponere conditionem, & modum etiam donatio-
1 nis reſolutiuum, † vt in c. cum dilecti. ſupra de donationibus. vnde ſiue exiſtat conditio reſolutiua, ſiue non ſeruetur modus, poteſt reuocari, licet fuerit acquiſita eccleſiæ. ad quod vide, quæ dicam infra, quæſt. 6. & 8.

2 ¶ Secundò nota, quod modus † appoſitus in donatione facta eccleſiæ, in dubio non intelligitur finalis, niſi adiiciatur, quod eo non adimpleto poſsit donatio reuocari, & in hoc iſte tex. eſt ſingularis, ſecundum Dominum meum.

¶ Glo. ſecunda quærit de intellectu text. poteſt etiam expediri per oppoſitionem, hoc modo. Aut conditio hic appoſita extat, & fruſtra tractatur de reuocatione, quia non poteſt reuocari: aut non extat, & ſimiliter fruſtra videtur tractari de reuocatione, cum ante conditionis euentum non fuerit eccleſiæ, niſi quo ad ſpem. Inſtit. de verborum obligatio. §. ex conuentionali. & infra cap. proxi. dixi ſupra eodem, cap. 1. quæſt. 5. & probatur ff. de conditio. & demonſtratio. in l. qui hæredi. §. fi. & l. qui ſub conditione. vbi libertas relicta ſub conditione reddendarum rationum, non debetur niſi conditioni ſatisfiat, reddendo rationes, & reliqua reſtituendo.

¶ SOL. Metu contrarij glo. noſtra legit c. noſtrum duobus modis, & alijs modis intelligitur extra glo. Primus intellectus glo. eſt, quod tex. intelligatur in conditione reſolutiua: vnde ante extantem conditionem non poteſt reuocari, poſt extantem conditionem poteſt reuocari, ſi hoc dictum fuerit, quod reuocari poſſet. Pone exemplum, datur prædium eccleſiæ ſub conditione, vt illud reſtituat Titio, ſi cõſul factus fuerit: hoc enim caſu ſtatim tenet donatio: ſed adueniente conditione reuocatur, & ſecundum hanc lec. reſponde ad contraria, quod loquuntur in conditione conſtituente ſeu ſuſpendente, exemplum, ſi dono tibi ſi hoc feceris, ut exemplificat hic glo. in fi. quia illud ſuſpendit actum, vt
3 incontrarijs, ſecus in cõditione reſolutiua, in † qua contractus ſtatim tenet tanquam purus, vt in c. illo vos. de pigno. & l. 2. ff. de in diem adiect. ad quod vide

vide quod dixi in cap. 1. ſupra eod. in 5. quæſt. princ. & quod dixi in rubrica, in 3. quæſtio. principali, verſicu. decima diuiſio. Sed iſte intellectus, vt dicit glo. contradicit textui, in quantum dicit, quòd reuocatur ea conditione ceſſante. Sed in caſu prædicto reuocatur non ceſſante conditione, ſed adimpleta, & ideo glo. tranſit ad ſecundum intellectum, vt intelligatur in modo, non in conditione, nam modus nõ ſuſpendit actũ, ſed modificat. exemplum, ſi res fuit donata eccleſiæ, vt non alienetur. Nam ſi alienatur, & ſic ceſſat modus, quia eccleſia alienat, poteſt donatio reuocari, ſi hoc dictum fuit in donatione, ſecundum glo. quaſi dicat glo. quod non obſeruatio modi non præſtat facultatem reuocandæ donationis, ſed tantum agendi, vt modus obſeruetur, niſi dictum ſit quod poſsit reuocari. ad quod glo. allegat l. Meuia. ff. de manu. teſtamento. vbi Meuia reliquit libertatem ſeruis ſuis hac conditione, quod alternis annis monumento lucernam accenderent, & conditio ſumitur ibi pro modo, ad quem ſeruandum officio Iudicis ſerui compelluntur, & idem dicit gloſ. ſequ. ad quod vide quod dicam infra in 8. quæſtio. principali.

¶ Sed aduerte, quia hoc vltimum dictum glo. nõ eſt verum indiſtincte, quia tam in contractibus nominatis quàm in innominatis, ſi modus appoſitus, fuit finalis cauſa contractus, põt agi ad reuocationẽ ſi modus non ſeruatur, vt l. cum fundum. C. de pact. inter empto. & uenditorem, & l. 1. C. de dona. quę ſub modo. Si autem modus nõ fuit finalis cauſa contractus, tunc non agitur ad reuocationem, ſed ad obſeruantiam modi, ita poteſt intelligi tex. in l. ea conditione. C. de reſcind. uenditio. Sed reſpectu donationis factæ eccleſiæ tex. hic uidetur ſingularis, quẽ D.M. dicit non eſſe alibi, quod prætextu modi non
4 adimpleti donatio † non poteſt reuocari, ſi eſt facta eccleſiæ, niſi hoc in donatione eſſet expreſſum. & ratio eſt ſecundum D.M. quia donans eccleſiæ ſub modo, videtur principaliter donaſſe propter Deum & pro remedio peccatorum ſuorum, ar. c. requiſiſti. de teſta. & ideo obſeruantia modi videtur eſſe finalis cauſa contractus, & ſic non poteſt agi ad reuocationem, ſed ſolum ad implementum, niſi ſit dictum vt poſsit reuocari. & ita dicit reducendum ad concordiã ius canonicum & ciuile, ſed hanc rationem aſsignauit Zab. hic, ad quod vide quod dicam infra in 6. quæſt. princip.

5 ¶ Sed quæro iuxta prædicta, vtrum † ſolus prælatus non adimplendo modum poſsit præiudicare eccleſiæ. ¶ SOL. Dic, ut dicam infra, in octaua quæſtio. princip.

¶ Glo. fin. in principio colligit notabile ex tex. deinde opponit & ſoluit, & demum allegat aliud, & deinde format quæſt. & ponit duas opiniones, & ſecundam approbat, & reſpondet ad contrarium. In fi. glo. no. hanc glo. quæ quotidie allegatur, ex qua colligitur, quod in donatione facta eccleſiæ licite apponitur pactum, quod non poſsit alienari, pro qua eſt tex. in §. ſanctiſſimas, allegato in glo. vbi dicitur quod res eccleſiæ poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi fuerint donata pacto ne poſsint alienari.

6 ¶ Sed dubium eſt, quid ſi imminet neceſsitas. † gl. hic ponit duas opin. prima quod poſsit, & hæc fuit Vgutionis. 10. quæſtio. 1. c. ſi quidem. & Ioannis, & Laurentij. 10. quæſt. 2. c. hoc ius porrectum, & Bartholomæi Brixienſis in 4. quæſtio. & Damaſi, Goſ. Phili. & Innoc. hic. ſecunda verò opinio per contrarium, quod indiſtincte non poſſet alienari, hanc tenuit Vin. & glo. hic. Sed poſtea Vin. mutauit opinionem, & dixit ſtandum eſſe c. aurum. 12. quæſt. 2. D. Ant. hic tenet primam opin. Zabar. tenet ſecundam. D.M. tenet primam, vt ex quo neceſsitati eccleſiæ aliter ſubueniri non poteſt, licitè alienetur, quia ſi alio modo ſenſiſſet donator, non videretur fuiſſe compos mentis, cum inſtante tali neceſsitate ipſe teſtator debuiſſet hoc facere, vt in c. ſicut. 25. diſt.

¶ Sed tu aduerte, quia contra hoc ego fortiter opono de notatis per Barto. in l. 2. C. de uſucapio. pro emptore. vbi concludit, quod quando concurrit prohibitio teſtatoris, & legis, non põt fieri alienatio, etiam in caſu alias permiſſo, per l. ſicut. & quod ibi no. glo. ff. quibus modis pignus uel hypotheca ſoluitur, & glo. in l. 1. circa fin. C. de rebus alienis nõ alienandis. & hoc tenet etiam Innoc. in cap. Raynaldus, ſupra de teſta. & ſequitur Io. de Imo. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. facit quod dicimus de re alienata cum iuramento per metum, quia ſi fit à maiore, debet peti abſolutio, ſi fit à minore, non tenet,
7 ex eo quod eſt prohibitus alienare. & an † & quando ualeat alienatio, non obſtante prohibitione, & tranſeat dominium, vide per Innoc. in d. c. Raynaldus, & per Docto. in d. l. ſi. de rebus alie. non alien. & de vtraque q. vide quæ latiſsimè dixi in rubrica de cauſa poſſeſs. & propriet. tracta. 1. art. 5. q. 9. & maxime in verſ. quinto impeditur. ibi, inſuper etiam circa caſus, &c.

¶ Poſtremò iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, venit hic examinanda ſecunda principalis materia de modo adiecto tam in matrimonijs, quàm in vltimis voluntatibus, contractibus, & alijs diſpoſitionibus, quam materiam pro ipſius faciliori doctrina tractabo per infraſcriptas qq. concludendo, & remittendo.

¶ Primò, quid ſit modus.

¶ Secundò, quid differant modus, & conditio.

¶ Tertiò, quotuplex ſit modus, & qualiter diſtinguatur & accipiatur.

¶ Quartò, qualiter & per quę verba dicatur fieri diſpoſitio modalis.

¶ Quintò, in quibus rebus, ſeu ſuper quibus diſpoſitionibus poſsit adijci modus.

¶ Sextò, qualiter, & per quos actus dicatur impleri, deficere, aut alterari modus.

¶ Septimò, quando & infra quod tempus modus debeat adimpleri.

¶ Octauò, quis ſit effectus impleti uel deficientis modi.

¶ Nonò, quæ remedia competant contra non implentem modum, & cui competant, & qualiter agatur.

¶ Decimò, vtrum modus ſit de neceſsitate probandus.

8 ¶ Primò igitur quæro, † quid ſit modus. SOL. Gl. in rubrica. ff. de conditio. & demonſtra. dicit, quod modus eſt de futuris, & quaſi cuiuſdam remunerationis à legatario petitæ exhortatio, quo non implето quis relicto priuatur, ſicut deficiente conditione

ab

ab initio non capitur. quæ definitio non placet Bar. in l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de conditio.& demonſtratio.quia ſecũdum eam fideicommiſſum relictum a legatario eſſet modus, cum ſit exhortatio cuiuſdam futuræ remunerationis.

¶ Item eo nõ impleto quis priuatur relicto, ſicut deficiente conditione ab initio non capitur,in Authentico,de hæredibus & fal.§.ijs omnibus, & tamẽ onus relictum in vim modi & relictum in vim fideicommiſi, ſunt ſpecies diuerſæ, ut notatur in l.2.C. de his quæ ſub modo. vnde dicit Bart.quod modus eſt moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, eum qui honoratur aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ,& ita etiam definit hic Zab.

¶ Et nota,quod illa verba,moderatio quædam diſpoſitioni adiecta,ponuntur ad differentiam demõſtrationis,quæ principaliter adhibetur ad declarandam & limitandam rem legatã vel perſonam, vt tradit in l.demonſtratio.ff.de conditio. & demonſt. dicam infra in cap. fin. Modus vero moderatur ipſum actum diſpoſitionis, & eſt quædam diſpoſitio de per ſe:

¶ Deinde dicitur,eum qui honoratur aggrauãs, ad differentiam modi largo modo ſumpti,quo caſu omnis qualitas adiecta diſpoſitioni dicitur modus, vt l.obligationum fere.§.modus. ff.de actio. & obli. & ff.de ſeruitu.l.4. §.modum. Dicitur enim modus, à moderando.ff.de donat. cauſa mortis. l.quod conditiones.§.1. & ſic accipitur in l.1.§.1. ff.ad leg.Falc. & iuxta illud:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Hic vero accipitur modus ſtricte pro onere impoſito in uim modi, & in quem diſpoſitio confertur.

¶ Deinde ſubditur, in tempus diſpoſitionis perfectæ, ad differentiam † conditionis quæ debet impleri antequam diſpoſitio ſortiatur effectũ, vt l.quæ conditio.ff.de conditio.& demonſtratio. Modus vero debet impleri poſt receptum emolumentum, ut d.§.Termilius. & in l.demonſtratio. §.fin. ff.de conditio.& demonſt. Bal. uero dicit, quod eſt adiectio quædam intrinſecus uel extrinſecus grauaminis & emolumenti relictum determinans uel coaptans. 9

¶ Secundò principaliter quæro, quæ differentia ſit inter modum & conditionẽ. †¶ Sol. Dic, quod conditio latè comprehendit in ſe modum, ut dixi ſupra in rubrica, quæſt.1. vnde modus quandoque appellatur conditio,ut hic no.Zab.& etiam tex. noſter modum videtur appellare conditionem, & glo. hic, quæ exponit conditionẽ, ideſt modum, & ſequitur Io.An. & dicit Bald.in l.prima. C.de ijs quæ ſub modo. quod modus & conditio reſpectu finis equiparantur, per dictam l.1. licèt non equiparentur quo ad omnia, vt ibi not.glo.Angel.& Paul.de Caſt.ad quod vide,quod dicam infra,in 8.quæſtio. principali. Differunt tamen in hoc,quia modus impletur poſt diſpoſitionem, ſed conditio debet impleri ante perfectionem ipſius diſpoſitionis: vnde ſi lego, vel dono tibi fundum, ſi dederis Titio, legatarius,antequam poſsit conſequi legatum,debet purificare conditionem, dando decem Titio. Modus verò requirit, quod implementum poſt receptum emolumentum fiat: vnde ſi lego, vel dono tibi fundum,vt dares Titio decem, vel vt tale quid facias,primò debet recipi fundus,& poſtea impleri modus, vt dicta l.quibus diebus. §.Termilius.ff.de conditio.& demonſtratio.& tenet Domin.Anton. hic,& vide quod latius dicam infra,in octaua quæſtio.principali. 10

¶ Tertiò principaliter quæro, quotuplex ſit modus, † ſeu qualiter diſtinguatur, & accipiatur. 11

¶ Sol. Dic,quod prima diſtinctio eſt,quod quidã eſt poſsibilis, quidã impoſsibilis: & vtrum impoſsibilis vitiet diſpoſitionem,dicam in 8.quæſt.prin.

¶ Secunda diuiſio eſt, quod quidam modus dicitur honeſtus, quidam turpis. ad quod vide,quod dixi ſupra, in rubrica, in 4.quæſtio.principali, verſic.ſeptimò limitatur,prope finem.& quæ dicam in 8.quæſt.principali.

¶ Tertia diuiſio, quod quidam modus eſt nudus, & ſine cauſa, quidam cum cauſa: nudus non habet efficaciam,vt l.Titio centum,in princip.ff.de conditio.& demonſtratio.Sed ille, qui fit cum cauſa,conſequitur effectum,& efficiam: & nota,quod cum cauſa dicitur, quando continet alterius tertij fauorem, vel illud, quod pertinẽt ad neceſsitatem, vel vtilitatem teſtatoris. Exemplum in l.Quintus. §.Pomponius.ff.de annuis legat. vbi eſt bonus text. facit etiam, quod habetur in l.ſi mihi Stichus.ff.de legat.1.no.Bar.in l.ſi fundum per fideicommiſſum: §.ſi Titio.ff.eodem. Impulſiuus verò, & ſine cauſa dicitur,ſi continet vtilitatem dũtaxat illius, qui debet adimplere, vt traditur in dicta l.Titio centum, in princip. faciunt no.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de legat.primo.

¶ Quarta diuiſio, quia quidam modus continet onus intrinſecum, quidam extrinſecum, vel legitur & no.in l.cum pater, in princip. & §.filius matrem. ff.de legat.2. & dicta l.ſi mihi Stichus. Item extrinſecus eſt duplex, quidam tranſlatiuus, quidam verò non ad transferendum, ſed ad retinendum adiectus, vt dicta l.cum pater.§.libertis.& in l.voluntas. C.de fideicomm. tradit Ioan. de Imo. in rubr.ff.de conditio.& demonſtratio. Et ad prædicta videnda ſunt infra,in 8.quæſt.principali.

¶ Item aduertendum, quod aliquid dicitur fieri † ſub modo, & aliquid in vim modi: nam ſi lego tibi centum, vt tale quid facias, iſtud dicitur factum ſub modo,& eſt purum: ſi verò lego tibi centum,vel fundum, vt de ipſis des Titio decem, vel partem fundi,vel vt poſt mortem tuam Titio reſtituas, iſtud videtur facere in vim modi, ad cuius declarationem vide, quæ dicam infra, in octaua quæſtio. principali. 12

¶ Quartò prin.quæro,qualiter,& per quę verba dicatur fieri diſpoſitio modalis,ſeu induci † modus. 13

¶ Sol. Dic, quod cõmuniter inducitur per dictionem,vt,ſecundum glo.& Doct.hic, tenet Hoſtien. in ſumma,eod.tit.§.1.verſic.modus.& glo.& Doct. in l.quibus diebus.§.Termilius.ff.de conditio.& demonſtratio.& l.1. C.de his,quæ ſub modo. & ff.de contrahen.emptio.in l.cum ab eo. cum ibi notatis. quod procedit, niſi ratione adiectionis alterius verbi, vel ſubiectæ materiæ alteraretur ipſius qualitas: nam propter has cauſas poteſt quandoque importare conditionem, vt dicit Barto. in dicto §. Termilius,per l.à teſtatore.ff.de conditio.& demonſtr. vel poteſt dici, quod quandoque dictio, vt, adiicit diſpo-

diſpoſitioni aliquid, quod eſt explicandum per honoratum, & tunc facit modum, vt dicto §.Termilius.& l.qui promiſit.ff.de conditio.& demonſtrat. & hic in tex.noſtro, & l.ſocietatem mecum. ff.pro ſocio.& l.Mæuia.ff.de manumiſſ.teſtamen. cum ſimilibus. Quandoque verò dictio,vt,addit aliquid, quod eſt explicãdum per grauatum, vel per alium, *vel* pendet ex viribus fortunæ, & tunc facit conditionem,vt dicta l.à teſtatore.& ibi per Bar.in dicto §.Termilius. tenet Bald.in auth.cui relictum. C.de indicta viduitate.tetigi ſupra,in Rubrica,in ſecunda quæſt.principali, verſic.decimò dubitatur de dictione,ſecundum,in fi.

¶ Sed circa prædicta quæro, vtrum per nomina inducatur † modus. Exemplum,relinquo centum in redemptionem captiuorum, vel nomine dotis puellarum, vtrũ hæc faciant conditionem,vel modum. & videtur, quod faciant conditionem, vt in l.ſtipulatus.ff.de iure dotium, & in l.Titio.§.Titio. ff.de legat.1.& ibi Bar. Econtra verò videtur,quod faciant modum. C.de epiſc.& cle.in l.nulli,in prin. 14

¶ Sol. Diſtingue, quod aut relinquo nomine dotis pauperum in genere, vel in redemptionẽ captiuorum: & tunc, quia ſemper pauperes inueniuntur, & ſemper aliqui ſunt captiui, non dicitur hoc pendere ex futuro euentu incerto; ſed ſolũ eſt erogatio facienda, ideo facit modum: & hoc modo procedit l.nulli. Aut relinquitur nomine dotis certæ perſonæ, & in redemptionem captiuitatis certæ perſonæ, quæ fortè nondũ capta eſt: & tunc, quia pendet ex viribus fortunę, vtrum illa maritetur,vel iſte capiatur,& redimatur, facit conditionem,vt in iuribus primo loco allegatis.

¶ Item quæro, quid de præpoſitionibus. & primò de præpoſitione, † ad. ¶ Sol. Tex.in dicto §. Termilius. videtur velle,quod faciat modũ. in contrarium facit l.ſi vir. ff.de conditio. & demonſtrat. vbi videtur facere cõditionem. ¶ Sol. Dic, ſecundum Bart. quod aut per hanc dictionem adiicitur aliquid explicandum per honoratum, & facit modum,vt dicto §.decernimus. facit l.inſulam. §.fina. ff.locati. Aut aliquid explicandum per alium, vel pendet ex viribus fortunæ,& facit conditionem,vt dicta l.ſi vir. quod notabis ad ea, quæ dixi ſupra de dictione,vt, & vide, quod dixi ſupra in rubr. quæſtio.2.verſic.quintò quæro de præpoſitione. 15

¶ Vlterius quęro de dictione,†pro. ¶ Sol. Dicit Bart.idem eſſe tenendum,quod facit modũ,quando per talem præpoſitionem adiicitur aliquid futurum, vt l.antepen.§.1. ff.de leg.2. & ad idẽ l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.& idem dicit Bar.de prępoſitione,in,per l.ſolemus.ff.de conditio.& demonſtratio. iuncta l.ſi pecuniam.ff.de oper.libert. vide,quod dixi in rubr.2.quæſt.principali. verſicu. quintò quæro,quid de præpoſitionibus. 16

¶ Vlterius quæro,quid de aduerbio, † ne. 17

¶ Sol. Dic, quod dictio,ne, quandoque ponitur pro ſi non,& facit conditionem: quandoque vero pro, vt non, & facit modum, de quo traditur in l. qui abſenti.§.1.ff.de acquir.poſſeſſ. & ibi per Dyn. & Doct.& in l.cũ pater.§.Titio. ff.de leg.2. & ideo dicit Dyn.quod ſi res traditur,ne alienetur,eſt modus,non cõditio,ſecundum Dy. Dicit tamen Bar. quod aut illud,quod importat dictio,ne,debet explicari ante acquiſitionem eius, quod principaliter diſponitur, & importat conditionem. Aut poſt, & importat modum,per l.cum tale.§.Titius.ff.de conditio.& demonſtrat.Bal. verò in auth.cui relictum. C.de indicta viduitate. dicit, quod aut dictio, ne, profertur in actu, qui non habet in ſui eſſe pendentiam, vt in traditione rei, & tunc deſignat modum: aut apponitur in actu, qui habet in ſui eſſe pendentiam, & incertitudinem de futuro, & tunc importat conditionem. facit l.videamus. §.primo, & §.inter cõductorem, & l.in l.locationis. ff.locati. tetigi ſupra,in rubrica,in ſecunda quæſt.principali. verſic.nonò dubitatur de aduerbijs negandi. & ſic quaſi in effectu idem volunt Bart.& Bald. & idem dicit Bar.de aduerbio,ita,per l.libertas.§.1.ff.de manumiſſ.teſtamen. vide, quod dixi in dicta ſecunda quæſtio. verſic.ſecundò dubitatur de aduerbiis affirmandi.Idem etiam vult Bar.de aduerbio,vti,per l.cum ab eo.ff.de contrahen.emptio.

¶ Quid autem de dictione,poſtquam.† videtur, quod faciat modum. ita dicit glo.ff.de dolo. in l.ſi filius. contrariũ eſt verum,cum de natura modi ſit, vt poſt emolumentum quæſitum impleatur onus iniunctum, vt dicta l.quibus diebus.§.Termilius.& in l.demonſtratio,in fi.ff.de conditio.& demonſtr. Cum ergo per dictionem,poſtquam,inducatur effectus diſpoſitionis: ſequatur ergo,quod facit conditionem. & ad hoc tex.bonus in l.inter illam.ff.de verborum ſignificatio. & l.ſi ita.§.fina.ff.de legat.2. & ibi glo.& vide, quod dixi ſupra,in rubrica, quæſtio.2.verſic.6. 18

¶ Sed quæro, quid ſi teſtator dicat; Lego † tibi centum ea conditione, vel ea lege, vt aliquid facias. ¶ Sol. Dic, quod eſt modus, vt l.Mæuia. ff.de manumiſſ.teſtamen. & l.2. de donatio. nam verbum, conditio, hic accipitur impropriè. vide, quod dixi ſupra,in rubrica,in 2.queſt.principali,poſt princip. ver.ſed quæro circa hanc. & ſimiliter ſi dictum fuit eo tenore,vt not.in cap.eo libentius.ſupra de ſeruis non ordin.& no.quod hæc ſunt diuerſa, vt aliquid facias ſimpliciter,vel ſub modo, vel ſub cõditione, ſi fecerit. ad quod vide tex. & Io.de Imo. in l.ſi cui legatum. ff.de condit. & demoſtratio. licet quo ad effectum videantur purificari, facit, quod habetur in l.1.& 2. C.de his,quæ ſub modo. & quod notat Bart.in dicto §.Termilius. facit,quod dixi ſupra,in diffinitione modi: paria tamen ſunt relinquere ſub modo, vt tale quid facias, vel ſi cauebis te tale quid facturum, quia vtroque caſu relictum eſt modale, vt in l.huiuſmodi,in princ.ff.de legat.1.tenet Paul, in dicto §.Termilius. 19

¶ Poſtremò potes ſumere iſtam regulam, quod vbicunque iniungitur aliquid, quod eſt explicandum poſt quæſitum emolumentum, per quæcunque verba explicetur,cenſetur legatum factum ſub modo, ſeu † diſpoſitio modalis, quia natura modi eſt, quod prius habeatur emolumentum, & poſtea ſequatur onus: ſi verò illud eſt explicandum ante quæſitum emolumentum, cenſetur factũ ſub conditione, quia natura conditionis eſt, vt impleatur, antequam emolumentum præſtetur, vt not.glo.in l.cum pater.§.Titio.ff.de lega.2.tenet Pau.in dicto §.Termilius. & ideo ſi conſtat de mente teſtatoris, quod velit aliquid impleri ante emolumentum, licet 20

cet implendũ imponatur per dictionem, vt, ſecundum Bar. in dicto §. Termilius, per l. Thais. §. Splendophorus. ff. de fideicomm. liber. & melius probatur in l. quæſitum, eo. tit.

¶ Quintò principaliter quæro, in & ſuper quibus rebus, & diſpoſitionibus poteſt adijci modus.

21 ¶ † Sol. Dic, quod in omnibus rebus, & diſpoſitionib. iuxta illud, Eſt modus in rebus, &c. de quo ſupra dixi, & eſt generale, quod quilibet in omni re ſua quam tradit, ſeu de qua diſponit, poteſt quẽ vult modum, dummodo honeſtum, apponere, no. Zab. hic. faciunt quæ dixi ſupra in rubr. in 4. quæſt. princ. in princ. & hoc verum, quando contractus & rei diſpoſitio celebratur, poſtea verò non poſſet. C. de rei vxor. act. §. accedit, & quod ibi nota. per gl. &

22 Cy. & ex hoc ſoluitur quæſtio facti; pone, † quidã pro dote eccleſiæ obtulit aliquas poſſeſsiones, deinde ex interuallo tradit, & in traditione vult apponere modum, vel conditionem, conſultum fuit, q̃ non poſſet, per gloſ. in dicto §. accedit, & ſequitur ibi Zabar.

¶ Sed nunc particularius quæro, in quibus acti-

23 bus, & diſpoſitionibus † modus poſsit apponi.

¶ Sol. Dic, quod poteſt apponi ſuper matrimonio, & quem effectum tunc producat, dicam ſtatim in 8. quæſt. princ. no. Bal. in l. fin. in fi. C. de his, quæ ſub modo, per l. 1. ff. de condict. inſtitu. tenent Hoſtien. & Ioan. And. in cap. de illis. ſupra eodem.

¶ Item poteſt apponi in vltimis voluntatib. vt l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demon. & l. Titio centum. in princ. eod. tit. & l. 1. & 2. C. de his quæ ſub modo. Item in iudicijs, vt l. cum eorũ. C. de ſenten. no. Bal. in d. l. 1. Item ſuper emancipatione, ad quod vide quod dicam in ſeq. quæſt.

¶ Vtrum autem ſuper ſeruitutibus poſsit appo-

24 ni. † videtur quod non, vnde non videtur, quod ſeruitus per modum poſsit apponi, vt quis aliquid facere cogatur, vel vt me aliquid facere prohibeat, vt l. & ſi forte. §. etiam. ff. ſi ſeruitus vẽdicetur. quod qualiter intelligatur, vide Bal. ibi. faciunt no. in l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & demon. per quem tex. Dy. ibi dicit, quod non valet modus per quem quis locat operas ſuas in perpetuum, de quo vide per gl. in l. 4. ff. de vſufru. & l. ambiguitatem C. de vſufru. & per Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum oblig.

25 ¶ Secundò dicit Dy. quod nõ valet modus, † per quem quis obligaretur ſtare certo tempore in aliqua ciuitate, quia per hoc impediretur libertas, & induceretur quædam ſeruitus, per d. l. Titio. §. 2. ff. de condi. & demon. Sed dicit Bar. quod non videt quare non valeat, ſi reſpiciat commodum alicuius, vt ff. & C. locati, per totum.

¶ Non obſt. ratio Dyni, quia ſoluendo intereſſe liberatur, de quo latè vide per Io. de Imo. in cap. lator. de pigno.

¶ Sed tu aduerte, quia Bar. conſil. 48. quod incipit, Domina Mita Pauli, tenet quod ſi teſtator inſtituit filiã pupillam, & eidem pupillariter ſubſtituat aliam, & adiecit, vt ſubſtituta tenetur intrare monaſterium, quod licet ſit locus pupillari ſubſtitutioni per mortem pupillæ, non tamen tenetur ſubſtituta intrare monaſterium, ſi non vult, ſi modo talis ſubſtituta nunquam habuit virum, quia in virgine mo-

26 dus † ſeu conditio, quo viduitas totaliter inducatur reijcitur, vt in authen. cui relictum. C. de indicta vidui. ad quod vide quod dixi ſup. in rubr. in 4. quæſtione princ. verſ. primo igitur, vtrum teſtator, &c. maxime ibi in verbo, hodie ergo.

27 ¶ Item mouetur, quia † modus de morando in certo loco ſi adijcitur huiuſmodi ingenuo, non valet, quaſi contineat ſpeciem ſeruitutis, vt d. l. Titio centum. §. 2. nec etiam valet, vt quis alterius poteſtati totaliter ſubijciatur, vt l. vxorem. ff. de leg. 3. In cõtrarium tamẽ facit c. 2. ſup. eo. ſed poteſt dici, quod ibi loquitur in ſeruo qui manumittitur ea conditione, vt fiat monachus, & monaſterio ſeruiat, quia poteſt dominus in manumiſsione conditionẽ, & modum conſimilem ſeruituti apponere, & dando libertatem temporalem poteſt iniungere quandam ſeruitutem ſpiritualem, vt dicto capitu. 2. & vide quod ibi dixi.

¶ Tertiò dicit Dy. in d. l. Titio cẽtum. §. 2. quod

28 non valet † ſtatutum de homine carcerando, quod non placet Bar. qui dicit, quod valet ſi eſt factum ab habente merum, & mixtum imperium, & vide ibi per eum, & per Ioan. de Imo. in dicto cap. lator. & de pœna perpetui carceris, vide per Bal. in l. incredibile. C. de pœnis, & per Ang. in repeti. cap. nemo carcerem. C. de exactorib. tributorum. li. 10. & per Florianum in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & per Dominum meum in c. 3. de crimine falſi, & in cap. nouimus. de verborum ſignif. & in cap. penul. infra de apoſtatis, & ibi tetigi, & per D. Ant. & Dominum meum in c. cum non ab homine, ſupra de iudic. & ibi tetigi, dixi in cap. veniens. de accuſa. in prima q. princ. verſ. quero, & latius in cap. ad audientiam. de homici. quæſtio. 58. & an, & qualiter actus legitimi poſsint recipere modum, collige ex his, quæ dixi ſupra in rubr. in 4. quæſt. princ. verſ. 4. limitatur, quod procedit regula ſi modo loquamur, &c.

Sextò principaliter quæro, qualiter & per quos

29 modos dicatur impleri, deficere aut alterari † modus. ¶ Sol. Aduertendum eſt, quod ad hoc, vt poſsit peti relictum ſub modo, regulàriter requiritur, quod quis caueat de adimplendo modum, quoniã legatum factum ſub modo, non poteſt peti niſi præſtita cautione de non implẽdo, & ſub dicta conditione, quod caueatur, cenſetur eſſe factum. tex. eſt in d. l. quibus diebus. §. Termilius, & l. ſi cui legatũ. ff. de condi. & demonſt.

¶ Aduerte tamen, quia ante præſtitam cautionẽ dicitur nata actio pro legato petendo, ſed doli exceptione repellitur, vt in l. ſi cui ita. in fi. & l. in teſtamento. ff. de fideicommiſ. liber. tenet Bart. in dicto §. Termilius. vide quod dicam infra, quæſtione 4. Vnde efficaciter peti non poteſt niſi præſtita ſatiſd. vt d. §. Termilius. & ibi Bar.

¶ Et nota, quod dicata cautio peti poteſt, licet hæredis non interſit intereſſe pecuniario, vt no. in l. ſi tibi legatum. ff. de lega. 3. quia intereſt hæredis voluntatem teſtatoris impleri, ut l. is conſequenter. §. 1. & 2. ff. familiæ erciſcun. ſecundum Pau. de Caſt. in dicto §. Termilius. & debet iſta cautio præſtari cum fideiuſſore, quia tex. in dicto §. Termilius. dicit, ſi ſatiſdediſſent, & ibi hoc tenent Doct.

¶ Item no. quod prędicta cautio debet duo continere. ſ. quod modus implebitur, & caſu quo non impleatur

impleatur de reſtituendo rem cum fructibus, ſicut dicimus in cautione Mutiana, de qua videbimus in cap. ſequen. in 11. quæſtio. principali. & ſicut debet duplex cautio præſtari, vt dicit Bartolus in dicto §. Termilius.

¶ Inſuper nota, quod licet teſtator dicat poſt modum adiectum ſub conditione, quod debeat cauere de adimplendo modum, nõ propterea diceretur conditio, quia talis conditio ineſt ex iuris diſpoſitione, etiam ſi non fuit expreſſa, vt dicto §. Termilius. & ſupra dixi. facit l. 3. ff. de legat. 1. vide, quod dixi ſupra, in rubrica, in 2. queſt. principali, verſicu. ſeptima concluſio ſit, licet conditio, &c. & eſt caſus in l. huiuſmodi, in princip. ff. de legat. 1. & ſic paria ſunt, legare ſub conditione, vt tale quid fiat, vel ſub conditione, ſi cauebit tale quid facturum, dixi ſupra, in rubr. in 4. quæſt. principali, verſic. & nota, quod hæc ſunt diuerſa, &c.

30 ¶ Sed quæro, vtrum prædicta cautio † pro modo adimplendo locum habeat etiam in contractibus. glo. in d. §. Termilius. tenet, quod ſic, per l. dedi. ff. de condictio. ob cauſ. Sed ille tex. loquitur in eo, qui iam recepit eſſe, quod non poteſt ab eo peti cautio, quod impleat, ſecundum Pet. ſed nos quærimus, vtrum antequam ipſe recipiat, repellatur niſi caueat, & cauendo habeat actionem ſine obſtaculo exceptionis, quo caſu, dicit Bart. quod ſi contractus eſt verè celebratus ſub modo, eſt idem, quod in vltimis voluntatibus. caſus eſt in l. inſulam, in fi. ff. locati. & poſito, quod nulla lex diceret, dicit Bar. quod hoc dictat vrgens ratio, quoniam natura modi eſt, vt impleatur poſt emolumentum conſtitutũ, vt dicto §. Termilius. & ſupra dixi. niſi enim quis prius conſequeretur, non poſſet modum implere; pone, promitto tibi centum, vt fundum emas, certè de neceſsitate ages prius ad centum præſtita cautione de modo implendo, argum. d. §. Termilius, & d. l. inſulam, in fi. & ff. manda. l. ſi vero non remunerandi. §. fin. cum l. ſequen. quę optimè probat, quod procedit etiam in contractibus ſtricti iuris, ſecundum Bart. licet glo. in dicta l. dedi. ſentiat aliud eſſe in cõtractibus ſtricti iuris, quam opinionem ſequitur Bal. & eam etiam ſequitur Bartol. in l. ſiue apud acta. C. de tranſactio.

¶ Sed aduerte, quia in hoc ſunt plures opiniones, quas refert Imo. in dicto §. Termilius. & ibi per eum, & per Paul. de Caſtro, & per glo. & Docto. in l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de condict. indeb. & in dicta l. dedi. & vide in l. quicquid adſtringendæ. ff. de verborum obligatio.

¶ Item aduerte, quia Bar. ſupra ideo dixit, ſi contractus eſt verè celebratus ſub modo, quia ſi eſſet

31 alius contractus vltro, † citroq̃ue obligatorius, vt emptio, locatio, & ſimiles, tunc debet quis implere contractum ex parte ſua, aliàs repelleretur exceptione, vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. nec ſufficeret offerre, vel præſtare cautionem de implendo, quod tamen qualiter procedat, vide ibi, & quod tradit per glo. & Doct. in l. 1. C. locati.

¶ Inſuper etiam aduerte, quia quod dixi, quod

32 debet præſtari cautio † pro implemento modi, vendicat ſibi locum, vbi modus adimplendus reſpicit vtilitatem hæredis, vel alterius tertij, niſi adiiceretur legato libertatis, quo caſu non debet caueri, ſed factus liber officio iudicis cogitur implere modũ, vt l. libertas. §. 1. & l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſtam. & illud fauore libertatis, & quia obſeruantia modi videtur finalis cauſa contractus, ad quod optimè facit tex. noſter, vt dixi ſupra, ſuper glo. 2. ſecus ſi modus reſpiciat ſolum honoratum, quia tunc non eſt neceſſarium præſtare dictam cautionem, vt no. glo. & ſequuntur Doct. maximè Ioan. de Imo. in dicto §. Termilius. Item ſecus ſi modus fuit adiectus alicui, vt mero miniſtro, vt l. diuus. ff. ſi cui plus, quàm per legem Falcidiam. & vide, quod ibi notabiliter traditur, & per Bart. in dicto §. Termilius.

33 ¶ Et nota, quod ſi modus † deficit per caſum, puta quia ille, in quem debebat impleri modus, mortuus eſt, antequam legatarius fuerit inſtitutus in mora, talis defectus non facit deficere legatum, vt l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. ſi Titio. ff. de legat. primo. tradit Paul. in l. 1. C. de his, quæ ſub modo. & ad idem l. Lucius. §. quiſquis. ff. de legat. 2. no. Angel. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditione factis, per l. quæ ſub conditione. §. quotiens. ff. de conditio. inſtitutionum. & idem ſi ſtetit per eum cui debeo implere modum, vt l. prima. C. de his, quæ ſub modo. facit l. iure ciuili. ff. de condit. & demon. & vide per Bart. in l. in teſtamento. ff. de condit. & demon.

¶ Aduerte tamen, quia Cyn. in l. 1. in fi. C. de iure emphyt. dicit poſt Pet. quod ſi aliquis dedit domum alicui Abbati, vt eũ aleret, quod licet domus ſit combuſta, tamen tenetur ipſum alere, vt ibi per eum. & de hac materia deficiẽtis modi, vide etiam per Cy. in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fac. in fin. oppoſ. ¶ Item no. quod quandoque l. facit implere modũ, & prodeſt implere debenti, etiam ſi impleatur contra voluntatem debentis implere, vt l. ſi. C. ſi manc. ita fuer. alie. vbi eſt tex. quod ſi venditur ancilla, vt manumittatur ſub pœna, licet nõ manumittatur, non poteſt peti pœna, quia à lege fit libera, & vide ibi per Docto. maximè per Salic. tetigi in cap. præced. art. 10. poſt princ. ¶ Item nota, quod ſi diminuitur legatum, diminuitur etiam onus modi appoſiti. ad quod adde Bar. in l. Plautius. ff. de cond. & dem. & q̃ dicam in c. ſuper eo, inf. eo. in 11. q. princ.

¶ Septimò principaliter quæro, quando, & infra

34 quod tempus † modus debeat impleri. ¶ Sol. Dic, q̃ aut tempus eſt appoſitum à teſtatore, vel contrahentibus, & illud ſeruandum eſt. ad quod vide, quę dixi in cap. 2. ſupra eod. in 8. quæſt. princip. in prin. Aut nullum tempus eſt appoſitum, & collige quid tenendum ſit ex his, quæ dixi in d. 8. q.

¶ Sed pone, teſtator inſtituit B. filiam ſuam, & dixit, ſi contingat B. filiã meam mori ante ętatem 15. ann. ſubſtituo Lauram, cum hoc, q̃ teneatur ſoluere, & dare filijs Alexãdri fratris mei florenos 200. vt maritentur, & q̃ eos habeant in dotibus: contigit, q̃ ante mortẽ ipſius B. filiæ prædicti Alexandri fuerũt traditæ nuptui, & ſolutæ dotes per fratres earũ, moritur deinde B. ante 15. annum: quæritur, vtrũ dicta Laura teneatur ad prædictas dotes? vidi conſultum q̃ ſic, quia relictum cenſetur principaliter factum in fauorem filiorũ Alexandri, vt releuarentur ab onere dotandi, & ſic cenſetur modus impulſiuus potius, quàm finalis, vnde defectus non vitiat, vt l. Titio. 1. reſpon. ff. de condit. & demonſtr.

& per no. per Barto. in dicto §. Termilius.

¶ Secundò per text. singularem in l. Publius, in princ. vbi videtur casus, quia ibi testator legauit certam pecuniæ quantitatem in honorem consulatus legatarij, & legatarius consecutus est consulatum ante mortem testatoris. ita dicitur ibi, quod licet testator postea moriatur, debetur legatum, faciunt etiam nota. per Gugliel. de Cunio in l. cum hi. §. si mulier. ff. de condictio. indebiti. vbi dicit, quod si fuit factum legatum pro dote puellæ maritandæ, debetur mortuo testatore, licet puella fuerit nupta ante mortem testatoris, nec filij Alexandri debent cauere de modo implendo, ex quo iam est impletus secundum formam prædicti §. Termilius, & l. si tibi puer. ff. de legat. tertio, & per totum. C. de his, quæ sub modo. & argum. l. fundum per fideicommissum. §. primo. ff. de legat. primo. quod perpetuò notabis, quia quotidie potest contingere de facto, & nunc contingit in hac ciuitate Senarum.

¶ Octauò principaliter quæro, quis sit effectus
35 impleti, † vel deficientis modi. ¶ Sol. Pro faciliori doctrina procedam per conclusiones. Quarum prima sit. Modus non impedit obligationem oriri, & si adiectus est legato, non impedit relictum ad hæredem transmitti: dicitur enim purum, & statim adita hæreditate potest agi, dummodo legatarius caueat de implendo modum, vt l. quibus diebus. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. si tibi. ff. de legatis tertio. & tale relictum transmittitur, sicut purum etiam ante cautionem præstitam, vt l. 1. C. de his, quæ sub modo. & ibi per Doctor. & in l. si post diem. §. ijsdem. ff. quando dies legati cedat. & in l. à testatore. ff. de conditio. & demonstratio. tradit Bart. consilio, quod incipit, Quidam Dominicus, quod est verum, quando est modus, qui potest impleri ab hærede, vt est modus nuptiarum, cuius implementum adiectum legatario, vel honorato non transit ad hæredem, vt hæres excluditur, quia modus non impletur, secundum Cyn. Petr. & Bald. in l. fi. C. de conditio. insertis, & in l. Titio centum. §. sed cum ante nuptias. ff. de condit. & demonstratio. tenet Bar. in d. l. quibus diebus. §. Termilius. vers. secundo principaliter.

¶ Et ex prædicta conclusione sequitur, q̃ legatũ peti potest antequam modus impleatur, ut est tex. cum glo. in l. Lutius. ff. de annuis legatis.

¶ Et prædicta & tex. d. §. Termilius, inducit Dyn.
36 in argumentum q̃ si aliquis legat centum pro † passagio Terræ sanctæ quod non debet habere legatũ, nisi præstet cautionem de modo implendo. subdit tamen quod non debet statim habere, sed demum tempore quo fit passagium, per l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies le. ce. & quamuis Rainerius dicat, quod Dyn. videtur tenuisse contrarium in l. Lutius. §. à te peto. de lega. 2. vbi uidetur uelle, quod statim peti possit præstita cautione, & sic resident. Sed Ioan. de Imo. in dicto §. Termilius. dicit, quod Dyn. in d. §. à te peto. loquitur in diuerso casu, nam loquitur in eo qui voluerat ire ad uisitandum sepulchrum, & postea legat Titio vt vada pro eo, quo casu non est dubium quod statim potest petere legatum præstita cautione prædicta, nam tunc debebit ire quamprimum poterit, sed hic legabatur pro passagio, & sic testator respexit tempus quo generaliter fieret passagium cõtra infideles, & ideo
37 secus. & no. quod matrimonium † contractum sub modo statim est ualidum, licet modus nondum sit adimpletus, secundum Host. & Io. An. in cap. de illis, supra eod. & vide quod dixi supra in rubrica, in 4. quæstio. princ. vers. prima declaratio. & quod dixi supra in hoc c. in 5. q. princ.

38 ¶ Secunda conclusio sit, vbi † modus non adimpletur à legatario, legatum reuocatur, vt l. liberto. §. Lutius. ff. de annuis lega. & in l. quidam. ff. de vsufructu leg. quod procedit non solum in vltimis uoluntatib. sed etiam in contractibus, siue sint contractus nominati, siue innominati, vt l. cum fundum. C. de pact. inter emptorem & uend. & l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub modo.

¶ Sed aduerte, quia in contrarium facit tex. noster, quia hic non agitur ad reuocationẽ, sed ut modus obseruetur: quare dic, q̃ aut modus fuit causa fin. contractus seu legati, & tunc non agitur ad reuocationẽ legati uel rei donatæ, sed ad obseruantiam modi, nisi in legato uel donatione esset expressum quod non obseruato modo posset fieri reuocatio, quia tunc uoluntas testatoris, & l. apposita à contrahentibus seruanda est, ad quod uide quod dixi supra super glo. & isto modo potest intelligi l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis lega. ubi dicitur, quod si legatarius non adimplet modum à testatore adiectum, legatum sibi solutum reuocatur. nam, ut ibi dicit glo. & est opinio Accursij, quod l. prædicta loquitur quando testator expresse prouidit, quod, si illud non fieret, relictum ad suos hæredes reuerteretur, quod est menti tenendum, secundum Bar. ibi. & ad idem facit dicta l. quidam. ff. de usufructu legato.

¶ Et aduerte, quia illa iura singulariter probant, quod si modus adimplendus non potest adimpleri, vt testator præcepit, ita demum debet legatum redire ad hæredes si testator de hoc prouidit: si uero testator de hoc non prouidit, tunc debet conuerti in alios usus, vt l. 1. & 4. ff. de administratio. rerum ad ciuitatem pertinentium. & l. legatum. ff. de vsufructu legato. & ibi traditur per Bar. & etiam per eum in dicto §. Lutius. quod tamen fallit in donatione vel legato facto ecclesiæ, cui adiectus est certus modus: nam speciale est in ecclesia, quod licet modus non adimpleatur, tamen non potest reuocari nisi specialiter à testatore, vel à donante hoc prouisum fit. tex. est hic, ad quod uide quod dixi supra in glo. 2.

¶ Sed hic quæritur, quid si testator uel donator adiecit in legato uel donatione facta ecclesiæ sub modo, quod, modo non ad impleto per hæredes,
39 reuocari posset, † vtrum si prælatus non adimpleat modum, noceat ecclesiæ. ¶ Sol. Vinc. hic tenet quod non noceat ecclesiæ, per regulam, delictum personæ. de regu. iur. lib. 6. cum sua materia. vnde si datur possessio ecclesiæ, ut non possit alienari, & adiectum fuit, quod, si alienaretur, posset possessio ab ecclesia aduocari, si solus prælatus alienaret, non

non præiudicaret ecclesiæ, secus si prælatus cum capitulo alienaret, & idem dicit in alijs modis, & sequuntur hic Doctores, maximè Zabar. & per hoc facit, quod not. glo. in dicta regula, delictum personæ. & tenet glo. 3. in cap. 2. de ordine cogn. & Ioan. Tancre. & Phil. & ibi dixi. Idem etiam sentiunt Doctor. in capit. breui, de iureiuran. vbi dicunt, quod aliud est respectu conditionis implendæ, quia satis est, quod prælatus non adimpleat conditionem ad hoc, vt res non acquiratur ecclesiæ, quod est singulariter notãdum, secundum Dominum meum hic, qui dicit, quod putat hanc esse rationem diuersitatis, quia in quærendis solus prælatus † potest præ-
40 iudicare ecclesiæ, sed in quæsitis non potest, vt dicit glo. notabilis. in §. quæstio. dis. §. fina. not. Innocent. in cap. fraternitatem, de donationibus. & mihi placet. ad quod allego notata in l. quid autem. ff. de his, quæ in fraudem credit. & l. si sponsus. §. si mortuus. ff. de donationib. inter virum, & vxorem. facit, quod consuluit Feder. consilio 9. vbi dicit, quod prælatus potest repudiare legatum factum ecclesiæ, ex quo est ius quærendum, pro quo est tex. notabilis in l. 1. ff. si quis in fraudem patroni. tenet Zabar. in capit. tua. de his, quæ fiunt à prælato. vbi allegat Bald. in l. pupillorum. C. de repudianda hæreditate. & tenet Zabar. in cap. vt super, de rebus eccles non alienan. vbi etiam hoc tenet Dom. Anton. & tenet Dominus meus in cap. 1. de dolo, & contum. & Lapus allegatione 15. & 16. & est tex. in l. alienationis. §. 1. ff. de verborum significat. & Paul. de Castro, consilio 11. & Ioan. de Imo. in cap. 2. de donatio. vbi dicit, q̃ potest præiudicare ecclesiæ omittendo, & ibi notat glo. quæ allegat 16. quæst. 3. cap. placuit, & cap. 2. de præscriptionibus. facit etiam, quod singulariter tradit Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesiis, & Salic. post Richar. Malumbræ in l. pactum curatoris. C. de pactis. qui vult, quod tutor ius quærendum pupillo possit remittere, & vtiliter impedire, vtl. sed si vnus. §. finali. ff. de iniuriis. Secus in quæsito, facit quod not. Zabar. in cap. potuit, de loca. vbi dicit, quod prælatus accipiendo canonem non solutum pro præteritis annis præiudicat ecclesiæ, vt emphyteuta non cadat à iure suo, facit etiam, quod not. Hostien. in capit. quoniam, de decimis. & Bald. in l. Imperatores. ff. de pact. & Moderni in l. si quis. §. neque. ff. de acquiren. hæred. & l. seruus. C. de iudic.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi supra de legato facto ecclesiæ, non procedit sine magna dubita-
41 tione, cum legatur † purum recta via quo ad dominium, si res est testatoris, transeat in legatarium etiam ignorantem, vt in l. cum pater. §. furdo. ff. de legatis secundo.

¶ Item aduerte, quia quæ superius dixi, quod potest compelli honoratus ad modum adimplendum, vel restituẽdum legatum, vel rem donatam, non habent locum, quando modus respiceret utilitatẽ eius duntaxat qui debet adimplere modum, ad quod uide quæ dixi supra in 6. q. prin. in ver. & aduerte, quia Bar. & etiam in vers. seq.

¶ Sed pone, quidam donauit ecclesiæ fundum, vt Titio alimenta præstaret, & si non præstarentur, quod Titius & hæredes sui possent aduocare fun-
42 dum ab ea ecclesia. † semel cessauit in præstando, quæritur, vtrum possit reuocari. ¶ Sol. Vinc. dicit quod non, si ecclesia vult supplere in contrarium vero facit. ff. de fideicommiss. libe. in l. rogo. ubi, ex quo semel conditio extitit, potest seruus petere libertatem, sed dicit Vinc. quod illud procedit fauore libertatis, ibi enim testator dixit, rogo ne Stieus in alterius seruitutem experiatur: & sic intelligitur data fideicommissaria libertas, ita quod si fuerit alie nata, confestim petitur libertas, quia conditio semel extitit, nec hæres redimendo eum potest sibi prouidere, quod sequitur hic Zabar.

¶ Sed quæro circa hoc, quãdo ecclesia de dicto prædio nihil potest percipere, vtrũ teneatur adimplere modum, & sic ad alimenta. ¶ Sol. Vincent. hic dicit, distinguendum, secundum quod distinguitur in l. ex locato. §. 1. ff. loca. Sed dicit Ioan. An. quod ille. §. non congruit, quia loquitur in conductore, & nos loquimur in donatario, in quem transit dominium. Barth. Brixiensis in 3. quæstio. Dominicali, distinguit, quod aut tota res perijt, & ecclesia non tenetur: aut non perijt tota, & tenetur. Institutio. locati. §. adeo. subdit tamen, quod plus sibi placet, quod si actũ fuit vt aleretur ex fructibus illius prædij, non teneatur, sed si simpliciter omni casu teneatur. ff. de annuis lega. l. Titio, quod est uerissimũ, secundum Barto. in dicta l. Imperator. §. 2. vbi omnino uide. & predicta ego arbitror procedere in ultimis voluntatibus, sed in cõtractibus, si dedi tibi fundum, cum hoc, ut non possis petere à me quasi tibi debeo, si fundus non ualeret tantum, tibi esset imputandum, nisi forte alia fraus fuisset, uel esset deceptio vltra dimidiam iusti ualoris, quo casu recurrendum esset ad ea, quæ traduntur in l. 2. C. de rescind. uend. & ad ea quæ superioribus diebus dixi in prima lect. in uoce, in c. cum dilecti. & in cap. pen. supra de empt. & uend.

44 ¶ Tertia cõclusio sit, si modus impossibilis † de natura, vel de iure adiiciatur in vltima voluntate,

reiicitur, vt l. 1. ff. de conditio. institutio, secundum intellectum Ang. & Ioan. de Imo. ibi, in penultima quæstio. & sic remanet legatum sine onere, quod qualiter intelligatur, vide Cy. in l. vnica. §. pro secũdo. C. de caduc. tollen. in fi. quæstio. & per Bart. in l. codicillis, in princ. ff. de legat. 2. & aliquid per eum in l. legatum. ff. de vsufructu legato. Si vero modus est adiectus ad aliquem pium actum, qui de se sit possibilis, sed non potest ad illum actum adimpleri, si fiet commutatio in alium pium actum, vt dicta l. legatum. tradit Ioann. de Imo. in dicta l. 1. vbi notabiliter legitur. & vide per Cyn. Bartol. & alios Doctores *in iuribus superius allegatis*. & vide, quod dixi supra, in rubrica, in 4. quæst. principali, versicu. quintò *fallit*. cuius autem auctoritate debeat fieri talis commutatio, vide latè per Bart. in dicta l. legatum. & per glo. in verbo, Apostolicæ. in clemen. 1. de religio. domib. & ibi per Paul. Zabar. & Imo. & per Lapum allegatione 97. & per Imo. in cap. significatum, supra de prœben. & per Petr. de Anchar. in repetitio. cap. si propter, de rescrip. lib. 6. in glo. notabili, & per Bar. in l. 1. C. de expen. ludorum publi co. dixi latè in tractatu oblationum, & oblatorum, libello 18. quæst. antepenultima, penult. & vltima. Quid autem si in cõtractibus adiiciatur modus impossibilis, vide per glo. Cyn. Bart. & Doct. in l. cum donationis. C. de transactio.

45 ¶ Quarta cõclusio sit, Modus † appositus rei relictæ, vel donatæ, qui respicit vtilitatem alterius, quàm legatarij, impedit ipsius rei alienationem. q̃ qualiter intelligatur, vide quod dixi supra, in glo. fi. quid si imminet casus necessitatis. Vtrum autem eo casu, quo propter adiectum modum non posset alienari, & si alienaretur, voluit testator, quod posset reuocari, si res fuerit alienata, vtrum intelligatur reuocata ipso iure. Innoc. in cap. verum, supra de foro compet. dicit, quod non, sed quod est necessaria retraditio. & per hoc dicit hic Gaspar Calder. quod non licet donanti dicere sibi ius, accipiendo rem propria auctoritate. l. si quis in tantam. C. vnde vi. 16. quæst. 6. cap. placuit.

¶ Sed aduerte, quia verba Innoc. non tendunt ad hoc, sed vtrum ipso iure res redeat in dominium donantis, vtrũ autem possit apponi conditio, quod liceat donatori in casu alienationis rẽ accipere propria auctoritate, tradunt Innoc. & Zabar. in dicto cap. verum. Sed tu vide, quę latissimè dixi in c. cum ecclesia, supra de cau. poss. & propr. in 33. princ. art. versic. 9. 10. 12. & sequen.

¶ Quinta conclusio sit: Quæ dantur per modũ modi, pariunt actionem ad obseruantiã modi contra recipientem, vel ad reuocationem, & vtrum pariant ipsi donanti, vel hæredibus relinquentis, vel etiam tertio. dicam in sequen. quæst. & ibi videbimus, quod differentia est, vtrum dentur sub modo, vel in vim modi.

¶ Nonò principaliter quæro, quæ remedia com-
46 petant † contra non implentem modũ, & cui competant, & qualiter agatur. ¶ Sol. Dicit Bart. in dicta l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonstrat. quod si legatarius nõ adimplet modum possibile: Distinguendum est, aut non implet, quia non potest, puta quia impeditur per casum, & retinet legatum, vt l. si fundum, per fideicommissum. §. 1. ff. de legat. 1. & l. in testamento. ff. de conditio. & demonstrat. quia ibi est tacita conditio, secundum Bart. de quo dic, vt ibi per eum: aut quis non implet modum, quia non vult: & hoc casu videntur prodita tria remedia.

¶ Primum, quia legatarius legato priuatur, & sic hæres reperit, vt l. 1. C. de his, quæ sub modo. & l. si hæres. ff. de condictio. ob causam, & l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis legat. facit, quod dixi supra, in prima quæst. in definitione modi. hoc tamen fallit in legato libertatis, vt l. Imperatores. C. de manumiss. testamen. & idem puto, si aliquis esset liberatus ab aliqua libera actione, quæ nõ posset renasci, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. secundum Bart.

¶ Secundum remedium est, quod hæres agat, & stipuletur, vt modus impleatur ratione cautionis interpositæ, vt dicto §. Termilius, & l. si tibi. ff. de legat. 3. Non autem poneretur hæc cautio, nisi posset agi, vt l. hæc stipulatio. §. dies. ff. vt legatorum nomine caueatur. & hoc indubitanter procedit, quando hæredis interest. Sed ponamus, quod modus continet aliquid explicandum in personam tertij, quomodo poterit cõpetere actio ex stipulatu, cum sua non interfit, vt l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligatio. ¶ Sol. Dicit glo. in l. huiusmodi. ff. de leg. primo. quod in dicto casu hæres non suo, sed illius nomine stipulari debet, & illi actionem cedere. Tu dic, quod videtur sufficere, etiam si suo nomine stipuletur: nam semper interest hæredis, vt volũtas defuncti adimpleatur, vt l. Titio. 2. respon. ff. de conditio. & demõstratio.

¶ Tertium remediũ est, quod ille, in cuius commodum debet impleri modus, agat actione ex testamento, vt l. secunda. C. de his, quæ sub modo. secundum Bartolum, & Paulum de Castro in dicto §. Termilius.

¶ Sed aduerte, quia, vt ibi dicit glo. illud videtur verum, nisi in libertate dandi, vt ibi notatur. Tu verò dic, quod licet de iure antiquo non daretur actio, tamen iudicis officio compelli poterat ad modum implendum, vt l. libertas. §. primo, & l. Mæuia. ff. de manumiss. testamento. & argumen. l. Quintus, de annuis legatis. hodie verò competit actio, vt dicta l. secunda. licet secus sit in conditione. ff. si quis omissa causa testamenti. l. si quis sub conditione. notant Ang. & Paul. de Cast. in dicta l. secunda. Et prædicta procedunt, quando legatarius modalis acceptauit legatum. Si verò non acceptauit legatum, clarum est, quod tertio cotra legatarium non competit actio. Sed legatum remanet caducum apud hæredem cum onere iuncto legatario. Et sic ipse tertius, ad cuius commodum onus erat appositum, potest agere contra hæredem actione ex testamento, vt præstet fideicommissum, licet secus sit in legatario cõditionali. ad quod vide, quod tradit Angel. in l. secunda. C. de conditio. inser. Bald. in l. secunda. C. de his, quæ sub modo. vide, quę dixi supra, in 5. quæst. princip. & in 8. & vide omnino, quæ traduntur in l. si cui legatum. ff. de condit. & demonstratio.

¶ Et prædicta procedunt in vltimis voluntatibus. in contractibus vero dic, q̃ aut est contractus bonę fidei, & non habet locum condictio ob causam, aut est contractus stricti iuris, & dic, vt not. ff. de condit.

ob

ob causam. l. 2. & ibi per Docto. & vtrum quæratur actio illi tertio, tex. est quod sic, vt l. quotiens. C. de donat. quæ sub modo. no. Pau. de Cast. in l. 2. C. de his quæ sub modo. & ad prædicta vide quod traditur in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. ob. & in d. l. quotiens. & in l. si stipulatus. §. 1. ff. de fideiusso. ego latissimè dixi, supra in rubr. de causa poss. & propriet. tract. 1. art. 9. vbi omnino vide.

¶ Sed quæro circa prędicta, quid si legatarius vel alius acceptauit legatum promissum sub onere modali, sicut vt aliquid teneatur adimplere, teneatur offerre. ¶ Sol. Bald. in l. 1. C. de his quæ sub modo. distinguit, quod quandoque oblatio ordinatur ab origine petitionis, & tunc oblatio debet prœcedere, vt l. ex placito. C. de rerum permut. & ibi de materia. Quandoque ordinatur ad rei traditionem, vt in cautione quam vsufructuarius pro consequendo vsufructu tenetur præstare, & hoc casu non ante, sed eo instanti debet fieri oblatio, vt l. si vsusfructus mihi. ff. de vsufructu legato. Quandoque vero ad actionẽ coadiuuandam, vt in emptore ad rem, & venditore ad precium, & tunc, nisi excipiatur, non debet offerri, quia in hoc casu offerre est quoddam replicare, vt no. in l. siue apud acta. C. de transact. in gl. magna. & ideo l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. intelligi debet si venditor opponit exceptionem precij non soluti, vel etiam non oblati, secundum Ange.

¶ Et sic ex prædictis potes colligere, vtrum lega-
47 tarius † volens consequi legatum sub modo teneatur prius offerre cautionem, ad q̃ etiam uide quod dixi, supra eo. in 6. q. princ. & quod dicam statim in 10. quæst. princ.

¶ Et aduerte, quia si mora cõmittitur per eũ, qui debet modum implere, qui respicit fauorẽ libertatis si grauatus non impleat, habetur pro impleto: vnde si testator rogauit legatarium manumittere seruam prægnantem, vel quæ postea sit effecta prægnans, & ipse commisit moram, post commissam moram partus editus nascitur ingenuus, vt l. si quis rogatus. ff. de fideicommiss. lib. & ibi uide per Iaco. de Are. & Bene. de Plumbino, quod habet locum tam in mora regulari, quæ committitur per interpellationem, quàm irregulari quæ committeretur propter minorem ætatem seruæ.

48 ¶ Decimò princ. quæro, vtrum modus † sit de necessitate probandus. ¶ Sol. Bal. in l. Titio. ff. soluto matrim. dicit quod in cõtractibus innominatis modus non debet probari, vt l. ex placito. C. de rerum permut. sed in contractibus nominatis non est necessarium quod probetur in precio, quo ad fundandam originem petitionis, sed si excipiatur de modo non impleto, debet probari in precio implemẽtum, vel æquipollens per modum replicationis, vt l. insulam. §. fi. ff. locati. Quid autem si modus inseratur in sententia, vide in l. cum eorum. C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum, secundum Bal. in d. l. Titia. & sequitur ibi Io. de Imo. & ex his, Deo duce, est expedita satis plenè & ordinatè hæc materia modi, quæ quotidiana & utilis est.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonio contracto de præsenti, potest coniux alterum ad consumandum compellere.*

2 *Cautio Mutiana in quibus requiratur, & quibus cessare intelligatur impediens conditionem impleri.*
3 *Conditio potestatiua & casualis, quomodo differant.*
4 *Conditio potestatiua qualiter dicatur impleri, vel deficere. Et an & quando habeatur pro defecta. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. vbi casus ponuntur.*
12 *Conditio dandi in pluribus terminis, quando dicatur impleri vel deficere.*
13 *Cõditio quomodo habeatur pro impleta si stat per eum cui debet impleri. Et quid si impedimentum contingat per casum in personam eius cui debet conditio impleri. 14. 15.*
16 *Conditio, quibus casibus habeatur pro defecta in vltimis voluntatibus.*
17 *Conditionis impedimentum, quando prouenit facto tertij, an pro impleta habeatur, late discutitur.*
18 *Conditionis mixtæ materia late per plures casus tractatur. nu. 19. 20. 21. 26.*
22 *Conditionis implementum vbi est successiuum, non impletur momento, si aliqua parte momenti stet per eum in cuius persona debet impleri, nisi stet toto tempore successiuo.*
23 *Conditio, vt habeatur pro impleta, quid requiratur. nume. 25.*
24 *Relictum rectori ecclesiæ pro diuinis celebrandis, an ecclesia interdicta, illi debeatur.*
27 *Conditio casualis quandocunque deficiat, habetur pro defecta.*
28 *Conditiones negatiuæ ad ipsarum implementum pro consequutione exigunt cautionem Mutianam.*
29 *Cautio Mutiana quid sit, & quare sic nominetur. & nu. 30. in quibus dispositionibus locum habeat. 31. An locum habeat in legato facto vxori si perseuerauerit in matrimonio. 32. An locum habeat in cõditionibus affirmatiuis. 33. An tam in hæreditatibus quam in legatis. 34. An in contractibus. 35. An in dispositionibus modalibus. 36. Cui præstari debeat. 37. Sub qua forma præstari debeat. 38. An sufficiat eam semel offerre. 39. An remitti possit & à quo. 41.*
40 *Mora vltima nocere, quando dicatur.*
42 *Legatum pro quo consequendo præstita est cautio Mutiana, debet restitui hæredi, cui cautio præstita est si conditio deficeret.*
43 *Conditio, si sine liberis decesserit, quas vires habeat, qualiter, & per quos modos videatur impleri, vel deficere. & nu. 44.*
45 *Statutis pluralis loquutio non resoluitur in singularitates.*
46 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*
47 *Patre & filio naufragio, ruina, vel simili casu pereuntibus, quis primus mortuus præsumatur. Et quis teneatur probare filium prædecessisse. nu. 48.*
49 *Verba, si sine filijs decesserit, talem substituo, & gravo hæredem meum restituere hæreditatem si liberos non habuerit, idem important.*
50 *Filij naturales tantum, an faciant deficere conditionẽ, si sine liberis decesserit.*
51 *Coniectura mentis testatoris ex præcedentibus & sequentibus colligi potest.*
52 *Bastardi solent esse magis odiosi nobilibus, quam plebeis.*
53 *Filius natus ex matrimonio cõtracto per existentem in*

non facit deficere conditionem, si sine filijs decesserit.

54 *Substitutio facta mulieri, si nupserit, non tenet.*

55 *Substitutio, si sine filijs decesserit, facta filiæ, an propter filiam naturalem ab ea susceptam expiret.*

56 *Filia naturalis, an succedat matri ab intestato.*

57 *Statutum, quod spurij succedant ab intestato, non valet.*

58 *Filiorum appellatione, an veniant naturales in contractibus.*

59 *Verbum, filijs, in dubio intelligitur in casu vero, non ficto.*

60 *Adoptiuo, an competat querela inofficiosi.*

61 *Conditio, si sine liberis, non expirat per superexistentiam filij nati ex damnato coitu.*

62 *Filius naturalis tantum non facit deficere cõditionem, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus.*

63 *Legitimatus excludit filiam exclusam à statuto propter filios masculos legitimos & naturales.*

64 *Princeps vel alius nõ intendit iuri alterius derogare.*

65 *Legitimatio in rescripto non trahitur retro ad tempus natiuitatis.*

66 *Conditione apposita à testatore, si sine liberis decesserit, satis est superuixisse neptem etiam ex filia. Ampliatur, nu. 67.*

68 *Verbum, filij, diuersimode acceptum, diuersos habet significatus.*

69 *Dictio, ex, denotat causam immediatam.*

70 *Substitutio facta de monasterio in defectum filiorum, an euanescat si institutus decesserit cum nepote vel nepte ex filio vel filia.*

71 *Filiorum appellatione, an veniant nepotes in substitutione facta de extraneo.*

72 *Substituti, quo casu non admittantur ob conditionem defectam.*

73 *Maritus si fecit pactum cum vxore, vt totam donationem propter nuptias lucraretur vxor extantibus liberis, & eis non extantibus tertiam partem, & contingat quod maritus decedat superstite vxore & tribus liberis, & demum liberi moriantur, an reuertatur ad primam conditionem pro portione deficientium.*

74 *Linea masculina videtur esse linea agnationis.*

75 *Neptis ex filia, an excludat pium locum substitutum.*

76 *Maritus legans vxori in tempus liberorum, censetur sensisse de illis qui susciperentur ab ipso legante, non ab alio.*

77 *Conditio, si sine liberis, in quibus locũ habeat & non.*

78 *Conditio, qua quis grauatur restituere hæreditatem, si sine filijs decesserit, dicitur defecisse si decesserit cum filijs, licet non sint hæredes.*

79 *Exhæredatus habetur pro mortuo.*

80 *Fratres minores nõ sunt successibiles, nec ex testamento, nec ab intestato.*

81 *Grauatus per fideicommissum, si decesserit sine filijs, si deportetur, an statim sit locus substituto, & an si habet liberos, ipsi faciant deficere conditionem.*

CAP. V.

SVPER EO. Qui contraxit matrimonium per verba de præsenti sub conditione, si pater consenserit, non obligatur nisi pater consentiat: hoc dicit. Vel sic. Contrahens matrimonium sub conditione non improbata, ante conditionis euentum nõ tenetur illud consumare. Et primò ponitur consultatio. Secundò responsio. ibi, respondemus. Et materiam istius decretalis examina, vt latè dixi supra, in rubrica, in quarta quæst. principali, versicu. sexta declaratio. Et in tex. ibi, consensit. dic scilicet per verba de præsenti, secundum Innocen. sub conditione tamen, si pater consentiet. Et ibi, eius. dic scilicet viri, vel mulieris, quia in hoc non est vis, secundum Hostien. Ibi, conditionem. dic scilicet ipsam, si pater consenserit. Ibi, assensum. dic, idem si dixit, si Papa dispensauerit. ad quod vide, quod dixi in dicto versic. sexta declaratio. Et ibi, canonica. dic, & etiam ciuilia, vt dixi in dicto versic. sexta declaratio. Ibi, intercedat. dic, vel carnalis copula, vt in cap. sequen. Ibi, ad contrahẽdum. dic, nedum ad consumandum, de quo quæstum erat. Ibi, definitioni. dic, ideſt definitiuæ responsioni supra positæ. Ibi, de præsenti. dic, quid si consensus patris interueniat, purificatur sponsalia, vt de futuro, si fuerint de futuro: si verò de præsenti, purificatur vt de præsenti. ad quod vide, quæ dixi in rubrica, in quarta quæstio. principali, versic. prima declaratio. Et ibi, in alieno. dic, quasi dicat, in decretali Alexandri de cõsensu expresso, & libero; qui ex nullius dependet arbitrio. hæc vero de consensu non libero, qui dependet ex alterius, scilicet patris arbitrio, secundum Hostien.

¶ Primò nota ibi, ad cõsummandum. quod con
1 tracto † matrimonio de presenti, potest alter coniugum compellere alterum ad consummandum matrimonium: & sic licet non sit habita possessio, tamen ex iure quæsito per consensum agi potest ad consummationem. ad quod vide, quod dixi in cap. fin. supra de sponsalibus, artic. 29. versiculo, sextus effectus.

¶ Secundò nota, quod matrimonium potest remitti in alterius arbitriũ, nõ solum patris, sed etiam alterius. ad idem cap. sequen. Et ex hoc nota vnam differentiam inter matrimonium, & testamentum, quia testamentum non potest poni in alterius arbitrium, prout latè diximus in cap. cum tibi, supra de testamen. in lect. in voce. & quæ sit ratio differentiæ, vide quod dixi in cap. tua, supra de sponsalibus, in decimoquarto principali articulo, quæst. 2. versic. vlterius quæro.

¶ Tertiò nota, quod quælibet conditio potest apponi in matrimonio, dummodo à iure non sit reprobata. ad quod vide, quod dixi supra, in rubr. in 4. quæst. in princip.

¶ Quartò nota, quod licet cõsensus exprimatur per verba de præsenti, tamẽ ex quo apponitur conditio, matrimonium non habet effectum, nisi purificata conditione. ad quod vide, quod dixi supra eod. cap. de illis.

¶ Glo. prima colligit, & soluit contrarium.

¶ In fine glo. dic de hoc, vt latè dixi supra eod. in rubrica, in 4. quæst. princip. versic. quartò limitatur.

¶ Glo. secunda format tres quæstiones. In eadem glo. ideſt in arbitrio. dic, vt dixi in cap. tua, de sponsalibus, artic. 14. quæstio. 2. versic. vlterius. In eadem glo. ibi, sed pone. dic de hac quæst. vt dixi supra, in rubrica, in 4. quæst. princip. in vers. sexta declaratio. ibi, sed quæro iuxta prædicta.

¶ Postremò, iuxta præmissum ordinem in rubr. venit hic examinanda 11. quæst. princip.

¶ Vndecimò igitur principaliter quæro, quando, qualiter, per quos modos, & actus, aut casus con
2 ditiones † dicantur impleri, deficere, adimi, diminui, vel alterari, & in quibus requiratur cautio Mutiana, & de pœna impedientis conditionẽ impleri. Ad cuius quæstionis clariorẽ doctrinam prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primò, præmittendo quædam ad intellectum dicendorum.

¶ Secundò, qualiter conditio potestatiua, & per quos actus, modos, & causas dicatur impleri, vel deficere, & vtrum requiratur oblatio.

¶ Tertiò, quid de conditione mixta.

¶ Quartò, quid de casuali.

¶ Quintò, specialiter prosequar de conditionibus negatiuis, quæ requirunt caut. Mutianam.

¶ Sextò, specialiter tractabo de conditione, si sine filijs, vel cum filijs decesserit.

¶ Septimò, singulariter prosequar, enumerando quosdam casus specialiter, qualiter in illis conditio dicatur impleri, vel deficere.

¶ Octauò, quid iuris, si plures conditiones apponantur copulatiuè, vel alternatiuè.

¶ Nonò, vtrum sufficiat conditionem esse semel impletam, vel semel defecisse.

¶ Decimò, vtrum cõditio possit remitti, & quis eam remittere possit, & qualiter, & in quantum intelligatur remissa.

¶ Vndecimò, quando dicatur defeciſſe propter moram, & vtrum mora possit purgari.

¶ Duodecimò, vtrum minori aduersus nõ adimpletam conditionem competat restitutio.

¶ Decimotertiò, qualiter & in quantum teneatur, qui impedit conditionem impleri ad commodum tertij appositam.

¶ Decimoquartò, qualiter agatur in istis casibus in quibus condit. habetur pro impleta.

¶ Primò igitur pro intellectu dicendorum præ-
3 mitte, quod quando conditio † est potestatiua, testator multum voluit prouidere honorato: & ideo sufficit, quod nõ stet per eum. In casuali vero multum voluit grauare honoratum, & ideo expectatur dubius euentus, nec est curandum quomodo deficiat, nisi deficiat per grauatum, vt traditur in l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. in executionem. §. fin. ff. de verborum obligatio. In mixta vero conditione voluit minus grauare, quàm in casuali, & plus, quàm in potestatiua: ideo media via eligitur, vtrũ deficiat per casum, vel facto alterius, cui erat implenda, secundum Oldradum, quem sequitur Bart. in l. in testamento. ff. de conditio. & demonstratio.

¶ Secundò quæro, qualiter, & per quos modos,
4 actus, & casus conditio † potestatiua dicatur impleri, vel deficere, & quando sit necessaria oblatio.

¶ SOL. Dic, quod si obseruatur illud quod deuenit in conditione, decisio est clara, & intelligitur impleta. quis autẽ ad id teneatur, ut dicatur impleta, dixi in c. 1. sup. eo. quæstio. 6. in cuius persona, & an in personam certam vel incertam, dixi in d. c. 1. quæst. 7. & quando, & quo tempore, dixi in c. 2. supra eo. quæst. 8. & quo loco, dixi in d. c. 2. quæst. 9. & vtrum implementum deberet fieri ex proposito & in forma specifica, & ad vnguem, & in totum impleri, & non scindi, nec etiam fato impleri, dixi in c. de illis. sup. eo. q. 10.

¶ Sed circa defectus, an & quando conditio † po
5 testatiua habeat pro defecta, distingue istos casus.

¶ Primò, quando deficit facto eius, qui debet implere.

¶ Secundò, quando deficit casu eius, qui debet implere.

¶ Tertiò, quando deficit facto eius, cui debet impleri.

¶ Quartò, quando deficit casu contingente in personam eius, cui debet impleri.

¶ Quintò, quando per casum simpliciter.

¶ Sextò, quando culpa testatoris.

¶ Septimò, quando facto tertij.

¶ Primo casu, quãdo cõditio deficit facto eius,
6 qui debet adimplere, non est dubium quod † conditiõ habetur pro defecta, vt in l. in testamento. ff. de condi. & demonstr. & l. fina. ff. de condi. instit. & l. 2. C. de insti. & substi. sub condit. factis, & l. vter ex fratrib. ff. de hæredib. instit. no. Cy. in l. legatum. C. de condi. infer. quod procedit, nisi l. suppleat implementum propter quod euanescat conditio: verbi gratia, contracta sunt sponsalia, vel matrimonium sub conditione licita, & ante impletam conditionem inter contrahentes sequuta est copula, quo casu matrimonium purificatur à iure, vt hic, & in c. de illis. sup. eo. tetigi in cap. is qui fidem, sup. de spon. ar. 22. vers. 3. declaratio. & traditur per gl. & Doct. latè in cap. sequen. & ibi dicam, vbi quantum ad hoc examinabo plures qq. quæ ibi tanguntur per glos. & Doct. & huic materiæ conueniunt, & sic huic casui sunt adaptandæ.

¶ Secundo casu, quando conditio deficit casu contingente in personam eius, qui debet implere, vt quia mortuus est legatarius pendente condition-
7 ne. dic quod cõditio † habetur per defecta, nec heres eius illam poterit implere, vt l. sub diuersis. §. 2. & in l. si ita expresim. ff. de condi. & demonst. deficiente ergo tali conditione per casum, deficit legatum, & fit caducum, vt l. 1. §. finautem sub conditiõne. C. de caducis tollen. tenet Ioan. de Imo. in l. in testamento, la seconda. ff. de condi. & demon. quod putat verum Ang. nisi casus repentinus absorbuisset ipsum debentem implere, quo casu posset hæres petere se restitui ex clausula generali, vt impleat, ar. l. cum quidam, in princ. & l. ventre. ff. de acqui. hær. secundum Ang. in l. 1. C. de insti. & substi. sub condit. factis, quod mihi videtur satis rationabile. Sed si conditio deficit propter impotentiam eius, qui debet implere, puta, quia non potest soluere, quod sibi fuit iniunctum, causa conditionis implendæ,
8 conditio † habetur pro defecta, vt traditur in dictis iuribus. quid autem sit in contractibus, dicam in c. fi. inf. eo. in 16. quæst. prin. & si casus contingit post moram hæredis, qui debebat implere, periculum interitus pertinet ad hæredem, vt in l. cum res. §. fi. ff. de leg. 1. Vtrum autem sit distinguendum, an res esset eo modo peritura penes legatarium, vel honoratum, tradit ibi glo. & Bar. in l. quod te. ff. si certum peta. & in l. nemo. ff. de verb. oblig. & prædicta procedunt, quando qui debet implere totaliter impeditur,

ditur, puta mortè, secus si alio impedimento, puta si grauatus esset scribere librum, & eius manus apta ad scribendum esset effecta arida: tunc enim videtur haberi pro impleta, cum tunc nulla iuris regula resistat, sicut resistit in transmissione, quando moritur, vt in d.l. 1.§.finautem. C. de cadu.tollen. secundum Dominum Florianum de Bononia in l. inde Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad l.Aquiliam.

9 ¶Tertio casu, quando conditio † deficit facto eius cui debet impleri, puta relinquitur libertas, vel fundus alicui, si x. decesserit hæredi, vel aliquid fecerit, & hæres non vult recipere, vel impedit, hoc casu conditio habetur pro impleta, vt in l.iure ciuili. ff. de condi. & demonst. & in l.iure ciuili.ff.reg.iu. & in l.3.§.fi.ff. de condi.ob causam. in l.Iulius Paulus. in fi.ff. de cond. & demon. & in regula, cum stat per eum. de reg.iur.lib.6.tex. cum glo.2.quæst.6.c.ante riorum.§.ad hæc, & in l.si post.ff. quando dies le.ce. 43.dist.c.Ephesiis. & l.Meuia. in princ.ff. de annuis lega. & ibi per Bar. & ideo Cy. & Doct. in l.1.C. de instit. & substi. dicunt, quod si illa quæ debebat aliquid consequi, si tali nuberet, requisiuit illū, & ipse recusauit, cōditio habetur pro impleta, vt l.1. C. de institu. & substi. sed si ille requisiuit eam, quod nuberet sibi, cum esset instituta, si sibi nuberet, & ei alius esset substitutus si non nuberet, & ipsa noluit nubere, conditio habetur pro defecta, & est locus substituto, nec volendo penitere, & nubere admitteretur purgatio moræ, ex quo est quæsitum ius alteri, ut l.2. C. de insti. & substitu. & ibi Pau. de Cast. nisi fauore libertatis, vt l. penult. C. de condi. inser. dicam statim in vers. tertio quæro.

¶Et aduerte, quia licet istud exemplū pertineat ad conditionem mixtam, de qua tractandum est in 3.quæst. tamen quia in hoc concordant potestatiua & mixta, merito sub ista 2.q.posui, sub qua etiā po-

10 sui alia si. quod tamen dixi, quod si mulier † requisiuit virum, quod si ille noluit consentire, conditio habetur pro impleta, procedit, nisi ipsa per prius à viro requisita recusasset, & sic fuisset constituta in mora, propter quod conditio haberetur, pro defecta, vt dixi, tenet glo. in d.l. 1. C. de insti. & l. penult. §. 1.ff. de condi. & demonst. Idem etiam dicendum, si testator nullo modo fuisset instituturus istā hęredem, nisi illi vir nuberet, quia tunc etiam eo recusante non haberetur pro impleta, secundum gl. & Pau. in dicta l. prima, & vide quod dicam in capit. penultimo, infra eodem, versicu. 10. quæro, & ad prędicta vide consilium Barto. quod incipit, Iator præsentium.

¶Et prędicta procedunt, siue conditio consistat in dando, siue in faciendo, vt l.3.ff. de condi. instit. & l.1. C. de insti. & substi. sub condi. factis, & in alijs iuribus supra allegatis, & ex facto tutoris, vel administratoris, cui solutio fieri potest, conditio habetur pro impleta, vt l. statuliberos. §. non solum. ff. de statu liberis. & ideo, si ille cui dari debet causa conditionis implendæ sit absens, debet deponi & consignari, vt l. cum hæres. ff. de statulibe. & ibi vide gl. & no. quod quando implementum conditionis nō est causa dandæ actionis, sed conseruandæ, sufficit ꝙ non stet per debentem implere, vt l.2.§.1.ff. quorum legatorum. & an, & quando ad implementum conditionis dandę requiratur dispositio, vel confirmatio, vide in dictis iuribus, & per Bar. & gl. in l.3. ff. de condi. insti

¶Et nota, quod qualitercunque stet per grauatum cui impleri debet conditio, vel per eum cuius

11 interest conditionē impleri, habetur conditio † pro impleta, ut dixi: intellige tamē de eo cuius interest principaliter secundū Dy. in d.l. iure ciuili. ff. de cō dit. & demon. ꝙ declara, vt tradit glo. in l. iure ciuili. ff. de reg. iur. & ideo, conditio dandi hæredi infra certum tempus, impletur, quando non stat per implere debentem quominus det hæredi, sed per hæredem, quia non adit hæreditatem, vt l. statuliberos. §. si quis seruum. ff. de statulibe.

12 ¶Et aduerte, quia conditio † dandi in pluribus terminis non impletur ex eo, quod stet per eum in cuius persona debet impleri, si stat per eū in primo termino, & non stat per um in 2. & 3. termino, impletur tamen si in primo, secundo & tertio, eandem quantitatem offerat, & per eum steterit cui impleri debet, vt d.l. statuliberos. §. Sticus. & vide quod dixi in cap. de illis. supra eo. quæst. 10. vers. 10. noto.

¶Item aduerte, quia, licet quando stet per eum cui debet impleri, conditio habeatur pro impleta, hoc intelligēdum est quo ad effectum, vt legatum intelligatur purificatum, & sic quo ad ius transmittendi ad hæredes, non tamen consequitur effectū, vt iste, per quem nō stetit quominus dare, amplius non teneatur soluere: nam, licet semel obtulerit, & hæres recusauerit recipere, non propterea liberatur, unde si ipse legatarius aut ipsius hæres petat legatum, potest ipse hæres, vel grauatus à quo petitur legatum, consequi illud, dandū per viam exceptionis, opponendo exceptionem, quod non tenetur adimplere nisi ille soluat. tex. est singularis, qui non potest aliter intelligi secundum Doct. in l. cui fundus. in fi. ff. de condi. & demonst. no. Cyn. post Petrum in l. fin. C. de condi. inser. Sed si legatum esset iam solutum, vel etiam habita conditio. pro impleta, facta esset executio à l. ipso iure: puta, si fuit relicta libertas seruo sub conditione, si x. daret hæredi, & seruus obtulit, & hæres noluit recipere, & sic ille statim effectus est liber, non posset hæres, vel similis per viam agendi sibi consulere, vt ille teneretur sibi soluere, ut est tex. in l. penul. C. de condi. insert. quod est menti tenendum, secundum Pau. in d.l. iure ciuili. & est notandum, quod illud quod dixi, ꝙ sistat per eum cui debet conditio impleri, conditio

13 habetur † pro impleta, procedit non solum in ultimis voluntatib. sed etiam in cōtractibus, ut d.l. iure ciuili. ff. de condi. & demonst. quod tamen singulariter est limitandum, nisi tacitè à testatore, vel contrahentibus intelligeretur actum, quod ille cui implenda esset conditio, posset resistere conditioni implendæ. exemplū si testator reliquit centū Titio. si hæredem superaret saltando, telum proijciendo, ad pilam ventosam ludendo, vel quid simile, & similiter si Titius promisit Sēpronio equū, vel quid simile, si eum superaret currendo, vel ludendo ad la certos, vel quid simile faciendo, quoniā videtur tacitè actum, quod ille posit resistere, & alium superare, & sic per eum staret quominus ille conditio nem posit adimplere: nam licet hoc casu per eum stet quominus ille adimpleat conditionem, conditio haberet pro impleta, vt no. in l. in executionem,

in

in fi. ff. de verbo. oblig. tenet Pau. de Cast. in d.l. iure ciuili. si tamen ille nollet currere, saltare, ludere, telum proijcere, vel quid simile facere, & ego me offerrem saltare, currere &c. conditio habetur pro impleta; quia talis diceretur minus currere, vel saltare, & c. vt l. bouem. §. aliquando. ff. de ædil. edic. & l. illud. §. 1. ff. de tributoria, quod perpetuò notabitis, quia potest quotidie contingere.

¶Quarto casu principali, cum loquimur de im-

14 pedimento † contingente per casum in personam eius, cui cōditio debet impleri. exemplum, testator dimisit Titio fundum si manumiserit Sticum seruum suum. Sticus mortuus est ante conditionem impletam, & ante aliquam moram legatarij; hoc casu conditio habetur pro impleta, vt l. quæ sub conditione. §. quotiens. ff. de condi. institu. & l. turpia. §. sed si serui. ff. de leg. 1.

¶Aduerte tamen, quia in hoc est difficultas, vtrum Sticus mortuus fuerit ante mortē testatoris, vel post. ad quod vide quod traditur in l. 1. C. de insti. & substi. sub cond. factis, & in l. legatum. C. de condi. insertis, & l. Sticum Titio. §. penul. ff. de statulibe. & ibi per Benedic. de Plumb. vbi fauore libertatis conditio dandi Titio habetur pro impleta, & fortitur effectū, licet Titius si mortuus ante mortem testatoris, vel ante conditum testamentum, & vide in l. si peculium. §. is cui. ff. de statulibe. & quod dixi, quod habetur pro impleta, videtur procedere etiam si pendeat à potestate tertij, non honoratis; puta, lego Titio fundum, si Sempronius manumiserit Sticum seruum suum, quia eadem est ratio, facit l. turpia. §. 1. de leg. 1. cogitabis.

¶Quinto casu, quando implementum cōditionis deficit per casum simpliciter, similiter dic, quod

15 conditio † habetur pro impleta, vt d.l. quæ sub conditione. §. quotiens. ff. de condi. insti. nisi qui debet adimplere per prius fuerunt in mora, vt l. penult. §. 1. ff. de condi. & demonst. & hoc maxime procedit, si casu ex toto extinguat obligationem, exemplum si ille cui debebam præstare alimenta moritur, quia non tenetur hæres, vel legatarius, aut sub dicta conditione obligatus, præstare alimenta hæredi illius defuncti, secundum Vinc. & Zab. in c. præced. per l. cum hi. §. modus. ff. de transact.

16 Sexto casu, quando conditio † deficit facto testatoris, videtur quod conditio habeatur pro impleta, per no. per Doct. in l. miles. §. fina. ff. de adult. qui dicunt per illum tex. quod si aliquis instituit religiosos sub conditione, si corpus suum sepelierint in ecclesia, & ipse testator moritur excommunicatus, & sic non potest sepeliri in ecclesia, conditio habetur pro impleta, & hoc tenet Dy. & sequitur Ioan. de Imo. in l. in testamento. ff. de condi. & demonst. & Bal. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de institu. & substi. sub condi. fa. in fi. q.

¶Septimo casu principali, qñ impedimentum

17 cōditionis prouenit, † facto tertij; distingue, quod aut impeditur per tertium iuste, puta, eram institutus hæres, vel relictus mihi fundus si manumitterem Sticum seruum meum, tu eum iure occidisti antequam essem in mora, quia reperisti ipsum adulterantem cum vxore tua, vel furantem de nocte, & se telo defendentem, & hoc casu conditio habetur pro impleta, vt l. Titius. iuxta l. Titio. §. fin. ff. de condi. & demon. traditur per Doct. in l. in testamento, la 2. ff. de condition. & demonst. & hoc est ex eo, quia contra talem impedientem nullum est illi proditum remedium. Ad quod etiam allegat l. si quis stipulatus. ff. ex quibus ca. maio. vbi si aliquid promissum est Titio in annos quinque si Romæ continuo steterit, & opportuerit ipsum reipublicæ causa abesse, & sic fuit impeditus stare, cōpetit vtilis actio, ac si conditio esset impleta.

¶Aduerte tamen circa hoc, quod Bar. in d.l. in testamento, dicit, quod aut impedior per tertium directè agentem, vt impediat conditionis existentiam, & habetur pro impleta, vt l. 3. in fi. ff. de condictione ob causam. Aut impedior per tertiū hoc non agentem directò, sed per quandam consequētiam, & tunc conditio non habetur pro impleta, vt. l. 4. §. si quis seruum, & l. non omne. ff. de statulibe. Aut dubitatur quo iure impediar, & in dubio dicto videtur impedimentum præstare, ne conditio impleatur, vt l. 3. §. 1. ff. de statulibe. qui tex. videtur ponere omnes prædictos casus, secundum Bart. in d.l. in testamento, & sequitur Pau. sed dicit ibi Io. de Imo. quod fortè dici posset, quod ille tex. hoc non probat, sed potius videtur uelle, quod aut impedimentum fit contra id quod expresse sonant verba testatoris, & tunc conditio habetur pro impleta; aut non fit expresse contra id, quod sonant verba, & tūc secus. Vnde si testator reliquit libertatem seruo, si Capuæ Titio decem dederit, si heres impediet eum ire Capuam, quia fit cōtra id quod insurgit ex vi verborum conditioni appositæ per testatorem, quia si debet dare Capuæ, oportet ipsum ire Capuam, & tunc statim fit liber, secus si seruus non vult ire, sed forte vult aliquid operari vt lucretur: nam si hæres hoc impedit, & istud impedimentum non insurgat ex vi verborum testatoris, cum posit implere condi tionem ex alio, puta ex peculio vel pecunia sibi data per amicum, & sic non uidetur impedimentum directe fieri, ideo non competit libertas, & sic loquitur d.§. si quis seruum. & vide quæ dixi in c. 2. supra eod. in 8. quæstio. principali. & Paul. de Castro in l. quibus diebus. in princ. ff. de condit. & demon. & quæ latè dixi in cap. 3. de dilat. articu. 17. & 18. Aut ille tertius iniuste occidit, seu impediuit implementum conditionis: & subdistingue, quod aut ille tertius est soluendo, & non habetur conditio pro impleta, vt l. inde Neratius. §. 1. ff. ad leg. Aquil. quia ex quo competit actio legis Aquil. cōtra occisorem ad interesse hæreditatis vel legati amissi propter defectum conditionis, & sic competit remedium ordinariū, cessat extraordinarium introductum in subsidium, quod conditio habeatur pro impleta, ut l. 2. C. de instit. & substit. ibi; nec extraordinario auxilio. Aut ille tertius non est soluendo, & conditio habetur pro impleta, ut l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum erit, & not. in d.l. inde Neratius. tenet Host. in summa eodem titu. §. 2. vers. si vero facta nō erat. Bar. Io. de Imo. & Pau. in d.l. in testamento. Io. Cal. in quæst. quæ incipit, rector ecclesiæ sancti A. prope fin. Pau. in l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonstr. & l. 1. C. de institu. & substit. & ibi latius Ang. & prædicta procedunt, si stetit per tertium cui conditio non debebat impleri. Si vero stetit per eum cui debebat impleri, dic ut dixi sup. in vers. tertio casu.

¶Sed

¶Sed aduerte, quia tex. in d. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. videtur velle, quod si seruus occiditur viuo testatore, non competit actio contra occisorem illi, qui debebat manumittere, etiam post mortem defuncti ad suum interesse, & sic non uidetur ibi quod conditio habeatur pro impleta, quod videtur esse mirum, ex quo ipsi instituto sub conditione, qui illam non potest adimplere, nullum competit remedium ad suum interesse, & sic debet haberi conditiõ pro impleta, sicut quando occiditur post mortem testantis, & occidens non esset soluendo. & eadem ratione videtur idem dicendum, si seruus viuo testatore naturaliter moreretur, circa quod Cyn. formans hoc contrarium in d. l. 1. C. de instit. in 8. oppositione, ipsum reliquit in solutum. Sed dicit Io. de Imo. in d. l. in testamento. la seconda. ff. de conditio. & demonstra. quod licet glo. in d. §. idem Iulianus, uideatur intelligere quod conditio non habeatur pro impleta, quando seruus manumittendus occiditur viuo testatore, tamen ille tex. hoc non dicit, nec forte hoc intendit, quia solũ negat actionẽ competere pro prẽcio hæreditatis contra occidentem, & ideo videtur quod tunc conditio debeat haberi pro impleta, cum sit eadem ratio ac si esset naturaliter mortuus, vel occisus, post mortem testatoris, & occidens nõ esset soluendo, & sic eadem dispositio debet censeri, ex quo illa litera repugnat, ar. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte, cum sim. ita resident Io. de Imo. & satis mihi placet, per regulam, non debet alteri per alterum. ff. de regu. iuris. & per regulam, imputari. de regu. iur. lib. 6.

28 ¶ Tertiò quæro, qualiter conditio † mixta dicatur impleri, & per quos modos, actus, & casus, & qualiter, & ex quibus causis deficere. ¶ Sol. Dic, quod quando adimplentur ea quæ deducta sunt in conditione mixta, vel ad quod apposita, vel à testatore, vel à contrahentibus, vel à statuto, iudice, arbitris, & arbitratoribus, satis est ut conditio dicatur impleta, vt dixi in q. præcedẽ prin. Sed quantũ ad hoc ut cõditio habeatur prò defecta, seu impleta, quando nõ adimplẽtur ea quæ sunt deducta in conditione mixta, distingue istos casus.

¶ Primò, quando deficit facto eius qui debet implere.

¶ Secundò, qñ casu eius qui debet implere.

¶ Tertiò, quando facto eius cui debet impleri.

¶ Quartò, quando casu contingente in personam eius cui debet impleri.

¶ Quintò, qñ simpliciter impeditur per casum.

¶ Sextò, quando culpa, vel facto testatoris.

¶ Septimò, quando impeditur facto tertij.

¶ Primo casu, quando stat per eum, vel impedi-
19 tur per eum, qui debet implere, conditio † habetur pro defecta, ut in l. in testamento. la seconda. ff. de conditio. & demonstratio. & l. fi. ff. de condit. instit. & l. si ea conditione. & l. penúlt. C. de cond. insertis. tenet Hostien. in summa, eo. tit. §. 2. vers. illud nota. & Io. Calde. in d. q. quæ incipit, rector ecclesiæ sancti A. huiusmodi enim conditio, si dederit, si fecerit, si vxorem duxerit, ita accipi oportet, quod non stet per eũ quominus det, faciat, aut ducat, ut l. vter ex fratribus. ff. de conditio. institutio. si tamen seruo fuit legata libertas, si quinquennio seruierit, licet ali quo tempore steterit in fuga, non propterea dicitur conditio defecta, quia post legationem poterit tempus supplere, vt l. cum hæres. §. fin. & ibi per Iaco. de Are. & Bened. de Plumb. & l. seruus testamento. §. fin. ff. de statulibe. nec dicitur seruire tempore litis quæ agitur, eo quod proclamauit in libertatem, secus si ab alio controuersia moueatur, ut d. l. cũ hæres. §. penul. & fi.

20 ¶ Secundo casu, quando deficit † casu eius, qui debet implere, quid iuris sit, collige ex his quæ dixi supra in præced. quæstio. vers. secundo casu. habetur enim pro defecta, ut ibi dixi, per l. sub diuersis. §. fi. ff. de condi. & demonst. tradit Pau. in l. 1. C. de instit. & substit. in penul. q.

¶ Tertio casu, quãdo conditio deficit facto eius,
21 cui debet impleri, conditio † habetur pro impleta, vt d. l. iure ciuili. & l. si post. §. fi. ff. quando dies leg. ce. cum aliis iuribus allegatis supra in præced. quæstio. vers. tertio casu, & ad hunc casum videtur tex. mirabilem in l. uter ex fratribus. ff. de conditio. institut. qui vult, quod si testator dixit, uter ex fratribus meis cõsobrinam meam in uxorem duxerit, ex dodrante, hoc est ex tribus partibus, qui non duxerit, ex quadrante, hoc est ex quarta parte, hæres esto, quod qui cunque duxerit, debet habere dodrantem, qui non duxit, quadrantem. Si uterque duxit, quia illa nulli eorum nubere uoluit, quilibet eorũ debet habere medietatem, ut ibi, & idem dicit ibi gl. si neuter eorum illam ducere uoluit, quia quilibet debet habere medietatem. vide ibi per glo. & Docto. quid autem si aliquis promisit B. centum, si nupserit N. & ipsa nubere velit, & N. nollet accipere. utrum conditio habeatur pro impleta, & quid econtra. vide per Io. de Imo. in d. l. in testamento.

22 ¶ Et aduerte circa prædicta, quod vbi † implementum conditionis est successiuum, nõ impletur momento, si aliqua parte momenti stet per eum in cuius persona debet impleri, nisi stet toto tempore successiuo, vt traditur in l. si peculium. §. fina. ff. de statuliberis.

¶ Item aduerte, quia ex eo quod hæres, in cuius persona infra certum tempus à morte testatoris cõditio est implenda, tardauerit hæreditatem adire, vsque ad illud tempus nõ habetur pro impleta, nisi fauore libertatis, tex. est singularis in l. si hæreditas. ff. de statulibe. & quod dixi de libertate, intelligo quando hæres data opera distulit, & per statuliberum non stetit, ut ibi traditur, & sic si per hæredem stat quominus cõditio adiecta libertati impleatur, conditio habetur pro impleta, & si essent plures hęredes, sufficit quod unus impediat cõditionem impleri, vt conditio habeatur pro impleta, & respectu personæ aliorum hæredum, vt l. statuliberos. §. 1. ff. de statulibe.

23 ¶ Et nota, quod ad hoc, vt conditio † habeatur pro impleta, oportet stare per eum, cui impleri debet in tota cõditione, nec sufficit, quod stet per eũ in parte, & oportet debentem implere offerre totũ. Vnde si data est libertas, si rationes reddiderit, non sufficit offerre se paratũ rationes reddere, nisi offerat se paratum ad totam rationem reddendam, & reliqua restituẽda si qua sunt, vt l. si seruus hæredi. §. imperator. ff. de statulib. & vide q. dicam infra, in vers. 7. quæro.

¶ Et

¶ Et aduerte, quia quod dicitur, quod impedimentum eius in cuius persona conditio debet impleri facit conditionem haberi pro impleta, est verum quando impedimentum ordinatur ad hoc ne conditio impleatur, ad quod vide quod dixi in q. præced. in vers. 3. casu.

24 ¶ Sed pone, testator reliquit † rectori alicuius ecclesiæ tantum, si certa die celebraret diuina in tali ecclesia, & ecclesia illa subiicitur interdicto, secundus rector vult habere illud relictum, quia non stat per eum quominus diuina ibi celebret, quæritur vtrum debeat habere. ¶ Sol. Vide de hoc solemnem q. Ioan. Calde. quæ incipit, rector ecclesiæ. vbi decidit, quod habetur pro impleta, siue dicamus ipsam potestatiuam, siue mixtam, per l. in testamento. la 2. ff. de condi. & demon. & per l. 1. C. de institu. & substitu. & per Dy. in regula, imputari. de reg. iur. lib. 6. & l. quæ sub conditione. §. quotiens. ff. de condit. institu. & per no. in c. 1. de cle. non resi. lib. 6. & l. si Titius. ff. de condi. & demon.

25 ¶ Et nota, quod ad hoc vt † conditio habeatur pro impleta, non sufficit, quod ille cui est implenda, non petat, sed qui habet implere debet ire ad eum, nec expectare, quod ab eo petatur, vt l. tales. §. fina. ff. de condi. & demonst. tradit Pau. in l. penult. C. de condi. inser. tex. tamen in d. §. fi. dicit hoc totum iudicis arbitrio relinquendum ex qualitate personarum & locorum.

¶ Item no. quod si seruus cui relicta est libertas, si x. soluerit, prohibeatur per hæredem soluere de peculio, de quo potest soluere, ut l. Sticum Titio. in princ. & §. si hæres. ff. de statulibe. dixi in ca. de illis. supra eo. in 10. quæst. prin. vers. 4. principaliter. hoc casu conditio habetur pro impleta, vt l. non videtur. ff. de statulibe. & si aliquis recusat recipere pecuniam sibi oblatam causa implendæ conditionis pro libertate, non potest postea penitere illam petendo, & si seruus ad annuam solutionẽ tenebatur, cedit in primam solutionem, ut l. statuliberos. §. Stichus annua. ff. de statulibe. iste tamẽ qui plures sum mas annuas soluere debet, potest omnes simul offerre, & libertatem consequi, vt d. §. Stichus. Sed si plures operæ sint præstandę pro conditione implenda diuersis temporibus, oblatio omnium non facit, vt conditio habeatur pro impleta, & maximè si est facta omnium simul, sed debet expectari tempus earum, & idem si alias ex natura insit tempus, vt l. si peculium. §. penul. ff. de statulibe. licet secus sit in cõditione dandi, vt statim dixi, & ad materiam oblationis vide quod dixi in cap. 2. supra eod. vers. postremo quæro, vtrum ille cui, &c.

¶ Et nota, quod si libertas seruo data sit, si quinquennio hæredi seruierit, & hæres ipsum manumittat, statim cõditio habetur pro impleta, quia manumissus amplius hęredi seruire non potest, & dicitur iste fieri liber ex testamento defuncti, non facto hęredis, secus si per hæredem sit effectum quominus ei seruiat: quia licet hæres non pateretur sibi seruire, tamen seruus non venit statim ad libertatẽ, quasi quinquennium præteriisset: quia licet aliquo tempore non fuerit passus, potest postea alio tempore pati, vt l. statuliberos. §. fina. ff. de statuliber.

¶ Et circa hoc etiam nota, quod qui tenetur seruare alteri, si est infirmus, vel aliter impeditus, dicitureſſe in ſeruitio, ut l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. & §. fin. ff. de ſtatulibe. ad quod uide quod tradit Ang. in ſua diſputatione, quę incipit, exorta guerra. Quid autem ſi ſeruus patitur controuerſiam, vel fuit in fuga, dixi ſupra. & ex prædictis patet, quod in legato libertatis plura ſpecialia concurrunt, quæ etiam traduntur per Pau. de Caſt. in l. pen. C. de condi. inſert.

¶ Quarto caſu principali, quando impedimentum caſu contingit in perſona eius, cui debet imple-
26 ri, dic quod conditio † mixta deficit per caſum, ſiue caſus contingat in perſona eius, qui debet imple re, ſiue cõtingat in perſona eius, cui debet impleri, vt l. in teſtamento. la 2. & ibi glo. & l. Titio centum. §. Titio genero. verſ. ante nuptias, & in l. cum ita. ff. de condi. & demonſt. & in l. ſi ea. & l. pen. C. de condi. inſer. fallit fauore libertatis, ut d. l. pen.

¶ Item fallit fauore alimentorum, circa quod tamen diſtingue, quod aut conſtat, quod fuit relictũ contemplatione legatarij, & hoc caſu, ſi caſus contingat non in perſonam legatarij, ſed hæredis, non nocet legatario, & ſic habetur conditio pro impleta, ut l. illis libertis. in princ. ff. de condi. & demonſt. & l. annua. ff. de annuis lega. Aut conſtat, quod non cõtemplatione legatarij, ſed hæredis, & tunc ſecus, vt d. l. illis libertis, in fi. aut ſumus in dubio, & tunc, ſi fuit appoſita conditio illi cui debentur alimenta, ſi moratus fuerit cum hærede, & relictum præſumitur factum contemplatione legatarij, ſed conditio præſumitur appoſita fauore hæredis, quia minus grauatur dando alimenta in domo ſua quàm extra, vt. no. in l. Caio. §. fi. ff. de alimentis & ciba. legatis. Aut fuit appoſita conditio ſi adminiſtrauerit negotia hæredis, & cum hærede moratus fuerit, & tunc præſumitur facta potius contemplatione hæredis, quàm legatarij, & ſic deficeret mortuo hærede, & ſi plures eſſent hæredes, & unus eſſet mortuus, deficeret legatũ pro rata, vt l. Seię. ff. de annuis leg. ſecundum Pau. de Caſt. poſt Bar. in d. l. illis libertis.

¶ Concludo ergo, quod conſiderari debet cauſa legandi, & uide quod dicam infra in verſ. 7. quęro, & per Pau. in l. 1. de condi. inſti. regulariter autẽ, vt dixi, caſus contingens in conditione mixta facit ipſam deficere, & etiam diſpoſitionem, licet ſecus ſit in mora, vt dixi in c. præce. in 8. q. princ. verſic. 2. concluſio. & ratio differentiæ, quia cõditio obuiat principio acquiſitionis, ut dixi in c. 1. ſupra eo. q. 5. Sed modus non obuiat, ut dixi in c. præced. in 8. q. principali, vide per Docto. in d. l. illis, & per Pau. in l. 1. C. de inſtit. & in ſecunda oppoſitione, & quod tradit Bal. in l. ſi mulieri. ff. de vſufructu accreſcendo, qui dicit, quod ſi quis legat alimenta vxori cum filijs, debentur vxori, etiam filijs mortuis, & vide quod dixi in c. cum ſecundum. ſup. de præben.

¶ Quinto caſu, quando conditio deficit per caſum ſimpliciter, dic ut dixi in quæſt. præceden. verſic. 5. caſu.

¶ Sexto caſu, quando conditio deficit culpa teſtatoris, dic vt dixi in quæſtione præceden. verſic. 6. caſu.

¶ Septimo caſu, quando deficit facto tertij, dic vt dixi in cap. præceden. in verſic. 7. caſu. & ſi ſeruus iuſſus præſtare operas pro libertate conſequenda impediatur ab hærede, conditio habetur pro impleta,

pleta, & consequitur libertatem, ut l. quæsitum. ff. de condi. & demonst.

¶ Quartò quero de cõditione casuali. ¶ Sol. Di
27 cendum est, quod qualitercunque conditio † deficiat, habetur pro defecta, quia testator solum consi derauit conditionis euentum, secundum glo. mag. in l. in testamento. la 2. ff. de condit. & demonstra. & l. 1. §. finautem. C. de cadu. tol. no. glo. in rubri. ff. de condi. & demonst. et Ioan. Cald. in d. quæst. quæ incipit, rector ecclesiæ sancti A. & Pet. et Cyn. in l. legatum. C. de condi. inser. et per l. annua. ff. de annuis leg. illa tamen loquitur in conditione mixta deficiente per casum. fallit secundum Ang. in casu singulari, et peregrino l. fin. C. de necessarijs seruis hæredi. instı. videlicet cum seruus instituitur pure, et sub condi. casuali relinquitur sibi libertas, nam etiam conditione defecta liber est, et hæres, si hæreditas non est soluendo, alias libertas ab eo aduocatur, secus autem si fuisset institutus sub conditione casuali, et sub eadem libertas sibi data, quia tũc defecta cõditione, nec hæres, nec liber erit, vt l. si quis in testamento, in fi. principij. ff. si quis omissa causa testamenti. et l. 3. in fi. ff. de hæredib. instı. secundum Ange. in l. 1. C. de instıtutio. et substitu. et de intellectu d. l. fin. C. de necessarijs seruis, vide ibi per Paul.

28 ¶ Quintò quæro de cõditionib. negatiuis, † quæ ad ipsarum implementum pro consequutione exigunt cautionem Mutianam, et quia materia est vtilis, subtilis et quotidiana, pro clariori doctrina prosequar infrascriptas qq.

¶ Prima, quid sit cautio Mutiana, et quare sic nominetur.

¶ Secunda, à quo, & quare fuerit introducta.

¶ Tertia, in quibus dispositionibus locum habeat.

¶ Quarta, cui præstari debet, & quid si non est cui caueatur.

¶ Quinta, sub qua forma debeat interponi.

¶ Sexta, vtrũ sufficiat, quod semel fuerit oblata.

¶ Septima, vtrum possit remitti, & quis eam remittere possit.

¶ Octaua, quæ sit pœna non seruantis, quod per cautionem præstitam promissum est.

¶ Primò igitur quæro, quid sit cautio Mutiana,
29 & † quare sic nominetur. ¶ Sol. Dic, quod est remedium quoddam à Mutio introductũ, ne dispositiones testatorum sub conditionib. negatiuis conceptæ ludibrio forent, ut apparebit ex his, quæ dicam in sequentib. qq.

¶ Secundò quæro, à quo, & quare fuerit intro-
30 ducta cautio Mutiana. † ¶ Sol. Glo. in l. Mutianæ. ff. de condi. & demon. dicit, quod à Mutio fuit introducta, intellige à Quinto Mutio Scæuola, vt colligitur in Authen. de nupt. §. si verò, colla. 4. & vtilis fuit hæc prouisio, vt dicit tex. in d. l. Mutianæ. resultat enim vtilitas legatarijs, & hæredib. qui aliter cõsequi non possent, vt puta, legata sunt Titio cẽtum vel fundus, si non iuerit Orbetellum, vel tale quid non fecerit, vel etiam si sic sit hæres institutus, non posset Titius petere legatum, vel hereditatem quousque viueret, quia nunquam posset dici conditio purificata, donec viuit, & sic legatum quodammodo nugatorium esset, quia conditione non impleta non deberetur, vt in l. qui hæredi. §. fi. ff. de condi. & demonst. & latius dicam in cap. penul. infra eodem in 14. quæst. ideo magna resultat vtilitas, quoniam per præstationem cautionis Mutianæ statim consequitur legatum, vel hæreditatem, ut d. l. Mutianæ, & sine expectatione mortis aut tristis euentus alterius, vt ex infra dicendis apparebit.

¶ Tertiò quæro, in quib. dispositio habeat locũ
31 cautio Mutiana. † ¶ Sol. Dic, quod habet locum in conditionibus negatiuis, quæ non possunt impleri ante vltimum vitæ spiritum sine expectatione tristis euentus, vt d. l. Mutianę. tetigi in c. de illis. supra eo. q. 10. vers. 11. nota. Sed circa hanc q. de pluribus dubitare contingit.

¶ Primò, vtrum habeat locũ in omnib. conditionibus negatiuis, quæcunque illæ sint, siue sint potestatiuæ, siue mixtæ, siue casuales. circa q̃ dic, q̃ solũ in conditionibus potestatiuis, & mixtis habet locũ, in casualibus verò non habet locũ, siue casuales sint in non faciendo, vel etiam faciendo, secundũ Guli. de Cunio, in l. dedi. ff. de condi. ob causam, & sequitur Bar. in d. l. Mutianæ, & etiã Io. de Imo. ibi. quod probatur per illam l. seu per exẽpla ibi posita à contrario sensu, quia ibi solum ponuntur exempla de cõditionib. potestatiuis, & mixtis, & ad idem lex 1. §. ne autem. C. de cadu. tollen. vnde in relictis sub conditione, si nauis ex Asia non venerit, nõ habet locum cautio Mutiana: quia si apponitur conditio certæ nauı, poterit esse clarum viuente legatario, q̃ illa nauis nũquam veniet, ex eo quia submersa est, vel exusta, aut destructa; secus si testator non dixisset de certa nauı, quia tũc fortè habebit locum cautio Mutiana, secundum Pau. de Cast. in d. l. Mutianæ. & quod dixi de conditione potestatiua, locum habet, si modo nõ sit à iure reprobata, secus si esset reprobata, & sic reiceretur de medio, vnde nõ esset necessaria cautio Mutiana, quia remaneret relictum purum, vt l. cum tale. §. Meuio. ff. de condi. & demonst.

¶ Item hoc verum in cõditione potestatiua, quę non sit appositа cum alia conditione, secus si apponeretur cum alia conditione, vt lego tibi fundum si Titio decem dederis, & si nõ iueris Orbetellum, quia tunc non haberet locum cautio Mutiana, ut l. auia. §. Mutiana. ff. de cond. & demon. quia ex quo alia conditio est impedimento, frustra quæritur de cautione Mutiana, ex quo per ipsam aliud impedimentum non tollitur, vt l. si non lex. ff. de hæredi. instıtu. & l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui no. infa. Sed si interea remoueretur illud impedimentum, & remaneret sola conditio negatiua, tunc esset locus conditioni Mutianæ; quia ex quo alia conditio est purificata per inde est nunc ac si à principio non esset adiecta, secundum Pet. & Cyn. in d. l. Mutianæ, & sequitur ibi Ioan. de Imo. & in dicto §. Mutianæ.

¶ Aduerte tamen, quia si vtraque conditio esset negatiua, puta, si Titio non dederis, Stichum non manumiseris, & Orbetellum non iueris, pro vtraque interponenda esset cautio Mutiana, ut dicit gl. in d. l. Mutianę. & bene requiritur etiam, quod non possit impleri ante vltimum vitę spiritum sine expectatione tristis euentus. Secus ergo esset si esset conditio potestatiua, vel mixta, quæ posset impleri ante vltimum

vltimum vitæ spiritũ sine expectatione tristis euentus, quia tunc non habet locum cautio Mutiana, vt dicta l. Mutianæ. & l. cum tale. in principio. & l. cum sub hac. ff. de conditio. & demonstratio. tangit glo. & sequuntur Docto. in dicta l. Mutianæ. & ideo si vir fuit relictus hæres si non petierit seu exegerit à cohærede suo dotem, accepto ferendo potest adimplere conditionem, vel præstando cautionem Mutianam, vt dicta l. Mutianæ. & ideo dictio, vel, ibi posita exponitur pro &, secundum aliquos, & sic tenetur ad utrunque. Alij volunt quod stet propriè, & sufficiat alterum. Barto. ibi dicit, quod hæc conditio, si non petierit, potest referri ad petitionem iuris & facti, in quantum refertur ad petitionem iuris, ita quod non intelligeretur de petitione facti, sufficeret pro adimplenda conditione acceptum ferre, sed in quantum referretur non solum ad ius, sed ad factum, non sufficeret acceptilatio, & quando ultimum sufficiat, uel non, uide per Barto. in dicta l. Mutianæ. & per Petr. & Cyn. qui aliter dicunt quam Barto. & etiam per Ioan. de Imola, & uide quod dicam, infra quæstio. 8. habet ergo locum cautio Mutiana, quando conditio negatiua potestatiua, uel mixta non potest impleri ante vltimæ vitæ spiritum, vel si potest impleri ante, non potest impleri sine tristis euentus expectatione, vt dicta l. Mutianæ. hoc tamen fallit in libertate, in qua statutum est quod sine præstatione cautionis sufficiat non fieri cum primum fieri potuit, vt l. libertas. §. primo, ff. de statu libe. & l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonstratio. Qualiter autem intelligatur, quod non potest impleri ante ultimum uitæ spiritum sine expectatione tristis euentus. dic quod debet intelligi, si forte ille cuius mors venit expectanda, est filius vel consanguineus, & ita intelligitur secundum exemplum text. in dicta l. Mutianæ. dum dicitur, vel Stichum non manumiserit, quia ille Stichus erat consanguineus, & sic etiam intelligunt quidam in l. cum tale. in princip. ff. de conditio. & demonstratio. Sed hoc est diuinatio, & nimis restringit utrunque tex. vnde quidam intelligunt, quod esset triste expectare mortem Stichi, propter damnum, quod de ipsius morte contingeret. sed hoc est falsum, quia eo. modo dicendum foret si legatum esset factum, si tale mecum non alienauerit, uel non dederit, & tamen secundum glo. non est locus cautioni Mutianæ. vnde dicunt Barto. & Docto. quia durum esset expectare mortem alicuius domestici de familia, & sic Stichi, & sic potest responderi ad l. cum tale. in principio. quæ loquitur de expectatione mortis liberti. & prædicta intellige quando ille naturaliter debebat superuiuere. exemplum, si patri factum est legatum, si filio non dederit, quia naturaliter filius debet superuiuere patri. & ideo expectare mortem filij, esset expectare tristem euentum. Secus si filio esset relictum, si patri non dederit: quia licet mors patris debeat esse dura filijs, tamen pater debet præmori filijs, & ideo non diceretur filius expectare tristem euentum, ex quo naturalis status tendit ad hoc, & ita potest intelligi tex. in l. pater Seuerinam. §. socrus. ff. de conditio. & demonstratio.

vbi in legato facto vxori si perseueraverit in ma-
32 trimonio, non habet locum cautio † Mutiana, quia potuit esse ibi quod uxor esset iuuenis, & maritus erat senex, secundum Bartolum in dicta l. Mutianæ. & ista magis placet, licet quidam dicant, quòd expectare mortem mariti non est triste, quia multæ gaudent. sed hoc est falsum, secundum Rainerium, nisi uxor sit mala, prout communiter reperiuntur. Sed truffa est, & malè loquitur Rain. quia ut plurimum vxores magis contristantur de morte virorum quam filiorum. Vnde opinio. Bar. sequuntur communiter Docto. & Ioannes de Imo. & Pau. de Castro. & uide Bald. in l. fin. C. de instıtutio. & substitutio.

¶ Quidam tamen noluerunt, quod in dicto §. locus cautioni Mutianæ, quia potuit conditio deficere aliter quàm per mortem, ut per diuortium, secundum iura fforum. sed non placet, quia expectatio diuortij est tristis, & contra naturam matrimonij, ut l. prima, ff. de ritu nuptiarum. Præterea tex. ibi non fundat se super dicta ratione, sed quia conditio poterat impleri per mortem viri vxore uiua, ideo dic, vt supra dixi.

¶ Et aduerte, quia si conditio per additionem hæreditatis fiat infallibilis, adeo quod deficere non possit, non requiritur cautio Mutiana, ut dicta l. Mutianæ. in fi. & exemplum potes colligere ex his, quæ dicam in 4. quæstio.

¶ Secundò dubitatur, vtrum habeat locum in conditionib. affirmatiuis, & dicendum est, quòd
33 sic, † quando sunt affirmatiuæ, quæ resoluuntur in negatiuam, verbi gratia, si cum viro in matrimonio perseuerauerit, ut l. pater Seuerinam. §. socrus. ff. de conditionib. & demonstrationib. quia intelligitur, si à uiro non discesserit, & idem si dixit, si cui filijs moram perpetuò traxerit, quia intelligitur si à filijs non discesserit, ut l. si quis ita. ff. de conditionib. & demonstrationib. tenent Bar. & Doct. in dicta l. Mutianæ. dicentes; quod habet locum etiã in omnibus conditionib. affirmatiuis, quę nõ possent impleri nisi ultimo uitæ spiritu, vt est tex. in l. Titio fundus. ff. de conditionib. & demonstrat. & l. seruo inuito. §. primo. ff. ad Trebellianum. & prædicta procedunt nisi repugnet voluntas testatoris, vt puta, si testator reliquit sub conditione, vel die incerta, cum morietur legatarius, ut l. hæres meus. ff. de conditionib. & demonstrationib. quia potest testator dicere, quod impleatur conditio cum morietur, & sic non præstatur cautio Mutiana, vt dicta l. Mutianę. & fortius habet locum cautio Mutiana in conditionib. affirmatiuis, quæ non possunt impleri nisi vltimo vitæ spiritu, seu sub expectatione tristis euentus, vt puta, si relictum sit filiofamilias, si sub potestate patris mansisset: quia cum hoc legatum sit factum contemplatione patris, merito cautio Mutiana exigitur, ut l. filiofamilias. ff. de condit. & demon.

34 ¶ Tertiò dubitatur, vtrum cautio † Mutiana locum habeat tam in hæreditatibus, quam in legatis. Sol. Dic, quod sic, ut est tex. in d. l. Mutianæ.

¶ Quartò dubitatur, vtrum habeat locum in cõ-
35 tractib. † circa quod gl. in d. l. Mutianæ. dicit, quod non, per l. ita stipulatus. ff. de verbo. obli. & l. dedi. ff. de condi. ob cãm. & per Doct. in l. 1. in fi. C. de pact. contrariũ tñ no. gl. in l. fiue apud acta. C. de transa. sed cõis opinio tenet, q̃ nõ habeat locũ, & sic d. gl.

reprobatur, & ſi qua iura vñr loqui in contractibus de cautione præſtanda, non loquuntur de cautione Mutiana, ſed de alia cautione, & quæ ſit ratio, quare non habeat locum in contractibus, traditur in dictis iuribus: & vtrum hoc procedat tam in contractibus nominatis, quàm in innominatis, traditur per Bartol. & Moderniores in dicta l. ſiue apud acta. & vide per Ioan. de Imo. in dicta l. Mutianæ. & per Bal. in auth. cui relictum. C. de indi. viduit.

¶ Quintò dubitatur, vtrum habeat locum in di-
36 ſpoſitionibus † modalibus. ¶ Sol. Dic, quod non, quia diſpoſitiones modales requirunt aliam cautionem, & non ſuſpenduntur propter modum, ſi agi poteſt præſtita ſatisdatione, ſecundum ea, quæ dixi in cap. præced. maximè quæſt. 1. 2. & 8.

¶ Quartò quæro, cui præſtari debeat cautio Mu-
37 tiana? ¶ † Sol. Cyn. poſt Petr. in dicta l. Mutianæ. dicit, quod debet præſtari illis, apud quos res immediatè deberetur conditione nõ impleta, non autem illis, ad quos mediatè, ſecundum Oldrad. in dicta l. Mutianæ, per l. cum ſub hac conditione. ff. de conditio. & demonſtratio. & ſequitur Ioann. de Imo. in d. l. Mutianæ. Et iſtud eſt verum, quando ſubeſt cui caueatur, videlicet cuius immediatè interſit, aliàs ſecus, vt dicta l. Mutianæ. vt puta, ſi maritus ſit inſtitutus hęres in ſolidum ab vxore ſub conditione, ne petat dotem ſibi promiſſam ab vxore, quia eo ipſo, quod adit hæreditatẽ, ſatisfactum eſt conditioni, & ſic non eſt opus cautione Mutiana, vt dicta l. Mutianæ. vltimo reſponſo. nam poſtquam maritus adit hæreditatem, non poteſt ab alio petere, quia extincta eſt actio, eo quod à ſe ipſo ſibi deberetur, vt l. vt debitum, & l. ſi adulta. C. de hæreditar. actio. cum infinitis ſimilibus. Sed ſi ille, qui non erat ſucceſſurus ab inteſtato, fuit inſtitutus hæres, ſi Capitolium non aſcenderit, vel non iuerit Orbetellum, tenetur ipſe cauere venientibus ab inteſtato de reſtituendo eis hæreditatem, ſi Capitolium aſcenderit, aut Orbetellum iuerit, vt dicta l. Mutianæ.

¶ Sed circa hoc inſurgit mihi dubitatio, ex quo tenetur cauere venientibus ab inteſtato, quid ſi tales venientes ab inteſtato deficerent, antequam iſte hęres contraueniſſet, & demum iſte contraueniret; vtrum hæredes illius, qui tunc erant proximiores illorum, quibus cautio præſtita fuit, vel alij, qui ab eo inſtituti eſſent hæredes, vel qui aliàs ſucceſſiſſent de futuro, ſi illi quibus cautio præſtita fuit, non ſuperuixiſſent, debeant habere hæreditatem, ſi hæres contrauenerit.

¶ Circa quod arbitror dici poſſe, quod admittuntur hæredes illorum, quorum prima cauſa erat ſucceſſionis ab inteſtato tempore mortis teſtatoris, & non aliter. Cogitabis.

¶ Quintò quęro, ſub qua forma præſtari debeat
38 cautio † Mutiana, & qualis ſit iſta cautio.

¶ Sol. Quantum ad primum dic, quod aut res eſt immobilis, & per hanc cautionem debet legatarius promittere reſtituere rem cum fructibus, ſi contra fecerit, & idem arbitror de hæreditate reſtituenda cum fructibus perceptis. facit authentica, cui relictum. C. de indicta viduitate. & in corpore, vnde ſumitur, in Authentico, de nuptijs. §. quia verò, collatio. quarta. Aut res legata eſt mobilis, & tunc ſi recipit functionem in genere ſuo, prout eſt pecunia numerata, vinum, & oleum, & granum, debet promittere reſtituere tantundem: ſi vero non recipit functionem in genere, ſed in ſpecie, debet promittere reſtitutionem ipſius rei, ſi extabit, aliàs eius æſtimationem, argumen. l. ſi tibi vini. ff. de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, & cum vſuris, vt dicta authentica, cui relictum. quod tamen hodie non videtur procedere, vt in authentica, ad hoc. C. de vſuris. ſecundum Petr. Cynum, Bartolum, & Ioan. de Imo. in dicta l. Mutianæ. vide ad prædicta, quæ dixi ſupra, in rubrica, in quarta quæſtione principali, verſic. nunc venio ad alios modos vltimarum voluntatum, & debet huiuſmodi cautio præſtari non ſimplici verbo, ſed cum fideiuſſoribus, vt l. cum ſub hac. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi tex. dicit, ſatisdedit. iuncta l. prima. ff. qui ſatisdare cogantur. & dicta authentica, cui relictum. ſecundum Bart. Ioan. de Imo. & Doct. in dicta l. Mutianæ.

¶ Sextò quæro, vtrũ ſufficiat ſemel offerre hanc
39 cautionem, † ita quod ſi ſemel fuit oblata, & hæres fortè noluit eam recipere, ſed poſtea hæres illam petat, vtrum debeat præſtari? & videtur, quod ſic, quia vltima mora nocet. l. illud. ff. de periculo, & commo. rei vend. & l. ſemel mora. ff. ſolu. matr. & l. ſi quis à ſe in fundum. C. ad legem Iuliam, de vi.

¶ Sol. Pet. & Cyn. in dicta l. Mutianæ. diſtinguunt, quod aut legatum eſt traditum legatario, & non poteſt à modo cogi ad cauẽdum, vt l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. ſed ſi legatum nondum eſt præſtitum, & petatur, poterit hæres ſe tueri per exceptionem, niſi præſtetur cautio Mutiana, argumen. dictæ l. illud, & l. ſi in area. ff. de condictio. indebiti.

¶ Nec obſtant iura, quæ dicunt, quod vltima
40 mora † nocet, quia procedunt, quando committitur mora circa id, quod eſt in conditione, non autem quando circa id, quod eſt in obligatione, vt dicta l. ſi quis ſub conditione. & ſequitur Ioann. de Imo. in dicta l. Mutianæ. ad quod vide, quod dixi ſupra eo. quæſtio. ſecunda, verſi. tertio caſu. ibi, aduerte tamen, quia licet conditio habeatur pro impleta, &c. & in cap. primo, ſupra eodem. in 6. quæſtio. principali, in verſic. aduerte tamen, quia licet conditio conſiſtat in dando.

¶ Septimò quæro, vtrum cautio Mutiana poſit
41 remitti, † & quis illam remittere poſſit.

¶ Sol. Dic, quod ſic: poteſt enim teſtator talem cautionẽ remittere, ſecundum Pet. & Cyn. in d. l. Mutianæ. ſicut remittere illam, quæ præſtatur pro implenda vltima voluntate, vt l. 2. & l. ſcire. C. vt in poſſ. leg. & in l. auia, in fi. & ibi Io. de Imo. ff. de condi. & dem. & l. quid ergo. ff. de pact. & ratio in promptu eſt, quia cautio prædicta fuit inducta in fauorẽ teſtatoris ad tuendam ipſius voluntatem, & regulare eſt, q̃ quilibet poteſt fauori pro ſe introducto renunciare, ſecus eſt ſi eſſet introducta in fauorẽ hęredis, qualis eſt cautio, quæ venit præſtanda hæredi ab vſufructuario, quam teſtator non poteſt remittere, vt l. 1. C. de vſufruc. ſecundum Ioan. de Imo. in d. l. Mutianæ. Sed tu melius dic, quod illa fuit introducta, ne vſufructuario daretur materia maliguandi, & ideo teſtator non poteſt illam remittere,

vt

vt l. ſi unus. §. illud nulla. ff. de pact. Vide quod larè dixi in capitulo, ſi diligenti. ſupra de foro competenti.

¶ Et aduerte, quia non ſolum ſufficit ad remittendum talem cautionem apparere de expreſſa teſtatoris voluntate, ſed ſufficit etiam ſi hoc colligatur ex tacita ipſius voluntate, vt d. l. auia. in fi.

¶ Octauo quæro, quid iuris ſi conditio pro qua adimplenda præſtita eſt cautio Mutiana, non conſeruetur.

42 ¶ Sol. Dic, quod legatum † pro quo conſequendo præſtita eſt cautio Mutiana, debet reſtitui hæredi cui cautio præſtita eſt, ſi conditio deficeret, vt l. cum ſub hac. & l. Titio fundus. ff. de conditionib. & demonſtrationib. hoc enim continere debet dicta cautio, vt rem cum fructibus reſtituat, ſi conditionem non ſeruauerit, ſeu contraueneri t, vt dixi ſupra, quæſtione quinta. & quid facere debeat hæres ſi contrauentio cedit in utilitatem alterius, & qualiter debeat cedere actionem illi alteri. vide tex. & Docto. in dicta l. Titio fundus, & vtrum ſit locus reſtitutioni, ſiue legatarius contraueniat de iure, an ſufficiat contrauenire de facto, tetigi ſupra, quæſtione tertia, Pet. & Cyn. volunt, quod in dubio non debet contrauenire, nec de iure, nec de facto. Bar. verò dicit, quod in dubio non attenditur contrauentio facti, vide latè per Imo. in d. l. Mutianę. in fi.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone, teſtator legauit Titio fundum, ſi creditum ſuum ab hærede nõ petierit: Titius conſequutus eſt fundum præſtita cautione Mutiana, nec viuens vnquam petijt, ſed eo mortuo hæres petit; quæritur vtrum teneatur reſtituere fundum. Cyn. poſt Pet. in dicta l. Mutianæ. dicit, quod non, ſi conditio erat perſonalis, quia tunc non curatur de contrauentione hæredis, ſicuti in ſimili dicimus de pacto perſonali, in l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. Secus ſi eſſet realis, nec aliter exemplificat. Tu potes exemplificare, quod perſonalis intelligitur, ſi dictum fuit, ſi non aſcenderit Capitolium, vel non iuerit Orbetellum: realis verò, ſi non petierit creditum ſeu debitum, quia hoc caſu in dubio videtur eſſe mẽs teſtatoris, quod ñullo modo petatur, pro quo allego bonum tex. in l. tale pactum. ff. de pact.

¶ Sed pone, teſtator dixit, lego Titio fundum, ſi domum ſuam non altiauerit, vel non offenderit luminibus domus hæredis; Vtrum dicatur realis, vel perſonalis.

¶ Sol. Ego arbitror, quod prohibitio intelligatur realis, & ſic quod hæredes ſui non poſſint contrauenire, & contrauenientes priuẽtur relicto, & fructibus, ad quod etiam vide Specu. & Io. And. in additione Speculi in titu. de iudic. §. ſecundo, verſic. quid ſi duo. & verſic. de duobus, in quarta parte, & Specu. in titu. de emptione & venditione, §. primo, verſic. per ſe, & ſuos hæredes, & ibi Bald. in additione, & vide etiam quod tradit Specu. in ti. de obligatio. §. primo. verſic. ad primum. poſt Iacobum de Are. & Cyn. in l. ea lege. C. de condictione ob cauſam. & vide glo. in l. 3. §. opus. ff. de alienatio. iudicij mutandi cauſa facta, & per Ioan. de Imo. in l. ſi cui opus. ff. de oper. no. nuncia.

¶ Ego pluries conſului, vnum conſilium incipit, Magiſter Ioannes de Orbetello. Aliud incipit, nobiles de Aringheſcha. & aliud quod incipit, Antonius ſer Corradi de Perufia. & prædicta perpetuò notabis, quia quotidie contingit.

¶ Et ex prædictis habes expeditam materiam cautionis Mutianæ.

¶ Sexto principaliter quęro de viribus illius con-
43 ditionis, † ſi ſine filijs deceſſerit, qualiter & per quos modos videatur impleri, vel deficere. quæ q. eſt quotidiana, & utilis, & ideo diligentèr attendenda, in qua centum vicibus, & ultra conſului, & in qua proximis ſuperioribus diebus ter conſului in ciuitate Perufina, Camerinenſi, & Piſana. procedam tamen in ea ſub compendio quantum potero per concluſiones infraſcriptas.

¶ Prima concluſio ſit, hæc conditio, ſi ſine libe-
44 ris, vel filijs deceſſerit, † deficit per ſuperexiſtentiam liberorum, ſiue plures ſuperſint, ſiue vnus ſolus, ut l. 1. C. de condi. infer. & in l. non eſt ſine liberis. ff. de verborum ſignif.

¶ Aduerte tamen, quia vidi conſultum, quod ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus filiis maſculis, filiæ fœminæ dotatæ non ſuccedant, quod ſi patri defuncto ſupererat vnus ſolus filius, quod talis filius nõ excludebat aliam filiam dotatam, quia cum ſtatutum loquatur per verbum pluralis numeri, filijs, nõ uerificatur in vnico filio, ut in regula, plura-
45 lis loquutio, † de regu. iur. lib. 6. & l. fin. ff. ad Trebel. & in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. maximè cum prędictum ſtatutum ſit correctiuũ & odioſum odio irrationabili, & naturæ accuſatiuũ, vt l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. merito proprie, & ſtrictiſsimè eſt interpretandum, ut l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio, cum alijs vulgar. & quia iſte eſt caſus omiſſus, ideo remanet
46 in diſpoſitione † iuris communis, ut l. ſi cum dotem. in princip. ff. ſoluto matrimonio, cum alijs vulgar.

¶ Nec obſt. lex 1. C. de conditionib. inſertis, & l. liberorum. de verborum ſignific. quia loquuntur in verbo liberorum, quod non habet ſingulare quo ad hoc ſignificatum, & hãc rationem aſsignat iureconſultus in l. non eſt ſine liberis. ff. de verborum ſignific. Sed verbum, filius, reperitur tam in ſingulari, quam in plurali: ego tamen ſemper vidi contrarium, ideo nolui ſubſcribere.

¶ Et aduerte, quia non ſufficit filios habuiſſe, niſi ſuperſit tempore mortis, & ſic tempore quo ſubſtitutio applicatur ad actum, ut eſt tex. in capitulo, Rainutius. ſupra de teſtamen. & l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellianum, & in l. prima. C. de conditionib. inſertis. & hoc verum ſi appareret
47 filium prædeceſsiſſe. Si verò ſumus in dubio, † quia naufragio, & ruina, uel alio ſimili modo filius cum patre, vel matre pericrit, quis prius præſumatur mor ruus, pater, vel filius. dic, quod filius, ut uideatur conditio adimpleta, ut dicto §. cum autem. quod tamen glo. ibi intelligit, ſi filius erat impubes, ſecus ſi pubes, ad quod vide l. qui duos. §. cum in bello. & §. ſi maritus. ff. de rebus dubijs, & quod traditur in l. quod de pariter. & l. ſi inter. & ibi per Bart. eodem titu. Ioan. And. in c. Rainutius. de teſtam. Barto. conſilio, quod incipit, Martinus de Barocijs. Ang. & poſt eũ Io. de Imo. in d. §. cum autem.

Vide latè in conſilio meo, quod incipit, Anno iubilei, &c.

¶ Et hæc procedunt ſi fuit facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſecus ſi fuit facta, ſi liberos habuerit, quia hoc caſu ſatis eſt ſemel filium habuiſſe, ut l. ſi quis hæredem. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutio. traditur in l. ex facto. §. cum autem. ff. ad Trebellianum, & l. cum vxori. ff. quando dies legati ce. & l. rogo. ff. de fideicommiſſ. liber. ad quod vide quod ſtatim dicam.

¶ Sed circa prædicta inſurgit dubitatio, quis teneatur probare filium † prædeceſsiſſe, vtrum ſubſtitutus teneatur hoc probare, & ſic hæredem inſtitutum ſine ſilijs deceſsiſſe, vel econtra. ad quod vide quæ ſuperius dicta ſunt, vide latè per Ioan. de Imo. in l. ex facto. §. cum autem. ff. ad Trebel. & quę latè dixi poſt Innocen. in materia probationis negatiuæ, in cap. ſuper his, infra de accuſat. & ad prædicta uide Bal. in l. qui in utero. ff. de ſtatu hominum. qui dicit, quod ſi talis decedit vxore prægnante, non dicitur decedere ſine filijs, ſi commodum reſpicit ventrem, pro quo eſt tex. in l. iubemus. §. fin. C. ad Trebel. ſi verò commodum non reſpicit ventrem, hoc eſt exiſtentem in utero, tunc dicitur decedere ſine filijs, quod perpetuò notabis, quia de facili poteſt contingere.

¶ Item ſatis eſt, quod talis ſit mortuus viuo filio, licet paruo tempore uixerit filius ſuperſtes, facit l. filius familias. §. cum quis. ff. de leg. 1. & l. ex facto. §. 1. ff. ad Trebel. & l. ſi quis hæredem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & l. hæredib. ff. ad Trebel. & l. iubemus. §. fina. C. ad Trebel. & l. cum vxori. C. quando dies le. ce. tradit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de teſta. §. in primis. in fi. et Cy. in authen. ſed et ſi quis. C. de ſecun. nupt.

49 ¶ Et aduerte, quia idem eſt dicere, † ſi ſine filijs deceſſerit talem ſubſtituo, et dicere, grauo hæredē meum reſtituere hęreditatem ſi liberos non habuerit. Nam licet liberos habuerit, ſi tamen præmortui ſunt, conditio dicitur impleta, et locus eſt ſubſtitutioni.

¶ Non obſt. quod ſtatim dixi, quod aliud eſt dicere, ſi liberos habuerit, et aliud, ſi liberos non habuerit: quia primo caſu conditio dicitur adimpleta eo ipſo q; ſemel habuit liberos, licet mortui ſint, vt ſupra dixi. Secundo caſu, dum dixit, ſi non habuerit, debet intelligi. ſ. tempore mortis, et vide quod dicam infra in verſic. 5. concluſio. ibi, ſed circa hoc quęro. et vtrum ſufficiat filios habitos mottuos eſſe ciuiliter ad hoc, vt locus ſit ſubſtitutioni, licet naturaliter ſuperuiuant, collige ex his, quæ dicam infra in verſ. 8. concluſio.

¶ Sed circa prędicta dubitatur de pluribus, quid ſi talis decedat cum filijs naturalibus tātum, vtrum
50 ſubſtitutio † facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcat. ¶ Sol. Glo. 1. in cap. in præſentia, ſupra de proba. dicit quod ſic, per l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & vide ibi per Bar. & in l. hæredib. §. finà. eo. tit. & l. generaliter. in fi. C. de inſtitu. & ſubſtit. & l. cum pater. §. nolo. & l. Lucius. §. fi. ff. de leg. 2. no. glo. in verbo, legitimè deſcendentes. in cap. Rainaldus. ſupra de teſtamen. quam paulo ante legimus in voce. & ratio in prōptu eſt, quia iſta verba, filij vel liberi, à iure naturali procedunt, & ideo comprehendunt quoſcunque naturales, vt d. l. ex facto. §. 1. & ar. l. tutelas. ff. de capitis diminut. quod procedit, etiam ſi tales naturales fuerint concepti in ſeruitute, dummodo fuerint concepti in figura matrimonij, alias ſecus, vt l. Lucius, la ſeconda. §. 2. ff. de lega. 2. & in l. fina. ff. de iure deliberan. tenet Pet. de Anchar. in repetitio. dicti cap. in præſentia, quæſt. 4. in alijs verò non conceptis in ſeruitute, dic, quod ſi eſt filius naturalis ex unica concubina ſuſceptus, facit deficere conditionem, & hoc clarum, ſi expreſsè cōſtat de mente teſtantis, quod ſenſerit etiam de naturalibus, & idem etiam eſt ſi non conſtet de expreſſa uoluntate, ſed hoc colligi poteſt ex tacita uoluntate, quæ poteſt colligi ex cō-
51 iecturis, quæ coniectura † poteſt colligi ex verbis præcedentibus, & ſequentib. puta ſi ſolam mentionem fecerit in præcedentibus de naturalib. quia naturales faciunt deficere conditionem, non attenta qualitate perſonarum, an ſint, vel non ſint in dignitate, per l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de lega. 1. Si verò mentionem feciſſet de legitimis, & naturalibus, non videretur intellexiſſe de naturalibus tantum, per l. qui filiabus. ff. de lega. primo, & l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. Si verò referuntur ad illum qui tempore teſtamenti habebat ſolum naturales, & teſtator hoc ſciebat, intellexiſſe uidetur etiā de naturalibus. Si uerò referantur ad perſonam quæ habebat legitimos, & naturales ex uxore uiuente, præſumitur intellexiſſe de legitimis, & naturalibus tantum, & quod non cogitauerit, quod uxor, & filij morerentur, et poſtea haberet concubinam. Si verò nullum prædictorum interuenerit, recurrimus ad alias coniecturas, vt puta, ad dignitatem loquentis, & illius ad quem verba diriguntur, vt dicta l. ex facto. §. primo. ff. ad Trebel. quia non eſt
52 præſumendum, quod † conſtitutus in dignitate ſenſerit de naturalibus tantum, cum talibus maius ſit dedecus, quod eorum bona veniant ad baſtardos, quam in alijs plebeis, quod Barto. intelligit de homine honeſtæ vitæ, vel honorabilis conuerſationis, ita quod ei eſſet verecundia, quod ſua agnatio ſeu domus deueniret ad baſtardos, argum. l. primę. §. & generaliter. ff. de ventre in poſſeſsionē mittendo, & dictę l. primę. §. de inſpiciendo, & §. publicè. ff. de ventre inſpici. quod procedit ſecundum Paulum de Caſt. in dicta l. ex facto. §. primò. intelligendo de dignitate, & nobilitate eorum qui habent ſignoriam, vt caſtra, & iuriſdictionem; de quibus eſt maius dedecus, quod perueniant ad baſtardos, & maius præiudicium ſubditorum, quia baſtardi ſolent eſſe vitioſi, non autem putat ſic in alijs nobilibus habētibus priuatum patrimonium. Vnde dicit, quod in nobilibus Venetis non credit habere locum dictam conſiderationem. Sed idem eſſe, quod in alijs, & propter hoc dicit, quod communiter in priuilegijs ab imperatore conceſsis, quibus datur poteſtas legitimandi, dicitur, filijs Comitum, Baronum ac nobilium dumtaxat exceptis. quandoque etiam dicitur, filijs illuſtrium, & ſpectabilium perſonarum dumtaxat exceptis. vnde dicit Pau. quod, non obſtante tali exceptione, talis poſſet legitimare filium illegitimum vnius nobilis Veneti, vel Florentini non habentis Caſtra, ſignoriam, & iuriſdictionem, & ſic dicit ſe

ſe reſpondiſſe in quæſt. facti, quia de talibus non cenſetur Imperator ſenſiſſe, ſed de ſimilibus illis quos ſupra expreſsit præmittendo Comites, & Barones, &c. cum talia ſint ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, ut l. fin. §. cui dulcia. ff. de uino, tritico & oleo legato. multi enim ſunt habentes caſtra & ſignoriam, qui tamen non ſunt Marchiones, Comites vel Barones, ſed ſimpliciter dicuntur nobiles, & de illis, & non de priuatis Imperator ſenſiſſe videtur, cum multi reperiantur pauperes, & non eſt dedecus ſi eorum bona veniant ad baſtardos. Ceſſantibus uero omnibus prædictis recurrendum eſt ad alias coniecturas, ut puta, ſi d. ſubſtitutio ſit facta furioſo, quod ante furorem non contraxerat matrimonium, & ipſe poſtea ex matrim. contracto de facto habuerit filium, quia non tenuit propter defectum conſenſus: certe per talem filium expirat ſubſtitutio, ut l. hæredibus. §. fina. ff. ad Trebellia. quod tamen intellige, quando tale matrimonium alias non erat à iure reprobatum, quam propter defectum conſenſus. Secus ſi ex alio eſſet reprobatum, ut puta propter conſanguinitatem uel affinitatem in gradu prohibito, & idem dicendum eſt ſi talis ſubſtitutio fuiſſet facta clerico exiſtenti in ſacris, uel moniali profeſſæ, aut monacho
53 profeſſo, quia tūc † filius natus ex matrimonio per talem contractum non faceret deficere conditio. ſubſtitut. per ea quæ ſtatim dicam de ſpurio. ſecundum Barto. Ange. Ioan. de Imo. & Pau. in dicta l. hæredibus. §. fin. tenet Imo. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liberis & poſthumis, licet Ange. ibi teneat contrarium. facta ergo ſubſtitutio clerico in ſacris, ſi ſine filijs deceſſerit, intelligitur de filiis quos talis clericus habere poteſt, hoc eſt de legitimis tantum, vt in Authentico de ſanctiſsimis epiſcopis. §. ſed hoc præſenti. Vnde filius adoptiuus faceret deficere talem conditionem, quod ego intelligo verum niſi talis clericus tempore teſtamenti ex præmortua uxore haberet filios legitimos & naturales, quæ vxor eſſet præmortua, quia tunc non uenirent adoptiui, per ea quæ ſtatim diximus in verſ. ſecunda concluſio.

¶ Si vero ex præcedenti matrimonio non habet filios, & ſubſtitutio eſſet facta ſub iſta forma, videlicet, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore deſcendentibus, dicit Barto. in dicta l. hæredibus. §. primo, in fi. ff. ad Trebellia. quod hoc fideicommiſſum nō
54 tenet, ſicut non tenet † ſubſtitutio facta mulieri, ſi nupſerit, quia videretur per hoc indicere uiduitatem mulieri, priuando eam ſi nubat, ideo non ualet, vt l. quotiens. ff. de conditio. & demonſtratio. ad quod uide quod latius dixi ſupra in rubrica, in quarta quæſtio. princip. & quia huic uidetur adiici conditio impoſsibilis de iure, niſi præcederet ex diſpoſitione ſummi Pont. Sed talis diſpenſatio non venit inconſideratione. ad quod uide quod dixi ſupra in rubrica. q. 4. verſ. ſexta declaratio, ibi, vlterius quæro iuxta prædicta.

¶ Sed quæro circa prædicta, quid ſi dicta ſubſti-
55 tutio, † ſi ſine filijs deceſſerit, fuit facta filiæ, vtrum propter filium naturalem ab ea ſuſceptum expiret. ¶ Sol. Glo. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebellia. tenet quod ſic. mouetur, quia mulieri naturalis ſoboles eſt legitima, niſi mater ſit illuſtris, ut in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. per quam l. Archid. in capitu. ſi pater. de teſtamen. lib. ſexto, in verbo, liberos, videtur uelle, quod intelligatur de quibuſcunque liberis, non ſolum naturalibus, ſed etiam ſpurijs. Sed Barto. in dicta l. hæredibus. dicit, quod hoc non videtur uerum, quia non uidetur congruere uoluntati teſtatoris, quæ principaliter inſpicitur, ut ſupra dixi: quia in fœminis magis eſt abhorrendum ſecundum mores noſtros, habere filios naturales quam in maſculis, & ſequuntur ibi Ang. Imo. & Pau. de Caſtro. vnde pater non videtur in dubio in filia ſenſiſſe niſi de legitimis & naturalibus, cum ſibi etiam mortuo redundet maximum dedecus, ſi filia tales habet filios.

¶ Item, quia filiæ daretur materia delinquendi, & pater plus abhorret in filijs quàm in ſe ipſo, vt l. iſti quidem. ff. quod met. cauſa. & idem in quacunque muliere etiam extranea, licet aliud ſit in ſucceſſione ab inteſtato, in qua ſola conſideratur legis in-
56 tentio, propter quam filia † naturalis ſuccedit matri ab inteſtato, ſicut legitima, ſi modo mater non ſit illuſtris, vt dicta l. ſi qua illuſtris. Sed aliud debemus dicere in interpretando verba teſtatoris, quę ſecundum ipſius mentem & intētionem etiam præſumptam uel coniecturatam ſunt interpretanda, vt l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſsis. & in l. cum auus. ff. de condit. & demonſt.

¶ Ex prædicta tamen opinione glo. & Archidia. videtur ſequi, quod ſi ſtatutum diſponit quod filij naturales ſuccedant abinteſtato, quod tales naturales facerent deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs deceſſerit, ex quo iſti ſunt tales qui tāquam filij legitimi ſuccederent. & ſimiliter ex prædicta ratione idem eſſet dicendum ſi ſtatutum diſponeret quod ſpurij ſuccederent ab inteſtato, pro ut eſt Peruſiæ, & in quibuſdam alijs locis.

57 ¶ Sed aduerte, quia prædictum † ſtatutum non videtur valere, per no. per Hoſtien. in ſumma, qui filij ſint legitimi. §. nunc uidendum. ver. quid ſi Imperator, & Io. An. in addit. Specu. in ti. de ſucceſ. ab inteſta. §. 1. ver. ſed ex facto.

¶ Quidam tamen diſtinguunt, vtrum loquamur in Imperatore ſeu alio non recognoſcente ſuperiorem, vel in inferiore recognoſcente ſuperiorem, vide per Barto. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcidiam, & l. quarta, in fi. ff. de teſtam. & ibi per Angel. & Ioan. de Imo. & per Azo. in ſumma. C. de naturalibus liberis. per Fede. conſilio 275. per Bald. in l. fin. C. de naturalibus libe. & in l. eam quam. C. de fideicommiſ. & in repetitio. l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. & in l. 1. C. de iure aureorum anulorum, & in l. & ſi contra. C. de nupt. & in repet. l. 1. C. de ſumma Trin.

58 ¶ Quid † autem ſit in contractibus, ſi aliquis accipit feudum vel emphyteuſim pro ſe & filijs uſque in tertiam generationem: uel in ſententia, ſi forte princeps condemnauit Titium & ſuos filios uſque in tertiam generationem: vel a l. ſeu ſtatuto proferantur iſta verba. Vtrum ueniant naturales, & ſpurij, vide Bar. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi etiam per Pau. de Caſt. & per Docto. in iur. ſupra allegatis.

¶ Secunda concluſio ſit, filius legitimus duntaxat, nō adoptiuus, facit deficere conditionē, ſi ſine

59 filijs decesserit, quia verbum, † filijs, in dubio intelligitur in casu vero, non ficto, ut l. fideicommissum. ff. de conditionib. & demonstrationib. & ideo adoptiuus non facit existere conditionem, si cum filijs decesserit, ut est tex. in l. si ita quis. §. primo. ff. de leg. 2. licet aliter senserit Pet. de Anchar. in repetitione cap. in præsentia, de proba. quæst. 2. quod verum, nisi verba essent directa ad illum qui non posset habere filios, nisi legitimos, hoc est adoptiuos, vtputa si essent directa ad clericum in sacris constitutum, per ea quæ supra dixi.

¶ Item prædicta procedunt, vbi quis adoptaret extraneum, secus si adoptaret nepotem, vel pronepotem qui similis sit filio legitimo, quia tunc talis faceret deficere conditionem, ex eo quod tali com
60 petit querela † inofficiosi, ut l. si arrogator. ff. de adopt. & Insti. de inofficio. testamen. §. cum autem. & C. de adopt. in l. cum in adoptiuis. §. si verò pater naturalis, secundum Henri. Boich in cap. Raynutius, in princ. supra de testamen. & vide per Ang. in quæst. quæ incipit, quidam nobilis genere, & per Ioan. de Imo. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & per Bal. in l. fina. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis, & vide consilium meum, quod incipit, Domina Francescbina de Fulgineo.

61 ¶ Tertia conclusio sit, conditio † si sine filijs, vel liberis decesserit, nó expirat per superexistentiam filij spurij, qui natus sit ex damnato coitu, vt in authen. ex complexu. C. de naturalib. libe. per Docto. & maxime Pet. de Anchar. in repet. c. in præsentia. supra de probat. quæst. 1. & traditur in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & per Gasp. Cald. consil. 65. quod incipit, ad aliam quæst. quod fortè procedit, nisi ex forma statuti validi spurius succederet patri abintestato, per ea quæ supra dixi de filijs naturalib. propè fi. primæ conclusionis.

¶ Quarta conclusio sit, si testator dixit, si decesserit
62 sine filijs legitimis, & naturalibus, † naturalis tantum non facit deficere conditionem, no. glos. in verbo, legitimè, in cap. Rainaldus. de testamen. supra, & longè minus si sit legitimus tantum, hoc est adoptiuus, naturalis verò legitimatus facit deficere conditionem, & etiam adimplere, si conditio fuit affirmatiuè concepta, videlicet, si cũ filijs legitimis, & naturalibus decesserit, & hoc procedit natura, & iure cooperante, sic disputando tenuit Iac. de Arena, vt refert Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de succesio. abintestato. in fi. nam in legitimato est verus status legitimorum, vt no. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. et Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & ideo statuto disponente, quod existente filio masculo legitimo, & naturali, filia non
63 succedat, talis filia † excluditur per filium legitimatum, vt no. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & d. l. cum acutissimi, & hoc clarum in naturali legitimato. sed quid in spurio legitimato, dubium facit, quia iste non appellatur naturalis à iure, sed tamen à natura omnes æqualiter generamur. in hac tamen q. Gasp. Cald. consuluit, quod talis filius non faciat deficere conditionem, quia verba simpliciter prolata interpretanda sunt secundum causam naturalem, & propriam, non autem secundum accidentalem: sed tales non dicuntur naturaliter, sed accidentaliter legitimi, ergo &c. & ad hoc etiã tendunt plura alia argumenta de morte naturali, & non de ciuili, vt l. ex ea. ff. de verbo. oblig. & cum loquimur de legitima ætate alicuius, nó intelligitur de ea quæ imperiali beneficio suppletur, ut l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt, & ad hoc etiam tendunt plura alia similia in dicto cõsilio allegata, quę tamen argumenta similiter concluderent idem de filio naturali legitimato. mouetur etiam Gasp. quia
64 princeps, † vel alius non intendit iuri alterius derogare, vt l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico, quod argumentum similiter idem concludit in naturali legitimato.

¶ Et aduerte, quia, quod dixi, quod naturalis legitimatus facit deficere dictam conditionem, procedit, nisi testator, vel statutum loqueretur hoc modo, cum filijs naturalibus, & legitimè natis, quia tũc non faceret deficere conditionem, nisi esset legitimatus per subsequens matrimonium, per not. per gl. in c. innotuit, supra de elect. & ratio est, quia talis legitimatio trahitur retro, vt in cap. tanta. infra qui filij sint legitimi, dicam in dicto tit. in 29. principali arti. in materia legitimationis. hoc tamen non habet locum in rescripto principis, quod loqueretur de legitimè nato, quia in rescripto talis legitimatio
65 non † trahitur retro ad tempus natiuitatis, vt no. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthum. dicam in dicto art. 29. tradit Pau. in l. si ita quis. §. 1. ff. de leg. 2. & vide de materia per Ang. in quæst. quæ incipit, duo adinuicem litigantes, & per Ioan. de Imo. in d. §. & quid si tantum, & in d. l. ex facto. ff. de vulg. & pupilla. Sed forte hoc non procederet, si princeps legitimando plenè restituisset primę genituræ, de quo dicam in d. 29. art.

¶ Quinta conclusio sit, si testator apposuit conditionem, si sine liberis decesserit, satis est superui-
66 xisse neptem etiam ex filia, † vt l. 1. C. de condit. inser. quod procedit etiam si dixerit, sine liberis masculis, per ca. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis. contrarium tenet, & sentit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 146. vbi dicit, quod filij masculi appellatione non cõprehenditur filia fęmina, per l. 2. ff. de iure immunitatis, & sequitur Bald. in authen. si quas ruinas. in fi. C. de sacrosanc. eccles. & in l. sed si hac. §. liberos. & §. qui manumittitur. & ibi gl. ff. de in ius vocan. & in l. 1. C. de conditionib. inser. tradit Ioan. And. in addit. Spec. super rubr. de testam. & vide per Pau. de Cast. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. & l. 1. C. de condit. inser. vbi dicit, quod dictum Speculatoris habet locum in concesione feudi, & emphyteusis, secus in terminis nostris, & ita sentit Bald. in d. l. 1. licet obscure loquatur, & Pet. de Anchar. in repeti. c. in præsentia. de probat.

¶ Et aduerte, quia prædicta conclusio procedit
67 etiam si testator dixit, † sine liberis ex suo corpore descendentibus. sentit glo. in Authen. de non eligendo secundo nubentes. §. cum igitur. quam allegat, & sequitur Bal. in l. 1. C. de condi. insert. & ibi Pau. de Cast. & vide Bart. in l. liberorum. ff. de verborum signific. qui videtur tenere idem, per l. Lucius, la seconda. ff. de hæredibus institu. quod videtur verum si testator loquutus fuit per verbum liberorum.

¶ Quid

¶ Quid autem si fuit loquutus per verbum filiorum. materia est satis longa, & versatur circa plura, quia quandoque verbum filiorum, profertur à lege, quandoque à statuto, quandoque à testatore, quandoque à contrahentibus, quibus casibus,
68 vtrum nepotes † ueniant vel non ueniant appellat. filiorum, & vtrum ex primo significato vel ex interpretatione, vide latè per Barto. in l. liberorum. ff. de verborum significatio. colum. penult. & l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthum. & per Bald. in dicta authentica, si quas ruinas. & l. Deo nobis. C. de episcopis & clericis, & l. secunda. C. de iure emphiteu. & ibi etiam per Salice. & l. prima. C. de conditio. insertis. & in cap. 1. §. filia. de succesione feudi. & per Petr. de Anchara. in repetitio. cap. 1. de constitutio. versicu. tertio principaliter. & per Docto. in l. Lucius. la fi. ff. de hæredi. instit. per Bald. consilio, quod incipit, Punctus talis est, quidam testator habens fratres, &c. ubi dicit, quod si frater reliquit fratri, & grauauit ipsum restituere, si decesserit sine filijs ex suo corpore, quod expirat conditio si moritur cum nepote ex filia. ego latè tractaui in quodam consilio, quod incipit, Cornelius de Anchona.

¶ Sed aduerte, quia Salic. in authentica, sed & si quis. C. de secundis nupt. dicit quod vbi in aliqua dispositione fit mentio de descendentibus ex corpore, non comprehenditur nepos ex filia, quia dicitur natus & descẽdens ex alio corpore postquam non descendit in virilem sexum, ar. l. lege 12. tabularum. ver. cum enim. C. de legitimis hæredi. Sed Alexander de Imola in l. ex facto. §. si quis ita. ff. ad Trebellia. dicit se putare ꝙ hoc non sit uerum, per textum optimum in l. Lutius. la fin. vers. ex se nato. iuncto verbo, liberos. ff. de hæredi. instit. & ibi Angelus ad hoc ponderat illum textum. quoniam appellatione filiorum ex suo corpore, veniunt liberi, ergo nepotes ex filia. l. prima. C. de conditio. insertis. tenet Barto. in dicta l. liberorum. colum. penult. & contra Salice. tenet Bald. in capit. 1. §. filia. de succesione feudi. & Petr. de Anchar. in repetitio. cap. primo, de constitutio. versicu. tertio principaliter &c.

¶ Non obst. tex. d. l. lege duodecim tabularum, quia ibi accipitur ius sanguinis pro iure agnationis. l. 1. §. post fratres. & l. 2. in princip. ff. de suis & legitimis. Institu. de legitima agna. succes. §. 1. no. Bald. in l. 2. C. de iure emph. col. 2.

¶ Sed aduerte, quia proximis superioribus diebus fuit delatum mihi consilium Domini Bal. de Bartholinis, celeberrimi Doctoris Perusini, qui cõsuluit in ciuitate Camerini super hoc puncto: Quidam testator filiam hæredem vniuersalem instituit, & si decesserit sine filijs legitimis, & nascituris ex suo corpore, à die confecti testamenti in antea substituit quandam ecclesiam. Iste tempore conditi testamenti habebat filiam quæ iam transierat ad secunda vota, & ex illa habebat nepotem ex primo matrimonio: fuit dubitatum, utrum extiterit conditio fideicommissi mortua filia, & superstite illo nepote. super quo consuluit, quod sic, quia cum dixerit, ex suo corpore nascituris, intelligitur immediatè, iuxta no. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. nau frag. & no. in cap. 2. de verb. sign. lib. 6.

¶ Et licet Bar. in l. liberorum. videatur velle contrarium, tamen in dicta l. Gallus. §. instituens. videtur aliud voluisse: tamen ratio quam ibi assignat, nó procedit in nepote ex filia: quia, licet nepos dicatur esse vnum, & idem cum filia, tamen illud procedit per viam fictam, & interpretatiuam, & impropriè, vt no. in l. fin. C. de impub. Nec ob. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. super qua se fundat Bald. quia ibi decisio fundatur in verisimili affectione, sed in casu præposito de mente testatoris videtur esse contrarium, quia dixit, sine filijs nascituris, & per consequẽs non videtur voluisse intelligere de illo, qui tunc erat natus ex primo matrimonio. Itẽ quia Angel. in dicta l. 1. voluit sub illa conditione, si decesserit sine filijs ex suo corpore natis, non comprehendi nepotes, cum ipsi non dicantur nasci ex corpore ipsius testatoris, sed ex corpore filij, quia di-
69 ctio, ex, † denotat causam immediatam, & videtur Ang. probare opinionem Bar. in dicto §. instituens. per tex. in l. non tantum, in princ. ff. de contratabulas. & per glo. ibi positam, quam dicit non habere sociam. Dicebat tamen consulens, quod licet Paul. de Castro in dicta l. prima, & Ang. & Ioan. de Imo. in dicta l. Lucius. ff. de hæredib. instituen. videantur sentire id, quod Bald. in d. l. 1. tamen bene considerando tex. in dicta l. Lucius. hoc non probat, quia principalis intentio Iurisconsulti nó fuit decidere, vtrum sub illa conditione, si filiũ ex se natum, comprehenderentur nepotes ex filio, vel filia, ad exclusionẽ substitutorum, sed cũ illa disiunctiuè posita ponatur pro coniuncta, ex quo in qualibet parte alternatiuæ mens testatoris non verificatur: vnde licet verba testamenti sonent de filijs, & postea verba Iurisconsulti ibi non sonent de filiis, sed de liberis, pro certo non capitur ex hoc decisio, vel mens Iurisconsulti, quod intellexerit etiam de nepotibus, ex quo de hoc dubio non fuit interrogatus. Item attentauit, quod si dixerit, si decesserit sine filiis ex se natis, vt tunc fortè procedat, quod habetur in dicta l. Lucius. & loquuntur Bart. Ang. & Imo. in dictis locis. Si autem dixerit, sine filijs ex suo corpore natis, aut nascituris, non comprehẽdatur nepos: quia licet nepos videatur natus ex alio, non tamen est natus ex corpore aui, allegat not. in l. de pecoribus. ff. ad legem Aquiliam. & sic videtur, quod dictum Bal. non procedit, per notata per Baldum in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. de dictione, ex, & de dictione, de, subdebat tamen, quod dictum Baldi in dicta l. prima, fortè esset substantiale in nepote ex filio, propter sanguinis continuationem, secus in nepote ex filia, & finaliter cõcludebat, quod tamen propter prædicta non fuisset ausus consulere. contra no. per Baldum in dicta l. prima, si fuisset in puris terminis Baldi. Verum, quia id, quod testator dixit, sine filijs nascituris à die confecti testamenti: consequenter excludebat filios iam natos, vt l. Titius. §. Lucius. & l. commodissimè. ff. de liberis, & posthumis. Quare, cum postea ex ipsa filia nulli fuerint nati filij, consuluit conditionem fideicommissi extitisse, ad quod etiam adduxit aliqua similia, & prædicto consilio subscripsimus, Domi. Mansuetus, Dom. Ioan. Baptista, & ego. & prædicta perpetuò notabis, quia quotidie contingunt de facto.

¶ Sed

¶Sed circa prædicta quæritur de quæstio. quam disputauit Iacob. Butrig. in his terminis. Testator filium, vel filiam instituit, & substituit monasterium, si sine filijs decesserit, vtrum substitutio eua-
70 nescat, † si decesit cum nepote, vel neptẽ ex filio, vel filia. & arguit pro vtraque parte; & concludit, quod euanescat, refert, & sequitur Pet. de Anchar. in repetitio. capitu. primi, de constitutionibus, in decimaquarta quæstione principali, in tertio membro principali, ibi, si Titius fecit, dixi latè in consilio meo, quod incipit, Eunofrius de Vrbe.

71 ¶Item quæro, pone, A. instituit † B. filium, & si filius moriatur, substituit omnes filios legitimos, & naturales B. qui erant sibi extranei: quęritur, vtrũ appellatione filiorum veniant nepotes. vidi anno præterito Florentiæ quæstio. de facto, allegabatur pro nepotibus, quod tradit Bartol. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis, & posthumis. Vidi consultum contrarium, quia quando prouisio fit ab extraneo appellatione filiorum non continentur nepotes, licet secus sit, quando fit ab ascendentibus.

¶Aduerte, quia in hac materia Franciscus de Tigrinis de Pisis distinxit vno modo, Iacobus de Ragoni alio modo, de qua materia vide per Cyn. Bartol. Bald & postremo latè per Ioann. de Imo, in dicto §. instituẽs. & quod plenius dixi in dicto consilio, quod incipit, Eunofrius.

¶Vlterius quæro, pone, testator instituit hæredes A. B. C. fratres suos; & substituit sub hac for-
72 ma, † si aliquem meorum hæredum sine filijs, vel nepotibus, vel vlterioribus masculis, & ex masculis descendentibus mori contigerit, eius portio deuoluatur ad cohæredes: moritur A. relictis filijs masculis, qui deinde moriuntur sine prole, propter quod B. & C. petunt admitti ad portionem dicti A. virtute prædictæ substitutionis: quæritur, an debeant admitti.

¶Sol. Ioann. Andr. in additio. Specul. in titu. de testamentis. §. in primis, in fine, arguit pro vtraque parte: & concludit, quod substituti non admittantur tanquam defecta conditione. vide ibi per eum.

¶Et aduerte, quia Ioann. And. totum illud fuit furatus ab Oldr. consilio 21. quod incipit, Thema tale est, Testator habuit, &c.

¶Insuper quæro, pone, Rex, vel alius Dominus donauit alicui castrum, cum hac conditione, quod sui hæredes ex suo corpore nati habeant, & talis decesserit cum filio, filius vero sine filijs: quæritur quid iuris,

¶Sol. Bald. in authentica, sed & si quis. C. de secundis nuptiis, format prædictam quæstionem, & recitat opinionem Cy. & arguit pro vtraque parte, vide ibi.

73 ¶Consequenter quæro, pone, maritus † fecit pactum cum vxore, vt totam donationem propter nuptias lucraretur: vxor extantibus liberis, & eis non extantibus, tertiam partem: contigit, quod maritus decesit superstite vxore, & tribus liberis, & demum liberi moriuntur, an reuertatur ad primam conditionem pro portione deficientium.

¶Sol. Tex. decidit, vt in dicta authentica, sed & si quis. & est mirabilis decisio, quod sic, vide ibi Bald. vbi etiam tractat, quid iuris in donatione inter viuos. &, vt dixi, est mirabile, quod conditio illa, si sine filijs decesserit, in terminis dictæ authenticæ reassumat vires, si cum filiis decesisset, si demortui sunt. & est etiam admirabilis, quia ibi conditio, si cum liberis decesserit, deficit pro virili portione matri filiorum: vnde si decesit cum tribus liberis, pro portione cuiusque deficiens reintegrabitur conditio, etiam si omnes defecerint, & sic videtur contra text. l. primæ. C. de conditionib. insertis. & l. non est sine liberis. de verborum significatio. vbi sufficit vnum filium adesse, ad hoc, vt deficiat cõditio, si sine liberis, vel vt impleatur conditio, si cum liberis, vt dixi supra, in principio istius sextæ quæstionis.

¶Item est contra l. penultimam, C. de institutio. vbi si testator legat, si cum liberis decesserit, sufficit, quod marito filius superuixerit, vt dixi supra, in principio istius sextæ conclusionis.

74 ¶Sed pone circa prædicta, testator † instituit B. hæredem, & dixit, quod si de B. non remaneret hæres per lineam masculinam, hæreditas perueniat ad L. Mortuus est B. cum filio, & filia, deinde mortuus est filius masculus: quæritur, vtrum conditio substitutionis sit impleta? & videtur, quod non, quia linea masculina videtur esse linea agnationis, argum. l. primę, §. primo. ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt.

¶Postremò prædictis adiungitur notabilis quæstio, quam Raphael Fulgosius, & post eum Pau. de Castro in l. prima, in fi. C. de condi. insertis, narrat fuisse ventilatam Florentiæ tempore quo felicis recordationis Martinus V. ibi sedem tenebat, in qua
75 dicit consuluisse omnes famosos Doctor. & collegia Italiæ sub infrascriptis terminis. Pater † filiam instituit in re certa, & filium masculum hæredem vniuersalem reliquit, & si decesserit sine liberis, substituit pium locum: decesit filius superstite dumtaxat nepte ex filia sua prædefuncta, quam ob causam pius locus petebat hereditatem, tanquam conditio extiterit, quia testator non censetur cogitasse de nepte ex filia, quia cum haberet propriam filiam, prætulit pium locum ipsi filiæ, ergo fortius videtur voluisse præferre ipsum pium locum nepti ex filia, quia non præsumitur plus dilexisse neptem, quam propriam filiam.

¶Nec obst. dicta l. prima. C. de conditionib. insertis, quæ allegabatur in contrarium, quia nos sumus extra terminos dictæ l. primæ, quia dicta l. prima loquitur, quando testator non habebat filiam quam præposuisset substituto, & hanc partem tenuit Raphael ibi, & multi Doctor. Alij dicebant contrarium, quia dicta l. prima loquitur generaliter, & si aliud diceremus, sequeretur, quod si iste filius decesisset cum filia, talis filia non excuderet substitutum, quia subesset eadem ratio, quia non est verisimile, quod testator plus dilexerit neptem ex filio, quàm propriam filiam, vt l. si viua matre, circa medium. C. de bonis maternis. & tamen temerarium esset hoc dicere per l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. vbi filia grauata excludit substitutum, sicut masculus, vt latius videbimus infra, conclusione 14.

¶Sed ad hoc posset responderi, vt supra, videlicet, quod procedit, nisi essemus in terminis propositæ

sitæ quæstionis, quando haberet filiam, quam postposuisset substituto; subdit tandem Paul. quod finaliter propter tantam Doctorum contrarietatem, tem, quęstio fuit per concordiam cõpositа, & transacta: & dicit, quod pro pio loco ipse fuit primus consultor, & quod idem consuluerunt omnes Doctores Florentini, & curiales; sed Bononienses, & Perusini cõsuluerunt contrarium, ego habeo prædictum consilium Dumini Pauli, quod valde notabile est, & incipit, In Christi nomine, Amen. Visis, & examinatis consiliis redditis contra fraternitatem, &c.

¶Sexta conclusio sit; Si maritus legat vxori in
76 tempus † liberorum, censetur sensisse de illis, qui susciperentur ab ipso legante, non ab alio, vt l. cum vir. ff. de conditio. & demonstratio. & ideo si vidua habens filios ex primo matrimonio nupsit secundo, & vir recipiens dotem à patre stipulatus est dotem apud se remasuram, si filia in matrimonio cum liberis decesserit, dos non remanebit penes virum, si talis vxor mortua sit cum filijs duntaxat primi matrimonij, secundum Bartolum in dicta l. cum vir. vide ibi per eum, & per Doct. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio.

¶Septima conclusio sit; Prædicta conditio, si
77 sine † liberis, &c. non videtur habere locum, nisi in eo, qui cum posset habere liberos, non habuit: & sic non videtur habere locum in impubere. facit, quod notat glo. in l. precibus. C. de impuber. & alijs substitutionibus. tenuit Iacob. de Beluiso, fundando se per legem primam. ff. de suis, & legitimis, & Innocentius in capitulo, Raynaldus. supra de testamentis. Sed contrarium tenet Cyn. in dicta l. precibus. pro quo est tex. in l. Centurio. ff. de vulgari, & pupillari. & ibi hoc tenet Bartol. & optimè probatur in capitulo, si pater. de testamentis, libro 6. vbi dixi in repetitione.

78 ¶Octaua conclusio sit; Cõditio, † qua quis grauatur restituere hæreditatem, si sine filijs decesserit, dicitur defecisse, si decesserit cum filijs, licet nõ sint hæredes, vt l. filius familias. §. cum quis, de legatis primo. & hoc clarum, si sunt instituti, & nolunt esse hæredes, vt ibi traditur. Sed si decederet cum liberis, qui non possent esse hæredes, quia exhæredati, non faceret deficere conditionem, vt l. prima. §. si pater. ff. de coniungendis cum emancipato liberis. & hoc tenet glos. in dicto §. cum quis. quia dicta conditio filiorum causa videtur esse adiecta. contrarium tenet glossa in l. ex facto. §. finali. ff. ad Trebellianum. & ibi Iacobus de Arena, & Petr. & Cyn. in l. prima. C. de conditionibus insertis, assignantes rationem, quia in conditionibus inspicimus merum factum, vt l. qui hæredi, in principio. & l. Mæuius. ff. de conditio. & demonstratio.

¶Nec obstat dictus §. si pater. quia, vt dicit Cyn,
79 ille tex. loquitur in exhæredato, † qui habetur pro mortuo quo ad commodum suum, nõ autem quo ad commodum alterius. Sed dicit Bartolus, quod immo etiam quo ad commodum alterius habetur pro mortuo, quia in dicto §. si pater, habetur pro mortuo etiam quo ad commodum alterius, scilicet nepotis, qui admititur in totum, cum aliàs non admitteretur, nisi pro parte; vnde Bartolus dicit, quod in dicto §. cum quis, ex quo filij supererunt, faciebat deficere fideicommissum, sicut defectus cuiuslibet conditionis adiectæ; ideo non attenditur, an sint hæredes, vel nõ, vt dictum est. Sed in §. si pater. filius excludebat nepotes à medietate, quia concurrebat cum eis: vnde ipso filio excluso per exhæredationem non possunt concurrere, ideo habent totum; quando ergo filius posset succedere, licet uoluntate sua excluderetur, vel testatoris voluntate, faceret deficere conditionem, quia hoc casu attenditur merum factum, vt dicta l. qui hæredi, & l. Mæuius, & l. cum ita. ff. de conditionibus, & demonstrationib. & l. mulier. §. hęreditarius. ff. de conditio. institutionum. & vide, quod dixi in capitulo secundo, supra eodem, quæstione septima. Secus si excluderetur ex alia causa, vt quia deporta-
80 tus, † vel frater minor, tunc non faceret deficere conditionem, vt l. prima, in fi. ff. de bonorum possessio. contra tabulas. & l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. & ibi per Ioann. de Imo. & per Bartolum in dicto §. si pater. & l. si necesse. §. si deportatus. ff. de bonis libertorum. & vide, quod traditur in l. prima. §. primo. ff. de bonorum possessio. contra tabulas. & per Cynum, & Baldum in l. prima. C. de conditionibus insertis. Tales enim nec ab intestato, nec ex testamento sunt successibiles: ideo perinde est, ac si non superessent, & sequuntur Moderniores. & vide, quod dicam infra, versic. duodecima conclusio. vnde testator non videtur de eis sensisse, cum gratia filiorum illam conditionem videatur apposuisse, vt dicit glo. in dicto §. cum quis, quod est notandum ad ea, quæ dicam infra, versic. vndecima conclusio.

81 ¶Sed quæro circa hoc, quid si grauatus † per fideicommissum, si decesserit sine filijs, deportetur; vtrum statim sit locus substituto; & vtrum, si habet liberos, liberi faciant deficere conditionem,

¶Sol. Text. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. dicit, quod filij susceptі in deportatione faciunt deficere conditionem, si decesserit sine liberis, ita demum si fuerunt concepti ante deportationem, secus si post: & sic primo casu proficiunt fisco, secundo non: & sic grauatus restituere hæreditatem post mortem suam, si deportatur, vel in metallum damnatur, licet habeatur pro mortuo, vt dicta l. necesse. §. si deportatus. non tamen dicitur extare conditionem fideicommissi, sed expectatur mors naturalis, & interim bona sunt apud fiscum, vt l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. & sic non tantum operatur mors ciuilis, quantum naturalis hoc casu, vt l. cum pater. §. hæreditatem. de legatis secundo. etiam si tempore deportationis nullos filios habebat natos, vel in vtero vxoris. si autem postea suscipiat, & cum illis decedat, an tales excludant substitutum. distinguendum est, an sint susceptі in deportatione, & faciunt deficere conditionem, & sic non excludunt substitutum: Si verò sint concepti ante deportationem, excludunt substitutum, & sic prosunt fisco, & non sibi, quia bona remanent apud fiscum: sed quando sunt concepti post deportationem, non faciunt deficere fideicommissum, & sic fideicommissarius aduocat à fisco, in quem transiuerunt bona fideicommissi,

vt

vt l.Marcellus. §.finali. ff. ad Trebellianum. Si tamen talis grauatus erat de liberis testatoris, fiscus potest detrahere legitimam, & Trebellianicam, vt in capitulo, Raynutius, & capitulo, Raynaldus, supra de testamentis. Et prædicta faciunr ad bannitos nostri temporis, vt traditur per Ioan. de Imola, & Paul.de Castro in dicta l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebellianum.

Scripta super hoc cap. quinto, sunt imperfecta: reliqua enim desunt, vt videre licet supra, sub nume. 75. versicu. vt latius videbimus infra. & sub nume. 80. *in fine. ibi, vide, quod dicam infra.*

Desunt similiter reliqua huius tanti viri scripta ad hunc, & ad alios Titulos Libri quarti Decretalium: quæ omni diligentia habere curabimus: & vt omnibus (vt nostri semper fuit instituti) prosimus: Et ne aurei, ac penè diuini huius famosissimi, & nulli secundi Iurisconsulti opera omnibus admodum proficua lateant.

LAVS DEO.

UNIVERSIDAD